Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Estante
Plutco
Biblioteca

F. HECTORIS
PINTI LVSITANI HIE-
RONYMIANI IN EZECHIE-
LEM PROPHETAM
COMMENTARIA.

OMNIA IVDICIO ET CORRECTIONI
Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Ecclesiæ
subiecta sunto.

540

ANTVERPIAE
In Aedibus Viduæ & hæredum Ioannis Stelsij.
M. D. LXX.
Cum priuilegio Regis.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

Summa Priuilegij.

Regio priuilegio cautum est, ne quis præter Viduã & hæredes Ioannis Stelsij hæc F. Hectoris Pinti Hieronymiani in Ezechielem prophetam commentaria intra sexennium excudat, aut excudi procuret, aut alibi excusa importet aut distrahat. Prævaricatori confiscatio istiusmodi librorum, & grauis mulcta pecuniaria in pœnam constituta. Iuxta literas Bruxellis datas in Octobri, An. 1569.

Signatas. I. de VVitte.

Commentarius ille in Ezechielem prophetam nihil habet S. Romanæ Ecclesiæ fidei contrarium, aut Regiæ offensiuũ. Imò vtilissimus est qui in gratiam Catholicorum conscriptorum extet, tum quod præter clarissimam prophetæ Ezechielis explicationem etiam multa alia Sacræ scripturæ loca explicet, tum quòd solidè impugnetur aduersus nostri temporis hæreticorum syncophãtias S. Romanæ Ecclesiæ fidem.

Quòd attestor Sebastianus Baeu Delphus insignis Collegij, Ecclesiæ S. Mariæ Hasteurpiensis, Plebanus & Canonicus.

POTENTISSIMO AC INVICTISSIMO Principi Sebastiano, Lusitaniæ, & Algarbiorum regi citra & vltra mare, Africo, Aethiopico, Arabico, Persico, Indico, ac domino Guinææ, frater Hector Pintus salutem & æternam felicitatem.

NON me fugiebat rex inuictissime, cum hæc mea in diuinũ vatem Ezechielẽ commentaria componere, measque cogitationes literis mandare decreuissem, esse hunc meum laborem in hominum reprehensionem incursurum. Inurent enim mihi notam nimiæ audaciæ, quòd nullis eruditionis ornamentis excultus profundissimum prophetam explanare cõtenderim, eaque aggressus sim, ad quę non ausi sint accedere viri sapientes, qui præstantibus ingenijs præditi Christianam philosophiam literis illustrarunt. Sed cùm nihil mihi sit antiquius, nihil magis in optatis, quàm fructum aliquem edere studiorum meorum, ad id existimaui esse mihi potiùs respiciendum, quàm ad eorum iudicium, qui nihil approbandum censent, nisi quod fuerit omnino perfectum, omnibusque numeris absolutum. Ego enim in ea sum sententia, pulchrum esse, summa eos experiri, qui res magnas, & magnoperè expetendas cõcupiscunt. Quòd si non possint ascendere ad fastigium, honestum esse in medijs saltem consistere. Nam apud Græcos non solùm Athanasio omni sapientia & sanctitate præstanti locus est, aut Magno Basilio, aut eloquenti Chrysostomo, sed multis alijs: quorum nonnulli etsi tantam nominis claritatem non sunt consecuti, non tamen fuerunt sua laude priuati. Nec apud Latinos in diuinis literis explanandis præclarum Augustinum deterruit à scribendo eruditissimi illius Hieronymi amplitudo, qui omnes omnium rerum ad Christianã pietatem pertinentium fontes animo ac memoria continebat: nec ipse Augustinus excellenti ingenio & exquisita doctrina cæterorum studia restinxit. Quare non est, cur me vituperet, nec cur his, qui modò incumbunt in studia literarum, debilitetur animus, & languescat industria. Sed non rectè ago serenissime rex, qui in opere tuæ celsitudini dedicato aliorum timeo iudiciũ. Fuit hic propheta munere sacerdos, sanguine clarus, sapiẽtia insignis, sanctitate admirabilis, diuina charitate incensus. Vaticinatus est in Babilonica captiuitate, in quã fuerat cũ Ioachin Iudæorum rege coniectus. Dat operã hoc libro, vt mortales excitet ad virtutẽ, vt cõceptis falsis mũdi voluptatibus & diuitijs ad Deũ aspirẽt, & ad venã aquarũ vitæ, ad perẽne fontẽ remedij potiùs cõfugiãt, quã mũdi riuulos cõsectẽtur. Est enim Deus fons ille, de quo ait diuinus psaltes. Apud te est fons vitæ. Qui de se ait apud Iere. Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Docet hũc Deũ ad significadã immẽsam bonitatẽ & sapientiã suã cœlũ & terrã, & omnia, quæ amplissimo cœli ambitu continentur, condidisse, hominemque rationis participe creasse. Cùm cæteras animãtes abiecisset ad pastum, solum hominẽ erexit, & ad cœlũ quasi ad patriæ cõspectũ excitauit. At cùm homines, se errorũ tenebris operuissent, atq; variis

Psal. 35.
Ierem. 2.

scelerum

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

scelerum maculis contaminassent, non passus est Deus eos diutiùs in caligine illa versari: aperuit eorum oculos aliquando, mittens è cœli fastigio filiũ suum vnigenitum, qui errantibus ac vagis hominibus viam consequendæ immortalitatis aperiret. Locutus est illis in filio, per quem, vt verbis vtar
Heb.1. Diui Pauli, fecit & sæcula, qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, nos sanguine suo redemit, & suis vulneribus vulnera nostra sanauit, se pro nobis in crucis ara hostiam deuouens ac constituens. Hoc est salutare illud, quod patriarchæ & prophetæ expectabant esse mundo salutem allaturum. Hic est ille, de quo egregius patriarcha Iacob extremo afflatu, tremulis
Gene.49 ac morientibus vocibus, cùm iam præcordijs mortem conceptam contineret, dixit: Salutare tuum expectabo domine. Hoc salutare Christum Deum
Psal.34 nostrum optabat diuinus ac regius vates, cùm ad Deũ patrẽ has voces emitteret: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuũ da nobis.
Luc.2. Illud animo ac brachijs complectens iustus Simeon cecinit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hunc Deum ait Ezechiel iustum esse & misericordem, peccatores ad se conuersos piè recipientem, eisque flagitia condonantem. Et postea de Gentium vocatione, de reditu ad vitam, & de vltimo iudicio vaticinatur. Est eius præcipuum institutum prædicere mysteria redemptionis humanæ per Christum: & ecclesiam, quæ erat ab ipso constituenda, sub imagine templi & ciuitatis describere. Inde transfert sermonem ad ciuitatem sempiternam: & ad mirabilem cœlestis beatitudinis amplitudinem & celebritatem: vt nos dispulsa caligine amore tantæ pulchritudinis incẽdamur, & stu-
Simile. dio adipiscẽdæ æternitatis inflammemur. Vt enim generosus falco in manu aucupis videns ardeam auem sublimè volantem, statim expandit alas, cupiens frangere vincula, quibus habet pedes ligatos, vt possit volare ad prædã: sed habens caput corio coopertum nec mouetur, nec intuetur illã: sic homo, cuius natura cæteris animantibus antecellit, cogitans supera ac cœlestia, mẽtisque ocẽlis aspiciens æternam beatitudinem, eius desiderio incenditur, & stimulis eius consequendæ meditatur: at si fuerit tenebris, & corio desiderij rerum caducarum coopertus, nec mouebitur desiderio cœlestis felicitatis, nec eam contemplabitur. Eius amore raptus nobilissimus ille falco, & illustrissimus rex Dauid concinebat: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aqua-
Psa. 41. rum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et Diuus Paulus optans è corporũ
Philip.1. vinculis euolare aiebat: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Et paulò pòst: Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Et quoniam hæc omnia erant in euangelio explicanda, vaticinatur de ipso euangelio, comparans illud cum fluuio dimanante ab ostio sanctuarij, hoc est à Christo porta cœli,
Ioan. 10 qui de se ait: Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur. Hic fluuius nostra hac, & patrum nostrorum memoria fluxit ex tua hac Lusitania vsque ad Gangem & Indum magnos fluuios, odoriferos ditissimæ Indiæ campos alluentes: rigauit Brasilium, Æthiopiam, Arabiam, Persiam, opulentam Indiã, & regiones ac insulas orientis incognitas antea & inauditas, ad quas nunquam appulerant Romanorum, nec Magni Alexandri exercitus. Ad eas oras rex sereniſſime tui Lusitani tulerunt crucis vexillum, in illis verã Christi fidem nuntiarunt, eumque habentes propitiũ Gẽtes propè infinitas, vano & impio idolorum cultui deditas, ad veram religionem pietatis pleniſſimam conuerte-

conuerterunt. Maiores enim tui Emanuel & Ioannes reges Christianissimi & inuictissimi regiones illas à Lusitania immenso spatio remotissimas quæ sierunt, & subiugarunt, in ipsis sanctissimũ nomen domini nostri Iesu Christi celebrantes fama, eiusque cultui templa dedicata construentes. Non enim solùm Lusitaniæ reges regnum hoc habuerunt semper subiectũ sanctæ sedi Apostolicæ Romanæ, sed magna alia regna illi subiecerunt. Nostri enim homines exiguo exercitu innumerabiles Agarenorum & Indorum Gentes locis infinitas, armis munitas, omni copiarum genere abundantes, & reges potentissimos, & Turcicos exercitus fortissimos cũ multis militaribus signis captiuos duxerunt. Sed non erant hæ victoriæ absque nostrorum sanguinis effusione: multi nanque ex illis præclaris editis facinoribus eximiam & honestam vitam gloriosa morte fortiter pugnantes obsignarunt. Illis aiebant mortem esse terribilem, quorum cum vita nomen extinguitur, non ijs, qui pro Christo moriuntur, quorum laus emori non potest. Et quoniam regnũ hoc est veluti fons quidam, vnde ad alias regiones longè distantes fidei puritas dimanat, voluit illud Deus in fide conseruare. Nullus in eo est Lutheranus, nulla factio, nulla secta, nulla hæresis, sed summus omniũ in fide catholica consensus. Cui igitur eram dedicaturus prophetam, qui vaticinatus est de euangelo per dilatantes terrarum oras nũtiando, nisi regi Christianissimo, qui hoc impleat vaticinium, qui ab occidente vsque ad extremas oriẽtis regiones mittit concionatores ad sanctum Christi euangelium longè lateque propagandum? Tu autem sereniſſime rex sustines non paruam expectationem imitandi & vincendi admirabilem illam regum, à quibus genus ducis, virtutis præstantiam, Alfonsi illius, præsertim primi Lusitaniæ regis, qui Christi fide munitus, animi fortitudine septus, amplissimis virtutum ornamentis decoratus, iustis legibus, & incredibilibus victorijs de hostibus reportatis, regnum illustrauit, & ad amplitudinem perduxit. Is cùm quadam die paruo exercitu esset cum maximis hostium Christiani nominis exercitibus cõgressurus, vidit in cœlo Christi speciem admirabili splendore circumlucentẽ: illoque aspectu roboratus, quinque potentes Agarenorum reges vna die deuicit, & innumerabiles eorum copias superauit. Huius, & aliorum maiorum tuorum præclara facinora, insignem pietatem, religionem, iustitiam, & in virtute constantiam speramus te non solùm imitaturum esse, sed etiam superaturum. Admiranda enim iam in te in tam tenera ætate contuemur.

Nos pro celsitudine tua vota facimus, & preces ad Deum fundimus. Viue tu felix, viue, vt patria viuat: & nostra hæc commentaria singulari tua benignitate & clementia suscipe. Progrediar enim vltrà, si mihi fuerit exploratum, non tibi mea scripta iniucunda contingere.

Vale.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

APPROBATIO FRATRIS IOANNIS de Tobar viri doctissimi, Prioris sanctæ Mariæ de Atocha, ordinis Prædicatorum.

EGO frater Ioannes de Tobar prior conuentus sanctæ Mariæ de atocha apud Matritiũ iussu Regij senatus, qua cura & diligentia potui, perlegi hunc librum, qui inscribitur cõmentaria fratris Hectoris Pincti Lusitani Hieronymiani in Ezechielem prophetam, in quo tantum abest vt aliquid inuenerim contrarium bonis moribus, aut fidei catholicæ: quòd totus ille redolet Christianam pietatem, & vbique sanam atque orthodoxam fidem tuetur, præsertim contra huius temporis hæreticos. Explicat hic autor sensum literalem prophetæ, ex quo depromit moralem intelligentiam ad animos à flagitijs abducendos, & ad verã honestatem excitandos. Inde se aliquando erigit ad sensum allegoricũ, in quo altissima Dei mysteria sole ipso splendidiora exponit. Multa affert diuinarum literarum loca, ex Latinis, Græcis & Hebraicis versionibus explicata: multa ex sanctis doctoribus alijsque varijs autoribus tã antiquis quàm recentioribus testimonia ingeniosè contexta, multa salutaria documẽta ex intima philosophia deprompta, multas similitudines pulchras & aptas subtiliter insertas, multa denique ex omnium doctrinarum genere stylo quodam graui distincto & eleganti, (& vt vno verbo dicã) Ciceroniano explanata. Quare dignissimũ est vt liber hic eruditissimus prælo mãdetur: iuuabit. n. mirũ in modũ studiosos sacrarũ literarũ, & diuini verbi declamatores, & concionatores. Hæc est mea cẽsura, cui subscripsi. Die. 29. Septẽbris, anno à virginis partu. 1567.

Frater Ioannes de
Tobar Prior.

APPROBATIO FRATRIS ANTONII DE SANcto Dominico viri doctissimi, in Vlyssiponensi collegio ordinis Prædicatorum primarij sacræ theologiæ professoris.

PER LEGI totum hoc opus mandante reuerendo Patre magistro, Fratre Francisco Foreyro, cui à serenissimo cardinale cura hæc commissa est: dignissimumque existimo, quod præla mandetur, nõ solùm enim nihil continet, quod sanæ ac orthodoxæ fidei aduersum sit, sed quod plurimum possit iuuare sacræ scripturæ studiosos, & illos qui ad populum concionci habent, est enim plenum admirabili eruditione & Christiana pietate.

Frater Antonius de
Iesulto Dominico.

FVIT hic liber examinatus & approbatus ab illustri viro domino Georgio de Almeyda ordinario Vlisbonensis dignissimo, & ab admodum reuerendo patre fratre Francisco Foreyro inquisitore & librorum censore integerrimo, & ex eorum facultate & decreto typis mandatus.

Dominus Georgius de Almeyda. Frater Franciscus Foreyro.

EGO frater Hieronymus à Pauia prior monasterij Bethlehemitici, & prouincialis ordinis Diui Hieronymi regni Portugaliæ de facultatem, vt hic liber fratris Hectoris Pinti fratris nostri ordinis mandetur typis, quòd sit verè doctus, pius, & vtilis. Datum in nostro monasterio de Bethlehem die. 18. Iunij, anno à Virginis partu. 1567.

Frater Hieronymus à Pauia.
Prior & Prouincialis.

AD SACRARVM LITERARVM studiosos, Frater Rodericus Hiespensis monachus Diui Hieronymi: de propheticæ doctrinæ nimia obscuritate, magna necessitate & fructu, atque horum commentariorum laudibus.

NTer cætera supplicia, quibus Deus Opti. Max. aduersus populi Israelitici ingratitudinem & impietatem, animadtere voluit, illud erat grauius, & quod impijs hominibus magis nocere posset, quòd per Esaiam prophetam acriter illis comminatur capite vigesimo nono. Miscuit vobis dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet: & erit vobis, visio omnium, quasi verba libri signati. Est siquidem infensi Dei, & ob peccatorum scelera maximè irati signum (vt frequenter diuinis literis proditum est) prophetas auferre, & quòd populus doctore careat. Quo quidem supplicio, non deberent homines leuius affligi & condolere, quàm si corporeis oculis priuarentur. Sunt etenim prophetæ quasi quidam nostri oculi, quibus inter densissimas seculi huius tenebras possumus dispicere, quẽ admodum ipse sol iustissima nomenclatura, mundi oculus compellatur, per quem videt omnia tellus. Hos igitur lucidissimos oculos claudet dominus, & quoniam hebræa vox סתם Atsem, condensationem seu confirmationem significat, idem est ac si diceret, consolidabit seu cõprimet, & immobiles reddet, & veluti congelatos, ad videndum prorsus inutiles. Prophetæ inquã in quibus repositurat dominus diuinæ suæ sapientiæ thesauros, non maiori vsui & vtilitati erunt vobis, quàm esse solent hominibus oculi excæcati aut ophthalmia cooperti, & quoniam non vulgaris erit cæcitas, alia similitudine & lõga verborũ serie, significare persistit Esaias, quam maximã prophetarũ & legis Dei in populo Israel futurã ignorationẽ, dum libro signato visionẽ prophetarum aptissimè cõparat: quasi diceret. Omniũ prophetarum vaticinia & visiones, tanta erunt vobis caligine obscuræ, & ab intelligẽtia vestra recõditæ, vt nihil earũ percipiatis: erunt nempè vobis tanquã verba libri obsignati & occlusi, quẽ cum dederint ijs qui scientiã legis Dei profitentur, scribis videlicet & pharisęis, Rabbinis, & alijs legis doctoribus, exigentes ab eis interpretationem: respondebunt. Non possumus, signatus est enim liber. Si verò dederint vulgari cuidam & indocto, duplex sibi impedimentum inget nuè causabitur, hoc est, præter libri obsignationem se nescire literas. Hanc verò excæcationem, & tam altã legis diuinæ ignorantiam, ob sua scelera atque peccata populum Israel esse commeritum, planè ostendit Esaias, dum ait: Deum miscere spiritum soporis, vt profundè dormientes à visione longè absint, claudere oculos & prophetas, vt intelligamus (quod ex diuinis literis affirmare solent theologi) vnũ peccatũ esse causam alterius, & peccatorem ex vno scelere, in alia grauiora incidere, idque iusto Dei iudicio, non quòd

Esa. 29. Ignoratio prophetæ vñ pœna ingratitudinis.

Prophetæ oculi.

Deũ misscre spiritũ sopo ris quomodo intelligatur.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

quòd Deus sit causa peccati (absit impietas) sed dicitur Deus immittere spiritum erroris, & spiritum vertiginis, spiritum soporis, excæcare, seducere, vt explicat D. Augustinus primò non illuminando, neque discutiendo tenebras, deinde non auferendo occasiones, quibus mes peccatoris magis ac magis indurator & excecatur iusto Dei iudicio, sua tamen malitia exigente: vnde se indurare dicuntur peccatores, & se excæcare dicuntur Iudæi: atque hanc sententiam alia translatio huius loci clarissimè confirmat, his quidem verbis. Facite vos ipsos tardos & obstupescite, oblinite vobisipsis oculos.

Aug. li. 5 cont. Iu. c. 3. & de gratia et lib. arb. c. 20. & 21.

Cognitio legis & prophetarum quibus exhortamur ad operæ. Summū bonum Socratis. Prophetarū munus.

Cùm ergo extremum supplicium impiæ gentis sceleribus vindicādis ignoratio esset prophetarum, facile nobis erit intelligere contraria consequentia, summum bonum populo Dei esse repositum in legis & prophetarū cognitione: vt quod Socrates frequenter dicere solitus erat, nempe scientiam vnicum esse bonum, contra vnicū malum ignorantiam, id nos diuina institutione informati, ad legis dei & prophetarum scientiam, vel ignorantiam referamus. Et quoniam prophetarum munus & institutum aliud non est quàm legem Dei populo enarrare, expendere, & ad illius obseruantiam hominēs exhortari, coercere à peccatis, spem erigere, & ad amorem Dei & patriæ cælestis accendere: summum vnicuique bonum in prophetis intelligendis à Deo nos percipere, vnusquisque procul dubio fatebitur. Fuerunt namque prophetæ illius temporis in ecclesia Dei ad rudem populum edocendum missi concionatores: quemadmodum orto per euangelium sole, Christus redemptor noster ad cunctas orbis plagas in lucem gentium, & in salutem vsque ad extremum terræ, apostolos & doctores destinauit. Quo fit, vt Christianorum omnium mores, doctrina prophetarum sint componendi. Addiscet enim per suos maiores populus ex prophetis, quid amare, quid fugere teneatur, & quem affectum ad conciones gerere, & quid ex concionatoribus debeat expectare. Et rursus ipsi verbi dei enuntiatores addiscere poterunt quam doctrinam dum populo prædicant, debeant afferre, & quid potissimum prophetarum exemplo, veterum. s. concionatorum, in hoc cōcionandi munere, coram mentis oculos debeant obuersare. Neque verò satis sibi esse ducebant prophetæ, quòd à Deo omnium creatore, ad suum populum edocendum prædicatores destinarentur, nisi etiam prædicationis materiam, & quid essent potissimum enuntiaturi, diuinus spiritus illis præscriberet ac consignaret. Interrogabat dominum Esaias: Domine quid clamabo? & oraculo diuino edoctus clamare incipit. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, verbum autem domini manet in æternum. Et iterum: Clama ne cesses, annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Quod quidem sanctissimus vates diligentissimè executus est. Onus (inquit) Babylonis, Onus deserti maris, Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. Væ filij desertores. Quibus verbis præcipuum prophetæ studium erat, ad suæ naturæ miseram conditionem, & rerum humanarum fragilitatem agnoscendam populum excitare, vt Dei gloriam & honorem exquireret, & cælestis patriæ desiderio afficeretur. Deinde vt scelera sua homines agnoscentes, humiliter sese deijcerent: & morum correctione, emendationeque vitæ, ad sanctiorem aspirantes per pœnitentiam, illius timore ex acerbissimis pœnis & calamitatibus propositis exteriti, Deum sibi infensum possent placare. Quam prædicationis

Quid præstent prophetæ populo & prædicatoribus.

Esa. 40. 58.

23. 21. 19. 30.

tionis formam atque doctrinam in primis amplexari debere concionatores sancta synodus Tridentina studiosissimè exhortatur. Id ipsum mirū in modum Paulus egregius diuini verbi prædicator docet, dum episcopum Timotheum, futurum concionatorē perfectissimè instituit his verbis. Omnis doctrina diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiēdum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Quasi omnis diuinarum literarum ad populum explicatio, necessariò, triplici fructu & vsu contineatur. Aut enim docendus est populus fidem, & legem Dei, exprobrata infidelium impietate, & si res postulet, adductis in confirmationem fidei argumentis: aut corripiendi sunt ob depravatos mores iniqui: aut demum tribulatione aliqua deiecti & afflicti, consolatione leuandi sunt, atque vt ad vitam spiritualem & perfectiorem Christi Iesu amore accensi, excitatis virtutibus, prauis affectionibus mortificatis, cōtendant, & assurgant, sunt commonefaciendi. Ac sic tandem maximo cum fructu & vtilitate, suo munere concionandi functi erunt. tunc sanè docebunt vtilia, quemadmodum diuinus spiritus per Esaiam prophetam, suæ voluntatis esse ostendit in hæc verba. Hæc dicit dominus, redemptor tuus sanctus Israel, ego dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via, in qua ambulas.

Sessione. 17. c. 2. Laterē. sub Leo. 10. sess. 11 Clemens epistola. 2. Tim. 3. Tria in cōcione præstanda.

Esai. 48.

Sed proh dolor quot habet Ecclesia Dei prædicatores inutilia docentes, & eos sepenumero, quos imperitum hominum vulgus maximè miratur, & audita concione in cœlum vsque solet efferre: cùm tamen post multas hebdomadas illorū prædicationibus audiendis insumptas, nihilo redeant meliores. Existimant illi doctores & magistri, totam euulgandi euangelij prouinciam, in sublimitate sermonis, & in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, esse repositam, quòd autem spiritus diuinus expostulat vitæ scilicet emendationem, iustitiam, charitatem, postremo ducunt loco. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte adulterantes verbū Dei, cœtū prætiaricatorum, qui extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Qui obstrepero verborum ambitu dant sine mente sonum: qui ne peccatores sceleribus inquinatos, sermone ad horam contristent ad pœnitentiam, illorum vitia corripiendo (quos tamen contristasse in epistola gaudebat Paulus) illis cupiunt morem gerere taciturnitate quadam præposteta, quæ sibi ipsis in malum cedet ac perditionē, cū sanguis illorum de manu sua requiretur. Illis inquam applaudere eligunt, cùm sint populus ad iracundiam prouocans, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus: nolite videre, & aspicientibus: nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia. Illorum præcepto obedientes non vident illis quæ recta sunt, verba futilia quæ demulcent aures effundunt, quod nimirum rerum exitus probat, nam ex horum concionibus, nullus ad pœnitentiam, ad lachrymas, ad seculi contemptum ad refarcienda proximo illata damna commouetur. Sed quemadmodum in machinis, aut tormento bellico experiri licet, si sulphureo puluere infarcias, glande siue globo non adiecto, quamuis apponas ignem, neminem percuties tuo ictu, nihil habebis præter fulguris micantis quandam speciem, tonitruum & fumum: sic procul dubio isti concionatores, verbis solummodo locuacibus, acclamationibus præter tempus & rem datis, plus nimio cōcenti,

Abusus eorū qui cōcionandi munere fungūtur.

1. Cor. 2. Hier. 9. a

2. Cor. 7. Ezech. 3.

Simile.

corda

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

corda hominum ad pœnitentiam suorum peccatorum non cõcutiunt. Qua propter illorum ora obstruenda essent, nihil præter inanem loquacitatem resonantia, sicut olim facundissimum Vlyssem fecisse legimus, aduersus Thersiten linguacem, quem cohibuit dicens.

Homer. Iliad. b. θερσίτ' ἀκριτόμυθε, λιγὺς περ ἐὼν ἀγορητής, ἴσχεο. Id est.

Thersite in elegans, vocalis quanquam concionator, desine.

Nusquàm his concionatoribus in animo est apud semetipsos opiniones verè euangelicas & Apostolicas antequàm suggestum conscendant concipere, & affectus eosdem, verè intra se excitare, quos in eos qui audiunt, cupiũt excitatos, quemadmodum ethnicus poeta faciendũ esse decernit, Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi, tunc tua me infortunia lædent. Malè si mandata loqueris, aut dormitabo aut ridebo. Quod cum minimè fiat, nihil ampliùs qui audiunt commoditatis excipiunt, quàm si ad lautissimas epulas & opiparam mensam conuocati, condimenta solùm, ad gulam irritandam quàm plurima inuenirent apposita, cum nusquam phasides aues, perdices, aut alios solidos cibos afferat conuiuator. Accedit quòd si quando exhortatione sua populari ad pœnitentiam & contritionem commouerint audientes, cum primum à suggesto descendunt, scurrilitar & prophanè conuersantur, facetijs & nugis, (quas in ore clericorum Diuus Bernardus vocat blasphemias) leuiter profluentes: quibus iacta ad virtutem semina conuellunt, ludicra fuisse non seria quæ ab illis dicta fuerant, hac debachandi licentia significantes: cùm interim ipsi vrbanos se Dei concionatores & curiales esse quàm maximè glorientur. Contra hos ἀθυρόγλωσσους, locutuleios, aut potius glassogastoras, euanidosque verborum conuiuatores, acriter inuehitur beatus pater Hieronymus, tum alijs locis, tum præsertim in epistola ad Nepotianum de vita clericorum. Verba voluere & celeritate dicendi, apud imperitũ vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est, attrita frons interpretatur sæpe quod nescit, & cùm alijs persuaserit, sibi quoque vsurpat scientiam. Nihil tam facile, quàm vilem plebeculam & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quod minus intelligit, plus miratur. Et iterum ait. Docente te in Ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur, lachrymæ auditorum laudes tuæ sint: sermo præsbyteri scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse & rabulam, garrulumque sine ratione, sed mysteriorũ peritũ, & sacramentorũ Dei tui erudi dissimum. Hactenus Hieronymus. Verũtamẽ ad nostros prophetas iã redeat oratio, quæ calore dicendi, imò dolore animi, quò nõ purarũt, perrugata est.

Horat. in arte poetica. Simile.

Ad Eugenium de cõsiderat.

Hiero. in epistola ad Nepo.

Valde nota.

Alia rationes obscuritatis in prophetis.

Nihil igitur ijs qui verbum Dei enuntiandi munere censentur, nihil ijs qui ipsum verbum Dei audiendi desiderio capiuntur, commodius exponi potest, quàm sermo prophetarum, ob rationes illas, quas superius cõmemorauimus. Attamen sermo propheticus (esto non essent populo grauia peccata, quæ obsignationem libri mererentur) valde obscurus est & impeditus, nã quę tenebrosa aqua in nubibus aëris, vt quidam non incongruè explicat, difficilis & recondita doctrina in prophetis. Et vt præteream quàm plures alias huius obscuritatis causas, veluti de vna re & persona in aliam atque aliam facilem transitum: figuratas locutiones, gesta etiam prophetarum externa, quibus verborum loco vtebantur frequenter: illud difficilem reddit prophetam ad intelligendum, quòd populi vitia atque prauos mores carpexent prophetæ

1. Ratio.

tæ breui sermonis ambitu, vtpote tanquam notissima illis ad quos loquebãtur, nobis tamen non ita, ex quo fit, vt laconismo illo remoremur ab intelligentia. Adhæc admiscent interdum prophetæ nomina barbara illarum prouinciarum, vbi res agebantur, vt docet Hieronymus in commentarijs super Abdiam, atque illa qualia qualia sint, oportet bene nosse. Deinde phrases erãt apud Hebræos, & vulgati quidam dicendi mores, atque prouerbia, quæ à cõmuni vsu hominũ huius tempestatis longè posita sunt, vt erat illud prouerbium in terra Israel. In longum differentur dies, & peribit omnis visio. Et illud. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Et verba ingrati populi aduersus cõcionantes prophetas quæ refert Esaias. Mãda remanda, mãda remãda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicũ ibi, & id genus innumera. Siquidẽ ea solet recenseri obscuritatis causa in Aristotele (vt à viris doctis obseruatũ est) dũ exẽpla refert illis qui loquebantur peruia & cõmuni vsu posita, cæteris verò nõ similiter, cùm ad mathesεως, & aliarũ artiũ speculationem, ex quibus exempla sumuntur, nõ cõsenescãt, quẽadmodum illius ætatis viri, quoniam sacram theologiã & alias facultates, aut saltẽ aliud melius nõ haberent, studio philosophię accensi, facere cõpulsi sunt. Accedit etiam quòd plures ex sanctis doctoribus, quorum scripta & commentaria sacram paginã nobis illustriorẽ reddunt: vel propter rei summam difficultatem, vel quòd in enarrandis alijs sacrorum bibliorum voluminibus occuparentur, ad explicandos prophetas minimè applicauerunt. Qui verò rem hãc constanti animo aggressi sunt, dum aduersus hæreticos in explicatione prophetarum, longissimè disputant, quanuis maximam lucem prophetis intelligendis eos inferre conspiciamus: plurima tamen diducenda & explicanda, posteritati reliquerunt, ex quibus theologorum eruditioni, & Christianorum doctrinæ maximæ fient accessiones. Dum tamen antiquis patribus omnia referamus accepta, qui fontes nobis aperuerũt allegoriarum, & de rebus obscurissimis loquendi initium dederunt. Inuenire enim non nisi sapientis, explicare autem cuiusque, vt inquit Aristoteles. Quãobrem qui animum suũ, ac suas lucubrationes, ad enarrandos prophetas vltro deuouerit, magno beneficio Rempub. Christianorũ prosequetur. Quo facto simul nomẽ & famam cum magna gloria mittet ad posteros, eo quòd rem aggrediatur, tum magnis sudoribus sibi constantem, tum perneccssariam, & quæ hominibus magnum emolumentum sit allatura.

2. Ratio. Hiero. super Abdiã

3. Ratio.

Exech. 18 16. Hier. 31. Esai. 28.

Quid Aristoteles tradat obscurum.

4. Ratio.

Antiquis doctoribus gratulandum.

5. Ratio. c. 7.

Verùm enimuerò cum prophetis omnibus innata sit obscuritas, Ezechiel propheta, omnium est obscurissimus, vel Hieronymo lucupletissimo ac fidelissimo teste, qui idipsum frequenter in commentarijs super eundem prophetã asseuerat, ac reformidat tãtus vir & Ecclesiæ lumẽ. Primùm in prefatione cõmentariorũ sic ait: Aggrediar Ezechiel prophetã, cuius difficultatẽ Hebræorum probat traditio, nãnisi quis apud eos ætatem sacerdotalis ministerij, id est, tricesimum annũ impleuerit, nec principium geneseos, nec canticum canticorum, nec huius voluminis exordium & finẽ legere permittitur, vt ad perfectã scientiam & mysticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat. Idipsum colligere licet ex Origine in proœmio homiliæ quartæ super cantica. Item cap. 44. super Ezechiel ipse Hieronymus impeditissimũ obscurissimumq; asserit prophetã, & quoniã verba sunt plena salibus & eruditiõe referre placet. Dũ essem Romæ puer & liberalibus disciplinis erudirer, solebã

Ezechielis prophetiæ obscuritas. Hieronym. in proœmio comment. super Ezech. Origines. Hieronymus pulcherrime.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

cum cæteris eiusdem ætatis & propositi, diebus dominicis sepulchra aposto
rum & martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quæ terrarũ profun-
da defossæ, ex vtraque parte ingredientium, per parietes habeant corpora se
pultorum, & ita obscura sunt omnia, vt propemodum illud propheticũ cõ-
Psa. 54. pleatur: Descendant in infernum viuentes: & raro desuper lumẽ admissum,
horrorem temperet tenebrarum, & vt non tam fenestra quàm foramen de-
missi luminis putes, rursumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circun
datis illud Virgilianum proponitur.

Horror vbique, animos simul ipsa silentia terrent.

Psa. 96. Psal. 17. Ezechiel oceanum & labyrinthos ĩparatur. Virgi. de aei. 6.

Hoc mihi dictum sit vt lector prudens intelligat, quam habeam senten-
tiam in explanatione templi Dei in Ezechiele, de quo scriptum est: Nubes &
caligo sub pedibus eius. Et rursum. Tenebræ latibulum eius. Vnde & Moy-
ses nubem ingressus est & caliginem, vt posset domini mysteria cõtemplari,
quæ populus longè positus & deorsum manens videre nõ poterat. Hæc Hie
ronymus. Et iterum in procemio libri 14. locum prophetæ Ezechielis ocea-
num scripturarum appellat, & mysteriorũ Dei labyrinthum, illustris poetæ
carminibus adductis. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Et alibi.

Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprensum & irremeabilis error.

Ezechieli pluries se reuelauit Deus. Eccl. 49

Satis igitur nobis constare potest, quantis sit difficultatibus obuolutus
Ezechielis prophetæ liber, superest modò, vt cum difficultate vtilitatem pen
semus, quæ quidem minor nullatenus est. Etenim propheta alius non reperi
tur, cui toties inuisibilis Deus, se visibilem exhibuerit, vt in salutem hominũ
ipsum edoceret. Vnde per Ecclesiasticum, quin potius per ipsum diuinũ spi-
ritum, maximè ob hanc rem commendatur Ezechiel, qui vidit conspectum

Ezech. filius hominis.

gloriæ quam ostendit illi in curru Cherubim, nam commemoratus est ini-
micorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt vias rectas. Hæc ibi. Sæ-
pius etiã filius hominis appellatur Ezechiel, vt figurã esse intelligamus eius,
qui dicit: filius hominis non habet vbi caput suum reclinet: & filij hominis
Christi doctrinam enuntiare in salutem: & ad tantas visiones fuisse euoca-
tum vt oportuerit eum, ne magnitudine reuelationum superbiret, recordati
one humanitatis humiliari.

Exẽ. exemplũ fortitudinis ad corripiẽda peccata. Ca. 13. 20 Ca. 21. 19 38.

Insuper Ezechiel exemplum constituitur eximiæ cuiusdã fortitudinis ad
exprobrãda vitia, quapropter κράτος κυρίου robur domini rectè appellatur,
conuocatq; & adsciscit illum Deus quasi propugnatorem & vindicem suæ
gloriæ, contra vniuersos terræ peccatores, vt eos constantissimè coarguat. Et
tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui. Fili hominis obfir-
ma faciem tuam super Themam & Daron, & Nageb. Fili hominis pone fa-
ciem tuam ad Hierusalem. Fili hominis obfirma faciem tuam contra Pharao
nem regẽ Ægypti. Super Gog & Magog. Mirabilis sanè Daniel qui ad pref
byterum mittitur delinquentem, Esaias ad principes, verùm Ezechiel nõ so
lùm ad principes, sed ad vniuersam simul mittitur corripiendam ciuitatem,
quin ad vniuersum orbem, erat siquidem in eo magna fides & grandis auda-
cia, durissima facies contra duritiem peccatorum, cui ideo dicitur. Vt adamã
tem & vt silicem dedi faciem tuam. Et præter communem illam vtilitatem

quam

Ezech. 3. Ezechiel præcipua capita religionis tractat.

quam in omnibus prophetis esse paulò antè asseuerauimus, Ezechiel prophe
ta exhibet nobis, vbere sententiarum copia, præcipua capita religionis & do
ctrinæ Christianæ: vt sunt illa, quod sit munus episcoporum & prælatorum
omnium erga subditos, subditorum erga prælatos. Qui sint præcipui actus
pastorum, quibus potissimum officium suum adimplere debent existimari. *Cap. 44*
Requirere videlicet oues, visitare, congregare, inducere in terram suam, pa-
scere in montibus Israel, in pascuis vberrimis, quæ omnia exhiberi minimè
possunt à pastoribus, dum longè absunt à grege. Requirere quod perierat, ab *Præcipua officia episcoporum. Abusus pastoralis efficii ex Ezechiele.*
iectum reducere, confractum alligare, infirmum consolidare, nihil sibi anti-
quius esse debere, quàm incolumitatem gregis sibi crediti. Non contrà pas-
cere semetipsos, ponere nomina sua in terris suis, maioricatus erigere, do-
mos ac familiam augere & amplificare, quasi sacerdotiũ Christi nihil aliud,
quàm quæstum ac tyrannidẽ esse putent, ita vt impunè, imò impijssimè qui-
dam ex iurisperitis dicere ausus fuerit, tum demum episcopũ optimè suo mu
nere functum, si nouerit lites diiscindere atque dissoluere, & vt suo vtar ver-
bo (si supiare substantiar vn processo) qua profectò blasphemia maior excogitari non potuit. Sed isthæc missa faciamus.

Item illud, vndique terrarum Deum habere justos aliquos, quorum pre-
catu & honore cunctos alios clementer sustineat, & quorum intercessione
ad misericordiam peccatorum flecti velit, vt patet capite 14. Relinquetur in *Cap. 14.*
ea saluatio. Præterea etiam in ædificatione templi diuina quadam significati *Cap. 40.*
one perfectio vitæ spiritualis explicatur, illiusque incrementa, & quàm plu-
ra alia id genus sunt, quæ longum esset recensere.

Horum omnium fructum exhibent nobis prophetarum enarratores, a- *Authoris commendatio.*
perientes quæ difficilia (vt diximus) ad intelligendum erant. Inter quos no-
stra hac tempestate principem locum tenet, Reuerendus pater frater *Hector Pintus*, patria Lusitanus, qui cum olim exhibuisset nobis prophetam euange
licum Esaiam, lucidissimè iam euangelicè & apostolicè extra synagogam cõ
cionantem, nunc demum prophetam Ezechielem in densissimis tenebris ob
scuritatis delitescentẽ (quod ostendimus) eloquentissimum facit concionа-
torem, ac profert in lucem. Et quem scripturarum oceanum & mysteriorũ
Dei labyrinthum appellat D. Hieronymus, ingreditur feliciter Hieronymia
ni instituti professor *Hector Pintus*, imò Theseus, (Absit inuidia dicto) qui *Aenei. 6*
Dei misericordia & auxilio fretus, ipse dolos tecti, ambagesque resoluit, cæ
ca regens filo eruditionis vestigia: quem sequentes ad portum explanatio-
num prophetæ Ezechielis peruenire poterimus. Cùm verò in enarratione
Esaiæ omnes partes optimi interpretis & enarratoris tanta cũ laude & do-
ctorum omnium consensu impleuerit, profectò in hoc opere commenta-
riorum in Ezechielem, non solum meritam laudem & honorem sustinuit,
ac expectationi satisfecit, verùm etiam superauit, vt seipsum vicisse, vti Ori- *Authoris eloquentia & eruditio. Indoctorũ existimatio de theologia.*
genem quondam dicere posse videamur. Sermo est tersus & planus, frequẽs
diuinæ paginæ testimonijs, eloquentia perspicuus & illustris, eruditione ad
mirabilis, qualis apud sanctissimos patres, religionis Christianæ heroas, Hie
ronymũ, Cyprianũ, Chrysostomũ, Lactantiũ, qui eloquentia, vt sanctitate
floruerũt, vbique cõspicitur. Gratissimũ profectò est videre sacras literas, tã
purè tam eleganter tractatas, ne immurmurare persistant barbarissimi & in-
fantissimi homines, qui quoniam ipsi nihil præter balbutire norunt, theolo-

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

giam niſi in cœno & barbariſmo poſſe conſidere aiunt. Quaſi hi quos recen
In epiſto la ad Ne potia. & epiſtola ad Mar cellum.
ſuimus ſancti patres, theologi non fuerint, quòd fuerunt eloquentia clari. Sed iſti perſimiles ſunt ijs, qui ſummā rerū ignorantiam ſanctitatem eſſe dicunt: quos acriter reprehendit, ac contumelia dignos indicat Hieronymus. Nec ſum adeò (inquit) hebetis cordis & tam craſſæ ruſticitatis (quam illi ſolam pro ſanctitate habent) piſcatorum ſe diſcipulos aſſerentes, quaſi ideirco ſancti ſint, ſi nihil ſcierint, &c. Habetis ergo lectores integerrimi commentaria in Ezechielem ab eodem authore, à quo in Eſaiam commentaria olim tam hilari vultu excepiſtis, ſed hoc loco author aſſurgit in cothurnos, & elegantiſſimè omnia perſequitur, fuſiuſque omnia tractat: quod ſanè in Eſaiæ lucubrationibus deſiderabatur, nam cùm gratiſſimæ eſſent, longiores vellēt theologi. Rurſus grauiorum authorum agmina vtriuſque literaturæ & diuinæ & humanæ, ſuo tempore & loco, non ad venditationem & oſtentationem (quod fieri ſolet) ſed magna cum neceſſitate & fructu aſſeruantur, Rabinos, & Hebræos illorumque linguam & phraſes, in catholicæ fidei ſubſidiū teſtimoniumque peritiſſimè facit ancillari. Quam plures etiam loci ſacrarum literarum perdifficiles, nec non philoſophorum, ad reconditiorem ſapientriā & doctrinā expectantes, magna dexteritate explicantur, ita vt μεμψιμοίροι, id eſt, queruli & quibus nunquam fit ſatis, nihil habeant quod ſugillare poſſint. Neque tamen in mentem meam vnquam illa incidit exiſtimatio, dicturos eſſe aliquos me de Hectore hæc magnificè prædicare, eo quòd ad eandem familiam & religionē Diui Hieronymi (etſi in alio regno) pertineat: iniqua eſt hęc & indigna ſapiētibus cogitatio. Porrò horū omnium (præterea quod in his operibus latiſſimè patent, ita vt mēdacij poſſem facilè inſimulari & reprehendi, ſi affectu non veritate aſſererem) aſſatim experimentū ſumpſi per plures menſes, quibus apud nos diuerſatus eſt optimus pater in noſtro monaſterio, dum cudendi hæc commentaria, facultatem & priuilegium ſibi fieri expoſtulabat. Vbi ſimul integritatis ſuæ, religionis, pietatis, ac eximiæ prudētiæ, prout ſacerdotem monachum, theologumque decent, exemplo ac conuerſatione plurimum recreati ſumus.

Ecce igitur vobis (candidi lectores) prophetas reconditiſſimos, & magna caligine cęcos, præcipuè Ezechielem, familiari quadam & gratiſſima dicendi forma loquētes, quos, vt deinceps ab eodem authore plura ac fortè maiora poſſitis expectare, hilaribus animis excipite, fruimini, ac valete. Ex noſtro cœnobio Diui Hieronymi apud Madritum, quarto idus Nouembris, anno 1557.

MAGISTER MICHAEL VENEgas Abulenſis ad Chriſtianum lectorem.

ASSYRIO veluti concluſus carcere vates,
Et Solymo veluti puluere merſus erat.
Nec manus implicitas diſſolueret vlla catenas,
Diſpulerat tetrum, nec manus vlla chaos.
Denique nullus adhuc penitus tot viderat annis
Diuinis abſtruſas Ezechielis opes.
Lyſiadum donec veniens nouus Hector ab ora,
Hector eo dignum Pectore mouit opus.
Nunc nitidum caput, atque pedes, linguamque deſertam,
Nunc nihil Ezechiel ruſticitatis habet.
Luce noua, dulci nunc libertate potitur,
Nunc ſacro edidicit cultiùs ore loqui.

ALTERVM.

ECCE tibi Ezechiel alius nunc prodit & idem,
Hectoreoq; ſacras lumine prodit opes.
Diuino antiquam pellit qui lumine noctem,
Tam bene qui pingit, Pintus hic Hector erit.
Lyſiades Hector decus ò Hieronyme veſtrum,
Doctrina ſimilis, pectore, & ore tibi.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

PROPHETIA EZE-CHIELIS.

ARGVMENTVM PRIMI CAPITIS.

Explicat diuinus vates, quo stupore atque loco ea viderit, quæ huic capiti mandauit: nomen suũ, genus & munus ostendit. Describit multis veris explicatu difficilimis admirabilem visionem sibi ostensam quatuor animalium, rotarum viuentiũ, throni dei, & eius imaginis super throno, vt iussu nuncij mittentis se authoritatem, suamque confirmet vaticinationem. Aperit diuinis quibusdam sententiarum luminibus vtranq; in Christo Deo nostro naturam, diuinam & humanam, eius regnum, sacerdotium, mortem acerbissimam, reditum ad vitam, & ascensum in cœlum: quicum est sedet totius vniuersi moderator & rector, formã serui suscepit, nostram induens mortalitatem, vt immortalitatis suæ nos participes efficeret, quo eo in cœlesti beatitudine eno sempiterno frueremur. Vtrudelit fidelium charitatem, perpetuamque in recta viuendi ratione constantiam. Sed ita températ hæc omnia, ne tunc rudi populo deũ esse corporeum existimaret: eamque ob causam ea verborum tegumentis coperit, quæ erant postea ostendenda, & in euangelio aperiè reuelanda.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: cũ essem in medio captiuorũ iuxtà fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei: in quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin. Factũ est verbum domini ad Ezechielem filiũ Buzi sacerdotem in terra Chaldæorũ secus flumen Chobar: & facta est super eũ ibi manus domini.

EXPLANATIO.

ET factum est in trigesimo anno. Obtinente Iudææ regnum iusto illo Iosia, qui singulari sapientia, sanctúsque institutionibus patriam illustrauit, & ad summam amplitudinem perduxit, inuentus est in templo domini liber legis ab Helchia pontifice maximo, vt Regum libro quarto diuinæ literæ memoriæ prodiderunt. Nam impius Manasses, qui antea regno præfuerat, vero Dei cultu neglecto, gentium idola, earumque vanitates & superstitiones coluit: & cũ esset cœlesti oblectatione destitutus, & scelere atque maleficio pasceretur, viros iustos sapientia & pietate præstantes eius impietati acquiescere, atque subscribere nolentes interfecit, & diuinam legem delere, penitusque extinguere curauit. Quod intuens, vt aiunt, vir quidam virtutum præsidio septus, amore pietatis & religionis incensus, librum diuinæ legis inuito impio rege in quodam templi loco tuto & apto abscondit: qui postea fuit tempore Iosiæ inuentus, qui Dei cultum, quem eius maiores per summum scelus violauerant, instauravit, populumque suum in vera religione mirabiliter instruxit. Post legem inuentam vixit Iosias tredecim annos, cui successit Ioachaz filius eius, & tres menses duntaxat pra fuit regno, post quem regnauit Ioacim vndecim annos, cui successit Ioachin, cognomine Iechonias, qui cùm tribus mensibus principatum tenuisset, fuit de dignitatis gradu deiectus, & captiuus ductus in Chaldæam cum nostro Ezechiele, aliisque multis, qui obsidioni resistere non valentes, se Babylonijs facilè tradiderunt. Pro Iechonia fuit Sedechias in regia dignitate constitutus, & vndecimo anno sui imperij fuit captus à Babylonijs, & oculis priuatus, vt talis esset eius facies, quale fuerat eius sceptrum: & tota Hierosolyma fuit funditus euersa. Et hæc appellatur vltima captiuitas, cùm quæ fuit sub Iechonia potiùs transmigratio appellatur. Omnes hi reges dempto Iosia fuerunt impij, sceleruṁque maculis notati: quocirca suam dignitatem labefactarunt, patriamq; suam penitus deleuerunt. Cùm autem Ezechiel esset iuxta fluuium quendam Babylonis, nomine Chobar, inter captiuos Hebræos, anno quinto suæ captiuitatis, quam ipse regis Ioachin transmigrationem vocat, vidit ea, quæ huic primo capiti mandauit, vt diuinarum vaticinationum veritas innotesceret, essetque perpetuis monimentis consignata. Eam ob causam asserit fuisse hoc anno tricesimo,

4.Re.22
4.Re.23
4.Re.23
4.Re.24
4.Re.24

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

simo, nempe à libra legis reperto. Si enim ab eo tempore ad annum vsque quintum trãſmigrationis Iechoniæ annos numerauerit, inuenies triginta: tot enim inter legis inuentionem & hãc diuini noſtri vatis viſionem abſque dubio interfluxerunt. Lege quartum
4. Reg. 2. Para. Regum, & ſecundum Paralipomenon, ſi hæc voluerit copioſius perſpicere. Et ne me exiſtimes hoc fomniare, vide Chaldæam paraphraſin, cuius ad literam hæc ſunt verba: Factum eſt triceſimo anno ab eo tempore, quo liber legis repertus eſt ab Helchia ſummo pontifice, anno decimo octauo Ioſiæ. Illud eſt hoc loco aduertendum non numeraſſe Ezechielem tempus niſi ab inuenta lege, vt oſtenderet, non debere proprie tempus appellari ætatem illam, in qua diuina lex erat ob hominum ſcelera penè extincta, & de medio ſublata. Eam ob cauſam libro primo Regum ſcripſit legimus Saulem duos annos regnaſſe, cum eſſet in Actis diuus Paulus eum ad quadrageſimum ſui regni annum vitam perduxiſſe. Nam cum ſolùm duobus primis annis iuſtitiam & religionem coluerit, tempore illo tantummodo dicitur regnaſſe, quo diuinam legem ſeruauit, non autem illo, quo ea contempta ratio nihil valebat, iuſtitia iacebat, mos patrius occiderat. Immò nec tunc viuebat, ſed mortuus meritò poterat appellari, peccatum enim, cum conſummatum fuerit, vt verbis vtar diui Iacobi Apoſtoli, generat mortem. Id intuens animo diuus Paulus in epiſtola ad Romanos aiebat: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: & diuus Ioannes in Apocalypſi: Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Diſcipulis ſuis dixit Chriſtus deus noſter: Vos teſtimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum eſtis. Ac ſi diceret: Eam ob cauſam integrũ erit & incorruptum teſtimonium veſtrum, quo & facta & miracula mea teſtificabimini, quia ea oculis aſpexiſtis, & tanquam vobis perſpecta & explorata narrabitis, cũ à principio vitæ veſtræ mecum familiariter fuerit. Sed dices: Quid? Nõne Matheus publicanus ætatem longiùs protraxerat, cum relicto telonio ſecutus eſt Chriſtum? Nonne erat iam vita progreſſus? Non quidem: tunc enim cœpit viuere, cùm ſe cœpit à flagitiorum contagio ſeparare. Impiorũ, quæ dicitur vita, mors eſt: illi vixiſſe verè dicuntur, qui à ſcelerum vinculis euolauerũt, ſeque ad Chriſtum conuerterunt, cuius amore mirabiliter flagrarunt. Id de latrone ſancto dicendum puto. Et ſi enim ſunt, qui aſſerant eum vltima vitæ hora fuiſſe ſalutẽ animæ cõſecutum, ego tamen arbitror, eum prima vitæ ſuæ hora animam ſuam expiraſſe, cùm ſe ad fontem miſericordiæ conuertit, cùm inſignes maleficiorum maculas animo conceptas acerbiſſimo contritionis fletu deleuit, & totam ſpem ſuã, totam cogitationem, torã denique mentem in Chriſto vulneribus traiecto fixit, atq; locauit. Horam illam vitæ, quam alij vltimam appellant, exiſtimo ego eſſe primã appellandam. Non enim antea vixerat, qui cupiditatis ſtimulis concitatus, alios illibatis diuitijs ſpoliabat. Imò nec talis ætas tẽpus dici merebatur: nam cùm tempus ſit numerus, ſiue menſura motus cœli per prius & poſterius, vt aſſerit Ariſtoteles libro quarto Phyſicorum, & alij philoſophi multis in locis teſtãtur, qui fieri poteſt, vt cœli motionem attẽtè numerent, qui ſuarum motionum nec numerum habent, nec menſuram, nec ordinem: cum neque vitam dirigant ad rationis mẽſuram, neque officiorum momenta perpendãt? Præterea quomodo cœlum rectè menſurabunt, qui eo contempto ſolùm terram intuentur, & vt verbis vtar regij ac diuini vatis, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram? Hac ratione ductus Ezechiel tempus ab inuenta lege numerat, dicens: Et factum eſt in tricẽſimo anno. Sed cur incipit à particula, &, copulatiua, quæ nihil aliquid præcedat, locum non habet? Exiſtimo, ideo hoc feciſſe, quia voluit ſignificare, quæ literis mandabat, priùs mentis oculis vidiſſe: eſt enim prophetia intellectus acie perſpecta, & diuinitus inſpirata: quam ob cauſam eam diuini vates viſionẽ appellant, ipſique videntes appellantur, vt in noſtris in Eſaiam commentarijs, in primi capitis explanatione oſtendimus. In prima epiſtola ad Corinthios ait in hũc modum diuus Paulus: Alijs per ſpiritum datur prophetia.

Et do ea interpretantur nonnulli id, quod antea dixerat Iob: Inſpiratio omnipotẽtis dat intelligentiam. Et alibi: Et vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula. Ideo quod prædixit, ait intellexiſſe, vt verè vaticinium eſſe oſtendat: nõ eſt enim prophetia id, quod minimè intelligitur. Nec enim Pharaonis per ſomnium viſio venturæ prænuntians debet propriè prophetia appellari, quoniã id quod viderat, intellectu nõ percipiebat: nec Caiphas, quanuis propheтauit, cùm eſſet põtifex anni illius, vt ait diuus Ioannes, propriè propheta fuit, quoniam verborum, quæ protulit veris intellectus ipſum fugiebat. Et quoniam diuinus noſter vates ea, quæ literis mandauit, viderat in ſpiritu, & comprehẽderat intellectu, incipit à particula copulante, continuãs ea, quæ ſcribit, ad intimam reuelationẽ, & ea, quæ foris protulit, ijs, quæ intus aſpexerat connectens. Aut certè prolepſis eſt figura in ſa-

in ſacris literis non infrequens: cùm ea, quæ ſequi debẽt, anteponuntur, vt primo capite Ionæ: Et factum eſt verbum domini ad Ionam. & pſalmo octogeſimo ſexto: Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.

In quarto, in quinta menſis. Hebraiſmus eſt, ac ſi dicat quinta die menſis Iulij, qui eſt quartus in ordine menſium. Ita Ionathas Chaldæus hunc locum explanat. Sunt qui per hũc quartum menſem intelligant Ianuarium, aſſerentes Orientis nationem ſolitam fuiſſe incipere annum ab Octobri poſt torcularia, & frugum collectionem. Et quanuis opinio hæc ſit magnorum virorum authoritate munita, ego tamen exiſtimo priorem eſſe tenendam, non ſolùm ob Ionathæ interpretationẽ, ſed ob diuinarum literarum authoritatem. Exod. 12 Nam Exodi capite duodecimo loquẽs Moyſes de menſe Martio, quo Hebræi egreſſi ſunt ex Aegypto, inducit deum in hunc modum loquentem: Menſis hic vobis principium mẽſium primus erit in menſibus anni. Sed tunc oritur quæſtio: qui fieri poteſt, vt Iulius appelletur menſis quartus à Martio, ſi eſt quintus in ordine? Huic dubitationi facilè reſpõdebis, ſi menſium rationem iuxta Hebræorum conſuetudinem perpenderis. Illi namque menſes per lunas numerant: ex quo effectum eſt, vt apud eos menſis appelletur chodex, quę dictio innouationem ſignificat, quòd eo luna innouetur, quo etiam nomine prima dies lunæ appellatur. Annus apud Hebræos ſemper incipit à nouilunio propinquiore æquinoctio vernali. Quando autem nouilunium præcedit æquinoctium, reſpondet primus mẽſis noſtro Martio, quando autem ſequitur, reſpondet Aprili. Sed plerunque primus menſis capit partem Martij, partem verò Aprilis: quocirca menſis quartus, aliquando reſpondet noſtro Iunio, aliquando Iulio, aliquando vtrique. Eſt igitur perſpicuum eos in errore verſari, qui aſſerunt Octobrem, aut, vt alij dicunt, Septembrem eſſe anni principium, niſi dicant hoc fuiſſe ante Hebræorũ egreſſum ex Aegypto. In qua ſententia fuerunt Rabbi Dauid, & Eliezer, exiſtimantes fuiſſe mundum in vno ex duobus ijs menſibus creatum. At antiqui Romani annum à Martio incipiebant: authores ſunt Marcus Varro, & Macrobius, & alij. Et Strabus aſſerit fuiſſe mundum à deo menſe Martio conſtitutum, & ſolem in ſuo principio primum arietis gradum tenuiſſe: qua in ſententia fuerunt diuus Hieronymus, trium linguarum clariſſimus interpres, vtrãque ſanctimonia probatiſſimus, immortalis Ambroſius, magnus Baſilius, glorioſus & inuictus Athanaſius, qui fontes veræ philoſophiæ aperuerũt, totumque terrarum orbem ſplendore ſapientiæ illuſtrarunt: illud enim in illis lumen mirabiliter eluxit, quod nulla poſteritas extinguet, quod nulla vnquam obſcurabit obliuio. Quare eorum ſententiam arbitror eſſe tenendam & amplexandam, & ex conſequenti dicendum, hunc quartum menſem, de quo hic loquitur diuinus vates, eſſe eum, qui ab Hebræis appellatur Thammuz, noſtro Iunio, aut Iulio, aut vtrique ſimul plerunque reſpõdens. Et quoniam menſe Martio fuit mũdus à Deo conſtitutus, pulchrum erat, vt eodem menſe eſſet ab eodem reparatus. Ideo menſe Martio in ſacrato virginis vtero naturam humanam aſſumpſit, ſibique copulauit: & eodem menſe acerbiſſimam mortem tulit, ſe pro nobis in crucis ara hoſtiam deuouens atque conſtituens, vt hominibus errantibus ac vagis viam conſequendæ immortalitatis aperiret, eorumque ſcelera ſuo ſanguine expiaret. Diuus Athanaſius libro de variis quæſtionibus ſacræ ſcripturæ ad Antiochum aſſerit fuiſſe Adamum creatum die vicẽſimo quinto Martij, quo ſacratiſſimæ virginis Mariæ annunciationem celebramus. Nomina mẽſium apud Iudæos iuxta Eucherij ſententiam libro ſecundo inſtructionum ad Salonium capite ſeptimo hæc ſunt: Niſan, Iar, Siue Iiar, Siuan, Thammuz, Ab, Tiſri, Marcſon, Elul, Caſleu, Tebeth, Sabath, Adar. Niſan reſpondet Martio, deinde alij recto ordine noſtris etiã menſibus reſpondent.

Ion. 1.

Pſal. 86.

Cum eſſem in media captiuorum. Non ait: Cùm eſſem captiuus, ſed, in medio captiuorum, vt inſinuet ſe eſſe conſcientiæ iudicio liberum, quanuis eſſet Nabuchodonoſoris iudicio captiuus. At diuino conſilio effectum fuit, vt in Chaldæam adduceretur, quò ſuis concionibus, conſilijs & vaticinijs Hebræos cõſoleretur, & inſtrueret, & ad diuinam miſericordiam implorãdam excitaret. Duplex eſt captiuitas, altera animæ, altera corporis: ſed ea propriùs captiuitas appellatur, quæ animam ligat, quando homo in ſcelerum vinculis retinetur. De ea ait in Prouerbijs Salomon: Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Et in libro Sapientiæ, quem Irenæus, Aggeſippus, Lactãtius, & omnis denique antiquorũ chorus Salomoni tribuerũt, ſunt hæc verba literis mandata: Iniqui vinculis tenebrarum, & longæ noctis cõpediti, incluſi ſub rectis, fugitiui perpetuæ prouidẽtiæ iacuerãt. Vbi videt hominem maleficijs coinquinatũ, eſſe in vinculo conſtrictum, impium, & ſi regnet, ſeruum ta-

Prou. 5.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

men est, non vnius hominis, sed quod peius
est, tot dominorú, quot sunt vitia, quibus ob-
temperat. Quid prodest homines sibi subij-
cere, si ipsum sceleribus subijcit? Hæc intu
Ioseph. 33. ens Ezechiel, de impio loquent, Ille quidem,
inquit, in iniquitate sua captus est. Id voluit
significare diuina scriptura dicēs in libro Ge
Gen. 47. nesis: Aegyptios omnes captiuos fuisse, & in
Pharaonis seruitutem redactos. Vnde Chri-
Ioan. 8. stus deus noster apud Ioannem: Qui facit, in
quit, peccatū, seruus est peccati: & diuus Pau
2. Tim. 2. lus in epistola secunda ad Timotheum: vt
resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui te
nentur ad ipsius voluntatem. Erāt Hebræi in
Chaldæa vtraque captiuitate detenti. Si enim
à captiuitate animæ essent liberi, nō essēt illuc
adducti, & vinculis mādati. Si animæ hostes,
hoc est, mundum, carnem, & dæmonem vicis-
sent, de hostibus corporis victoriam reportā-
rent. Sed quoniam se animæ hostibus sponte
tradebant, & deo relicto à vitijs superari fa-
cilè patiebantur, fuerunt ignominiosè victi,
& capti, & ideo meritò vocati infœlices, quo
niam se scelerum ministros præbentes, dei ho
minumq; iura violarunt, & patriam suam fun
ditus euerterunt. Contra verò Abrahamus,
quoniā cùm in calamitates incideret, ad Deū
tanquam ad arcem tutissimam confugiebat, à
quo certissimam opem expectandā putabat,
Gen. 14 vernaculis suis potentes quatuor reges simul
vicit, eorumq; exercitū percussit, & fugauit.
Iudi. 7. Trecenti milites Gedeonis, Madianitarum,
Amalechitarum, & Orientalium gentes im mā-
nitate barbaras, multitudine innumerabiles, ar
mis munitas, omni copiarū genere affluentes
superauerunt: quoniam afflictionum aquis pro-
bati genus nox curuauerunt, sed erecto atque
constanti animo rerū humanarum toleratia
munito in virtute permanserunt, hydrias suo
rum corporum pœnitentia frangētes, ignem
diuini amoris in cordium lampadibus osten-
dentes, & tubas ardentiū precationum ad cæ-
lum eleuātes. Quid dicam de Dauide illustriss
simo rege, qui ab impio Saule afflictus, mul-
tis inuidiæ telis expositus, infinitis calamita
tibus oppressus, capite & opibus vndique op
pugnatus, nulli ærumnarum oneri succumbe-
bat, sed diuino præsidio munitus caebat: Do
Psal. 26 minus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si
cōsistāt aduersum me castra, nō timebit cor
meum. Si exurgat aduersus me prælium, in hoc
ego sperabo. Vide quēadmodū nullos inimi-
corū impetus extimescebat, sed omnē fiduciā
suā in Deo cōstituebat, mūdiq; præsidia & ad
iumēta absq; deo inania existere, & pro nihilo
ducēda putabat. Cū diaboli tentationibus op
Psal. 114 pugnaretur, aiebat: Pericula inferni inuene-
rūt me. seu, vt potest verti ex hebræo: Munīti
ones inferni apprehenderūt me. Tentationes
vocat arma, & machinas pilas sulphuris incen-
sas, cæteraq; belli munitiones. Sed propriā
imbecillitatē perspiciēs, canebat: Nomē do-
mini inuocaui: O domine libera animā meā,
misericors dominus & iustus. Et alio in Psal-
mo: In te eripiar à tentatione, & in Deo meo Psal. 17.
trāsgrediar murum. Ac si diceret: Auxilio tuo
domine liberabar ab hostibus, delens eorum
copias: eorumque vrbes munitissimas expu-
gnabo. Qui de animæ inimicis triumphat, de
corporis inimicis etiam triumphat. Ieremiæ
dixit Deus: ne timeas à facie eorum, quia te- Iere. 1.
cū ego sum ait dominus, vt eruam te. Et pau-
lò pòst: Bellabunt aduersum te, & non præua-
lebunt, quia ego tecum sum, ait dominus, vt
liberem te. Attende quid dicā: Non potest
vinci ab homine, qui vitia sua vicerit. Nō e-
nim quis vincitur, nisi cū ei ab aduersario id,
quod summè amat, eripitur: qui ergo id solū
summè amat, quod amanti eripi nō potest, il-
le absque dubio inuictus est, & spiritualiter
liber, & ideo verè liber. Credo tamen mul-
tos viros iustos & pietate præstantes spiritu-
aliter liberos, esse corporaliter captiuos, & in
hominum impiorum carcerem coniectos. Io
seph ob suā sapientia & charitate præstanti fuit
in Aegypti vinculis retentus, vt in libro Ge- Gen. 39
nesis legere possumus. Ieremias fuit vinculis traditus in Sap. 10
Iuda: Ezechiel ductus est captiuus in Chal- Iere. 10
dæam: Ioannes Baptista, quo inter natos mulie-
rum nullus dicitur surrexisse iustior, nullus
charitate feruentior, nullus sanctitate præstan
tior, fuit ab impio Herode in vincula coniec- Mat. 11.
tus. Et infiniti alij, de quibus sit apostolus Heb. 11.
in epistola ad Heb. Alij verò ludibria & ver-
bera experti, insuper & vincula & carceres, la
pidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisiōe
gladij mortui sunt, circuierūt in melotis, in pel
libus caprinis, egētes, angustiati, afflicti, quibus
digaus nō erat mūdus. Permittit aliquādo de
us, vt sui incidant in ærūnas, & doloribus præ
mitur, vt eorū patiētia & cōstātia sit alijs per
specta & exploratā, & alijs de causis, quas nō
opus esse existimo cōmemorare. Vt enim so-
lers artifex margaritarius facilè patitur Indi- Similitu
cū adamantē percuti, & grauibus ictibus cōtū- do.
di, quoniam scit malleū potius & incudē esse
vulnus acceptarū, quā adamas cōteratur, sic si
pientissimus ille artifex deus viros virtutū splē
dore fulgētes, charitatis præsidio munitos, &
firmitudine atq; cōstantiæ sepios in varias ca
lamitates patitur incidere, quoniā videt eos,
quamuis,

quotidie grauibus dolorum molestiarūq; ictibus feriātur, esse tamē in charitate permansu-
Amos. 7 ros. Vbi Amos prophetā habet iuxta vulgatā
editionē: Ecce dñs stās super murū lutū, & in
manu eius trulla cementarij, habent septuagin-
ta: Ecce dñs stās super murū adamantinū, & in
manu eius adamas. Vbi diuus Hieron. per
adamantē in manu Dei virū missū, præsertim
apostolos interpretatur: nā, vt in lib. Sapi. scri
Sap. 3. ptū legimus: Iustorū animæ in manu dei sunt.
Et Christus deus noster apud Ioannē de suis
Ioan. 10 loquens, ait: Nō rapiet eos quisquā de manu
mea. Esse aūt viros iustos similes adamāti osté
Ezech. 3. dit deus dicens Ezechieli: Vt adamantē, & vt
silicē dedi faciē tuā, ne timeas eos. vel, vt po-
test verti ex Hebræo: Vt adamantē durioré
silice reddidi frontē tuā, quā ob rē ne metuas
eos. Futueris igitur viros charitate insignes si
mos adamantes esse, & in Christi manu cōtine
ri: & ideo Deū permittere eos varijs calamita
tibus agitari, vt eorū amplitudinē illustret, cū
nihil magis cōducat ad eximiæ virtutis gloriā
magnificētiūs illustrandā, q̄ calamitas ipsa. Vt
Similitu do. ille, qui filiū habet integra valetudine pollētē,
& seruū ægritudine laborantē, durius & seue
riùs tractat filiū q̄ seruū, nō quòd magis dilige
at seruū, sed q̄ velit eū incolumitati restitu
ere, quem sort grui morbo laborare. filiū au-
tem quem amore incredibili prosequitur, re-
prehendit, vexat, & exulcerat: sic deus inter-
dum filios, quos diligit, affligit, permittens e-
os in gemitu & labore versari, in sceleratos au
tem indulget, vt prospera medij, mundi opes,
& externas commoditates cōsequantur, quō
ab animi ægritudine liberentur. Hoc intelli-
Iere. 13. gens Ieremias, has voces emisit: Castigasti me
domine, & eruditus sum. Et diuus Paulus in
Heb. 12. epistola ad Hebræos: Quē diligit dominus,
castigat, flagellat autem omnem filium, quem
Rom. 5. recipit. Eam ob causam ad Romanos scribēs:
Gal. 6. Gloriamur, inquit, in tribulationibus, & ad
Galatas: Mihi autem absit gloriari nisi in cru
ce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi
mundus crucifixus est, & ego mundo. Vbi
per crucem Christi afflictiones intelligit, in
quibus ipse Apostolus propter Christum ver
sabatur: nam omnes, vt ipse in epistola secun-
da ad Timotheum ait, qui piè volunt viuere
2. Tim. 3. in Christo, persecutionem patiētur. Vbi videas
persecutionem nō esse infelicitatē, imò Chri
stus eos beatos vocat, qui persecutionē pati-
Similitu do. untur propter virtutem. Quare non est mirum
Mat. 5. Ezechielem militum, prophetarum illustrem, &
amplissimum virtutum ornamentis decoratum
fuisse ab hostibus captum, & in Chaldæā ab-
ductum. Cæterū, vt illo loco certissimum, He-
bræorum populum fuisse ob eorū scelera il-
lucasportatum, quoniam Hierosolymæ habi-
tans, verum deum reliquerat, & fraudes teter
rimas conceperat. Tu autem, qui Christia-
nus nomine gloriaris, etiam si Hierosolymæ
in animi quiete, in visione pacis commoreris,
cauo ne te flagijs contamines, deumque
contemnas, nam ducetis captiuus in Babylo-
niam, quæ est mundi confusio: & Nabugodo
nosor, hoc est, diabolo traditus teipsum per-
des: erit dignitas tua ablata, splendor exun-
ctus, & in dedecore & ignominia versaberis.
At si pœnitentia ductus, ad dominum fueris
conuersus, à regione Babyloniæ Hierosoly-
mam reuerteris, non dominabitur tibi Nabu-
chodonosor, sed Iesus filius Iosedech, veniet
Esdras, & reducet te in patriam tuam, in glo-
riam cœlestem, in terram promissam, ad quam
ardenter aspirabat diuinus ille atque regius
vates, ita canens: Credo videre bona domini Psa. 26.
in terra viuētiū. Illud est preterea hoc loco ad
uertendū, nō dixisse Ezechielē se esse cū cap-
tiuis: sed in medio captiuorū: omnis enim pie
tas, & quicunq; est in dignitate cōstitutus, in
medio suorum esse debet, omnibus consulēs,
æqualitatem seruās, populum ad summam pa-
cem perducens. Fieri nequaquā potest, vt pax
existat, vbi inæqualitas regnat. Christus deus Ioan. 20
noster suis apparens stetit in medio eorum, &
dixit: Pax vobis. Qui in medio est, omnibus
prouidens, iustitiam, quæ in æqualitate con-
sistit, amplectēs, hic subditos suos in pace
conseruabit. Iustitia & pax, inquit propheta, Psa. 84.
osculatæ sunt. Et iterum: Orietur in diebus Psal. 71.
eius iustitia, & abundantia pacis. Aspicis igi-
tur necessariam esse iustitiam ad pacem cōser-
uandam. Immò ad hoc fuerunt rerum publi-
carum gubernatores cōstituti, vt seditionibus
& discordijs sedatis, possint homines vitā ad
tranquillitatem & quietē traducere. Hoc nō
solum Christiani, sed etiam gentium philoso
phi intellexerunt. Ex quo effectū est, vt Mer
curium, per quem principem significabant, ca
duceum manu tenentem depingerent: erat qui
dem caduceum virga quædam serpentibus se
inuicem osculantibus circūdata, & supra alis
ornata, atque extremo corona quadā redimi-
ta. Per virgā intelligitur recta iustitia, de qua
dicebat diuinus quidam vates: Virga directi- Psal. 44
onis, virga regni tui. Per serpentem significa
tur prudentia, iuxta illam dei nostri doctrinā:
Estote prudētes sicut serpentes. Per osculum Mat. 10.
serpentium pax, de qua diuinus Paulus, Salu-
tate, inquit, in osculo sancto. Ideo princeps 1. Co. 16
iustitiā colit, & exercet, & prudentia munit, 2. Cor. 13
vt respublica in pace & securitate vitā de
gat. Qui autem ita rempublicam rexerit, alas
habebit ad volādum in cælum, vbi æternā glo

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

tiæ coronam cõsequetur. Si hoc principes & præsules, & quicunque rem publicam gubernandam suscipiunt, voluerint mentis oculis perspicere, & ad veritatem rationem reuocare, erunt in medio constituti, omnibus æqualiter consulentes, nostrumque Ezechielem imitantes: non enim dixit: Cùm essem cum captiuis, sed in medio captiuorũ. Sed penè lapsus sum ad materiæ longitudinem, & propè infinitatem, & currente rota, instar figuli dum vrceum facere cogitabam, amphorã manus meæ finxerunt. Qui autẽ voluerit copiosè caduceũ rationẽ videre, legat Macrobiũ in Cõmis, Polybium libro quarto, Plinium libro 29. Cœlium Rhodiginum libro vndecimo antiquarum lectionum, Picium Valerianum in suis Hieroglyphicis.

Iuxta fluuium Chobar. Existimant nonnulli esse Euphratẽ: alij contendunt esse proprium nomen cuiusdam fluuij Babylonis: abundat enim fluminibus regiodla iuxta id, quod dicitur in Psalmo: Super flumina Babylonis illic sedimus, & flemimus, dũ recordaremur tui Sion. Poterat, etiam verti: Iuxta fluuium magnũ: id enim significat Chobar. Lege diuinas literas & inuenies magna mysteria iuxta aquas ostendi. In libro Geneseos, prima quæ viderunt de aquis egressa sunt: dixit enim deus Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terrã. Et paulò pòst: Producat terra animam viuẽtem. Vbi vides prima viuentia fuisse de aquis egressa, quoniam futurum erat, vt aquis baptismi regeneraremur. Id volés significare Moyses ait: Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciẽ abyssi, & spiritus dei ferebatur super aquas. Rudis ille mundus necdum tutilante sole, nec resplendẽte luna, nec micantibus astris incompositã materiã abyssi magnitudine opprimebat. At spiritus dei instar auriga super aquas ferebatur, & nascentem mundum in baptismi figura generabat. Quid est homo sine baptismo, nisi terra vacua & inanis, & chaos opertum abysso, tenebrarumque caligine? Hunc dei spiritum appellat Hesiodus amorem, & illam incompositam materiam Chaos, quam Moyses hebraicẽ tohu & bohu appellauit, pro quo noster interpres vertit: inanis & vacua, & septuaginta: inuisibilis & incomposita. Hinc effectum esse existimo, vt Empedocles duo principia cõstituerit, litem & amicitiã, & Anaxagoras confusionem & mentem, & Stoici hylem & deum. Id quod Moyses appellauit spiritũ dei, appellat Hesiodus amorem, Empedocles amicitiam, Anaxagoras mentem, Stoici deũ. Moles autem indigesta, terra inanis & vacua diuitur ab Hesiodo Chaos, ab Empedocle lis, ab Anaxagora confusio, ab Stoicis hyle. Et licet Theodoretur, & alij nonnulli existiment spiritũ dei aerem intelligi, ego tamen Hieronymum secutus, Augustinum, Basiliũ, Ambrosium, Cyrillum, Iunilium, Eucherium, & cæterum magnorum virorum & virtute & eruditione præstantium in ea semper sententia fui, vt crederem voluisse Moysem hoc loco per spiritum domini ipsum spiritum sanctum significare, vt statim in mundi constitutione sanctissimæ trinitatis mysterium eluceseeret. Nec mirum si Christiani Deum appellent spiritum, cùm de eo dicat Gentilis poëta:

Spiritus intus alit, totãq; infusa per artus,
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Et quoniam Deus erat hominem per baptismum regenerarurus, ideo in mundi principio ferebatur super aquas. Planratur paradisus in Edem, & quidam fons in quatuor flumina diuiditur. Contaminatur mundus, scelerumque maculis conficitur, & absque aquarũ diluuio non purgatur. Quod baptismi sacramẽtum, vt asserit diuus Petrus, adumbrabat. In egressu de Aegypto statim apparent aquæ, in quibus obruũtur Aegyptij, & liberantur Hebræi: quoniam in baptismi sacramento peccata moriuntur, & delentur, & gratia atque virtutes conferuntur. Hoc ipsum diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios ait: Omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Id intelligebat regius vates, ita canens: Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis: tu confregisti capita draconis. Caput draconis est peccatum originale, quod cum alijs peccatis in baptismo deletur, in cuius typo fuit Pharao cũ Aegyptijs omnibus fussocatus. Rebecca inuenitur ad puteum. Rachel propter aquas iuxta puteum à Iacob pacis osculo saluatur. De aqua baptismi pan dixit deus in hunc modum per Ezechielẽ nostrum: Effundam super vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Et per Zachariam: In die illa erit fons patens domui Dauid: & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & mẽstruatæ. Quod mentis oculis aspiciens Michæas propheta, deique misericordiam in baptismo cõtemplãs, ait: Deponet iniquitates nostras & proijcet in profundum maris omnia peccata nostra. De vetero matris nascitur homo, & de baptismi aqua renascitur. Nicodemo dixit Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Volens Nicodemum in rebus fidei instruere, incipit à baptismo tanquam à sacramentorum ortu & principio. Et quis ab aquis inceperat, in aquis vitam finiuerat: tuis enim eius percutitur lacus, & baptismus atque martyrij pariter mysteria funduntur. Dies me deficeret, si vellem omnes baptismi laudes recensere. Volens itaque Deus diuino nostro vati Ezechieli ostendere ecclesiæ constitutionem, iustorumque fidem, & admirabilem in recta viuendi ratione firmitudiné, collocauit illum iuxta fluuium Chobar, vt per aquas illas sacramẽtum baptismi significaret, quo scelera delẽtur, & animæ amplissimis gratiæ ornamentis decorantur.

Aperti sunt cæli. Non diuisione corporea, sed apparentia, & fide credentis. Nam non solum cælos apertos non videmus, sed nec ipsos cælos aspicimus. Ob eam causam Letabatur diuinus atque regius vates, quod post mortem visurus esset cælos, vbi varia spectacula esset habiturus: sic enim canebat: Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Ac si diceret: Ea, quæ in hac vita fluxa & mortali non video, in altera, quæ est æterna & immortalis videbo. Ita hunc locum Gregorius Nazianzenus in libris de theologia explanat. Nã cum in gratia è corporum vinculis euoluemur, statim, aut facta purgatione, gaudio perfusi in pulcherrimam & splendidissimam diuini numinis domum euolabimus: & tunc globos æthereos, sublimia manuum diuinarum monimenta, pulcherrima illa, atque fulgentissima astra fixa, stellasque vagas & errantes, & splendidissimum solem, qui in eorũ medio quartum cælũ obtinet, velut princeps & moderator luminum reliquorũ, tanta magnitudine, vt omnia suo splendore lustret & cõpleat, summa voluptate exultantes intuebimur. Quandiu enim in corpore versamur, à clara ac perfecta cognitione non solùm creatoris, sed etiam creaturarum longissimè distamus, earum veluti vmbras & imagines intuemur. At Ezechieli nostro aperti sunt cæli eo modo, quo diuo Ioanni in Apocalypsi dicenti: Post hæc vidi: & ecce ostium apertum in cælo. Significat apostolus loco illo apparere sibi in visione imaginaria: iuuam in cælo patefactam, vt summi dei maiestas sub specie rerum corporearum sibi ostenderetur, ad inuendũ sibi desuper ea reuelari, quæ literis mãdabat. Iuxta hunc modum ait Ezechiel apertos sibi fuisse cælos, & vidisse visiões dei. Ac si diceret: Reuelata sunt mihi desuper hæc ex lestia ac diuina mysteria, quæ volo monimẽtis consignare. Et diuus Stephanus non timẽs pro Christo vitam cum morte commutare, vt tali morte immortalitatẽ consequeretur, cùm raperetur ad supplicium, oculis in cælũ erectis aiebat: Video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Eodem modo in Christi baptismo cæli leguntur aperti. Illud est hoc loco aduertendum, viros iustos duntaxat apertos cælos aspexisse. Dum in hac vita sumus, possumus diuina gratia cælum nobis aperire, si veram dignitatem in virtute colloeantes, omnem nostram curam & cognitionem ad comparandam animi diuitiat contulerimus. At si deo relicto fuerimus flagitiis coopersi, & falsa voluptatis specie decepti, inscelestibus volutati, cælum ipsum nobis claudemus. Quid erit in die iudicij: quando iusti gaudio cumulari cælos viderint apertos, impij autẽ cælos sibi clausos, inferos autẽ apertos conspexerint? Quos luctus percipient? quo dolore cõficientur? quibus æruminis cruciabuntur? Tunc iustè damnati, & à cœtu sanctorum seclusi, in tenebras obscuras æternasq; miserias relegabũtur: quoniam dum hic vitam degerẽt, sceleruũ furtis exagitati se à Deo separarunt, & quocunque eos cupiditatum æstus pellebat, eo infœlices præcipites ruebant.

Et vidi visiones Dei. Hoc est, vidi Deũ, quẽadmodũ ipse mihi se voluit ostẽdere: Vel vidi visiones à Deo mihi reuelatas. Ac si dicat: Non hominum somnia narro, sed Dei veritates, visiones scribo nõ humanas, sed diuinas. Fortasse ideo has visiones dicit esse dei, vt eas magnas esse & admirabiles significet: solet enim hebraismus ea quæ magna sunt, dei appellare. nam omnia eius opera ingentia sunt, nostra autem parua. Hinc montes dei, cedri dei, ciuitas dei, cæteraque huiusmodi locutiones in diuinis literis frequẽtes. Aduerte. Erat Ezechiel in Chaldæa, pulsus patria in regionem illam idolorum cultricem, vbi miserius in communibus miserijs præcipuo quodam mœrore angebatur. sed quia ad diuinum numen tanquam ad arcem tutissimam confugiebat, voluit eum deus his visionibus mirabiliter reficere: solet enim eos, qui ad illum aspirant, in medio calamitatum recreare. Tres viros in Babylonis fornacem ab impio rege missos quòd eius statuam colere noluissent, consolatus est deus, eripiẽs eos à flammis ipsos Babylonios cõburentibus. Cùm autem tres essent in medium ignis coniecti, & vinculis astricti, dixit Nabugodonosor: Ecce ego video quatuor viros solutos, ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei. Susanna etiam cùm esset morti addicta, & horam necis destinatam videret, non habens ad humanum præsidium recursum, flens respexit ad cœlũ instar

Psa. 130

Gene. 1.

Gen. 1.

Psal. 8.

Apoc. 4.

Matth.

Dani. 3.

Dani. 13

tuis,

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

zuis, quæ in terra ab aucupibus & canibus circumcincta nullum habet refugium, nisi volet in altum, seque ferat in sublime. Et fuit à Deo refecta, & mirabiliter liberata. Ipse enim deus sit per os Dauidis: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eũ. Nõ potest calamitas impedire, quo minus viri pietate & charitate præstantes fuant voluptate interdum potiantur, eamque alant in diuina mi seriordia contemplanda & imploranda.

Regis Ioachin. Appellatur à duo matthæo Iechonias: erat enim binominis.

Factum est verbum domini ad Ezechielem. Per verbum domini prophetia intelligitur, & diuina reuelatio, quæ & visio, & verbũ eò appellatur, quòd diuini vates ea, quæ vêtura prædicunt, interioribus oculis videant, & mentis auribus audiant.

Filium Buzi. Explicat genus suum. Buzi sonat contemptum, Ezechiel roboratum à deo. Illum, quem mundus contemnit, deus corroborat, & fauore prosequitur.

Sacerdotem. Explicat, quo munere fungebatur.

In terra Chaldæorũ iuxta fluuium Chabar. Indicat locum visionis. Illud est hoc loco aduertendum posse homines pios, magnisque laudibus decoratos habitare inter nefarios ex omnium scelerum colluuione compositos. Cum homines essent flagitijs contaminati, omnisque caro, vt verbis vtar diuinæ scripturæ, corrupisset viam suã, dixit dominus Noëi: Te vidi iustum coram me in generatione hac. Aspicis inter impios virũ piũ habitasse. Iustus Iob in terra Hut inter impios commorabatur, de quibus ipse ait: Frater fui draconum: & socius struthionum. Ioseph inter Aegyptios, Tobias inter Ninuitas, & noster Ezechiel inter Chaldæos in medio Iudæorum, qui deũ reliquerant: & patriæ suæ splendorem maculauerant. Quam ob causam illi dicebat deus: Increduli & subuersores tecum sunt, & cũ scorpionibus habitas. Et multi alij viri virtutibus insignes inter flagitiosos habitarunt, seque inter impios seruauerunt: eũ enim vitæ cursum conficiebant, qui non in vitiorum humanorũ, sed in quadam diuinæ bonitatis imitatione consisteret, non auaritiæ stimulis obtemperabãt, sed eas diuitias quærebant, quæ animum amplificant, & diuitem faciunt, ex quibus sciebant posse verum decus redundare. Hoc intelligẽs diuus Paulus dicebat Philippẽsibus: Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sed quanuis hoc ita se habeat, præstat tamen habitare inter iustos. Oportet enim ad beatam vitam consequendam, eorum fugere familiaritatem, qui nos possunt à recto dei cultu, & honesta viuendi ratione separare. In libro Exodi loquens deus cum populo Israelitico præcipiebat illi, vt se abstineret à Philistinorum familiaritate, dicens: Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam. In libro numerorum aiebat Moyses: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinẽt, ne inuoluamini in peccatis eorum. Eam ob causam prohibebat deus immundorum animalium esum, vt refert Eusebius Pamphilus libro de præparatione euangelica octauo, mundorum autem concedebat, vt homines à maleficijs deterreret, & ad virtutes hortaretur. Si munda animalia tangẽda non erãt, qui fieri potest, vt sceleratos homines, quorũ vitia sunt omnibus perspecta & explorata, uobiscum coniunctos consuetudine, & veritate amicitiæ absque ignominia teneamus? Hoc intuens Psalmographus, Beatus vir, inquit, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Quibus verbis indicat impiorum hominum cõsilia esse magnopere deuitanda, eorumque depranatos mores ad æternos cruciatus ducentes, quos viam peccatorum vocat, atque eorum congressus esse penitus fugiendos. Verbum, sedere, consuetudinem & familiaritatem significat: in qua significatiõe eo vtitur alio in loco idẽ psalmographus, dicens: Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo: odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et Isaias, Egredimini, inquit, de Babylone, fugite à Chaldæis. Ieremias item: Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini. Esdras in oratione, quam habuit apud Iudæos, Separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Lictores Saulis quærentes Dauidem, cum ad diuinos vates accederent, vaticinari cœpẽrũt. Venit impius Saul, & ipse vaticinatus est. Vide quàm pernitiosum sit impiorũ vri familiaritate, & quàm vtile inter bonos versari. Id quodammodo intelligens Antisthenes aiebat, absurdum esse non repurgare à loho triticum, hoc est, nõ remouere à republica homines vitijs implicatos, ne sceleratorũ societate pretium Plutarchus, asserens non minus detrimenti afferre bonis homines iniquos, quã lolium tritico. Diuus ille Petrus apostolus, qui admirabili erga Christũ charitate flagrabat,

bat, tunc cœpit frigere, cum atrium Caiphæ ingressus, sceleratorum hominum se implicuit colloquijs, illumque negauit, quem paulò antea dei viuẽtis filium confessus fuerat. Sed cum illum Christus respexit, ipseque oculos coniecit in Christum, pœnitentia ductus flenit amarè, & maculam lachrymis deleuit. Vt luna ea parte clara & cõspicua est, qua solem intuetur, ea verò obscura & inanis, qua diuertit à sole, sic ille respiciens in Christum solẽ iustitiæ fuit illustratus, cum verò ab illo auersus se cum impijs coniunxit, fuit meru obfuscatus, & tenebris circumfusus. Corrumpunt enim, vt verbis vtar Paulinis, bonos mores colloquia prauа: & vt est Ecclesiastici libro mandatum, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Quare eos familiaritate deuinctos teneamus, quos intellexerimus, non solum à scelere & flagitio se abducere, sed etiam animi agitationem castam inuiolatamque conseruare: ab eorum autem consuetudine refugiamus, qui maleficiorum maculis notati, sceleribus pascũtur. Vt enim Hypanis fluuius aquarum puritate & dulcedine celebratus, postquam fontis Exampei amaras & turbulentas aquas in se recipit, inficitur, & inutilis redditur, sic multi magno & excellenti ingenio viri, qui puris ac dulcibus virtutum aquis fluebant, cùm se postea in hominum improborum familiaritatẽ immersissent, fuerunt morũ amaritudine & impuritate infecti, & fraudes inexpiabiles concipientes, vitijs tetertimis se totos contaminarunt. Quemadmodũ in pomorum reconditorio corruptis nonnullis, illud, quod illis adhæserit, etiam vitiabitur, ita in hominum societate qui nefarios consuetudine habuerint implicatos, animi præstãtiam turpi dedecore plerunq; maculabũt, quamuis antea fuissent egregia quadam gloria cumulati. Id intelligens diuus Paulus: ad Corinthios scribebat: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Et Christus deus noster, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Multi enim sunt, vt verbis vtar Apostoli, speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes: horum & sceleratorum omnium familiaritatem fugere debemus, etiã si fratres nominentur. Ideo aiebat ad Corinthios diuus Paulus: Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Hæc ille. Præmoniebat enim facilem esse tãsitum à virtutibus ad vitia, nisi ipsæ virtutes essent consilijs, exemplis, & consuetudinibus bonorum virorũ confirmatæ. Proditum est memoriæ à vitis doctissimis, statuas Dædali cùm essent magno artificio perfectæ, & eximia pulchritudine decoratæ, nisi tamen arctissimis vinculis cõstringerentur, solitas esse dilabi, & facilè perfugere. Meminit huius historiæ in Menone, & in Hippia maiore Plato vir admirabilis, non solum intelligendi, sed etiam dicendi grauissimus author, vt Socratis discipulum possis agnoscere. Et Aristoteles libro politicorũ primo, & primo de Anima capite 3. refellens opinionem Democriti Philippum comicũ sequentis, harum statuarum scipsas mouentium mentionem facit. Eodem modo mores optimi virtutum ornamentis illustrati, nisi fuerint virorum sapientia & charitate præstantiũ consilijs & familiaritatibus roborati, facilè fluent, & fugient, & penitus amittentur. Vincet voluptas rationem, & appetitus relicta obedientia modum transibit, & erit dignitas ablata, & splendor extinctus. Aspicis igitur, quàm vtile sit à bonorum virorum amicitia & consuetudine non declinare, ab iniquorum verò familiaritate abduci. Quam ob causam homines impios à nobis reijciamus, ne sermonibus fuis impuris, moribusque depranatis tetram maculam nomini nostro inurant, iustorum autem amicitia & consociatione magnopere delectemur. Illud tamen velim existimes, me non ita totam esse bonorum societatẽ credere, quin sciam multos inter viros sanctos cecidisse. Iudas in Apostolorum collegio Christi doctrina nutritus, seipsum teterrimis vitijs deformauit, & laqueo suspendit, fuitque ad ima tartara præcipitatus. Angelus cecidit de cælo, & Adam in paradiso peccauit. Solus deus est firmus ac munitus locus, & domus refugij, vbi securi poterimus habitare. Ideo canebat regius psaltes: Esto mihi in deum protectorẽ, & in domum refugij, vt saluum me facias. Et paulò pòst de iustis loquens: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominũ. Quibus verbis explicat, quàm tuti sint, qui ad diuinum numen tanquam ad arcem munitissimam confugiunt, totosque se se diuinæ misericordiæ committunt. Tales erant Apostoli, qui aiebant: Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te. Talis noster Ezechiel, qui cùm esset in terra Chaldæorũ inter homines scelcribus coopertos, & vitijs obstinatos, tamen ad deum aspirabat, & confugiebat, & in terra corpore exulans, in cælo animo commorabatur.

Et facta est super eum ibi manus domini. Id est, dedit ei spiritum prophetiæ. Ita hunc locum Ionathas Chaldæus interpretatur. Est igitur

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

igitur huius inscriptionis sensus. Trigesimo anno ab inuenta lege, quinta die mensis Iulij anno quinto primæ captiuitatis Babylonicæ, cùm ego Ezechiel sacerdos filius Buzi essem in Chaldæa inter Hebræos captiuos iuxta fluuium Chobar, accepi à deo spiritum vaticinij, vidique mentis oculis, & interioribus auribus audiui ea, quæ ijs literis mando, vt vigeãt memoria omnium seculorum, sintque ab ipsa perpetuitate confirmata. Sed de inscriptione hactenus.

B Et vidi: & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis & in medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli: & scintillæ aspectus quasi æris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. Iunctæque e-
C rant pennæ eorum alterius ad alterũ. Non reuertebantur, cùm incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis à sinistris ipsorũ quatuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum: & vnũ quodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur, cùm ambularent. Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.

Et vidi. Visione quadam imaginaria, & intellectuali.

Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Hoc est, ecce ventus rapidus & tempestuosus flabat à Babylonis, quæ sita est ad aquilonem respectu Hierosolymæ. Aquilo vẽtus est violentus, siccus, & frigidus, sic dictus à rapidissimo aquilæ volatu. In Ecclesiastico scriptum legimus: Tempestas aquilonis, & congregatio spiritus. Et paulò pòst: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. Accipitur sæpe in sacris literis pro Babylonia, vt apud Ieremiam: Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me. Ab aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ. Per ollam succensam afflictionem significat: vel, vt Ionathas att, regem Babylonis instar ollæ propter calorem in bullas resolutæ. erat enim crudelitate incensus, & studio Hebræos euertẽdi inflammatus. Et alibi adducit ipse propheta deum in hunc modum loquentem: Malum ego adduco ab aquilone. Quemadmodũ per ollam igne succensam venientẽ ab aquilone apud Ieremiam ærumnarum vis intelligitur, qua Babylonij Hebræos lacerabant, ita per vẽtũ, turbinem, & procellã flantem à Babylonia apud nostrum Ezechielem calamitas significatur, qua Hebræi premebantur, quando in eos Babylonij irruebant, eosque ad excidium & vastitatem vocabant.

Et nubes magna. Aquarũ nomine in literis diuinis calamitas aliquãdo significatur, iuxta id quod dicitur in psalmo. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Nubes pleuæ aquis sunt pericula minãtia tempestates & dolores. Vnde Ioel propheta tempus periculi & timoris vocat diem nubis, turbinis, caliginis, & tenebrarum. Vult hoc loco Ezechiel, pericula, quæ Iudæis imminebãt, nomine magnæ nubis significare. Tu verò si tibi impendentia pericula cõspexeris, ad deũ confuge, ipse enim ait in libro Genesis se arcũ suum in nubibus in signũ fœderis positurum. In nubibus nostrarũ molestiarum ostendit deus arcum cœlestẽ & irim suæ misericordiæ & propitiationis. Hic est arcus, quem diuus Ioannes in Apocalypsi in capite Christi se aspexisse testatur. Volebat enim significare Christũ crucifixũ nostrũ esse propitiatorem. Fartasse ideo voluit deus mysteria sua in caliginosa nube ostendere, vt significaret latere in visione hac arcanũ aduẽtus Christi: quam etiam ob causam deus legẽ suam dedit in caligine.

Et ignis inuoluens. Ignuit vidisse fulmina ignifera & micantia. Omnia hæc sunt plena timoris, & minarũ: quibus deus voluit superbos Iudæos terrere. Quẽadmodũ clara fulmina liquãt aurũ, argẽtũ, & ęs, nõ cõbustis sacculis, in quibus hæc reconduntur, ferrũ in capsula ea rea conterunt, ne confuso quidẽ signo cerę, vt ait

vrait Plinius libro secundo naturalis historiæ, dura denique frangunt, mollia intacta relinquũt, sic vltio diuina impios homines, duros, & obstinatos euertit, summissq; calamitatibus interdũ vlcerat, & infringit, pios aũt, supplices & abiectos cõseruat, eisq; animi tranquillitatẽ impertit. Est enim diuinis literis cõtesta- Eccl. 43.
tũ, deũ superbis resistere, humilibus verò gratiã tribuere. Et vt fulmina pinnacula, & fastigia in acumẽ tendentia, pyramides in summæ fermã desinentes, & altas atque natura munitas rupes petunt, & deijciunt, sic acerbissimæ erũnæ iusto dei iudicio excitatæ eos feriũt & frãgũt, qui inanẽ mũdi gloriam, incertas opes, & in casu sitas adepti, in excelsa dignitate cõstituti, alios contemnunt, & seipsos vanè ferunt in sublime. Huiusmodi erãt Iudæi, qui cũ de potentibus regibus diuino auxilio victoriam reportarent, terramq; promissam obtinerẽt, immemores horũ dei beneficiorum se superbia extulerunt, dei fauorẽ contẽpserunt, eiusq; legẽ per summũ scelus violarunt. Eã ob causam eis deus fulgura igni fera ministratur, quibus illis prædixit Hierosolymæ incendiũ tempore Sedechiæ, eiusque miserabile excidiũ. Septuaginta pro igne inuoluente habent ignem fulgurantem. Poterat verti: Ignis inflammatus, aut, ignis sese reciprocans. Accipi ignem pro calamitate & dei indignatione indicat his verbis Psalmographus: Transiuimus per ignẽ & aquam. Et alibi. Exardescet sicut ignis ira tua. Et Nahũ propheta capite primo: Indignatio eius, nimirum dei, effusa est tanquã ignis. Vbi Aquila pro effusa est, vertit: conflata est, vt ostenderet crescere diuinam indignationem crescentibus flagitijs nostris: nos enim vitia vitijs cumulantes dei iram in nos conflamus: quæ tempore suo instar ignis erũpentis terribili impetu infundatur. Quãdo se deus ostẽdit Moysi in rubo ardẽte, cuius stipitẽ & excelsa ramorũ cacumina ignis occupabat, volunt illi significare fore, vt ignis ille, qui ardebat, sed rubũ non cõburebat, Aegyptios horrendis calamitatibus vastare, Israelitas aũt mirabiliter eriperet. Id existimo significasse deũ igne illo cœlitus delapso, qui die pentecostes super apostolos linguarum ignitarũ effigie mirabiliter defecẽdit. Etsi enim linguarum ardẽtiũ similitudo eximiã apostolis donari dicẽdi libertatem & copiam significaret, non possum tamẽ cogitare, quin ignis ille certissimã diuini numinis opẽ & præsentiã discipulos corroborãtẽ innueret, & torã illã vrbẽ Hierosolymã esse miserabili incẽdio & excidio delẽdam ob eius incredulitatem, & impia facinora, quibus se in dies polluebat, significaret.

Et splendor in circuitu eius. Respondet tacitæ obiectioni. Poterat aliquis dicere: Si nubes erat densa, & tenebris circumfusa, qui fieri poterat, vt ea, quæ intus erant, aspicere valeres? Respondet propheta, ideo sibi perspecta fuisse, quæ in nube erãt, quoniam erat ipsa nubes in circuitu illustrata. Vult indicare, fuisse sibi aperta dei iudicia. Igitur per ventũ & procellam aquilonarem, & nubem densam & fulgura intelliguntur ærũnæ, quibus diuinus vates videbat esse Iudæos à Babylonijs assiciendos, atque incendium templi, & totius vrbis vastatio; per splendorẽ autem clara diuini iudicij reuelatio facta Ezechieli. Poteris per splendorem in nube lucentem dei misericordiam in eius ira micantem intelligere: nam in medio præconiorum suæ iustitiæ non obliuiscitur suæ misericordiæ. Id intelligens diuinus psaltes concinebat: Miserationes eius su- Psa. 144
per omnia opera eius. vel, vt potest verti ex hebræo: Misericordiæ eius in omnibus operibus eius. Vbi apertè indicat nullum esse dei opus, etiam in quo se iratum ostendat, in quo non vtatur misericordia. Hoc sentiens Ha- Haba. 3.
bacuch aiebat: Cũ iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et Tobias: Cũ iratus fueris, mi- Leb. 3.
sericordiã facies. Ieremias inducit deũ in hũc Ierem. 9
modũ loquẽtẽ: Ego sum dominus, qui facio misericordiã, & iudicium, & iustitiã. Ideo non est quò fugias à deo irato, nisi ad ipsum deũ misericordẽ: est enim, vt ait diuus Paulus pater misericordiarũ & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Nõ eum vocat patrẽ misericordiæ, 2. Cor. 1.
sed misericordiarũ, nec deũ alicuius, sed totius cõsolationis, vt eius pietatis immẽsitatẽ significet. Hic est cœlestis ille Samaritanus, qui, Luc. 10.
vt refert diuus Lucas, misericordia motus accessit ad eũ, qui decẽderat à Ierusalẽ in Iericho, & incidens in latrones fuerat abillis vulneratus & spoliatus, cuius vulnera ille curauit. Samaritanus idem est quod custos, de quo ait psalmographus: Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, frustra vigilat, qui custodit eã. Ille gene- Psa. 126.
tis humani vulnera suis vulneribus curauit, in quod hostes animæ irruerant, illud virtutum ornamẽtis spoliãtes, & grauissimis vulneribus saucium relinquentes. Hic est pater, qui miseretur, filiũ prodigum recepit. hic est, Luc. 15.
qui ait: Misereor super turbã hãc. De quo ait Mar. 8.
Zacharias: Per viscera misericordiæ dei nostri, Luc. 1.
in quibus visitauit nos oriẽs ex alto. Qui nõ ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, vt ait apostolus in epistola ad Titũ, sed secũdũ misericordiã suã saluos nos fecit. Hic denique est, q Tit. 3.
in medio iræ ostẽdit misericordiã, quẽadmodũ hoc loco apud Ezechielẽ, vbi indicans cædes & calamitates, quas erat Hebræis illaturus

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

aperit etiam peiratem suam, nubis splendorem orbiculatim ostendēs: prosequitur enim amore creaturam suam, eamque monitis & signis ad cognitionem tui, rectamque viuendi rationem reuocare contendit.

Et de medio eius quasi species electri. Exibat de medio ignis color quidam auteus repræsentans electrum. Est autem electrum genus quoddam bituminis profluens ex saxis, primò liquidum, postea verò maris frigiditate condensatum, quod à Lusitanis appellatur alambre. Deus etsi sit vbique, est tamen incomprehensibilis, nec circonscriptibilis, & infinitus. Vnde dicebat Empedocles philosophus: Deus est spæra incomprehensibilis, cuius centrū est vbique, circunferentia nusquam. Et alter philosophus nomine Secundus, deum vocat celsitudinem inconceptibilem, inquisitionem incogitabilem. Nihilominus tamen ex rebus ab eo creatis eius bonitatem cognoscimus. Ut voluit hoc loco diuinus vates significare: nam per hanc electri speciem & aureum colorem, dei bonitas intelligitur: quæ cùm sit nobis inuisibilis, ex visibilium tamen contemplatione videtur, iuxta id, quod est à diuo Rom. 1. Paulo literis consignatum: Inuisibilia ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Ac si diceret: Dei bonitas, & sapientia, & similia, intellecta ex ipsius effectis à mundi creatione conspiciuntur. Ex rerum enim creatarum consideratione, ad creatoris cognitionem tanquam à riuis ad fontē peruenire poterimus. Hinc effectū est, vt quidam eorum, qui quondam sapientes vocabantur, seculum hoc speculum rerum inuisibiliū, quidam earū librum, alij verò vtrunque appellarent. Nā Trismegistus in tertio Pymandri has voces emisit: Tota mundi conspiratio, & rerum pulchertimus ordo, contemplandi deū suggerit materiam, est enim natura velut liber vnus diuinitate plenus, speculūq; diuinorū. Id ostendit grauiter & sapienter diuus Athanasius in oratione, quā habuit aduersus idola. Magnus Basilius homilia vndecima in Exameron diuini opificij hæc verba scripta reliquit: Vniuersa hæc mūdi moles perinde est ac liber literis exaratus palām contestans atque prædicans dei gloriam, illiusque augustissimam maiestatem arcanam alioquin & inuisibilē tibi intellectuali creaturę copiosē annuntiās. Diuus Augustinus in explanatione psalmi 134. Duo, inquit, sunt, quæ in dei cognitionē adducūt, scriptura scilicet & creatura. Et in explanatione psal. 26. Ipsæ species creaturāū voces sunt quædam creatorem laudantium. Cùm beatus Antonius cremita à cœtu hominum frequentiaque tanquam in portum se in solitudinem recepisset, interrogatus à quodam viro docto, qui fieri poterat, vt in eremo sine libris vitam degeret, respondit, vt refert in historia ecclesiastica Nicephorus, librum suum mundū esse, & rerum creatarum naturam, vbi quando erat opus, dei oracula legebat: ibi enim dei sapientiam, potentiam, & virtutē admirabatur: Terra odoratis floribus cooperta, pulchritudo opacarum atque feracium plantarum, metalla, flumina, fontes fœturiētes, & pecorum varietas, &, vt de cœlo loquamur, sol nitens subter mediam ferè regionem, luna quę in infimo cœlo radijs solis inceusa conuertitur, ex terasq; astra tam fixa quàm vagantia, quę circulos suos cōficiunt celeritate & constantia mirabili, omnia hæc quid aliud sunt quàm diuinæ sapientię, & potentiæ, & bonitatis speculum nitēs, & libet quidā literis aureis exaratus? Quis intuēs cœlestem ambitum, & astrorum cursus, diuersos illos quidem, sed in diuersitate illa ordinem suum æqualiter seruantes, non secum ratiocinetur, esse sapientissimum & potentissimum earum rerū conditorē & gubernatorē? Quis item aspiciens quatuor elementa inter se contraria, esse ita coaptata, vt harmoniam quandā conficiant, calida, frigida, sicca & humida, nō statim cogitet, & animo percipiat summam harum rerū creatoris & moderatoris vim & potestatem? Non enim pugnantia ex ipsa natura in vnum coalescerent, nisi deus, cui hæc obtemperant, infinita facultate & sapientia præstaret. Eos, qui dei inuisibilia nolunt ex visibilibus agnoscere, vocat diuina scriptura in libro Sapientiæ vanos, vbi ad literā hæc sunt verba. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia dei, & de his, quæ videntur Sap. 13. bona, non potuerunt intelligere eum, qui est. Et paulò pòst: A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Et alio in loco eiusdem libri sunt hæc verba literis mandata. Hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Ac si diceret: Mūdus continens vniuersa scit suo modo deum laudibus extollere: omnes enim creaturæ, ad diuini numinis cognitionē ducunt, & de eius laudibus haudquaquam conticescunt. Vnde Esaias in illos inuehitur, qui creaturarum consiserationem contemnunt, ita dicens: Væ qui Esa. 5. opus dei non respicitis, nec opera manuū eius consideratis. Eam ob causam rerum naturam deus admirabiliter constituit, huiusque vniuersitatis machinā pulchrè construxit, vt qui suapte natura erat inuisibilis, posset ex operibus cognosci. Sæpè quidem ex operibus cognoscuntur artifices, etiam si oculis minimè perspiciantur. Id referūt de Phidia insigni statuario, quem imagines suæ ex commensione symmetriæ, & partium inter se proportione etiam absentem, vultu incognitum repræsentabant. Ita quoq;, sed multò excellentiùs absque vlla cōparatione ex mundi cōstitutione, ordine, pulchritudine, & consonantia est eius opifex & cōditor intelligēdus, tametsi intuitū nostrum subterfugiat, nec possit corporis oculis spectari. Quid est mundus nisi congruens vndecunque dispositio, & concentus inuisibilia Dei ostendens? Id quod nos habemus in Prou. 8. Prouerbijs dictū à sapiētia in mundi cōstitutione: Ludens in orbe terrarū, potest verti ex Hebræo, Delicians in vniuersi consonantia. Est enim mundi machina musica quædam & admirabilis consonantia deum ipsum suo modo prædicans & laudans. Id quod apertè cecinit Orpheus, asseruit Pythagoras, docuit Plato, & qui eū secuti sunt, Iamblicus, Chalcidius, Syrianus, & Prochis. Quēadmodū si è longinquo citharā audias ex multis varijsq; neruis cōpositam, acutis, grauibus, & circunflexis, qui omnes pariter consonent, & distinctos interuallis sonos suos, melosq; conficiant, intelligis planè vnū illic esse peritum pulsatorē, qui tidium voces ex arte musicæ ad harmonię concentum misceat, & æquabiliter temperet, tametsi illum minimè intuearis: sic ex concordia & cōsona mundi vbiq; dispositione, vbi nec inferiora cōtra superiora, neq; infima aduersus sublimia eriguntur & insurgūt, sed omnia vnū ordinē admirabilē seruāt, confestim ad vnum deū animo recurris, omnia hæc sua virtute mouentē, diuinoq; sapientiæ splēdore illustrantē. Ille quidem rerum vniuersitatē vt lyram tenēs copulat cœlestia cum aereis, & aerea cum terrenis, vniuersa cum singulis coaptans & coagmentans: & ita mundi concentū, ordinem, & harmoniam congruenter absoluit. Ipse est qui omnia mouet, cùm ipse quidē immobilis perseueret. Eius nutu cælum micātibus astris refulget, & circulorum suorum ordinē conseruat: ingens Oceanus terribilibus fluctibus crispatur & intumescit, sed intra legitimos fines motus suos coercet & continet: terra varijs stirpibus comata frōdescit, diffunditq; herbescentē viriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit: & omnia tandem elementa inter se distantia cohærent, diuinamque virtutem suo modo ostendunt. Tota mūdi machina est veluti ciuitas quædam sui regis magnitudinem & excellentiam declarans. Simile. Vt enim visa ciuitate ex multis varijsque hominibus constante, magnatibus & plebeis, opibus affluentibus, & inopia laborātibus, adolescētia floridis, & senectute decrepitis, vbi omnes tametsi inter se diuersi, in magna cōcordia degant, rectāque disciplina contineantur, statim iudicas esse eius principē iustū, potentem, & sapientia præstantem, quanquā illum non videas: sic considerata mūdi mole, eiusq; rerum inter se distantium concordia & serie, totiusque vniuersitatis coaptatione, fieri nō potest, quin aliquo modo concipias animo esse summum quendā harum rerum creatorem & conseruatorem. Nec solum ex cognitione magni mundi, sed etiam parui, hoc est hominis, qui à philosophis microcosmus, id est, parvus mundus appellatur, in admirabilem Dei scientiam peruenimus. Vnde Dauid Deum alPsa. 138 loquens canebat: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Ac si diceret: Ex cognitione mei ascendi domine in admirabilem scientiam tui. Ideo Deus non solum nos mittit ad aliarum creaturarum considerationem, vt quando ait: Mat. 6. Considerate volatilia cæli, & lilia agri, sed ad Luc. 12. considerationē nostri, cùm dicit: Præuaricatores redite ad cor. Et cùm nos ad vineā hoc est Esa. 46. ad nos ipsos ire iubet, vt à cognitione nostræ Mat. 20 fragilitatis ad cognitionem Dei virtutis ascēdamus. Hanc Dei virtutem significat hoc loco scriptura per hāc speciē electri aureo colore fulgentis. Est etiā altera ratio, cur dei bonitas electro cōparetur. Vt electrū paleas ad se Simile. attrahit à terra, secūq; vnit, & amplectitur, sic Dei virtus nos ad se allicit à rebus terrenis, nosq; secum retinet & adunat. Quid essemus absq; diuinę bonitatis fauore, nisi paleę in terra iacētes? Adhæsit pauimēto anima mea, dicebat quidam: ac si diceret: Palea erā adhærens Psa. 118 puluери, humi eram prostratus, scelere oppressus: rat tu domine me attraxisti ad te, & vt pretiosum succinum erexisti, & ad tepsum eleuasti. Vt enim diuino auxilio, vt à terra eleuemur & ad cælū eitigamur, deoq; adhærētes simus in ipsum trāformati. Vnde diuus Paulus, 1. Cor. 6. Qui adhæret, inquit, Deo, vnus spiritus est. Et rursus: Nos verò reuelata facie gloriā domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Et diuus Ioannes: Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Id quod seruator noster apud Ioan. 15. eundē Ioānem prædixerat: Qui manet in me, & ego in eo. Amor vim habet vnitiuā, & vt ait Dionysius, transfert amantē in amatū. Et Augustinus ait animam magis esse, vbi amat, quàm vbi animat: asserunt enim veritas ipsa, ibi esse nostrum cor, vbi est thesaurus noster: Mat. 6. ac si diceret animam nostram tei illi adhęrere, quam singulari amore prosequitur, in eam trāsformari. Quam ob causam dei virtus est meritò cum succino comparata.

Et in medio eius. Subauditur ignis: nā in medio nubis splendore illustratæ erat ignis inuolutus,

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

lutus, sese reciprocans, in orbem ipsius nubis resplendens, ex quo exibat quasi species electri, & in medio huius ignis erat animaliū similitudo. Quidam codices habent: Et in medio eorū: alij: Et in medio earum. Correctiores tamē habent: In medio eius, nimirū ignis.

Similitudo quatuor animalium. Non erāt reuerā quatuor animalia, sed res vna habēs quatuor animalium similitudinē. Capite decimo, vbi hæc visio iterum narratur, ait propheta hæc animalia esse cherubim, vt intelligamus hoc esse quippiam cœleste & diuinum, termini nostri intellectus excedens. Quid autem sint cherubim, indicat his verbis Flauius Iosephus capite octauo libri tertij Antiquitatum. Super tegmē arcæ fecerāt erant figurationes duæ, quas Hebrei cherubim appellant: sunt enim animalia volatilem habētia figuram, quæ à nullo hominū est inspecta: Hæc dixit Moyses se in dei sede figurata conspexisse. At R. Cimhi in libro Radicum ait cherubim habuisse puerorū figuras, idemq; esse cherubim, ac quasi pueros. Et hanc ait fuisse Hebræorū veterum sententiā. Dionysius Areopagita in libro de cælesti hierarchia nouem ordines angelorum enumerat in tres hierarchias, supremam, mediam, & infimam, distributorum. Suprema continet seraphim, cherubim, & thronos: media dominationes, principatus, & potestates: infima virtutes, archangelos, & qui angeli proprio vocabulo, quod est alioquin omnibus commune, nominantur. Et capite septimo eiusdē libri ait: cherubim multitudinē aut infusionem scientiæ significare, ex ipso enim sapientiæ fonte exhauriunt, & scientiæ fluenta refundūt. Itaque quod capite decimo Ezechiel vocat cherubim, ait hic esse quatuor animalium similitudinem, quorum vnumquodque habebat etiam similitudinem quatuor animalium. Simulitudo vultus eorū erat facies hominis, facies leonis, facies bouis, facies aquilæ. Est hæc visio tot difficultatibus implicata, vt Hebræos ab eius explanatione deterruerit. Inter Latinos scriptores fuerunt, qui per hæc quatuor animalia quatuor intelligerēt elemēta, ex quibus cōstāt omnia mista: quatuor enim sunt nota illa principiorum genera, è quibus magni philosophi omnia oriri testantur. Quidā aiunt esse quatuor mūdi plagas, orientē, occidentem, meridiem, & septentrionē. Alij per hæc quatuor animalia quatuor illas virtutes intelligūt, quas theologi cardinales vocant, quarū prima in perspicientia veri solertiaque versatur, quam prudentiam appellarunt: secunda in tribuendo cuique suum, hominumq; societate conseruāda, quæ dicitur iustitia: tertia in animi celsitate fortitudo, seu magnanimitas, quæ est in irascibili: quarta in modestia, animique perturbationum sedatione, & voluptatum repressione, in qua est vitæ ornatus, & rerum modus, quæ temperantia vocatur, quæ est in concupiscibili. Diuus Hieronymus, qui lectione assiduus, & meditatione diuturna pectus suum Christi fecerat bibliothecam, qui non solūm cum Latinis Græca cōiunxit, vt par esset in vtriusq; orationis facultate, sed etiam Hebraicarum literarum arcana penetrauit, existimat hæc quatuor animalia quatuor esse euangelistas: cuius sententiam diuus ille Gregorius admirabili sapientia præditus, omnibusque virtutū ornamentis excultus, non solūm amplectitur, sed eis multis verbis amplificat. Per hominem intelligūt Matthæum à Christi humanitate incipientem. Matt. 1.
per leonem Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto, parate viam domini: per vitulum Lucam à Zacharia sacerdote sumentem initium: Mar. 1. Luc. 1.
per aquilam Ioannem qui altissimè volans de diuinitate mirabiliter disserit, In principio, Ioan. 1.
inquiens, erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbum. Hæc est eorum sententia, quæ fuit ab omnibus ferè recepta: & meritō quidem: est enim vera, & sublimis, & tam sanctis atque sapientibus viris digna. Ego amplector, vtpotè à magistris doctissimis assertam, qui præstantibus ingenijs in vitā humana studia diuina coluerunt. Quatuor euangelistæ sunt hæc quatuor cœlestia animalia. Gen. 2.
Sunt etiam quatuor flumina de paradiso voluptatis egredientia, vniuersum orbem terrarum rigantia: hæc egrediuntur ab vno fonte, hoc est à Christo, de quo dicitur in Psalmo: Psal. 35.
Apud te est fons vitæ, qui ait per Ieremiā: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. De quo ait Ierem. 2.
Zacharias: In die illa erit fons patens domui Zach. 13.
Dauid, & habitantibus Ierusalē in ablutionē peccatoris & menstruatæ. Ex hoc fonte manarunt quatuor illa flumina, de quibus ait diuinus vates: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suā. Sunt etiam quatuor elementa mundum sustentantia, quorum supremum est diuus Ioannes, qui ob sapientiæ altitudinē, diuinique amoris feruorem, quo mirabiliter flagrauit, meritō cum altissimo igne cōparatur. Præterea sunt quatuor illæ literæ nominis dei ineffabilis tetragrāmatō, quia ipsi quatuor nomen dei mūdo notum fecerūt euangelia scribētes, & sanctissimi numinis cognitionem per omnes terrarum oras propagantes. Nihilominus tamen potest locus hic aliam admittere interpretationem, quam ego pro viribus explanare contendam. Nam & si tan-

Infra. 10

si tantam ingenij præstantiam consequi non possum, voluntate tamen & auiditate proximè accedendi absque dubio incendor. Ego existimo, hunc, quem vidit Ezechiel, similitudinem quatuor animalium habentem, Christum esse seruatorem nostrum, verum deū, & verū hominē, quē diuinus noster vates vidit esse venturū, vt homines à vera Babylonis captiuitate, hoc est, à peccato liberaret, & ad veram dignitatem restitueret. Postquā propheta præmisit ventum turbinis flantē ab aquilone, nubemque magnā, & ignem inuolutum, per quæ omnia Babylonicā captiuitatē, omnesq; calamitatum angustias illatas à Babylonijs significauit, ait se vidisse Christum venturum, vt homines ab ijs ærumnis eriperet. Quis nō videt Babylonicam illam Hebræorum captiuitatem sub Nabuchodonosore flagitiorū colluuionem, & peccatorum seruitutem sub dæmone in mundi confusione significare, à qua nos Christus saluator noster eripuit? Eam ob causam eum redemptorem appellamus. De
Ephes. 1. illo loquēs in epistola ad Ephesios diuus Paulus ait: In quo habemus redemptionē per sanguinē eius. Et in prima ad Corinthios: Chri-
1. Cor. 1. stus factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et diuus Petrus in
1. Pet. 1. prima sua canonica: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incōtaminati. Nec solūm nos à peccati captiuitate redemit, sed etiam ab igne & nube, hoc est à mundi afflictionibus liberat, si ad illū toto animo cōfugimus. Sed ut ostendendō esse arbitror, qua ratione Christus per hæc animalia significetur. Capite decimo, vbi Ezechiel
Infr. 10. hanc repetit visionē, ait: Et eleuata sunt cherubim, ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar. Et paulò pōst ipsum est animal, quod vidi subter deū Israel iuxta fluuiū Chobar. Vbi apertè indicat hæc quatuor animalia esse vnum animal. Id quod etiā hoc primo capite innuit, dicens: Quatuor facies vni. Habet Christus faciē hominis, quia verus est homo. Id cecinerat diuinus psaltes de terra
Psal. 85. Iudææ dicens: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Natus est in Iudæa filius dei, factus homo, vt homines filios dei efficeret: ideo è cœlo descendit in terrā, vt homines è terra in cœlum perduceret. Id signifi-
Gen. 28. cabat scala illa, quā in somnijs aspexit Iacob, cœlum & terram attingentem, quia futurum erat, vt per Christi incarnationem per scalam significatam terrena cum cœlestibus coniungerentur. Et quia Christus est verus homo,
Matt. 8. Mar. 2. ideo se toties apud euangelistas filiū hominis vocat. De illo loquens Dauid aiebat: Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quia visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Quē locum diuus Paulus in epistola ad
Hebr. 2. Hebræos de Christo interpretatur. Fieri nō poterat, vt deus pro nobis pateretur, nisi carnem induisset. Habet faciem leonis, quia est verus rex, mundi victor: est enim leo animaliū rex, fortis & inuictus. Ait nāque Christus in
Psal. 2. psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Quod est intelligendū quatenus ille homo est, sic enim pater tradidit illi regnum, nam quatenus deus regnum semper obtinuit. Et alio in psalmo ait
Psal. 73. regius vates: Deus autē rex noster ante secula operatus est salutē in medio terræ. Et Esaias:
Esa. 35. Dominus rex noster ipse saluabit nos. Et
Apoc. 5. Ioannes in Apocalypsi: Vicit leo de tribu
Leui. 1. Iuda. Habet faciem vituli, quia vitulus pro peccato offerebatur, & mactabatur, vt est in primo capite Leuitici literis consignatū. Et quia vitulus ille Christum adumbrabat, qui
Esai. 53. pro nobis sponte mortuus est, &, vt ait Esaias, Oblatus est, quia ipse voluit, interpretantur nonnulli id, quod ipse dei filius ait in psal-
Psal. 39. mo: In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, de principio Leuitici. Per librū sacrificiorū intelligunt Leuiticū, & per eius caput eius principiū, vbi agitur de vitulo, hoc est de Christo, qui erat pro mūdi peccato immolādus. Intelligi aūt verba illa psal-
Hebr. 10. mographi de Christo testatur apostolus Paulus in epistola ad Hebræos. Hic vitulus non solūm fuit sacrificiū, sed etiā sacerdos seipsum in crucis ara immolās, vt nos patri reconciliaret, & scelera nostra suo sanguine deleret. Hic
Gen. 14 est verus ille sacerdos, qui panē & vinū, hoc est suum corpus & sanguinem obtulit iuxta id, quod est scriptū in psalmo: Tu es sacer-
Psal. 109 dos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quem locum ad Hebræos scribens di-
Hebr. 7. uus Paulus, de Christo interpretatur. Quemadmodum Melchisedech non solum regno, sed etiam sacerdotio fungebatur, sic dominus
Gen. 14 Iesus non solū rex est, sed etiam pōtifex. Ille enim hominibus verū dei cultū aperuit, eosq; docuit religionē pietatis plenissimam, & per vniuersas terrarū oras lōgè lateq; diffudit, eorum scelera sacrificio deleuit, sanguinisq; sui pretiosissimi effusione expiauit. Habet faciē aquilæ altissimè volantis, seque in sublime ferentis, quia virtute sua ad cœlos ascendit. Id mentis oculis præuidens cecinit diuinus psal-
Psal. 46. tes: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. vt declararet cœlitum gaudium triūphum suo imperatori gratulantiū,

Universidad de Deusto
Estante
Pfütze
Biblioteca

Pſal. 67 ſummiſque laudibus proſequentium. Et in alio pſalmo: Aſcendiſti in altum, capiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. Quæ *Ephes. 4.* *Marc. 2.* ueritas apoſtolus in epiſtola ad Epheſios expo nit de admirabili Chriſti aſcenſione. Et Mi cheas: Aſcēdet enim, inquit, pandens iter ante eos. Id viderunt ptoprijs oculis Chriſti diſci *Act. 1.* puli, vt refert diuus Lucas in actis apoſtolorū. Et quia nemo per ſe, ſuaque uirtute poteſt aſ cendere in cœlum, præter deū iuxta id, quod *Ioan. 3.* ipſe ait apud Ioannem: Nemo aſcendit in cœ lum, niſi qui deſcendit de cœlo, & per aquilā Chriſti in cœlum aſcenſus ſuapte uirtute in dicatur, dicimus per aquilam eius diuinitatē ſignificari. Aſpicit igitur hoc animal Chriſtū eſſe, & per ſimilitudinem quatuor animalium indicari eum eſſe verum hominem, & verū re gem, & verum ſacerdotem, & verum deum. Habebat unumquodque animal quatuor fa cies, quia hic homo eſt etiam rex, ſacerdos, & deus. Hic rex eſt homo, ſacerdos & deus. Hic ſacerdos eſt homo, rex, & deus. Hic deus eſt homo, rex, & ſacerdos. Mirabilis quippe viſio, ſed mirabilior eius adimpletio. Intelligi viſi onem hanc de deo indicat Ezechiel in fine capitis dicens: Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini. Quæ uerba ſunt in nonnullis codi cibus in principio ſecundi capitis cōſignata. Hæc tam ampla Chriſti myſteria comprehen- *Matt. 1.* dit paucis verbis diuus Matthæus ſtatim in principio, & veluti frontiſpicio ſui facturi euangelij, ita dicens: Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abrahā. In eo quod illum filium uocauit Dauidis & Abrahami, eius humanitatem explicuit: & hæc eſt facies *Exod. 19* hominis, quam vidit Ezechiel, Chriſtus idem *Exod. 40* eſt quod uictus, ungebatur autem rex, & ſa- *1. Reg. 10* cerdos, vt eſt in veteri teſtamento multis lo- *2. Reg. 15* cis aſſertum, & perpetuis monimentis conſi- *4. Reg. 11* gnatum. Aſſerens igitur Matthæus redem ptorem noſtrum eſſe Chriſtum, apertè innuit eum eſſe regem & ſacerdotem. Et hæ ſunt facies leonis & vituli Ezechiel in ſpiritu oſten ſæ. In eo autem quòd eum vocat Ieſum, oſtē dit eum eſſe deum: Ieſus enim idem eſt quod ſaluator. Ideo dixit angelus Ioſepho: Vocabit *Matt. 1.* nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluū faciet populum ſuum à peccatis eorum. Saluare à peccatis nemo poteſt, niſi deus. Vnde apud *Iſa. 43.* Iſaiam volens hominē ſuum oſtendere diuinitatē: Ego ſum, inquit, ego ſum ipſe, qui de leo iniquitates tuas. Et idem propheta homi nes alloquens ait: Deus ipſe veniet, & ſalua bit vos. Et hæc eſt facies aquilæ ab Ezechiele *Iſa. 35.* perſpecta, Chriſtum ad cœlum ſuapte virtu te aſcendentem ſignificantis. Intuere animo quàm paucis verbis noſter euangeliſta magna illa, & illuſtria myſteria contineat, quæ fuerāt ab Ezechiele longa & difficili oratione ſignifi cata. Hæc eſt meo iudicio vera & germana huius loci explanatio. Sed quia Matthæus tractat præcipuè de Chriſti humanitate, Mar cus de eius regno, Lucas de eius ſacerdotio, & Ioannes de eius diuinitate, ideo hæc viſio merito fuit illis à viris & ſapientia & ſanctimonia præſtantibus applicata. Poteris per ſa ciem hominis incarnationem Chriſti intelli gere, per faciem vituli paſſionem, per faciem leonis reſurrectionem, per faciem aquilæ, aſ cenſionem. Quæ omnia Dauid his verbis cōplexus eſt: Quid eſt homo, quòd memor es *Pſal. 8.* eius, aut filius hominis, quia viſitas eum? Mi nuiſti eum paulominùs ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſu per opera manuum tuarum. In verbis, homo, & filius hominis, oſtenditur incarnatio: in ver bis, minuiſti eum, paſſio: in verbis, gloria & honore, reſurrectio: in verbis, conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum, aſcenſio. Poteris etiam per faciem hominis Chriſti manſuetu dinem & miſericordiam intelligere, per faciē bouis eius labores, per faciem leonis eius iu ſtitiam, per faciem aquilæ eius ſapientiam. Nos verò qui Chriſtiano nomine gloriamur, nitamur hæ quatuor facies imitari, & diuinæ bonitatis effigiem in noſtris moribus & factis adumbrare, omneſque noſtras actiones ad deū ipſum referre. Simus homines in ratione, hu manitate, & manſuetudine: leones in fortitu dine, iuſtitia, & rerum aduerſarum tolerantia: boues in laboribus, in gubernatorum obſe quio, & in vilitate communi quærendis aqui læ in diuinarum rerum contemplatione, in ve ritatis perſpicientia, & in actionum, in quibus virtus conſiſtit, celeritate. Ille verè poteſt ho mo appellari, qui eo munere fungitur, cuius colendi efficiendique cauſa illū deus ſui ſanctiſsimi numinis ſimilem creauit, naturamque rationis participem illi impertiit. Quemad modum eſt ignis proprium flammam ſurſum emittere, & terra in ima ſede, cùm ſit mundi centrum, conglobari, ſic eſt in natura homi nis inſitum deum colere, eiuſque præcepta cu ſtodire. Id intelligens Salomon in fine eius li bri, qui inſcribitur Eccleſiaſtes, hæc verba *Eccle. 12.* ſcripta reliquit. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. Ille po teſt merito nomen leonis vſurpare, qui ſeip ſum vincit, appetitum coercet, & aduerſus a nimi hoſtes fortiter pugnat. Eſt enim fortitu do clauis illa Herculi tributa, quem vetuſtas prō idea poſuit virtutis, qua ipſe monſtra domuit, hoc eſt tentationes vicit, & de vitiis tri umphauit. Debet Chriſtianus fortitudine ſua niti,

niti, eaque ſecum gloriari. Etham idē eſt quod fortitudo, & hæc fuit tertia manſio filiorum *Num. 33.* Iſraelis ab Aegypto egredientium: magna eſt enim fortitudo Aegyptum hoc eſt mun dum relinquere, & cū tentationibus pugna re. Intuere diuum Paulum fortiter prælianté, *1. Cor. 9.* & has voces emittentem: Sic pugno, nō quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & *2. Tim. 4* in ſeruitutem redigo. Et rurſus: Bonum cer tamen certaui, fidem ſeruaui, curſum conſum maui. Illę dicetur bos, qui deo ſeruiēdo, & in cōmunē vtilitatem cōparando omnem ſuā curam & cogitationem fixerit, & locauerit. *Coloſ. 1.* In Chriſto Ieſu, inquit apoſtolus, ego laboro, certando ſecundum operationem eius. Et rurſus: In omnibus labora: opus fac euange- *2. Tim. 4* liſtæ. Et ille præterea qui ſeipſum deo offert in holocauſtum. Qui enim Chriſti ſunt, vt *Gal. 5.* ait apoſtolus, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentijs. Denique ille appel labitur aquila, qui in corpore humano vitam cœleſtē fuerit imitatus, quiad deum aſpirauerit, & in eius contemplatione inſiſtens, fuerit animo in cœlum ſublatus, & mundi dignita tes, voluptates, & opes contempſerit, ad quas plerique mortales auiditate inflāmati rapiun tur. Vide aquilam illam ſe in ſublime confe *Philip. 3.* rentem, & clamantem: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Id ſi cecinerat diuinus vates, & illu ſtriſſimus rex Dauid: Stantes erant pedes no *Pſal. 121* ſtri in atrijs tuis Ieruſalē. Hæc Hieroſolyma, vbi Dauidis pedes, hoc eſt animi affectus erāt eſt ciuitas illa cœleſtis, vbi ſancti nullo dolo re affecti, nulla deformitate maculati, ſed mi rabilibus ac fulgentibus ornamentis muniti, gloria cœleſti cumulantur. Omnes igitur ho mines qui ſeſe ſtudent præſtare cęteris animā tibus, ſummā operā niti decet, vt horū quatuor animalium, quæ hic vidit Ezechiel, hominis, leonis, bouis, & aquilæ ſignificationē in ſuos mores transferre conentur. Quod ſi fecerint, poterunt gloriari nomine Chriſtiano: & tunc ſi illud ſibi aſſumpſerint, videbuntur id ſuo iure quodammodo vendicare.

Et ſimilitudo hominis in eis. Id eſt, hæc quatuor animalia ſimul iuncta formam humanam habere videbantur: erat enim res vna, hoc eſt *Philip. 2* vnus Chriſtus, qui, vt verbis vtar apoſtoli, cū in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exi nanuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitu dinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Volens Ezechiel ſignificare fore, vt qui ſine tempore erat, in tempore naturam aſ ſumeret humanam, hominis ſimilitudinem in eo conſpexiſſe teſtatur.

Et quatuor pennæ vni. vnum quippiam erāt quatuor habens facies: & ita erat vnum, vt quatuor eſſent, quorum ſingula quatuor alas habebant. Nomine alarum, quibus aſ cenditur ad alta, virtutes ſignificantur. Eſt igitur ſenſus: Siue Chriſtum conſideres vt hominem, ſiue vt regem, ſiue vt pontificem, ſiue vt deum, ſemper eum alis, hoc eſt virtu tibus plenum inuenies. Vel per alas eius ver ba intelligantur, quæ ideo dicuntur quatuor, quia per quatuor mundi partes ortum & occaſum, ſeptentrionem & auſtrum, fuerunt diffuſa, & per vniuerſas terrarum nationes longè lateque propagata. Id mentis oculis multò antè intuens Dauid, has protulit vo- *Pſal. 18.* ces: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quem lo cum diuus Paulus in epiſtola ad Romanos de *Rom. 10.* ſono euangelij, & concionibus virorum apoſtolicorum interpretatur. Nec eſt mirum ha bere vnumquodque animal quatuor alas, cū etiam habeat quatuor facies, ſicque quatuor animalium ſimilitudo. Numerus quaternarius perfectus eſt, & primum numerorum primus, nā binarius imperfectus eſt, quod careat me dio: omnis enim numerus perfectus principiū habet, & medium, & finem. Præterea nume rus binarius refert materiam & formam, vt ait Pſellus in libello de arithmetica, nullamque cū deo habet ſimilitudinem. Eam ob cauſam inter numeros pares quaternarius eſt, qui pri mum obtinet locum. Habet etiam quadratum in architectura principatū, cū omnes ſapiētes architecti illi ſemper primas ſine controuerſia tribuerint. Cùm autē Chriſtus venerit ad ec cleſiæ ædificium conſtruendum, tam ſumptuo ſum, vt ſanguinē pro eo fuderit in pretium re demptionis humanæ, tantaſq; firmitudine ro botatum, vt ipſe dixerit apud Matthæum, ne *Matt. 16* portas quidem inferi ad illum euertendū vim vllam habituras, æquum erat, vt ſimilitudinē haberet quatuor animalium, & eſſent qua tuor facies, & quatuor alæ, omniaq; illa qua draturam referrent, cui primæ in ædificijs de feruntur. Cùm enim videret deus, falſorum deorū cultus per orbem terræ inualuiſſe, homi neſque relicta veritate ad colenda figmēta dæmonū fallacijs deceptos per tenebras inex tricabiles vagari, eccleſiam conſtituit, ad quā traduceret gentes ab impia ſuperſtitione ad caſtiſſimum ſui numinis cultum, pleniſſimā q; ſanctitatis religionē. Ideo voluit quadrati ſi militudinem repræſentare. Diuus Ioannes in *Apoc. 4.* Apocalypſi narrat vidiſſe quatuor animalia: quā ob cauſam exiſtimarunt nōnulli hāc Eze chielis viſionē vnam eſſe cum illa, & eandem. Ego verò exiſtimo multùm inter eas diffare: nam Ioannis animalia plena ſunt oculis ante

 re-

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

& retrò, hic autem in Ezechielis animalibus nulla sit meatus oculorum illic vnumquodq; animal habet sex alas, hic quatuor illic quodlibet animal vnam dūtaxat faciem habet, hic quatuor illic denique per quatuor animalia quatuor euāgelistæ propriè significantur, hic per vnum animal quatuor animalium referēs similitudinem, Christus propriè intelligitur.

Et pedes eorum pedes recti. A parte totum intelligit: figura est synecdoche. Vult significare cruta recta esse, promptáque ad pergendum quoquo versus erant enim æquabiliter desinentia absque genibus & poplitibus, apta ad currendum ad quamcunque partē. Sensus est. Vidi filium dei venientem in mundum eum magna cum celeritate à dæmonis tyrannide erepturum, totumque orbem terrarū in magnis errorum tenebris iacentem breui tempore illustraturum. Cùm volumus iuuere esse aliquem velocem, & promptum ad currendum, dicimus eum pedes agiles habere: ita volens propheta ostendere fore, vt Christus ellet mundo opem celeriter laturus, dixit eū rectos pedes habuisse. Cū primū Christus natus est, statim cœpit mundo perdito salutem afferre, vocans pastores Hebræos, & Magos Orientis, vt eos ad vitam perduceret beatam & immortalem. Hoc mentis oculis præviderat Esaias, cùm illi pater cœlestis de filio suo loquens, quem erat in mundū missurus, dixit: Voca nomen eius: accelera, spolia detrahe, festina prædari. Hęc spolia erāt homines, quos Christus de diaboli immanissimi hostis tyrannide velociter eripuit. Nos verò Christū imitemur, & afflictis celeriter subueniamus.

Esa. 8.

Quid enim tam proptium Christianorū, quid tam magnificum, quid tam regiū, quàm opem ferre supplicibus, molestia leuare miseros, occidentique reipublicæ opitulari? Habeamus igitur pedes rectos, & iuxta Esaiæ sententiam, rectas faciamus semitas dei nostri. Audiamus diuum Paulum in epistola ad Hebræos dicentem: Soluta genua erigite, & rectos gressus facite pedibus vestris.

Esa. 40.

Heb. 12.

Planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli. Pes bouis maturè incedit, & est diuisus, & fortis. Huiusmodi debent esse pedes nostri. Nō ita festinemus, vt cōsideratione & deliberatione contemnamur, sed iuxta id, quod iam tritum est vetustate prouerbium, festinemus lentè. Habenda est etiam diuisio & discretio in electione, & firmitudo in opere, vt ratio retineat appetitus, ne modum transeuntes, & consilium abiicientes, animum perturbent, eiusq; constantiam è sua sede & statu deiiciant.

Et scintillæ quasi aspectus aeris candentis. Hoc est, Christi pedes erant fulgentes instar chalybis politissimi, & puri, atque scintillantes. Pedes apostolorum appellat Esaias pulchros, dicens: Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacē. Quē locum in epistola ad Romanos diuus Paulus de cōcionatoribus euangelicis exponit. At puros & scintillantes non appellat: solùm Christi pedibus hoc tribuitur. Imò de apostolis ait Christus apud Ioannem: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mūdus totus. Et Petro dixit: Nisi te lauerim, nō habebis partē mecū. Ipse enim, vt verbis eiusdē diui Ioānis in Apocalypsi vtamur, lauit nos à peccatis nō stris in sanguine suo. Et qui, lauacrum hoc renuerit, æternā gloriā minimè consequetur. Pedes nostri affectus nostri sunt, quos lauare, & de quibus calciamenta ex mortuorū animalibus eorūs cōfecta, hoc est mortiferas labes soluere debemus iuxta id, quod in Exodo dominus in flāmis ignis de medio rubi Moysi præcipiebat, dicens: Ne appropies huc: solue calciamenta de pedibus tuis. Iustus erat Moyses, & tamen coria pecorum mortuorū è pedibus proijcere iubebatur. Amore Christi flagrabāt apostoli, propter quē omnia reliquerant, & nihilominus pedes nō ita puros habebant, quin tunc lotione indigerent. Multos esse fateor, qui nunc in corporibus humanis vitam cœlestem quodammodo imitantur, atque diuinæ bonitatis effigiem in vita sua repræsentare videntur, non tamen sunt tam insigni iustitia præditi, quin labātur aliquādo: tanta est enim vitæ natiuæ labis & corruptèlæ, vt nō possimus toto vitæ tēpore culpa saltem veniali vacare. Si dixerimus, inquit diuus Ioannes, nos peccatum non habere, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Deus est illo, qui est ipsa sanctitas, cuius pedes vidit Ezechiel instar æris politissimi fulgentes, summoq; splendore micantes. Illud est hoc loco aduertendū, hos pedes non ligni esse, nec lapidis, sed æris: est enim æs sonorum metallū. Vnde serpens ille, quem Moyses extulit in deserto, Christum in cruce pendentē adumbrans fuit æneus, quia futurā erat, vt crucis prædicatio per vniuersum orbē sonaret, iuxta id quod cecinerat regius vates: In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Nos etiam studeamus pedes æneos, hoc est affectiones sonantes habere, ex quibus exeāt ardenter scintillæ, vt desideria nostra sonent verbo, & ardeant æmore diuino: fundantque animi nostri pias atque frequentes ad dominum preces, flagrentque sancta rerum cœlestium cupiditate.

Esa.5.

Ioan.1.

Apoc.

Exo.3.

Psal.18

Manus hominis sub pennis eorū in quatuor partibus. Sensus est. Ad partem animaliū ad orientē situ erant quatuor manus humanæ, ad eā, quæ erat ad occidentem similiter quatuor, totidem ad partem australē, totidē verò ad septentrionalē. Itaque sub qualibet ala erat manus vna. Cùm autem alæ essent sedecim, totidem erant & manus. Habebant partes hæ respectū ad mundi situm, nō ad facies animaliū. Per alas virtutum habitus intellige, est enim virtus habitus animi iudicio susceptus, in mediocritate consistens, ex qua oritur vera illa gloria, quæ radices agit, atque etiam propagatur. Et quoniam virtutis laus omnis in actione cōsistit, per manus opera intellige, sine quibus fides, vt ait diuus Iacobus, mortua est. Fides enim, quæ valet apud deū, ea est, vt ait diuus Paulus, quæ per charitatē operatur. Vnde ait diuus Iacobus: Estote factores verbi, & nō auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Vt enim qui incidit in fluuiū, si nec brachia mouet, nec manus, nec crura, statim obruitur, & mortuus in profundum decidit, sinauté natat, ita qui in sola fide nixus virtutis actiones reliquerit, in profundissimum barathri gurgitem mergetur: qui autem manus pedesque agitauerit, illisq; remorū loco vsus fuerit, & fidei coniunxerit opera charitatis, hic incolumis exibit in terram, & postea æternæ securitatis obtinebit. Poteris per alas contēplationē intelligere, qua anima fertur in sublime, quando seipsam reuocat à corporis sensibus, & cogitationem à consuetudine abducit. Opus est homini consuetudo recedendi à sensibus exterioribus, & animū in seipso colligendi, vt seipsum cognoscat, & ad rerum diuinarum contēplationem perueniat. Hanc optabat regius vates, cum has voces proferebat. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Et meritò quidem, nam omnium actionum, quæ à virtute dimanant, nulla est præstātior contēplatione, nulla suauior, nulla diuturnior, & permanentior. Vt excussorium serramentum feriens silicem excutit scintillas, sic pia rerum diuinarū meditatio elicit ex duro corde ignem diuini amoris. Id sentiens diuinus psaltes cōcinebat: Cōcaluit cor meū intra me, & in meditatiōe mea exardescet ignis. Anima, quæ fuerit virtutibus prædita, rerumque diuinarum contemplatione munita alas habebit celerrimas, me ritoq; vocabitur auis petens alta, se à terræ laqueis eripiens. Huiusmodi erat Dauidis anima dicentis: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Nos, quibus volandi data est facultas, feramur in deum, & posteriora obliuiscentes, ad priora nosipsos extendentes, atque ad cœlestia aspirantes, ad palmā supernæ vocationis dei in Christo Iesu tēdamus. Fugiamus procul à falsis mundi voluptatibus, à pestiferi seculi æstibus, ne quod docti homines fictis historijs memoriæ prodiderūt, nimio solis calore cera resoluta Icareos volatus penna relabente destituat. Nam qui prudenter volant, ad rutū prouehuntur, qui verò inutilem leuitatem sequentes illicitis cupiditatibus obnoxiā, se per mundi æstus effersūt, pereunt absque dubio, & refluentibus pennis, meritorumque compage resoluta, perniciem sibi pariunt, & in profundū ignominiosē relabuntur. Auis illa cœlestis Christus deus noster, ita ad cœlum volauit, vt nos vmbra protegat alarum suarum. In illam omnem spē nostram conferre debemus, aientes cū Dauide: In vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Non enim solum eius brachia, & manus cruci affixæ fuerunt instar volantiū alarum extensæ, sed eius etiam opera velut cœlestis vmbra mundi feruentis incendia tēperauit. Et quoniam ipse vtráque nos vitam docuit, & eā, quæ in cōtemplatione, & eā, quæ in actione consistit, ideo manus illi, & pennæ tribuuntur. Et quia vita contemplationi dedita vitæ negotiosæ antecellit, eam ob causam pennæ locum obtinent superiorem, sub quibus manus hominis collocantur. Hæ manus erant horum animalium, de quibus hic agitur, sed appellantur manus hominum, quia habebant cum manibus humanis similitudinem. habere autem hæ animalia manus, indicat postea Ezechiel capite decimo.

Psal. 54

Similie.

Psal. 38.

Psal. 133

Philip. 3.

Et facies & pennæ per quatuor partes habebant. Vnumquodque animal habebat quatuor facies, vnā antè, alteram retrò, tertiā dextrorsum, quartā sinistrorsum: & eodē modo totas alas. Explicat diuinus vates quomodo & facies & alæ essent suæ, & quo ordine collocatæ.

Psal. 56.

Infr. 10.

Iuncteque erant pennæ earum alterius ad alterā. In Christo omnia, quæ diximus, nempe esse deum & hominem, regem & sacerdotem, erāt cohærentia & coniuncta. Poteris hoc de virtutibus interpretari, quæ omnes sibi mutuò cohærent.

Non reuertebantur, cum incederent. Non respiciebant retro, sed ibāt perpetuo gressu, quò cœperant. Christus enim nunquam amisit constantiam. Apud Ioannem cum patre loquens, Opus, inquit, cōsummaui, quod dedisti mihi, vt faciā. Tu verò ne de gradu firmitudinis dejiciaris, elige potius à loco dimoueri, quàm à virtute, & vitam potius amittere, quàm constantiam. Est enim constantia animi firmitudo in proposito perseuerans, in hoc à perseuerantia differens, quòd constantia sit in proposito, perseuerantia in opere, quam philosophi appellant in ratione bene cōsiderata stabilē & perpetuam permansionē: sed pro eodem

Ioan. 17.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

sæpenumerò accipiuntur. Vide quemadmodũ diuus Paulus nos ad constantiam adhortetur.

Ephes. 4. Ad Ephesios scribens, Ne simus, inquit, paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vẽto doctrinæ. Ad Corinthios: Vnusquisque, sicut

1. Cor. 7. vocauit deus, ita ambulet. Rursus: Sic currite,

2. Cor. 9. vt comprehendatis. Ad Timothem: Bonum

2. Tim. 4 certamen certaui, fidem seruaui, cursum consummaui. Ad Hebræos. In disciplina perseue

Heb. 12. rate. Et Christus deus noster apud Matthæũ:

Mat. 10. Qui perseuerauerit, inquit, vsque ad finẽ, hic

Genes. 19 saluus erit. Volens deus enpere Lot à Sodomorũ interitu & incendio, præcepit illi, vt ab impia ciuitate discederet, & nõ respiceret post tergum, sed in montem ascenderet. Sed respiciens eius vxor retrorsum, versa est in statuam salis. Hic mons est perfecta virtus omnibus numeris absoluta, quæ altitudine sua nubes transcendit, & cœlum attingit efficit enim, vt homo in terra corpore constitutus sit in cœlo animo collocatus. Id sentiebat diuus Paulus,

Philip. 3. cum ad Philippenses scribens conuersationẽ suam in cœlis esse testaretur. Hunc excelsum virtutis montem vult deus vt relicto mundo ante oculos proponamus, ad eum ascẽdamus, & in eius ascensu cõstanter perseueremus. At si retro respexerimus, mundi vanitates & impietates iterũ cupientes, erimus omnibus virtutum ornamẽtis spoliati, & in salis statuũ cõuersi. Hæc statua permansit ad ecclesiæ vsque tẽpora: & Flauius Iosephus libro primo Antiquitatũ asserit se illam vidisse. Sed cùm deus statueret, vt hæc statua vigeret memoria tot seculorum, eamque posteritas intueretur, quæres fortasse, cur eam non ex duro marmore, aut silice, aut ex aliqua alia dura & firma materia, sed ex sale esse voluerit. Responsio est in promptu. Voluit deus, vt conscientias nostras sale illo cõduremus, eiusq; statuæ causam memoria repetentes, cuncta detestaremur flagitia, vt ita constantia muniti nullo modo respiceremus retro, sed ad montis fastigium & summitatem festinaremus. Inter causas quibus Hebræi animi præstantiã turpi dedecore macularunt, hæc vna extitit, quod cũ ex Aegypto egressi essent, se in promissam terram per desertum corporis pedibus conferebant,

Exo. 16. animi autem affectibus ad Aegyptum reuertebantur: panem cœlestem, quo eos deus satiabat, contemnebant, ollas autem Aegyptias

Luc. 9. vehementer optabant. Nemo, vt ait apud Lucã ipsa veritas, mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Hoc volens deus significare apud nostrum Ezechie-

Ezec. 46 lem, præcepit ne homines templum ingressi, eo ostio exirent, quo introierãt, sed vltra tẽderẽt, ne terga verterent, deumque relinquere viderentur. Iusti ibunt de virtute in virtutem, *Psal. 83.*
vt ait regius ac diuinus vates, & videbitur deus deorum in Sion. Et diuus Paulus: Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò, *Philip.*
quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauiũ supernæ vocationis dei in Christo Iesu. At sentiendi est incõstantia nostra, omniq; lachrymarũ copia deplorãda. Vt enim delicata auricilis statera paruo *Simile.*
quodã pondere mouetur, vt quolibet grano suprapositõ deorsum tendat, sic nos quacunque re sine prosperã siue aduersa perturbamur & fundum petimus, & mutamus propositum: modò lætitia efferimur, modò dolore comprimimur: quos nunc toto ore laudamus, statim de cœlo deijcimus, & maledictis lacessimus: quos modò amore prosequimur, illico ad exitium & vastitatem vocamus: nunc virtutem amplectimur, in eaque veram amplitudinem collocamus, sed confestim eam abijcimus, & contemnimus: obtemperat voluntas effrænato appetitui, corruit constãtia, & verus splendor extinguitur. Quemadmodum cha- *Simile.*
mæleon ad speciem rerum, quibus admouetur, mutat colorem, sic nos quacunque tentatione obiecta mutamus virtutis propositũ, & quæcunque nefariæ cogitationes nos mouent, & quo volunt, impellunt, vt ita in scelerẽ & ignominia volutemur. Et quemadmodũ chamæleon colorem album non recipit, cùm cæteros recipiat, sic nos ad omnia facilè & frequenter præterquam ad animi candorem mutamur. At qui iustitiam coluerit, fueritq; constantia roboratus, etsi violentis rerum aduersarũ ictibus cõcutiatur, tamen nec frangetur, nec vllis sceleratorũ oppugnationibus debilitabitur. Cùm enim sit magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione inanis gloriæ, firmitudine denique & cõstantia vt mœnibus septus, quamuis oppugnetur, non tamen expugnabitur, nec retro reuertetur, sed sequetur fructa animalia, de quibus hic ait noster Ezechiel: Non reuertebantur, dum incederent.

Sed vnumquodq; ante faciem suã gradiebatur. Hoc est, anteriora petebant, & directè procedebant. Vnumquodque animal quocunque ibat, habebat ante se vultum vnum absq; corporis sui conuersione, habebat nãq; quatuor vultus versus quatuor partes oppositas. Id volens propheta explicare, adiecit paulò post: Vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Poteris hoc ita intelligere, vt gradi ante faciem suam, & coram facie sua ambulare, seipsum cognoscere. Hæc est magnæ sapientiæ, & sublimis philosophia cognoscere seipsum, effeque sibimet præsentem. Impij nõ solùm se non

se non intelligunt, sed à seipsis absunt, & immenso ferè distant interuallo. Id intelligens

Esa. 46. Esaias aiebat: Redite præuaricatores ad cor. Redeamus igitur ad nosipsos, ponamus nos ante nos, & coram facie nostra gradiamur. Videamus & opera nostra, & nos, & de nobis, ac si essemus alij, sententiam feramus. Hocapopluthegma, Cognosce teipsum, ait Plato fuisse quondam in foribus templi Delphici inscriptum, veluti dignum, quod Deo tribueretur. Sed est magnopere aduertẽdum, ne nostri cognitionẽ eripiat à nobis philautia, quæ solet mentis oculos occludere, & intellectum tenebris cooperire. Quæ nunc ita viget, vt existimem de temporibus hisce nostris dixisse diuum Paulum: Instabunt tempora periculosa,

2. Tim. 3 & erunt homines seipsos amantes. Multi nãque se nõ coram se habent, sed retro, quo fit, vt sua nec aspicientes, nec curantes, aliena tãtùm inquirant, & cum aliorum scelera acutissimè cernant, in suis prorsus cæcutiant: ergo alios sunt lynces, ergo seipsos talpæ. Consignatum est literis dixisse quendam philosophum, singulos mortales binas habere manticas siue peras viatorias, alteram ante pectus, alteram à tergo propendẽtem, sed in priorem alienæ vitia conijcere, in posteriorem sua. Vnde ortum est tritũ illud vetustate prouerbium: Mantica à tergo. ad quod alludẽs Persius ait: Vt nemo in sese tentat descendere, nec mos sed præcedenti spectatur mantica tergo. Vnde diuus Hieronymus. Illa, inquit, est vera inter amicos reprehẽsio, si nostra opera nõ videntes, aliorum iuxta Persium manticã consideramus. In quodam psalmo loquens Deus cum impio aliorum crimina execrante, suaq;

Psal. 49 non vidente, Arguam te, inquit, & statuã contra faciem tuam. Ac si diceret: Ego tecum disceptabo, tua scelera tibi ostendam, & ponam te coram te, vt teipsum planè aspicias. Non se cognoscit, qui quid in se laudat, aut dissimulat, in alijs execratur, eosque suo nomine flagitiosos appellat. Hic contrà dei legem quo

Leui. 19 bus vtitur ponderibus, altero sibi, altero alijs, dicente deo in Leutico: Stateræ iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æqualisq; sextarius. Et Salomone in Prouerbijs: Pondus

Prou. 20 & pondus, mensura & mensura, vtrunque abo-

Similitudo. minabile est apud Deum. Vnde hæc ponderum varietas nisi ex ignoratione nostri? Vt in semine causa est arborum & stirpium, sic flagitiorum nostrorum causa est ignorantia nostri. In Creta proditum est memoriæ, fuisse labyrinthum quendam à Dædalo factum, tot viarum ambagibus inflexum, tot recursibus & recursibus inextricabilem, tot & tot circuitibus impeditum, vt nemo in illum ingressus possiet ad primum ostiũ reuerti: quo efficiebatur, vt omnes illuc introeuntes perirent. Theseũ autem accepto fili glomere labyrinthũ penetrasse, & incolumem regressum esse ope fili, quod manu tenebat, interfectoque Minotauro victorem redijsse. Hæc poëtæ, qui omnia sibi licere arbitrabãtur. Ego existimo hoc labyrinto significari mundum, & filo hoc cognitionẽ sui, quid enim mũdi negotijs implicatius? quid superbiæ, auaritiæ, libidinis, & vanitatis laqueis inexnodabilius? Ingressi mortales falsas & inexplicabiles huius seculi vias, irretiti eius fraudibus, negocijs, blanditijs, & voluptatibus, exitum ignorãt huius labyrinthi, & existimantes irremeabiles esse errores, in quibus versantur, pereunt in mundo, tetras maculas sibipsis inurentes, & Christianæ dignitatis amplitudinem labefactantes. At qui secum asportat filum cognitionis sui ipsius, exit è seculo, & de occiso effrenato appetitu victoriam admirabilem reportat, quoniã seipsum cognoscens, & fragilitatem suam animo perspiciens non se extollit, & insolentem reddit, non vanitatibus fidit, non se virijs cõtaminat, non in falsa gloria spem ponit rerum suarum, quin potius dat operam, vt ipsa virtus cũ trahat ad verum decus. Eam ob causam institutum suum ad certam honestatis regulam dirigit, & officiorum omnium momenta perpendit. Qui huiusmodi vitæ cursum conficiunt, cum glomere lini, hoc est, cum sui cognitione inueniunt exitum, qui autem sine eo procedunt, perniciem sibi machinantur. Agnoscamus igitur nos ipsos, & expulsis erroribus, atque cupiditatum ardore restincto mundũ cõtemnamus, & ad cælum aspiremus. Nõ in præmijs humanis, sed in Deo nostro totam spei nostræ anchoram figamus, ad eum tendamus, & iuxta id, quod ait Ezechiel, ante faciem nostram ambulemus.

Similitudo autẽ vultus eorum. Id est, quatuor animalia habebãt sedecim facies, vnumquodque quatuor, nimirum in fronte faciem hominis, ad dexteram faciem leonis, ad finistram vituli, à tergo aquilæ cæteris eminentiorem. Nã cùm Christus videretur, id quod se prius hominibus obijciebat, erat eius humanitas, quã ob causam erat facies hominis in fronte. Erat facies vituli ad finistrã, quia ob eius mortem per vitulũ significatã multi fuerunt pressi dolore: faciat verò leonis ad dextram, quia ob eius reditum ad vitam per leonem intellectum multi fuerunt gaudio affecti: per dexteram enim prosperitatem intelligimus, quæadmodum per finistram aduersitatem. At faciei aquilæ à tergo erat, sed altior & sublimior, quia in Christo diuinitas in facie aquilæ effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca
Extante
Plúteo

sa, erat in humanitate abscondita, sed multò excelsior & illustrior, quam ob causam inter alias facies eminebat.

Et facies eorum. Hic debet esse punctum. Sẽ sus est: Ita quẽadmodum dixi, erant facies dispositæ & collocatæ: & de ijs hactenus.

Et pennæ eorum extẽtæ desuper. Hoc est, tẽdebant in cœlum. Intuere quales debeãt esse vir tutes nostræ, nimirum ad cœlum directæ, non ad terrã. Quæ sursum sunt, quærite, ait apostolus, non quæ super terrã. Hoc docebat Christus, quãdo oculos ad cælũ levabat, quod nõ sine causa euangelistæ cõmemorant. Oculus noster est intentio nostra, quæ debet in deum conferri. Id significavit Salomon dicẽs: Sapientis oculi in capite eius. Caput nostrũ Christus est, vt ait apostolus, in quẽ debent conjici oculi nostri. De iniquis ait psalmographus: Oculos suos statuerunt declinare in terrã. Et Oseas: Victimas declinastis in profundum. Qui humana laude, inaniq; gloria ductus in virtutum actiones incumbit, eas amittit. Nulla est tinea, quæ ita vestem terat, ac inanis gloria virtutem. Sacrificãte Abrahamo ait diuina scriptura descẽdisse volucres super cadavera, eumque illas abegisse. Quid aliud est Abrahamum volucres abigere, quàm debere virum iustum laudes rerum gestarum fugere, hominumq; rumusculos declinare? Christus debet esse finis, quò mentem & propositum dirigamus: Ille enim ait in Canticis: Pone me vt signaculũ super cor tuũ. Ac si diceret. Cõstitue me scopum in corde tuo, quò omnia tela tuarum cogitationum, verborum, & operum dirigantur. At qui sermonis hominũ inanẽ celebritatem consequi desiderant, & in populi temeritate vitiorum pletunque laudatrice gloriam constituunt, hi non propter Christum, sed propter inanem gloriam virtutibus vtuntur, seu vt verius loquar, scelera sua nefaria, & teterrimas fraudes fronte honestatis occultant, fictæq; sanctimoniæ specie tegunt. Vt or ganorũ pulsatores, nisi cis vẽtosos follet quis leuet, nullum penitus sonitum efficient, sic vani homines, nisi laudibus efferantur, in virtutis actionem nullo modo incumbent. Quẽad modum nautæ qui ventorum cursu feruntur, existẽter in portu non soluunt absque venti prosperitate ad voluntatem flantis, & sæpè lõgi temporis intervallo expectant ventum, aliàs nõ navigaturi, sic hypocritæ populi plausum quærunt, hominumque rumusculos, & inanem favorem aucupantur, alioquin nulli bono studio operam daturi. Hi non rectè facta, sed rectè factorum præmia sequuntur, deumque minimè intuentur. Hos nullo modo imitari debemus, dicente Christo apud Matthæum: Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, ex terminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes: amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. At regius vates aiebat: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commoveat. Ac si diceret: Deus mihi semper ante oculos obuersatur: nihil cogito, aut loquor, aut efficio, quin illud ad eum dirigam, illumque adesse cogitem. Et meritò quidem, nam ille mihi animi fortitudinem, & constantiam tribuit, ne vllis ærumnarum oneri succũbam. In epistola prima ad Corinthios ait diuus Paulus: Siue mãducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Vt nemus vmbriferũ, prima fronte amœnũ tanta oblectatione pascit oculos virentium plantarum varietate & densitate, vt videatur voluptatis causa comparatum, cùm intus sit plenũ serpentibus venenosis, lupis rapacibus, aliisq; feris nocuis & immanibus, sic hypocrita, cùm fotis sanctus appareat, omnibusque virtutum ornamentis excultus oblectat oculos videntium: at intus latet superbia, auaritia, inuidia, cæteraque scelera indomitarum ferarum more in cordis sylua passim vagantia. Hypocrisis iuxta Chrysologi descriptionẽ est subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis. Et vt ego ex istimo illi sunt teterrimi iudicandi, qui cùm maximè fallunt, tum id agunt, vt virtute præditi esse videantur. Illud tamen velim tibi persuadeas, me inanem gloriam vituperare, non eam quæ solida est, & virtutum consectatrix, quæ altis radicibus innititur, quæ est honestatis præmium, & virtutis splendor. Hæc gloria est inanis gloriæ contemptrix, ambitionis expultrix, non popularem auram affectat, non ambit præfecturas, sed dei gloria delectatur, ad quam absque dubio refertur. Quis viris magnanimis, sapientia atq; virtute illustribus, qui se ad literarum excolendã studia vel ad rempublicã pace aut bello administrandam contulere, hanc veram solidãq; gloriam prohibere voluerit, is mihi videbitur nautis præcipere, vt onerariam navim vi remorũ dũtaxat impellant, & in mari navigent, absque velis & ventis. Præceptum quidem asperum & difficile. Possumus igitur veram gloriã ad dei gloriã relatã appetere, ad quem omnes & alas nostras, extendere & dirigere debemus.

Et duæ tegebant corpora eorum. Volabant & corpora cooperiebant. Da operam vt voles virtutibus, sed teipsum tegas, ne opera tua ostentatione: & sine populo teste fiunt: nullũ theatrũ conscientia maius est. Vera gloria in virtute consistens radices agit, atq; etiã propagatur: ficta omnia instar floscul orũ decidũt, nec simulatum quicquam potest diu permanere. Qui pro rebus à se benè gestis, & beneficiorũ collatione inanes appetit laudes, non se deo offert, sed sua. Cain de fructibus terræ deo munera offerebat, & Abel de primogenitis pecorum suorum. At respexit deus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autẽ, & ad munera eius non respexit. Cur hoc: niſi quia Cain malè diuidebat, dabat enim deo aliquid suum, sibi autem seipsum. Abel contrà prius seipsum deo offerebat, postea sua: corã muneribus ibat in patina cor suũ deo oblatũ, nõ illud sibi reseruabit, sed in holocaustum seipsum totum penitus deo offerebat. Ideo non ait scriptura, respexisse dominũ ad munera Abel, & ad Abel, sed respexisse ad Abel, & postea ad munera eius, prius enim respicit animum, quàm opus, priùs nos, quàm nostra.

Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Impetu spiritus ducuntur iusti, impetu autem carnis scelerati. Impetus spiritus animum excitat ad virtutes, impetus carnis ad vitia. Si deo es, spiritum sequeris, si diaboli carnem. Considera quo impetu ducaris, & intelliges, cuius sis seruus. Si deo seruieris, sueriſque eius amore inflammatus, gloriam consequeris æternam, sin autem te vitijs contaminaueris, falsisque voluptatibus dedideris, erit tibi iter scelusum à cõcilio cœlitum, & in tenebras æternas relegaberis.

Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentis. Flammam diuini amoris significat. Hic est ignis ille, in quo fuit immolatus agnus diuinus, qui morte sua nos immortalitatis fecit esse participes. In ara enim crucis fixa in Caluariæ mõte se pro nobis holocaustum constituit, vt nos patri reconciliaret. Ex mõte illo, qui erat spelunca latronum, fecit locũ orationis, cùm illi, qui eum ad interitum vocauerant, ex loco orationis speluncam fecissent latronum. At ille vsque adeò homines dilexit, tanto erga illos amore flagrauit, vt non dubitauerit etiam pro ijs, qui incensi odio eũ occidere conabantur, crucem subire, & acerbissima supplicia tolerare, vt hominum genus è tenebris in extricabilibus ad veritatis splendorem adduceret, viamque ostenderet ad gloriam immortalem consequendam. Intuere tantã vim amoris, & erga eum, qui te ita dilexit, diuina quadam charitate ita inflãmare, vt sit aspectus tuus quasi ignis prunarum ardentium. Hic est ignis rubi, qui ardebat, & non comburebatur. Hic est ignis, in quo præcipiebat spicas sibi oblatas torreri: vult enim opera bona absque fuco, ab aristis inanis gloriæ perpurgata, & virtutum grana solida & pura. Non vult opera frigida, & aristis humanarum laudum circundata, sed amoris diuini igne succensa, & ad ipsum diuinum numen relata. Hic est ignis, quem deus in ara cordis nostri omnia nostra desideria omnemque voluntatem igne charitatis immolaremus. Diuinus hic amor currus est igneus, quo ascendit Elias in cœlum, qui nos etiam illuc asportabit. Et quoniam Christi euangelium lex est amoris, ait diuina scriptura in libro Deuteron. apparuisse eum de monte Pharã legẽ igneam dextera tenentem. Pharan idẽ est quod frugiferum, quo significatur dei ecclesia mons fertilis, mirabiles fructus producens. Et quoniam per dexterã id quod magnificamus & amore prosequimur, intelligimus, dicitur deus tenere euangeliũ dextra, & non sinistra. Vnde filius, quẽ Iacob ex charissima Rachele genuit in senectute, fuit ab eo appellatus Beniamin, hoc est, filius dextræ, quasi filius dilectus. Et quoniã lex erat ignea, eam ob causam apparuerunt Christi discipulis dispertitæ linguæ tãquam ignis, & repleti sunt spiritu sancto. Cùm enim essent legem amoris annũciaturi, oportebat esse amore repletos, & linguis cœlestibus munitos, vt charitatis igne fligrarent, & veritatem intrepidè proferrent. De hoc diuinæ charitatis igne ait Christus apud Lucam: Ignem veni mittere in terram, vt quid volo nisi accẽdatur? Hæc terra cor nostrum est, terrã amans, & in terram conuersum. Et quemadmodum frigidum hoc & infimum elementum in media est mundi sede cõglobatum, sic cor humanum est in medio corporis constitutum. Hoc cor vult deus vt diuina cõcipiat, quæ illud amore incendant, & studio immortalitatis inflamment. Illud est hoc loco aduertendũ cõparari aspectus animalium prunis ardentibus, & lampadibus illuminantibus, quia in nobis priùs debet esse ardere, & postea illuminare: debemus ardere charitate, & illuminare moribus & exẽplo. De hoc ardore loquebãtur duo illi discipuli euntes in castellum Emaus, vbi Christus euanuit ex oculis eorũ: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Oportebat eos prius ardere, & postea illuminare. De Ioanne Baptista ait Christus apud Ioannẽ: Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed quoniam hæc animalia vnum esse animal dixitmus, per quod Christum intelligimus, possumus per ignẽ & lampadarũ splendorem eius diuinitatem explanare: ait enim diuus Paulus in Epistola ad Hebræos deũ nostrũ ignẽ esse consumentem: & in Deuteronomio alloquens

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

quens Moyses Israeliticum populum alebat: Deus tuus ignis consumens est. Ad Hebræos de Christi diuinitate scribens ait Apostolus, eum esse splendorem gloriæ, & figuram substantiæ eius: vbi per gloriam intelligit patrem veluti solem, per splendorem filium coæternum patri, vt explicet esse deum de deo, lumé de lumine. Vt sol nunquam fuit absque splendore, & cum splendor procedat à sole, est tameo simul cum eo, sic patet nunquam fuit sine filio, & cùm filius procedat à patre, est simul cum patre in trinitate enim nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. Nõ me fugit posse etiam hoc animalium splendore significari sapientiam, quam omnes Christum sequentes diligere tenẽtur: monet enim Salomon, vt diligamus lumen sapientiæ. Et Daniel, Qui docti, inquit, fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Illud est hoc loco aduertendum, vitos iustos, qui se ad Christi Iesu imitationem contulere, prunas esse ignis ardentis, & lampades radiantes. Quo fit, vt quemadmodum qui ignem attingit, incendatur, sic qui viris sapientia & charitate præstantibus familiariter vtitur, dei ardescat amore, & æternitatis incendatur studio. Et quemadmodum prunæ lucem proximè emittunt, lãpades verò splendorem longiùs fundunt, sic qui & virtute & sapientia sunt præditi, & charitate inflammati, non solùm propinquos, sed etiam longè distantes illustrant doctrina, & vitæ sanctimonia, ne errorum caligine circunfundantur, & in cæcarum tenebrarum obscuritate versentur. Quo nihil potest esse gloriosius, nihil excogitari præstantius. Huiusmodi fuerunt Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, & alij, qui mũdum illustrarunt, quorum sapientiæ & virtutis monimenta ad immortalitatem, & religionem, & memoriam æternam celebrantur.

Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuerebantur, cùm ambularent. Statura quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequẽtes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cũ eleuatis à terra, pariter eleuabãtur & rotæ sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis.

Heb.1.

Simile.

Sap.6.

Similia.

Hæc erat visio discurrens. Hoc est, & de visione splendentis ignis, atque fulguris ex igne egredientis, quæ inter animalia discurrebant, hæc habui, quæ dicerem.

De igne fulgur egredient. Significat ingentẽ Christi charitatem, & miraculorum splendorem. Vel sic: Ex igne amoris egrediebatur fulgur calamitatis. Ideo Christus suos affligit, quia eos amore prosequitur. Hac ratione ductus aiebat in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Vt fulgur ferit terram, sed cælum illustrat, sic afflictio propter deum placatè & moderatè tolerata corpus debilitat, & dolore fraugit, mẽtem autem purificat, & clariorem reddit. Quẽ admodum in probatica piscina per aquæ motionem & tribulationem operabatur deus sanitatem, ita per molestiarum exagitationem efficit tranquillitatem, per paupertatem diuitias, per mortem vitam, per dolorẽ gaudium. Hæc est causa, cur permittit deus, vt viri iusti incidant sæpè in calamitates, & in communibus miserijs præcipuo quodam angantur dolore: fulgent enim iustorum dignitas & amplitudo calamitatibus ipsis, & sceleratorũ hominum iniuria illustrantur.

Heb.

Simile.

Simile do.

Et animalia ibant, & reuertebantur. Antea dixerat: Nec reuertebantur, cùm ambularent: nunc ait: Et reuertebantur. Hæc, quæ inter se prima fronte repugnare videntur, magnoperè cohærent: nam prius significatur, vt diximus in opere incœpto firma constantia, hic autem post opus finitum obedientia. Igitur euntia non reuertebantur, donec munus suum perficerent, & functionem suam accuratè & perfectè exercerent: at absoluto opere reuertebantur

Similia do.

bantur ad aliam functionem obeundam parata. Reuersio instar fulguris coruscantis indicat cursus diligentiam & velocitatem. Vel sic: Reuertebantur, quia ad quamlibet partem ambulabant, & non reuertebãtur, quia vultus nõ conuertebantur: cùm enim vnumquodque animal quatuor facies haberet, absque earũ cõuersione mouebatur.

Apparuit rota vna super terram iuxta animalia habens quatuor facies. Hoc est, vide quatuor rotas: nam vnumquodque animal habebat sub se rotam vnam. Esse quatuor rotas indicat illud, quod paulò pòst sequitur: Et vna similitudo ipsarum quatuor. Id quod capite vndecimo, vbi hæc eadem visio iterum narratur, apertè osteditur. Sed hæ rotæ ita erãt quatuor, vt esset vna, quia vna erat earũ similitudo, & ita erat vna, vt quatuor esse viderẽtur: id quod de animalibus antea diximus. Inter Christianos etiam tanta debet esse concordia, tanta animorum coniunctio, vt vnum habeant animum, vnam & eandem voluntatem: iuxta id, quod de ecclesia primitiua ait in Actis apostolorum diuus Lucas: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Hæ rotæ erant in loco minus sublimi: nec enim erant intra terram, nec accedebant ad animalium altitudinẽ. Per has rotas Christum sequentes viri iusti significãtur: & ideo quatuor sunt, quia in quatuor mundi partibus iusti reperiũtur, cùm vera dei cognitio sit per vniuersum terrarum orbem longè lateq; propagata. Quemadmodũ rotæ facilè currunt, ita iusti ad quancunque virtutis actionem oblatam facilè mouẽtur. Et vt rota vna tantùm particula terram attingit, cæteris autem ab ea eleuatur, sic vir iustitia & pietate præstãte solùm corpore habitat in terra, cùm & affectu, & desiderio feratur in sublime, & in cœlo cogitatione commoretur. Vt enim in noctis serenitate trãseuntes iuxta profundum fluuium vident in quieto pelago globoſæ lunæ & micantium stellarum pulchras imagines, illa autem astra, & si illic esse videantur, sunt tamen in cœlis collocata: sic viri sapientia præstantes, vitamque ad virtutis libellam dirigentes, licèt in huius vitæ fluuio ad mortis mare tendente existere videantur, ipsi tamen spiritu & mente in cœlo sunt fixi atque locati, & vitam cœlestem imitantes ea contemnunt, quæ flagitiosis eximia & præclara videntur, ad quæ plerique mortales impia auiditate inflammati rapiuntur.

Similitudo.

Act.4.

Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo. Sensus est: Hæ rotæ, quod attinet ad colorem & opes earum, repræsentabãt mare, quod verò attinet ad modum & dispositionem, ita erant similes, vt viderentur esse vna & eadem. Harum rotarum nomine verè Christiani significantur: & ideo vna est rota, quia vna est catholica ecclesia ex cunctis fidelibus in vnum pulcherrimum corpus à spiritu sancto coagmentata, cuius corporis caput est Christus Iesus, qui sibi obedientes ad vitam perducet beatam & immortalitatem. In hac Romana & vniuersali ecclesia non solùm boni sunt, sed etiam mali: est enim similis sagenæ missæ in mare, ex omni genere piscium congreganti. Sed quia in hac vita non est gratia nisi in hac Christi ecclesia, meritò sancta dicitur, & rotæ Christum sequenti comparatur. Eam ob causam ait propheta eam similem esse mari, quia in eo fuit Pharao cùm suis obrutus & submersus, Israelitæ autem mirabiliter erepti: in baptismo enim peccata delentur, & gratia atque virtutes conferuntur. Erat in templo Salomonis mare quoddam fusile & æneum, vbi ablue bantur, qui erant ad sacrarium ingressuri: ita in ecclesia est lauacrum, vbi pecatorum sordes & labes abluuntur, vt cœlum ingrediantur. Fortasse huic mari æneo in colore & opere comparat diuinus vates rotam, quam viderat. Vel ecclesiam mari Oceano similem dicit, ob eius magnitudinem & propagationem.

Ephes.4. & 5.

Coloss.1.

Mat.13.

Exod.14

3.Reg.7.

Quasi sit rota in medio rotæ. Quatuor erant rotæ, sed ita implicatæ, vt sphæram quasi constituerent. Erat currus quatuor rotarum ita dispositarum, vt rota vna secaret alteram ad angulos circulares, & alia aliam eodem modo: quemadmodum cùm quatuor circuli rita sunt inserti, vt sese intersecent ad angulos rectos sphærales. Hæc animalia vocantur capite decimo cherubim: vnde in libro Ecclesiastici sunt hæc verba literis mandata: Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit ei in curru cherubim. Currus erat, & rota in modum crucis per medium rotæ, & ita implicatæ erãt rotæ, vt vnius rotæ similitudinem indicarent. Significat mutuam charitatem, quæ debet esse inter Christianos, qui ita debent esse spiritualibus vinculis cõiuncti, vt crucem potiùs quã voluptatem sequantur. Fuerunt nonnulli, qui per hunc currum rotarum ipsum cœlum intelligendum putarent, quòd rota siue sphæra ab ipsis appelletur. Vt autem hoc probarent, Platonem citarunt suæ explanationis testem, qui cœlum appellauit volucrem currum. Per animalia autem intellexerunt signa cœlestia in zodiaco cõstituta, quæ sunt aries, taurus, & cætera, quorum nomina mathematici finxerunt. At opinionem hanc irridet diuus Ambrosius in libro de Abrahã patriarcha: & meritò quidẽ, quoniã nõ in veritate

Ecclo.49

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

theologica,sed in opinione philosophica nititer. Nos per currum hunc vnumquemque
4.Reg.2. virum iustitia & pietate insignem iuxta diui-
4.Re.13 narum literarum morem interpretamur: nam
Psal.67 libro quarto Regum Elias curtus appellatur, similiter & Elisæus. In psalmo etiam per currũ dei multiplicem quendam electos dei interpretantur.

Ibant,& non vertebantur. Ostendit iustorũ constantiam.

Statura quæque erat rotis. Id est,habebant rotæ hæ magnitudinem. Poteris per staturã tergа intelligere,id enim significat dictio hebraica.Sensus est:Hæ rotæ tam ingentia habebant terga, tantumque altitudinem, vt horribiles aspicientibus apparerẽt.Viri nanq; verò Christiani,qui veram dignitatem collocant in virtute,eaque muniti nullo modo expugnantur, illis metum incutiunt,qui animam flagitijs deformantes, pestilentibus voluptatibus ducũtur: Poteris per rotarum terga intelligere in laboribus patientiam, rerumque aduersarum tolerantiam,per altitudinem verò honorem, & veram nobilitatem in virtute consistentem.

Et totum corpus oculis plenum. Rotarum, corpus erat totum oculorum multitudine ornatum.Si corpus fuerit plenum oculis, seruiet animo,sin autem cæcum fuerit, animum à virtute detorquebit, & veluti effræmatus equus præcipitabit. Trismegistus in septimo Pymandri hæc verba literis mãdauit: Opertet,vestiẽ, quam circumfers,exuere,indumentum infelicitæ, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem,sensitiuum cadauer, sepulchrum circũuectibile,domesticum furem,qui dum blanditur, odit,dum odit,inuidit. Huiusce modi est,quo circumtegeris vmbraculum inimicum. Hæc ille de cæco corpore, animi oculis priuato: quod si oculis redundat, instrumentũ est quo homo seruit numini sanctissimo. Nihil est in corpore pretiosius oculis,nihil præstantius:quã ob causam locum obtinent altissimũ, ex quo plurima conspicientes veluti diligentes speculatores suo munere funguntur. Esse totas oculis circunquaque repletas, indicat debere nos prouidos esse & cautos,propter varias hostium animæ insidias, & non solùm præterita in memoriam reuocare, & præsentia conspicere, sed in posterum quàm longissimè prouidere. Debemus itaque summo studio vigilare, ne in errore versemur, & diligenter circumspicere,ne in carnis, mundi, & dæmonis insidias incidamus. Sobrij estote,inquit in epistola prima diuus Petrus,& vigilate,quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens,circuit quærens,quem deuoret, Diuus Paulus in
1.Pet.5. optima ad Corinthios: Non dormiamus sicut
1.Cor.5 cæteri,sed vigilemus. Et apud Matthæũ Chri-
Mat.2. stus deus noster: Vigilate,quia nescitis diem, nec horam. Christianum hominem comparat in Apologetico Gregorius Nazianzenus funambulo. Vt illum,qui per districtos in excelso funes incedit, oportet diligenter videre, & celeriter animo circũspicere,ne huc vel illuc
Simile declinet, interibit enim, si vel aliquantulum, quamuis exiguum deuiauerit, sic nos oportet oculatos esse, & accuratè aspicere, vbi pedes figamus, ne in profundum præcipitemur: si enim pedes affectionum cum deliberato consensu in mortifero peccato posuerimus illud perpetrantes,statim à gratia excidemus, & in culpæ barathrum præcipites ruemus,& ita ob nostram cæcitatem in promptu erit nostrum exitium. Quare danda opera est, ne oculos amittamus: amittemus autem eos, si nos falsis voluptatibus tradiderimus. Hoc fuit in Samsone adumbratum: non enim Palæstini illius
Iudic. admirabilis viri oculos eruerunt, nisi postquã in Dalilæ sinu obdormiuit: sic non te inimici obcæcabunt, nisi fuerit voluptate delinitus. Quid voluit allegoricè significare diuina scriptura alleges Nabugodonosorem oculos Se-
1.Re. dechiæ eruisse,eumque captiuum adduxisse in Chaldæam, nisi dæmonem eos obcæcare, & in mundi confusionem captiuos adducere, qui sese voluptatibus dedunt & in hominum societate violanda fraudes inexpiabiles conspiũt? Nam dominante libidine nullus est temperantiæ locus, nec in cupiditatis regno virtus potest consistere. Vbi autem virtus deest, ibi nõ adest prudẽtia,vbi prudẽtia nõ est, ibi nõ est visus, sed misera mentis obcæcatio, vehementis obcæcatio: ibi certus interitus,& exitium luctuosum. Id intelligens diabolus conatur priuare nos oculis, quod significa-
Exod. uit diuina scriptura sub nomine Naas, qui voluit oculos extrahere habitatoribus Iabes. Naas sonat serpentem,qui nobis oculos intellectus tenebris obruere contendit. Tanto nos odio prosequitur diabolus serpens antiquus, vt virtuti insidietur, quo possit eam statim in principio interficere. Quam ob causam multis oculis, multisque vigilijs opus est,vt eius insidias declinemus. Pharao impartu volebat filios Israelis occidere, ne dei populus propagaretur: diabolus vult bona opera statim interficere,ne crescant & dilatentur. Hic est draco septem capitum, qui, vt ait in
Apoc.12 Apocalypsi diuus Ioãnes, stetit ante mulierẽ, quæ erat paritura,vt cũ peperisset,filiũ eius deuoraret. At nat⁹ puer,fuit à deo liberatus. Hæc mulier est anima deo deuota,quæ cũ bona cogitat,& facienda proponit,cõciperet,dicitur,
cùm

cũ verò fructũ cogitationis bonæ in lucẽ edidit,atq; in virtutis actionẽ incubuit, tunc pe-
Esa.26. perit. Id intelligẽs Esaias, A facie tua,inquit, concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Sed adest dæmon septem capitum ad septem mortifera inuitans flagitia, qui desiderat fructum virtutis interficere. At si anima est oculis circunsepta,& dæmonis insidias cauere curat, eripitur honestatis fructus,& gratus est Deo: sin autem se à damone patitur obcæcati,non solùm eius fructus, sed ipsa etiam amittitur. Eã ob causam fluedi-
Ioan.1. bolus nostræ mẽtis oculos tenebris circũfundere. Sed Christus Deus noster, vera illa lux, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ,volẽs cæco à natiuitate mederi, eius oculos liniuit luto,& ad fontẽ Siloe misit lauandũ. Vult deus, vt ante oculos lotum
Ioan.9. sceleratũ nostrũ habeamus, vt flagitiorũ nostrorũ maculas cognoscẽtes,accedamus ad sacramentum confessionis,ad fontem Siloe,cuius
Esa.8. aquæ, vt ait Esaias, currunt cum silentio, vt ibi absolutionem, lumenque gratiæ recipiamus. Væ illis,quorum intellectus est caligine
Rom.1. coopertus, de quibus ait Apostolus in epistola ad Romanos: Obscuratum est insipiẽs cor
Ephes.4. eorum. Et ad Ephesios: Tenebris obscuratũ habentes intellectum. Meritò antiqui illi,qui apud gentes sapientes habebantur, fictis fabulis scriptum reliquerunt, Gerionem Hispanorum Regem tricorporem fuisse, & sex oculis ornatum, & Ianum vetustissimum Italiæ Regem geminam faciem prætulisse, & oculis ante & retrò præterita & futura considerasse. Hoc enim absque dubio ad prudentiam,& solertiam,& vigilantiam referebant,quemadmodum etiam Argum pastorem totum oculis scatere fabulabantur. Et iuxta Mineruam draconem acutissimi visus pingebant, significantes opus esse summa solicitudine vigilare, ne sapientiam per Mineruam significatam amitteremus. Per Mineruã autem non carnis pru-
Rom. 8. dentiam, quam diuus Paulus mortem vocat, sed sapientiam cum honestate cõiunctam intelligebant, quam ob causam asserebant eam esse virginẽ, & ex cerebro Iouis prognatam, ad inuendum non esse veram sapientiã carnis inuentum, sed ex inexhausto diuinæ sapientiæ fonte depromptam. Nos habemus Ezechielem diuinum vatem, cuius animum diuinus spiritus afflauit, qui rotas ait vidisse oculi plenas, vt nos ad perspicientiam, & vigilantiam, & diuinarum humanarumque rerum contemplationem excitaret. Eodem mo-
Apoc.4. do diuus Ioannes in Apocalypsi ait, quatuor animalia oculis plena ante & retrò, & paulò pòst adesse esse intus oculata: non e-

tenim exteriora solùm, sed interiora etiam sunt nobis perspicienda & exploranda. Et vbi hæc omnia prouiderimus,iam mentis acie perpurgata,oculos ad cœlũ eleuemus, & diuina mysteria sole fulgẽtiora intuẽtes, atq; animũ ad æternitatẽ aletes,in ipsius Dei cõtemplationẽ rapiamur,& reuelata facie gloriã domini speculantes, in eãdem imaginẽ à claritate in claritatẽ,tanquã à domini spiritu trãsformemur. 2.Cor.3.

Cùm ambularent animalia, ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea. Rotæ viri iusti sunt, qui diuinum animal, hoc est Christum sequuntur. Eleuantur à terra, humana contemnentes: & animum à cogitatione rerum fragilium & inanium abducentes, atque ad cœtum mentium beatarum aspirantes, Christum sequuntur, vt eo in æterna beatitudine fruãtur. Vide quemadmodum Apostoli Christum secuti fuerint. Ecce nos, ait quidam Mat. 19. ex illis loco omnium, reliquimus omnia, & secuti sumus te. Cùm Christus curreret, exultauit enim vt gigas ad currendam viam, ne- Psal.18. cesse erat,vt currerent & discipuli: at non poterant ita expeditè currere, nisi essent exonerati: eam ob causam omnia pro eo reliquerunt,ne diuitiarum pondere grauarentur. In Gen. 13. Genesi,vbi communis editio habet: Erat Abrahã diues valde,habet versio græca: Βαρὺς σφόδρα. id est grauis vehementer. Pondere AEgypti grauabatur: licet enim diuitiæ leues videantur, tamen quia AEgyptiæ sunt, viris sanctis graues sunt. Omnia igitur reliquerũt, vt nudi nudum sequerentur. Multi nupsẽ sequerentur etiam Christum, nisi detineretur proprio amore sui, effectique eorum nauis remora philautiæ impedita. Refert Plinius lib. nono & trigesimo secundo, & AElianus libr. duodecimo,& magni alij authores, esse quẽdam piscículum ciuilis rectum nomine remotam, qui etiamsi tument venti, & fæuiant procellæ,remoratur magnum nauigiũ,quod nullæ anchoræ, nulla vincula efficere potuerunt. Vt igitur remora naui expansis velis nauigãti cursum impedit, sic philautia nos detinet & retardat, ne sequamur Christũ nos ducentem ad portũ æternæ securitatis. Hoc plorabat ipse flebilibus vocibus Esaias: Væ gẽti peccatrici, populo graui iniquitate, filijs sceleratis, semini nequã,dereliquerũt dominum, blasphemauerũt sanctũ Israel,abalienati sunt retrorsum. Volẽs Absolon impius Illustr. Dauidis 2.Reg.5. filius Hierosolymã expugnare, & optimũ patrẽ expoliare regno,bellũ illi parauit. Et ait S. scriptura omnes toto corde secutos fuisse Absolonẽ. Absolõ filius sceleratus est noster deprauatus appetit⁹,in nobis genitus:hic vult

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

regnare, & longius euagari, nulloque modo à ratione retineri: qui relinquês obedientiam, bellum aduersus Hierosolymam, hoc est aduersus animâ constituit, & in certamen descédit. Et ferè omnes contempto vero rege, hoc est, derelicto, Absolonem sequimur, omnibusque virtutum ornamentis nudati, in maxima ignominia versamur, & clausis oculis imus ad mortem. Nonnulli apertè relinquunt Christum, alij malitiam dissimulantes virtutem fingunt, & quò magis Christum sequi videntur, eò maiore fuga ab illo alienantur. Vt struthio camelus ingens auis pennas habet, sed nõ volat, nec fertur in sublime, sic multi pennis cæremoniarum ad cælum extolli videntur, illi autem à terra nõ eleuantur. non damno cæremonias, quas semper bonas, pulchras, & vtiles duxi, sed esse apud multos virtute destitutas, hoc quidem est, quod doleo. Miluus ales rapacissimus ascédit in altũ & volitãs expandit alas, sed in illa altitudine constitutus, oculos habet fixos in terra, videns an possit pullum gallinaceum, aut aliquid simile vngulis arripere: ascendit quidem, sed non aspicit cœlũ, sed terram. Ita nonnullos videbis sanctimoniam fingentes, qui & si contemplatione rerũ altissimarum à terra tolli existimentur, nihil tamen nisi terram aspiciunt, vt possint gloriam humanam, aut reditus, aut dignitates, aut principum fauorem acquirere, & mundi opibus abũdare. Hi à deo fugiunt, & terga vertunt: quam ob causam à vero sole destituti, quæ videbantur quærere, in cæcarum tenebrarum caligine versantur. At qui deum sequuntur, animum à terra longissimè efferunt, & ad cœlum aspirant, quam ob causam sunt diuinæ gratiæ splendore illustrati: ipse enim dominus ait apud Ioannem: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ideo rotæ Christum sequentes, erant oculorum luminibus ornatæ. Sed eum non sequemur, nisi nos ipsos reliquerimus: ait nanque ipsa veritas apud Mathæum: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Toties nos abnegamus, inquit diuus Hieronymus, quoties priora vitia calcãtes desinimus esse quod fuimus, & incipimus esse, quod non fuimus: & iuxta id, quod ait apostolus, deponentes nos secundùm pristinam conuersationem veterẽ hominem, qui corrumpitur secundùm desideria carnis, renouamur spiritu mentis nostræ. At nos deo contempto propriæ nostræ voluntatis impetum ducem constituimus. Quò imus? quò tendimus? quem sequimur? quid facimus? cur perniciem, quam nobis ipsis machinamur, non consideramus? Contemnamus terram, aspiremus ad cœlum, sequamur Christum deum nostrum, & iuxta apostoli doctrinam, in epistola ad Hebræos, Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiã curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & cõsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Et iuxta Ezechielis nostri visionem, veluti rotæ cœlestes Christum imitemur.

Similitudo

Altera similitudo

Ioan. 8.

Mat. 16.

Ephes. 4.

Heb. 12.

Spiritus enim vitæ erat in rotis. Ideò mouebantur spiritu vitæ, quem habebant. Non ait trahi rotas ab impulsu extrinsecoanimalis, sed habere vitam & voluntatem, & moueri ab spiritu intrinseco viuificãte. Iusti viuunt, & deo adiuuante voluntariè operantur: sunt autem rotis similes, quia instar currus Christum vehunt: ait enim diuus Paulus in prima ad Corinthios: Glorificate & portate deum in corpore vestro. Poteris per spiritum vitæ spiritũ Christi intelligere, qui ait. Ego sum via, veritas, & vita, vt sit sensus: Rotæ sequebantur deum, quia eius spiritu ducebantur. Et quoniam hæ rotæ erant viuentes, ait diuus Ambrosius libro tertio de virginibus, rotã in medio ratæ esse veluti vitam in medio vitæ, quòd sanctorum sibi vita non dissonet, sed qualis fuerit superioris ætatis, talis sit & sequẽtis. Vel quòd in hac vita corporis vitæ voluntur vsus æternæ. Hæc ille. Tunc spiritus vitæ, est in in rota, cùm est vita in medio vitæ, & vt paulò anteà dixit, cum est rota in medio rotæ: tunc est vita in vita, cùm est gratia in anima: vt enim anima ipsi corpori vitam tribuit, ita gratia animæ. Quod vitam corpori tribuit, est anima, quod animæ vitã tribuit, est gratia: quã ob causam ait diuus Augustinus gratiã esse animã animæ, quod est esse rotam in medio rotæ, seu esse spiritum vitæ in rota.

1. Cor. 6.

Ioan. 14.

Et similitudo super capita animalium firmamenti: quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. Et audiebam sonum alarum quasi sonũ aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei, cùm ambularent: quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum. Cumque starent, demittebantur pennæ eorum. Nam cùm fieret vox

F

vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. Et super firmamẽtum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum, à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis splẽdentis in circuitu: velut aspectus arcus, cùm fuerit in nube in die pluuiæ. Hic erat aspectus splendoris per gyrum.

Et similitudo. Hoc est, super capita animaliũ erat quædam similitudo cæli stellati, cuius color erat veluti aspectus crystalli, admirabilis, & eximij splendoris. Firmamentum est cælum octauum micantibus astris distinctum, sub quo sunt septem orbes cælestes septem astra errantia continentes. Crystallus est gemma candida, transparens, & perlucida, ex aqua confecta, & vehementi gelu contracta. Per crystallum voluit deus significare omnia in cælo esse pura & splendida, atque esse cognitionem dei perspicacem, cui nihil est occultum, nihil absconditum. Per hanc firmamenti similitudinem significat gratiæ plenitudinem in Christo, de cuius plenitudine, vt ait diuus Ioannes, nos omnes accepimus.

Ioan. 1.

Cæterùm in literis diuinis nomine firmamenti non solum octauum cælum, sed cælum omnes octo globos cælestes comprehendens significatur. Cùm enim in Genesi scriptum legimus: Fecitque deus firmamentum, & cæt. per firmamentum, totum corpus cæleste multis orbibus constans intelligitur. Quod cælum, vt ait Theodoretus, quia ex fluxu aquarum natura cõstitit, & quæ priùs liquabilis esset natura, effecta est solidissima, eam ob causam appellatum est firmamentum. Deo ait diuinus vates: Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annũciat firmamentum.

Gen. 1.

Psa. 18.

Pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. Directæ erant eorum alæ, sibique mutuo cohærebant, & altera alteri correspondebat. Pennas rectas habebimus, si mutuam inter nos habuerimus charitatem. Pennæ nostræ, inquit diuus Gregorius, tam rectæ non sunt, si ad vtilitatem nostram solummodo reflectuntur: sed tunc rectæ sunt, cùm ad vtilitatem proximi referimus, quod habemus. Duæ alæ, quibus sumus volaturi, sunt intellectus & affectus. Quemadmodum auis non vna duntaxat ala volat, sed duabus, sic non nobis sat est bene intelligere, sed opus est diuino amore inflammari. Seraphim etiam, quos vidit Esaias, duabus alis volabant. Sed quærendum videtur, quomodo horum animalium alæ extentæ sint, & rectæ, cùm dicat Ilarius Ezechiel vnumquodque eorum corpus suum alis suis velasse? Huic obiectioni facilimè respondebis dicens: vnumquodque animal quatuor alas habere, quarum duabus corpus tegit, cùm alias duas erectas sursum habeat, ad rectitudinem & charitatem ostendendam. Sed cur se occultant hæc animalia? Nimirum vt nos doceant, vt in alios beneficia conferentes, & in virtutum actiones incumbentes, inanẽ gloriam vitemus.

Similitudo

Esa. 6.

Audiebam sonum alarum. Nimirum quãdo volatu mouebantur. Tegebant se, sed virtutes fonabant. Contemne gloriam, ait Chrysostomus, & eris gloriosus. Ideo Ezechias thesauros amisit, quia eos Babylonijs ostendit. Si virtutes ostentaueris, eas absque dubio perdes, si populi ostentationem quæsieris, recepisti mercedem tuam. Poteris per hunc sonum sublimem euãgelicam intelligere prædicationem, suauem ob bona promissa, terribilem ob comminationes.

Esa. 30. 4. Reg. 20.

Quasi sonum sublimis Dei. Id est, quasi sonũ magnum, nam hebraismus, quæ magna sunt, Dei solet appellare, vt alibi ostendimus. Vel erat sonus, qualis Deo cõueniebat, iuxta illud psalmographi: Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Per sublimem Deum intelligit Christum, vt sit sensus: Virtutes & miracula magnum sonum emittebãt, erant enim Christi per hoc animal significati. Vel sic: Voces Christi per apostolos prolatæ magnoperè sonabant. Fuerat enim Dauidi prædictum: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Psal. 28.

Psal. 18.

Cùmque starent, demittebantur pennæ eorũ. Alæ quæ sursum erant erectæ ad volandũ, demittebantur, quando à volatu cessabant. Aliquando enim Christus intermittebat conciones, & miracula, & opera visibilia. Christus est verus Deus, oportebat enim, vt pontifex ille cælestis, qui nos erat expiaturus, Deus esset, in cuius figuram pontifex veteris legis laminam ferebat in fronte, in qua erat scriptum Dei nomen. Sed quoniam Deus quatenus Deus mori non poterat, assumpsit humanam naturam, vt quatenus homo moreretur,

Exod. 28

Universidad de Deusto
Estante
Biblioteca

& quatenus Deus crimina nostra deleret, & pro nobis satisfaceret. Et licet eius corpus carneũ esset, & humanum, tamen quia erat diuinitati vnitũ, effectus habebat diuinitatis. Magnes rapit ad se ferrum, deinde ferro illi à se rapto ita vim suam impertit, vt illud attrahat ad se alterum ferrum, & suspensum teneat: atque vt prius ferrum lapidi, sic alterum illi priori cohæret. Quod diuus Augustinus libro vicesimo primo de Ciuitate Dei asserit propriis oculis vidisse. Vt igitur ferrum magneti vnitum habet magnetis effectum, ita Christi corpus à diuinitate assumptum, habebat effectus diuinitatis. Vnde ægrotatione laborantibus diuinitus medebatur, & mortuos ad vitam reuocabat. Tangens incredulus Thomas Christi latus fuit fide repletus, exclamans statim: Dominus meus, & Deus meus. Ioannes Damascenus vtitur hac similitudine. Vt ferrum ignitum calefacit, & vrit vt ignis, sic Christi humanitas à verbo assumpta habebat diuinitatis effectus, & miracula ingentia passim edebat, quibus diuinam suam potentiam declarabat. Et tunc alas erectas habere dicebatur, cùm verò cessabat à miraculis, alas demittebat.

Similitu do

Ioan. 20

Similitu do.

Cum fieret vox super firmamentum. Cùm de us pater sedẽs in throno loqueretur, intremiscebant animalia sonitum alarum, vt audiretur Dei vox. Vel sic. Cùm deus pater vellet, vt animalia sonarent, sonabant, cùm autem vellet, vt tacerent, tacebant. Ad eius nutum stabant & volabant animalia. Vox patris erat vox filij, vnaque erat vtriusque voluntas, vna substantia, vna diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Ideo aiebat Christus. Sermonem, quem audistis, nõ est meus, sed eius qui misit me, patris. Erat quidem filij, sed ita, vt esset patris, quasi diceret: Sermo meus nõ ex authoritate humana, sed diuina vim habet. Eodẽ modo alibi dicebat: Doctrina mea non est mea. Hoc est à meipso non loquor, aut ex proprio corde, sed ex voluntate patris. Et alibi: Non quæro voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Et rursum: Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Quibus verbis Christus naturam suam diuinam non ostendit imbecillem, ipse enim est, per quem omnia facta sunt, sed diuinam suam voluntatem esse cum patris voluntate vnam & eandem. Nam vt verbis vtar Cyrilli in quintum caput Ioannis, quoniam ex patris substantia filius est, ac omnes genitoris perfectiones naturaliter possidens, vnà cum ipso identitate naturæ continetur. Ideo suorum operum virtutem reprehensibiliter ac verè patri attribuit, non quia ipse minus possit hoc facere, sed quia vni deitatis actioni vniuersa sunt accommodanda. Diuus Augustinus verba illa explanans: Non quæro voluntatem meam, sed eius, qui misit me. ita ait: Sanctissimæ trinitatis vna est voluntas, vna potestas, vna maiestas. Ideo tamen ait filius: Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me. quia Christus non est de se, sed de patre suo est, æqualis est patri, sed tamen hic de illo, non ille de isto. Quod autem habuit, vt homo appareret, de creatura assumpsit, quam ipsi formauit.

Ioan. 14.

Ioan. 7.

Ioan. 5.

Ioan. 6.

Ioan. 1.

Quasi aspectus sapphiri similitudo throni. Id est, erat sobij similitudo instar lapidis sapphiri. Est autem sapphirus splendida gemma, de qua agit Plinius libro trigesimo septimo, capite nono. Diuus Hieronymus explicans locum illum Threnorum Sapphiro pulchriores, ait esse sapphirum actij coloris, cuius sententiam hic sequitur diuus Gregorius. Vult Deus significare sui throni puritatem, pulchritudinem & splendorem. De hoc throno dictum est in psalmo. Thronus eius sicut sol in conspectu meo. Soli comparatur, vt eius perpetuitas & claritas significetur. De illo ait in epistola ad Hebræos apostolus. Adeamus cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiã consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

Thren.

Psal.

Hebr.

Similitudo quasi aspectus hominis. Erat super thronum similitudo Dei instar hominis. Cùm homo factus sit ad Dei imaginẽ & similitudinem, æquum erat, vt appareret eius similitudo quasi aspectus hominis. Non solùm secundum animam est hæc imago & similitudo, sed etiam in corpore habet homo quandam proprietatem hoc ipsum indicãtem, est enim erecta statura in cælum aspiciens. Cùm cæteros animantes natura abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cælum tanquam ad propriæ patriæ conspectum excitauit. Nec terra pulchra & admirabili plantarum & fluuiorum varietate ornata, ima sede semper hærens, in quam feruntur omnia nutu suo pondera, nec luna, quæ in infimo cælo radijs solis incensa conuertitur, nec sol quartum obtinens globum ætherium, princeps & moderator luminum reliquorum, nec cætera astra micantia radijs, nec orbes ipsi cæleste admirabili conuersione & celeritate concitati, sed solus homo tanquam creatura illis nobilior, fuit ad Dei imaginem & similitudinem procreatus. Et si enim Dei imago sit etiam in angelis secundum id, in quo primò consideratur ratio imaginis, quod est intellectualis natura, non tamen in eo est quo ad id,

Gen. 1.

id in quo altero modo consideratur nam non est angelus de angelo, vt deus de deo: id quod conuenit homini. Præterea hominis anima est tota in toto eius corpore, & tota in qualibet eius parte, quemadmodum deus se habet ad mundum: id quod spiritibus cœlestibus, & ab omni concretione mortali segregatis conuenire non potest. Cùm igitur deus hominem excelsum creauisset, eique vim memoriæ, intellectus, & voluntatis impertisset, illumque in hoc medio mundi globo, tanquam dominum collocasset, voluit in eius similitudine apparere. Sunt etiam qui dicant deum sumpsisse hominis figuram, quando hominem creauit, idq; voluisse significare scripturam, cùm ait fuisse hominem ad dei imaginem & similitudinem creatum. Diuus Athanasius in quæstionibus veteris testamenti ait in hunc modum: Præuidens deus vnigeniti sui incarnationem, & humanæ naturæ assumptionem, cùm sic illum, qui verus erat deus, fore verum hominem præcognosceret, atque vnam eandemque sibi adorationem offerendam intelligeret, ipsi vnigenito filio dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non cum angelis, nec cum alijs creaturis, sed cum filio suo sermonem hunc arbitror contulisse. Hanc sententiam ipsidem ferè verbis sequitur Theodoretus. Hic deus, quem hic vidit Ezechiel sedentem in throno, est cœlestis pater: hoc diuinum animal est filius, æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Spiritus ille, de quo ait diuinus noster vates: Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, est spiritus sanctus à patre filioque procedens. Aspicis igitur, tres personas sanctissimæ trinitatis coæternas sibi & coæquales, fuisse ab Ezechiele mentis oculis perspectas, & intellexisse, non tres deos esse, sed vnum, ait enim in principio se dei visiones vidisse, & in principio secundi capitis, Hæc, inquit, visio similitudinis gloriæ domini, vbi pro domino est in hebraico Iehouah nomen tetragrãmaton, quod soli deo conuenire perspicuum est. Quibus in locis vnum deum nominat, cùm tres esse personas aiebat, vt diuinæ essentiæ vnitatem, & personarum distinctionem, & sanctissimæ denique trinitatis mysterium significet. Quæ omnia in libris veteris legis, & apud diuinos vates multis in locis cõtinentur. Sed ideo deus legem dedit in caligine, vt est in loco Exodi literis mandatum, quia in ea obscurè diuina mysteria continebantur: quæ etsi non omnibus erant explicitè nota, illis tamen perspecta erant, qui deo adhærentes, eiusque arcana contemplantes, se totos diuinæ voluntati committebant, quibus denique deus ex reuelare volebat. Sed Iudæi ideo trinitatis mysterium in libris suis contentum, diuinisque monimentis testatum non credunt, quia sunt & malitia & perfidia obstinati. Eam ob causam in sancto euangelio progenies & genimina viperarum appellantur. Nam vt viperæ matris suæ ventrem lacerant, & exedunt, vt egrediantur, sic Iudæi matrem suam, antiquam legem lacerant, & prophetarum ac doctorum suorum intellectum & verba, tanquã ventrem & viscera corrumpunt, vt à fide egrediantur, & in perfidia confirmẽtur. Imò ipsos prophetas sapientia & charitate præstantes, diuina oracula proferentes ad excidium crudelissimum vocarunt.

Exod. 19

Matt. 3. & 12. & 23. Luc. 3.

Similitudo.

Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum. Totam hãc orationem ita vertes: Et vidi veluti figuram electri, in medio cuius figuræ videbatur splendor tanquam ignis ipsum in orbem ambientis. Per electrum diximus suprà dei bonitatem significari, per ignem autem eius amorem. Voluit deus significare diuino vati, se charitate incensum missurum esse in mundum filium suum, vt aspernimam diaboli tyrannidem everteret, quo iusti viri, cùm ex corporũ vinculis euolassent, non tam in latebras inferorum descenderent, sed gaudio perfusi, in sedem illam cœlestem, & splendidissimam domum peruolarent. Quid fuit hoc, nisi diuini ignis, summæque charitatis & bonitatis effectus? Sic deus dilexit mundum, vt verbis vtar diui Ioannis, vt filium suum vnigenitũ daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Vides non ex operibus & meritis nostris, sed ex dei voluntate prouenisse, vt ipse dei filius humanitatẽ assumpsisset, quo mortalitate nostra indutus, suam nobis impertiret immortalitatem. In hoc, inquit, diuus Ioannes, apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et diuus Paulus in epistola ad Titum, Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. Habens vir quidam ampullam seu phialam olenam aqua odoriferã & pretiosa singulis annis fructibus impertit ex illa parum quippiam, sed voluit magna vti liberalitate, singulareque amore summa erga aliquem ostendere, totum ipsum

Ioan. 3.

1. Ioan. 4

Tit. 3.

Similitudo

vas

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

vas infundit, totamq; illi aquam tribuit. Sic deus contulit in Abrahamum aliosque amicos suos beneficia ex cœlo, at nobis dedit filium suum, infudit cœlum ipsum, & omnia bona nobis donauit: &, vt ait regius psalltes: Psal.17. Inclinauit cœlos, & descendit. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Qui pro nobis Rom.8. omnibus tradidit filium suum, quomodo nõ etiam cum illo omnia nobis donauit? Filius Dei, inquit Chrysostomus, factus est filius hominis, vt filios hominis faceret filios dei. Elegit autem paupertatẽ, vt nos ad diuinas opes 2. Cor.8 quærendas & consequendas excitaret. Scitis, ait diuus Paulus, gratiam Domini nostri Iesu Christi, qui propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt vos illius inopia diuites essetis. Tanta fuit eius inopia vt eum natum virgo mater in præsepio reclinaret, vt ait di- Luc. 2. uus Lucas, quia non erat ei locus in diuersorio. Non erant illic peripetasmata picturata, & versicolori textura spectabilia, non pretiosa tapetia, nõ aulæa nobilia, quibus in splẽdido apparatu magnatum parietes obtendũtur, quia non erat in præsepio, qui hæc aspiceret: nã oculi immaculatæ virginis Mariæ, & Ioseph iusti erant in puerum Iesum coniecti: non erat illic, qui aliud præter Iesum vellet intueri. Cùm princeps aliquis vrbem quandam primò ingreditur, si est vestibus admirabilibus ex serico & auro cõfectis indutus, nõ ad se, sed ad pretiosa indumenta, quibus admirabilitatem facit, oculos hominum rapit. Volens autem Dei filius, vt ad eum oculos conuerteremus, non ad vestes, nec ad mundi opes, & magnificos apparatus, nudus ingressus est in mundum, nascens in loco humili & abiecto, positus inter paleas præsepij, vbi infantulus frigore tabescens vagiebat, qui erat cœli & terræ cõditor & moderator. Quid fuit hoc nisi magna vis amoris, & diuinæ bonitatis admirabilis effectus? O charitatem immẽsam, ô singularem Dei nostri misericordiam, ô summam ineffabilis pietatis abundantiam! Id volens Ezechiel significare, ait se in Dei throno electri speciem vidisse, & in medio eius ignis splendorem.

Et à lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis. Sensus est, vidi Deum quasi in hominis similitudine, & ab aspectu lumborum sursum tẽdentem vidi speciem electri, & speciem ignis, qui ignis erat intrinsecus in medio electri, quam ob causam nullum foris emittebat splendorem: totus splendor erat intus. Hoc erat in parte superiore à lumbis vsq; ad summum. At in parte inferiore nimirum à lumbis vsque deorsum splendebat ignis foris, & micabat in orbem. Vult significare, dei bonitatem, sapientiam, & charitatẽ, vt in ipso sunt, esse res nobis inuisibiles, & incomprehensibiles, sed per suos effectus esse nobis vtcunque cognitas & exploratas. Quanquam enim animi nostri, quandiu in corporibus versantur, longè absint à clara diuini numinis cognitione, quòd eorum acies sit caligine quadam circumfusa, Deus autem sit infinitus & immensus, possunt tamen ex creaturarum rerum consideratione ad ipsius creatoris cognitionem deuenire: considerantes enim elemẽtorum proprietates, & qualitates, mirabili quadam discordia inter se consentientium, globos æthereos diuinarum manuum monimenta, candorem solis & lunæ, astra vaga, & fixa, cæteraq; creaturas in suo genere mirabiles, hominum vtilitatibus seruientes, eum, qui eas produxit, animo intuemur, & incredibili quadam voluptate admiramur. Creaturæ quatenus creaturæ omnes sunt bonæ, à deo enim nihil malum: nihilominus tamen mala multa res creatas sæpenumero sequuntur instar rubiginis æra sequentis. Sed quemadmodum sacramentorum opifex non induxit rubiginem, nec vituperatur, quod eius opera contrahant ex humore nimio ferruginem, sic deus opifex cœlestis non inducit peccatum, nec potest reprehendi, si eius creaturæ se maculent, scelerumq; rubigine contaminẽt: ipse enim eas bonas constituit. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, inquit diuina scriptura, & erãt valde bona. Libro quarto decimo de Ciuitat. Dei, ait ita diuus Augustinus: Bona sine malis esse possunt, mala autem sine bonis esse nõ possunt: quia naturæ, in quibus sunt mala, inquantum naturæ sunt, vtique bonæ sunt. Sũt enim à Deo, ad cuius cognitionem nos ducunt. Id intelligens diuinus psaltes concinebat: Quàm magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens nõ cognoscet, & stultus nõ intelliget hæc. Et quanuis Deus per suos effectus nobis bonitatem, & charitatem, & sapiẽtiam suam ostendat, nulla tamen in re magis hoc elucet, quàm in generis humani redemptione, quando omnium rerum dominus & effector deus nostræ salutis causa formam serui suscepit, & post summos labores & acerbissimos cruciatus sopro nobis in ara crucis hostiam constituit, vitamque profudit, vt deuicta morte consequeremur vitam, pateretq; nobis aditus ad Concilium Angelorum, & ad sedes mẽtium beatarum sempiternas. Cùm igitur Deus per effectus suos, & maximè per suum in mundum aduentum admirabilem, & mortem acerbissimam nobis charitatem suam erga nos aliaq; inuisibilia ostenderet, quæ licet

licet immensa sint, & incomprehensibilia, nobis tamen ex effectibus apparent, voluit se ostendere diuino nostro vati in parte superiore plenum igne non apparente foris, & in parte inferiore ex suis admirabilibus operibus apparente. Quæ de re ea poteris videre, quæ copiosè supra annotauimus, verba illa explanantes: Et de medio eius quasi species electri.

Velut aspectum arcus, cùm fuerit in nube. Hic arcus est iris, quæ apparet in aere tempore pluuiæ, cùm solis radius cauæ nubi immissus, repulsa acie in solem refringitur: & propter inæqualitatem nubis exprimit eximiam illam arcus varietatem. Hic arcus cœlestis est signũ misericordiæ, nam finito diluuio dixit Deus Gen.9. Noe: Arcum meum ponã in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Itaque iris in circuitu throni, in quo erat pater, qui erat missurus filium, significat diuinã misericordiam. Non enim erat venturus Dei filius in mundum, vt rigorem iustitiæ exerceret, sed vt benignitate & clementia vteretur. Ioan.3. Ideo ait diuus Ioannes: Non misit deus filiũ suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Erat autem hic arcus splendidus in circuitu, ad ostendẽdum esse diuinam misericordiam per vniuersum orbem terrarum nuntiandam. Id quod ita effectum fuisse apertissimè cognoscimus. Christi namque discipuli, & alij viri apostolici eius sanctissimum nomen, summamq; erga nos charitatem per cunctas nationes fama celebrarunt, omnes gentium oras peragrãtes, & Christianam religionem veritatis plenissimam docentes. Hunc arcum vidit etiam di- Apoc.4. uus Ioannes, vt ipse in Apocalypsi testatur, vbi postquàm dixit vidisse deũ in throno sedentem, subdidit: Et iris erat in circuitu sedis similis visionis smaragdinæ. Smaragdus est insignis gemma eximiæ viriditatis. Eam ob causam est iris similis smaragdo, quia diuina misericordia vetustatem nostram in nouitatem & pulchritudinem æternæ viriditatis reformabit. Et quemadmodum iris est diuersorum colorũ varietate ornata, sic diuinæ misericordiæ multa sunt dona, & varia munera. Hunc arcum vidit etiam diuus Ioannes in Apoc. 10 Christi capite nube humanitatis amicti, vt eũ propitiatorem esse ostenderet. Proposuit eũ Rom.3. Deus, ait Paulus Apostolus, propitiatorem 1.Ioh. 2. per fidem in sanguine ipsius. Et diuus Ioannes in sua prima epistola: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et quoniam Deus viros virtute præditos, & pietate conspicuos permittit aliquando in ærumnas incidere, eosq; magnis calamitatum angustijs exercet, & per varios casus plerũque ad vitam ducit beatã & immortalem, monet eos, ne in molestijs & tempestatibus cadãt animo, sed in diuina misericordia totam spem collocent & constituant, sintq; perpetua in recta viuendi ratione constantia munitissimi: ipse enim deus eos nõ derelinquet, quin potius in medio nubis, in medio afflictionis arcũ suæ propitiationis ostẽdet, & calamitatibus oppressos suæ misericordia subleuabit. Per nubem significatur afflictio: eam ob causam appellat Ezechiel tempus calamitatis diem nubis, & Ioel, Propè est Inf.30. Ioel. 2. inquit, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. Et quemadmodum iris apparet in nube, sic diuina misericordia in calamitate. Eis Deus in maioribus procellis, impendentibus periculis succurrit, qui ad eum vera cum fiducia confugiunt, ab eo certissimam opem expectantes. Id volens significare diuinus noster vates, ait vidisse iuxta Deum aspectum arcus, quemadmodum est in nube in die pluuiæ.

Annotationes ex Hebræo in caput primum.

Facta est super eum ibi manus Domini. Pro manu domini est in hebræo יד יהוה iadh iehouah: pro quo septuaginta verterunt: χεὶρ κυρίου, hoc est manus Domini: quos secutus est noster interpres: & rectè quidem, nam dictio iadh apud Hebræos manum significat, quemadmodum chir apud Græcos. Capite vndecimo Numerorum, vbi communis versio habet: Nũquid manus domini infirma est? pro manu est, dictio hæc iadh. Similiter capite vigesimonono primi Paralipomenon: Cuncti filij regis Dauidis dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi. Vbi dare manum idem est, quod obedientiã promittere. Significat etiam hic hebraismus pactum ac fœdus confirmare, vt quarto Regum decimo: Da mihi manum tuam: qui dedit ei manum suam. Hoc eodem tropo vtitur diuus Paulus in epistola ad Galatas, dicens: Qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis &c. Nec apud Hebræos solùm, sed etiam apud Latinos mos fuit manus mutuò dare in signum fœderis seruandi, vt qui mutuo sese amore amplecterentur, dextras inuicem iungerent, essetque manuum coniunctio animorum coniunctionis apertissimum signum. Vnde Marcus Tullius in secunda Philippica dextram appellat testem fidei seu fœderis. Hanc excellentem consuetudinem intuemur in Ecclesia catholica obseruari, vt quos animorum puri-

Num.11.

1.Paralip.29.

4.Reg.10

Gal.2.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

ras, & casta dilectio, & spontaneus consensus perpetuo matrimonij vinculo cõiungere decernunt, hi dextras inuicem dent coram sacerdote, perpetuam stabilis matrimonij societatem & dignitatem corroborantes. Præterea dare manus apud Hebræos significat ali quando auxilium postulare, in quam significationem accipitur à Ieremia aiente in quinta lamentatione. AEgypto dedimus manum. Ac si dicat: Ereximus manum nostram AEgyptijs, vt nos iacentes & debilitatos subleuarent, atque occidentibus opem ferrent. Cùm autem dare alicui manum sit ab eo opem implorare, extendere deorsum ad aliquem manum erit illi opitulari, & labenti ac inclinato præsidium ferre. Manus etiam apud Hebræos significat consilium: quam ob causam locus 2. Re. 14 ille secundi Regum: Nunquid manus Ioab tecum est? poterat verti: Nunquid consilio Ioab agis hæc omnia? Vel: Nonne te Ioab in omnibus his cõsilio instruxit? Significat præNum. 33 terea potestatem & præceptum, vt Numer. 33. Egressi sunt de AEgypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, hoc est, sub Moysi & Aaronis potestate, illis obtemperantes: vel eorum iussu & præcepto. Tandem significat vaticinationem: ex quo effectum est, vt factã esse super aliquem manum Dei significet eum esse dono prophetiæ erectum & roboratum. Hoc intelligens Ionathas Chaldæus vertit hunc Ezechielis locum: Mansit super eũ spiritus prophetiæ. Et Pagninus: Erat super eũ ibi prophetia domini. Sunt qui asserant eam ob causam accipi manum pro vaticinatione, quia manus significat potestatem, vaticinatio autem funditur à Deo cum fortitudine & potentia. Eodé idiomate vtitur etiam Ezechiel Inf. 3. & 8. & 37. cap. 3. & 8. & 37.

Et de medio eius quasi species electri. Pro electro est in hebraico: חשמל hachaxmal: pro quo septuaginta verterunt: ἠλέκτρον quæ dictio absque dubio succinũ significat. Prisci existimarunt electrum siue succinum succum esse ex arboribus profluẽtem, nasciq; in insulis Exoticis, vt Plinius refert. Ac exploratum est memoria nostra, nihil aliud esse quã quoddam bituminis genus ex saxis dimanans, primò liquidum, postea verò ob maiorem frigiditatem in duritiem conuersum: ex quo fiunt globi, quibus solemus preculas numerare. Est aureo colore decoratum, & nonnullis ægritudinibus vtile remedium. Nascitur in insula maris Germanici non procul à littore Pontenico: ex cuius insulæ scopulis in maris aquas delabitur, ex quibus à quærentibus colligitur. Est etiam quoddã metalli genus electrum appellatum, quod ex auri & argenti commistione conficitur. Pagninus in Thesauro linguæ sanctæ ait dictionem hanc chaxmal esse nomen Angeli, vel coloris similis ignitæ hic in textu vertit: Color electri sequens & septuaginta, & vulgatem editionem. Paraphrastes Chaldaicus reliquit idem vocabulum chaxmal, fortasse, quia propriam eius significationem animo percipere non potuit.

Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Dictio, desuper, nec est in hebraico codice, nec in græco apud septuaginta. In editione vulgata inuenitur, sed in multis codicibus nostra obelo, quasi vacans, aut addita aliunde. Potest accipi pro vltimo loco, vt sit sensus: Primo loco erat facies hominis, secundo leonis, tertio bouis, vltimo autem aquilæ. Vel ob eã causam ponitur hic particula, desuper, coniuncta aquilæ, quia cùm tres primæ facies denotẽt humanitatem, regnum, & sacerdotium, facies verò aquilæ, diuinitatem, illi tantùm conuenit dictio hæc, quoniam diuinitas in infinitum superat humanitatem. Secundùm humanitatem ait Christus: Pater maior me est: secundum diuinitatem: Ego & Pater vnũ sumus. In verbo, sumus, significauit per sonarum distinctionem, in verbo vnum, substantiæ vnitatem. Qui hoc referunt ad diuum Ioannem Euangelistam, possunt dicere, dictionem hanc, desuper, illi meritò cõuenire, quoniam altiùs cæteris de Christi diuinitate locutus est: incipientem enim Euangelium, & quæ viderat, mandare literis, vt essent perpetuis monumentis configuata, eum diuinus spiritus procul à terra arripuit, & erexit, atque in altum ab omnium pene conspectu abstraxit. Ideo ait Ezechiel eum esse super alia quatuor animalia constitutum. Sed oritur quæstio, qui fieri potest, vt Ioannes sit super quatuor Euangelistas, si ille est vnus ex ipsis quatuor? Si diceret scriptura esse aquilam super tria animalia, nulla esset dubitatio: sed cùm dicat esse super quatuor, magnam ingerit difficultatem. Ad altè spectare si voles, & intellectus oculos ad veritatem erigere, videbis absque dubio, diuum Ioannem nõ solùm super alios esse, sed super seipsum, non enim alios tãtùm, sed seipsum etiam superauit: ea enim vidit, ea animo percepit, ea scripsit, quæ omnes humani ingenij terminos excedunt. Quam ob causam se super sõ ipsum altiùs erexit. & iuxta id quod ait in Lamentis Ieremias, leuauit se super se. Et si quatuor euangelistæ sint quatuor elementa spiritualia mundum sustentantia, diuus tamen Ioannes velut ignis sursum tendens altiorem obtinet locum. Hæc est aquila cæleIoan. 1 stis, obaudiẽs iuxta omnes alios principatũ, quæ nec

nec ictu fulminis læditur, nec solis radiũ metuit, sed eius fulgorem potest secura incõuentibus oculis aspicere. Hic est, qui super pectus domini in cœna recubuit, cui reuelata sunt arcana cœlestia, qui de ipso facto dominici pectoris fonte Euãgelij fluentia potauit.

Ioan. 13. Hic est, quem Christus summè diligebat, de quo dicitur in Euangelio: Vidit Petrus discipulũ illum, quem diligebat Iesus. Explicans Chrysostomus locũ illũ euangelij: In finem dilexit eos, ita ait: Christus nihil reliquit eorũ, quæ illum, qui valde amat, oportet facere. Ac si diceret: Prosecutus est Christus discipulos suos summa charitate, accessit amor vsq; ad finẽ, vsq; ad terminos amoris dilexit eos. Ac cùm plus Ioannẽ diligeret quàm cæteros, videtur cõcludi, Christi amorẽ erga illũ, finẽ tãsse, nostrumq; intellectum superasse. Iure igitur per aquilã significatur, quæ erat desuper ipsorum quatuor, quoniam rapiebatur in cœlum, in corpore humano vitam imitãs angelicã, & ambrosia cœlesti altissimarũ visionũ animũ ad æternitatẽ alẽs, in admirabilẽ splendorẽ mysteriorũ cœlestiũ aquilinos oculos, mentisque aciem perpurgatam intendebat.

Et animalia ibant, & reuertebantur. Pro ibãt est in hebræo ratso, רצוא à verbo רוץ Psal. 49 ratsah, quod significat ire, currere, velle, cupere, & perficere. Vnde illud psalmi: Si videbas furem, currebas cum eo, potest verti: Si videbas latronem, volebas esse cum illo, vel cõplacebat tibi, seu eo oblectabaris. Et illud: Psal. 48. Hæc via illorum, scandalum ipsis: & postea in ore suo complectebuntur, potest ita transferri. Hoc est illorum institutum, oblivio est ipsis: & posteri eorum iuxta os suum, current. Ac si dicat: Impij secundibus insipientibus comparantur. Huiusmodi est eorum modus viuẽdi, quia obliuiscantur finis. Et nõ solùm illi obsunt, quod corrumpũtur, sed quòd alios corrumpunt, non solùm peccato nocent, sed etiã exemplo, nam posteri eorum iuxtà eorum fermones current, viam flagitiorum, quã eorum maiores cucurrerant cligentes. Vel sic: Nam Iob. 14. eorum filij & nepotes, scelera, quæ parentes dictauerunt, perficient. Illud etiam Iobi: Donec optata veniat sicut mercenarij dies eius, ita potuit latinitati reddi. Donec perficiãt sicut mercenarius diem suum. Sunt qui dicãt dictionem hãc ratso, quæ hic vtitur Ezechiel, Psal. 67 esse à verbo ratsa, quod significat currere, & præuenire. Vnde illud psalmi: Æthiopes præueniet manus eius Deo, potest verti in hunc modum: Æthiopes current ad expandendas manus suas ad Deum. Solent enim, qui precẽs fundunt, manus ad cælum erigere. Volebat significare diuinus vates fore, vt tempore Messiæ etiã Æthiopes agrestes & inculti currerent ad ecclesiam, Christum adoraturi. Id quod euenisse apertissimè cognoscimus. Ita hunc locũ explanat Ionathas Chaldæus. AEKI. Dauid, doctus inter Hebræos ita locum hunc interpretatur: Congregatio Æthiopiæ currere facies manus suas cum muneribus deo offerendis. Ac si dicat: Tanta erit Æthiopum lætitia mysterium humanæ redemptionis agnoscentium, tam prompta voluntate se deo deuouebunt, vt ad illum non solùm pedibus curuent, sed manibus, quibus munera deo oblaturi aspartabunt. Sed licet nonnulli existiment, verbum hoc, quo hoc loco vtitur Ezechiel, esse ratsah, vt antè diximus. Et quoniam verbum hoc, vt ostendimus, perficere significat, potest locus hic Ezechielis ita conuerti: Et animalia perficiebant, & reuertebantur. Ac si dicat: Ibant animalia constanter, nec reuertebantur nisi impleto opere: cùm autem munus suum perficerent, redibant ad functionem aliam obeundam. Considera meã hanc visionẽ, & fortasse non tibi displicebit.

Et aspectus rotarum, & opus earum, aureum visio maris. Pro mari est in hebraico תרשיש tarxix, pro quo septuaginta habent λαξευτὸς thaxis. Sed tunc oritur quæstio, quid sit thaxis. Pagninus in Thesauro ait esse lapidem pretiosum, cuius color declinat ad colorem hyacinthi. Capite. 28. Exodi, vbi Exo. 28. agitur de quatuor ordinibus lapidum pretiosorum, quibus erat ornandum rationale sacerdotis, in quarto ordine est hæc eadẽ dictio, pro qua loco illo septuaginta verterunt Χρυσόλιθος, & noster interpres chrysolithus. Est autem chrysolithus gemma aureo nitore translucens, dicta à chrysos græcè, quæ dictio aurũ significat, & lithos, lapis quasi lapis aureus. R. Dauid in cõmentarijs explicat hũc Ezechielis locum, ait etiam dictionem thaxis gẽmam quandam significare. Aquila etiam capite decimo Danielis pro thaxis chrysolithum Dani. 10 vertit, quem ibi secutus est noster interpres. Significat præterea ciuitatem quandã, ex qua afferebantur Salomoni dentes elephantorum, paui, aurum, argentum, & aliæ diuitiæ, vt tertio Regum, & secundo Paralipomenon hæc verba diuinæ contestantur. Hanc ciuitatem, vbi classis 3. Re. 10. parabatur, ait Iosephus esse Tharsum Ciliciæ 2. Par. 9 metropolim, quæ nonnulli sequũtur. Alij existimant eam esse, quæ hodie appellatur Sucz, sita in littore maris Rubri, vbi classis Turcica etiam præparatur. Ophir autem, vnde 3. Re. 10. hæc deducebantur ad illam ciuitatem, aiunt 3. Re. 20 esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse Sophalam, etiam si nonnulli Malacham esse cõtendant. Quæ duæ insignes ac celebres ciuitates fuerunt à Lusitanis fortiter expugnatæ, & hodie ab inuicto Lusitanorum rege possidentur. Diuus Hieronymus in libro de hebraicis ait Carthaginem etiam appellatam fuisse Tharsim. Et capite. 23. Esaiæ, vbi nos habemus: Vlulate naues maris, pro mari est in Hebraico Tharsis, pro quo septuaginta verterunt Carthaginẽ. Capite quoque 38. Ezechielis, vbi cõmunis editio habet: Negotiatores Tharsis, habent septuaginta: mercatores Carthaginenses. Sed & Hieronymus & docti inter Hebræos existimant dictionem hãc Tharsis mare sæpenumero significare, quẽadmodũ illic apud Esaiam, & hic apud Ezechielem, & multis alijs in locis. Et ita intelligunt nonnulli id, quod scriptum legimus in psalmo: In spiritu vehemente conteres naues Tharsis. Ac si dicat: Impetu procellæ poteris tu domine omnia maris nauigia obruere, & dissipare. Et capite secũdo Esaiæ, vbi cõmunis versio habet: Et super omnes naues Tharsis, habẽt septuaginta: Et super omne nauigiũ maris. Cũ igitur vocabulũ hoc æquiuocũ sit, in eã significationẽ sumitur, quæ propriùs literæ conuenire videtur. Ex quo effectum est, vt pro visione Tharsis hoc Ezechielis loco latinus interpres visionem maris interpretaretur. Sed capite decimo vbi hæc eadem visio repetitur, est ita: Species autem rotarũ erãt quasi visio lapidis chrysolithi, vbi pro chrysolitho est in Hebraico hæc eadem dictio Tharsis. Quamobrẽ rectissimè poterat verti hic locus: Et aspectus rotarũ & opus earum quasi visio chrysolithi. Nihilominus tamen non est improbanda cõmunis versio, quæ pro chrysolitho habet mare, cùm eadem dictio vtrunque significet: & mare solis radijs repercussum colorem chrysolithi repræsentet. Vnde si profundè intuearis, idẽ est colorem habere chrysolithi, & maris fulgẽtibus solis radijs percussi, cum illud reuerberatus fulgor splendidum quodammodo reddit, quemadmodum hoc loco accipitur.

Esa. 23.
Sup. 38.
Psa. 47.
Esa. 2.
Infr. 10

Et totum corpus oculis plenum. In hebraico est ומגבתיהם מלאות עינים ve gabbothẽ meleoth enaim. Prima dictio est gab, quæ significat excelsum, dorsum, altitudinẽ, corpus. Quæ ferè omnia à prima significatione deducũtur, Ideo poterat verti. Et dorsa earũ plena oculis. Et ita habẽt septuaginta: καὶ οἱ νῶτοι. hoc est & dorsa siue terga. Per rotas populũ fideliũ intelligimus, per eius dorsa, & partes excelsas & eminentes, principes & præsules, qui super se pondera portare debẽt. Id intelligens Elisæus Eliam vocabat currum Israelis, & aurigam eius, Auriga est, qui ducit, & viam ostendit, currus verò, qui supra se pondera suscipit, illa efficiens, quæ alijs præcipit facienda. Debet Christianus princeps & præsul aperire quid sit de sanctissimo numine sentiendum, quæ sit vera sanctimonia, quę pura & pia religio, quid in vita sequendum, quid fugiendum, iuxta ecclesiæ catholicæ documẽta, ne subditi in errorum tenebris versentur, sed ad virtutem excitentur, & ad labores pro Christo subeundos moueantur. Hoc quidem est aurigæ officiũ, & præsulis Christiani munus. Sed nõ sat esse putãdum est, quòd errantibus viam indicarit & recta suaserit, nisi ipse portauerit pondera, quæ alijs portanda monuerit: & hoc quidem est, currum esse põdera sustinentem. Inuenies præsulem, qui currus vocari potest, sed non auriga, alium, qui nomine aurigæ gaudet, sed currus appellari non valet, alium, qui nec currus nec aurigæ nomen meretur, alium qui vtroque dignus est. Hic est dorsum populi oculis plenum, omnibus consulens, omnia circunspiciẽs, semper immortalitatis amore flagrans, cuius laudes dignæ sunt, quæ celebrentur omnium penè gentiũ literis & linguis, de quibus nulla vnquam ætas cõticescat. Talis est, qui Dei scientiam habet, & iuxta illã operatur. Hoc intuens Salomon aiebat: Mitte domine sapientiam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecũ laboret. Non sat esse existimabat alios excitare ad laborem, nisi ipse etiam laboraret. Non solùm habebat in optatis, vt sapientia cum eo esset, sed vt cũ eo laboraret. Hebræorũ magistri in mutorum instauratione vna manu faciebant opus, altera tenebãt gladium, vt in libro Nehemiæ scriptum legimus. Gladius acutus, vt ait in epistola ad Ephesios diuus Paulus, est verbum dei. Hic est gladius, quem de ore Christi procedentem vidit in Apocalypsi diuus Ioannes. Quid est principem altera manu tenere gladium, altera in opus incumbere, nisi debere eum, qui inter alios obtinet principatum, non solùm docere, sed id, quod docet efficere. Hic est verè præsul, qui & verbo & opere omnibus consulit, qui omnia prouidet, tanquam ex aliqua specula futura prospiciens. Hunc appellat deus per Ezechielẽ speculatorem, qui, cùm sit in loco eminentiore constitutus, debet esse solicitudine affectus, & in illam curam & cogitationem semper incũbere, quæ illi summã afferat dignitatẽ. Hoc suo modo complectens animo Latinus poeta, volensque AEneam suũ laudibus efferre, ait illũ semper secum habuisse Achatem comitẽ individuum. Dicitur autem Achates à verbo Græco acheos, quod curam significat, iunctẽ debero

Nehẽ. 4.
Ephes 6.
Apoc. 1. & 19.
Infra. 5

4. Reg. 2

debere principem in perpetua cura versari, & dorsum esse, quod populi onera sustineat. Si hæc cura & solicitudo seculi principibus conuenit, quantò magis pastori ecclesiastico, qui debet animam suam ponere pro ouibus suis, illumque imitari, qui ait: Ego sum pastor bonus, qui pro ouili salute sanguinem suum fundere non dubitauit?

Ioan. 10.

Spiritus enim vitæ erat in rotis. In Hebræo pro spiritu vitæ est רוח החיה ruach hachaiah. Hoc est, spiritus animalis, seu, vt vertit noster interpres: Spiritus vitæ. chaiah enim viue re significat: vnde dictio hęc, qua hic vtitur Ezechiel, & animal significat, & vitã. Pro anima ll est in psal. 67. Animalia tua habitabunt in ea. pro vita in Psalmo. 142. Humiliauit in terra vitam meam. Sunt qui asserant hoc in loco Ezechielis accipi pro animali. Et tunc est sensus: Spiritus huius animalis, hoc est Christi, erat in fidelibus nomine rotarum significatis. Vnde colliges hoc animal vnũ esse, per quod Christum significari suprà ostendimus. Huic interpretationi fauet Pagninus vertens. Voluntas animalis erat in rotis. Non dicit, animalium, sed animalis, Christi mysteria repræsentantis. Beatus ille, qui propria voluntate auulsa, in corde suo Dei inserit voluntatem, & ad tantam peruenit perfectionem, vt nõ solùm ab omni scelere se abducat, sed etiam animi cogitationem inuiolatam conseruet, & ita deum amplectatur, ita illi adhæreat, ita eius amore inflammetur, ita mentem ipsam cũ eo connectat & coniungat, vt sit vnus spiritus cũ eo, iuxta id, quod ait apostolus: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. nihilque aliud velit, nihil aliud amet, q̃ quod Deus vult, & quod amat. Hæc est Christiana philosophia, hęc est beatitudo, quæ potest in hac vita comparari, quã gentiũ philosophi ignorauerũt. Etsi enim se ad inquirendæ veritatis studium cõtulere, & in quo vera felicitas consistit intelligere cõcupiere, tamen non id assecuti sunt, quoniam nõ diuino auxilio, sed proprio ingenio freti, arcana diuina se posse adipisci existimabant. Pythagoras censebat esse veram beatitudinẽ in perfecta numerorum scientia constitutam, Anaxagoras in speculatione vitæ, Herilus in scientia, Antisthenes in alacritate, Hecathæus in sufficientia, Timon in tranquillitate, Simonides in sanitate, & pulchritudine, & diuitiarum abundantia, Epicurus in voluptate, & alij alijs in rebus, quas magnas esse, & magno pere expetendas arbitrabantur. At illa consistit in sanctissimi numinis imitatione, in abnegatione propriæ voluntatis, & in vera charitate. Ille eam consequitur, qui Christi amore incensus, loco propriæ voluntatis diuinam voluntatem constituit. Hic est sublimis illa rota, à Deo non discedens, Christi voluntate ducta, de qua ait Ezechiel: Voluntas animalis erat in rotis.

Psal. 67
Psa. 142

1. Cor. 6.

Quasi sonum sublimit dei. Septuaginta habẽt: Quasi vocem omnipotentis, cũ ambularent ipsa, vox verbi, &c. Vbi pro voce Dei vocem verbi verterunt, innuentes hoc verbum deum esse. Trismegistus vetustissimus author in quarto Pymandri ait vniuersum mundum fuisse verbo constitutum. Et Plato in libro quẽ legibus suis additum Epimonidem inscripsit, vbi Ficinus ait eius latere thesaurũ, verbũ appellat mundi opificem: legerat enim apud Mosem, dixisse Deum, & omnia facta fuisse. Si dixit, ergo per verbum. Adeo enim versatus fuit Plato in lege vetere, vt dicat Numenius Pythagoricus esse Platonem alterum ferè Moysem atticè differentem. Iustinus martyr & philosophus asserit, omnia, quæ Plato bene & sapienter dixit, fuisse à Dei lege desumpta. Id quod Eusebius & Ambrosius contestantur. Eam ob causam non est mirum, fuisse mũdi conditorem à Platone verbum appellatum, quem hoc loco septuaginta interpretes verbum vocarunt. In libro Sapiẽtiæ in oratione sapientis sunt hæc verba literis mandata: Qui fecisti omnia verbo tuo. Hoc verbum filius dei est, de quo ait psalmographus: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ, Vbi per cælorum virtutem eorum intelligitur ornatus, nimirum astrorum splendor & pulchritudo, quibus cæli vndiq; distincti & ornati iucundum mortalibus spectaculum præbẽt. Hoc est verbum, de quo ait diuus Ioannes in sui euangelij principio: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In epistola Didymi Brachmanorum principis ad magnum Alexãdrum, quam refert in prima parte historiali Antoninus, sunt hæc verba literis mandata: Verbum Deus est: hoc mundum creauit, hoc regit, ac alit omnia: hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus.

Gen. 1.
Sap. 9.
Psa. 32.
Ioan. 1.

ARGVMENTVM CAPITIS II.

Ostendit diuinus vates vsum admirabilis visionis, quam superiori capiti mandauit. Mittitur à Deo ad Hebræos in Chaldæa ob eorum perfidiam & pertinaciam detentos, vt eos reprehendat, instruat, & ad virtutem cohortetur: ne velint Dei nomen maculare, sed deos operam, vt sint omnia eorum studia ad illud

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

magnificè illustrandum destinata. Præcipit ei Deus, ne impios timeat, quamquam eum vel terrerent maledicti, vel illuderent & impetum faciant: sed erecto & invicto animo suo munere fungatur. Nihil est enim hominibus tutius, nihil ex omni parte munitius, nihil ad antiquæ securitatem consequendam & conseruandam præstantius, quàm esse armis diuinis indutum, cœlestique præsidio sepium.

CAPVT II.

HÆC visio similitudinis gloriæ domini. Et vidi, & cecidi in faciem meam. Et audiui vocem loquentis: & dixit ad me. Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus, post quàm locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentẽ ad me, & dicentem: Fili hominis mitto ego te ad filios Israel: ad gentes apostatrices, quę recesserunt à me. patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc.

EXPLANATIO.

Hæc visio similitudinis gloriæ dei. nec verba sunt in nõnullis codicibus in fine capitis superioris, similiter in versiõe septuaginta interpretum, & Pagnini, & nonnullorũ aliorum. Essq; eorum sensus: Huiusmodi est visio similitudinis gloriæ Dei, quæ mihi apparuit, quemadmodum dictum est, & de illa hactenus. Pro domino est in hebraico יהוה nomen Dei ineffabile, quod soli deo conuenire, nõ solùm catholici doctores, sed etiam Hebræorũ rabbini testantur. Non ait Ezechiel vidisse Deum in sua essentia, sed eius gloriæ similitudinem: nã dei visionem in sua natura habere in corpore mortali nequaquam possumus: stat enim firma Dei sententia: Non videbit me homo, & viuet. Ac si dicat: Nemo in vita mortali me vnquã videbit. In patria Deũ videbimus in sua essentia, non autẽ in via. Videmus nũc, ait apostolus, per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nũc cognosco ex parte, tunc autẽ cognoscã, sicut & cognitus sum. Et diuus Ioannes in prima epistola sua de visione in gloria cælesti loquens, Scimus, inquit, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Si intellectus noster essentiam Dei videre nunquam posset, nunquam summam beatitudinẽ consequeretur. Est igitur fatendum beatos in gloria dei essentiam intueri, in hac autem vitæ fragili ac caduca id fieri non posse. Et si enim sit diuinis literis consignatum, Moysem & alios viros sanctitate & diuinæ vaticinationis spiritu præstantes deum vidisse, illud est intelligendũ fuisse, imaginaria quadã visione factum, aut subalia specie, quo Ieſe deus volebat illis ostẽdere. Si enim ipsam dei substãtiã purã aspexissent, nulla ex parte eã differentem intuerẽtur, quippe quæ simplex est & pura, non cõposita, nõ describibilis: nõ tacet, nõ flat, non ambulat. Cũ autẽ illi deũ diuersis figuris viderint, aperiẽ ostenditur, non eum in sua essentia & propria specie vidisse. Differens diuus Ioãnes de differentia legis & gratiæ euangelicæ, eam ob causam præstantiorem ait esse gratiam, quòd eam Christus attulerit, qui cùm deus sit, deum semper intuetur: legem autem attulerit Moyses, qui deum non viderat sicut nec alius quisquam: ait enim: Deum nemo vidit vnquã. Et diuus Paulus in epistola ad Timotheum, Deus, inquit, lucẽ inhabitat inaccessibilẽ, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Et in epistola ad Hebræos: Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, &c. Quibus verbis vult ostendere esse euangeliũ lege vetere præstantius, debereq; diligentius obseruari: quoniã lex Moysi data est per angelos, euangeliũ autẽ per Christum angelorũ dominum. Si deus locutus est Moysi, illique in sua essentia apparuit, aut fuit in rubo, aut pastex cùm illi legẽ daret in mõte Sinai, sed nec fuit in rubo, nec postea in mõte, ergo nusquam. Nõ fuisse in rubo, ostendit diuus Stephanus in cõcione, quam habuit apud Iudæos, ita inquiens: Apparuit Moysi in deserto mõtis Sinai angelus in igne flammæ rubi. Nõ fuisse autẽ postea in monte ostẽdit idẽ Stephanus eodẽ loco, vbi differẽs de legislatione ait: Hic est Moyses, qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in mõte Sinai, & cũ patribus nostris, qui accepit verba viua dare nobis. Hęc ille. Aspicis igitur nusquam fuisse Deum visum à Moyse in propria essentia, sed in angeli specie. Id confirmatur verbis illis, quæ illi dixit Deus, nimirum: Non poteris videre faciem meam. Motus his locis & alijs nonnullis asserit Athanasius aduersus Arianos Deum nõ fuisse ab antiquis patribus visum nisi in assumptione creaturæ, secundum diuinitatẽ verò esse penitus inuisibilẽ. In hac sententia est Tertullianus in operẽ aduersus Praxeam, Chrysostomus in primum caput Ioannis & homilia quarta de incõprehensibili dei natura, Gregorius libro 17. Moralium. Damascenus libro primo suæ theologiæ. Ambrosius multis in locis, præsertim libro de incarnatione domini, & in primũ caput Lucæ tractans de angeli apparitione Zachariæ. Non tamen me fugit diuum Augustinum in libro de videndo deum, & duodecimo super Genesim existimare Moysem & diuum Paulum vidisse deum in essentia: tantam enim gratiam ait fuisse eos consecutos, vt etiam in hac vita vsque ad diuinæ substantiæ visionem eleuarentur. Hanc eius sententiam sequuntur nonnulli, illius authoritate commoti, quorum vnus est diuus Thomas Aquinas prima parte, & Iamus secũda secundæ, vbi de raptu diui Pauli disseruit, qui cum sit admirabili doctrina præcellens, & eximia sanctitate insignis, viros etiam grauissimos & doctissimos suæ authoritate frangit & conuincit, vt suæ sententiæ acquiescant. Quibus si obiicias loca diuinarũ literarũ à me citata, & sanctorũ doctorum sententiam literis consignatã, asserentiũ deũ à nullo fuisse vnquã in hac vita in sua essentia conspectum, respondeut cũ diuo Thoma, hoc esse intelligẽdum de visione per modum formæ immanẽtis, nam sic nemo deũ in propria specie vnquam vidit aut per modũ passionis transeuntis, cum vidit Moyses & Paulus in sua propria essentia. Id quod & authoritatibus & rationibus confirmant. Vtrarũ sententiarũ vera sit, alij viderint, ego ingenuè fateor ignorare, quæ autẽ verisimiliora, magna quæstio est. Duæ sunt opiniones valdè sumis rationibus roboratæ: prima tamen magis meo quadrat intellectui. Vnum hoc affero nostrum Ezechielem non dei essentiam asserere se vidisse, sed eius gloriæ similitudinẽ.

Et vidi, & cecidi in faciem meam. Hoc est, postquam vidi hanc dei gloriæ similitudinẽ, cecidi pronus in terram super faciem meam, tanto splendore perterritus, tantaque maiestate stupefactus. Eodem modo Abraham cõsiderata fragilitate sua viso domino cecidit pronus in faciẽ. Et Esaias, Corrui, inquit, cũ audirem: Vidi visionem grandẽ hanc, & non remãsit in me fortitudo. Et paulò post: Domine, & nihil in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Si diuinæ vitæ tanto splendore & amplitudine obruuntur visa dei similitudine, quanta erit dei in sua essentia maiestas? Illud est hoc loco adtendendũ, nõ cecidisse hos sanctos retrorsum, sed in faciem suam: impios verò retro cecidisse: quoniã qui aliẽ faciẽ ruunt, vident foueã, & facilè furgũt, qui aũt retrorsum, haudquaquã. Vnde ait scriptura: Fiat Dan coluber in via, ceraستes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascẽsor eius retro. Per Dan iuxta Hieronymi sententiam in libro de quæstionibus Hebraicis, & Eusebium Emesenum intelligitur Sãson, qui fuit de tribu Dan. Hic vicit Philistæos, eorum equos eneruauit, & ascensores eorum retrorsum deiecit, qui Christum adũbrauit, qui impios Iudæos à pertinacia sua desistere nolentes in terrã retrorsum prostrauit. Heli qui sceleratos filios suos, nõ vt decebat, castigabat, eosq; effrænatos, sibiq; præsidẽtes tanquã in gyrũ rationis & doctrinæ nõ ducebat, cecidit retro, & fractis ceruicibus animã efflauit. Qui Christum deum nostrũ cõprehendere & ligare volebant, auditis his Christi verbis: Ego sum, abierũt retrorsum, & ceciderunt in terram. Vna Christi vox lenis & dulcis terribilem cohortẽ armis munitã percussit, perterruit, & prostrauit. Est etiam hoc loco considerandæ dei bonitas, qui eum, qui ob animi humilitatem ceciderat, erexit, inclinato opem tulit, eumque mirabiliter ad cœlestia mysteria intelligenda sublleuauit.

Et audiui vocem loquentis. Deus erat, qui illi loquebatur: sed cùm ob tantam maiestatem, & tam eximium splendorẽ esset ferè attonitus, non omnino intellexit, quis esset, qui loqueretur. Eam ob causam non ait audisse deũ loquentem, sed vocem cuiusdam loquentis. Cùm autem ad se reuerteretur, percepit animo deum esse, qui illi loquebatur.

Fili hominis. Filius hominis consuetudine Hebrææ linguæ significat verum hominẽ obnoxium calamitatibus & doloribus. Eam ob causam se Christus filium hominis sæpenumero appellabat, ostendens se, cùm esset deus, infirmitates nostras suscepisse, vt miẽbus nostris ægritudine vitiorum laborantibus nederetur. Hinc voces illæ: Quem ducunt homines esse filium hominis? Filius hominis nõ habet, vbi caput suum reclinet: & cæteræ huiusmodi, quæ passim in euangelijs reperiuntur. Esaias eum vocat virum dolorum: & paulò pòst ait. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Cùm igitur filius hominis acceptatur pro re abiecta, voluit deus tali nomine Ezechielẽ appellare, vt eum de fragilitate sua considerandã admoneret, ne ob illam diuinam visionem sibi ostensam nimio gaudio efferretur. Tali fauore prosequitur deus amicos suos, vt non insolescant, quãm potius seipsos abijciãt, & imbecillitatẽ suam cognoscãt. Contrà verò principes terræ eos, quos diligunt, fauore suo sæpenumerò superbos vsque adeò efficiunt, vt eos etiam

Exo. 24
Esa. 6
Exo. 33
Exo. 19
Num. 12
Act. 7
Deu. 4
1. Tim. 6
Heb. 1
Gen. 17
Esa. 22
Dani. 10
Exod. 33
1. Cor. 13
2. Ioan. 3
Exod. 33
Gen. 46
1. Reg. 4
Ioan. 18
Mat. 16
Matt. 8
Ioan. 13
Esa. 53

atque

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

atque etiam ad maximos errores adducant. Videntes enim in se principum oculos coniectos, omnes despiciunt, fuxéque fragilitatis obliti, summisque superbiæ stimulis cõcitati, omnia iura diuina atque humana peruertunt. Reuelans igitur deus Ezechieli arcana sua eum vocauit hominem, ne elatione afficeretur. Quid est enim fragilius homine? quid imbecillius? quid calamitosius? Homo, inquit Iob, quasi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut vmbra. & nunquam in eodem statu permanet. Et regius vates? Homo sicut fœnũ dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Et Esaias: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Qui modò vigebat, & admirabili pulchritudine ornatus oculos videntium oblectabat, dicto citius tabescit, & instar floris vento rapti decidit, & ad interitum vocatur. Nullum vitæ tempus est aut metu liberum, aut calamitatibus vacuũ, aut mœroribus solutum. Vitam ingredientes statim nos tradimus lamentis, & in signum futurarum ærumnarum exordium ducimus ãploratu. Homo, inquit Iob, natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miseriis. Cùm Ionas sub vmbra hederæ, quæ celerrimè creuerat, requiesceret, effectq; gaudio perfusus, venit vermis, & percussit hederam, & exaruit. Quam ob causam fuit Ionas tot curis confectus, tot doloribus implicatus, vt exitum vitæ optaret. Quæ est hedera hæc vniditate florens, citò pullulascens, & statim euanescent, nisi vitæ iucũditas, & cætera illa, quæ magnopere desideramus, in quibus voluptatem constituimus? Quæ adepta statim amittuntur. Venit vermis mortis aut mœroris, & omnia cõsumit. Quot homines vidimus, qui diuitias, honores & dignitates expectantes, ad quas auiditate inflammati rapiebantur, eas fuerunt consecuti, sed in medio suæ lætitiæ omnia illa momento temporis euanuerunt, & ipsi ad summam mundi gloriam, floreſcentes ilico calamitatibus pressi, & in dedecore versati aut statim consumpti sunt, aut vitam sibi acerbam esse putarunt. O falsam mortalium spem, ò variam volucremque mundi cõmutationem, ò cæcam nostram cupiditatẽ, ò præposteram gratulationem, quã citò vitam nostram, mundi opes & honores ex fallaci voluptate ad verum luctum recidere intuemur! Omnia hæc instar imaginis consumuntur, & pereunt, &, vt Pindari vtar verbis, cum vmbræ somnio comparantur. In libro Sapientiæ sunt hæc verba literis mandata: Transierunt omnia illa sicut vmbra, & tanquam nuntius percurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit, non est vestigium inuenire, nec semitam carinæ illius in fluctibus. Hæc intuens diuus Ioannes in prima sua canonica: Nolite, inquit, diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt. Et paulò pòst: Transit mundus, & concupiscentia eius. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Præterit figura huius mundi. Non substantiam dicit, sed figuram huius mundi præterire. Si mundus transit, si id, quod substantiam esse existimamus, figura est, cur vitã nostram, spem, opes, & voluptates cogitamus permansuras? Quid est, inquit diuus Iacobus, vita vestra? Vapor ad modicum parens. Aspice cui rei tam fragili vitam nostram comparatit. In Sapientiæ libro scriptum est: Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur. Videbis aliquando in aere nubem hominis magni figuram habentem: quæ mox expanditur, & turres excelsas repræsentat: sed statim vento rapta dissoluitur, & euanescit. Huiusmodi est spes nostra in mundo collocata. Ponit nobis mundus in imaginationis conceptu futuros nos esse magnos homines, & nomen ac celebritatem consecuturos: promittit nobis montes aureos, & turres gloriæ & dignitatum, sed omnia hæc sunt arces in aere fabricatæ, & castella ex vento compositа, in vanitate fundata, quæ celerrimè dissipantur. Ea pleroſque mortales falsis promissionibus oblectarunt, sed spem suarum cogitationũ exprenumerò fefellerunt. Vnde Ecclesiasticus, Hoc inquit, secundum hoc visio somniorum. Ac si diceret: Diuitiæ, quæ appellantur, quæ reuera nõ sunt diuitiæ, sed diuitiarum imagines, & alia huiusmodi, quæ non sunt res solidæ & perpetuæ, vt mundus existimat, sed earum rerum vmbræ, & figuræ, & simulachra, omnia denique quæ non sunt hoc, sed id, quod viderut hoc, sunt absq; dubio res quædam visæ in somnijs, fallaces & inanes. Ideo exclamat Salomon: Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Et pater eius in psalmo: Vidi impium superexaltatum, & oleuatũ sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Oculi non vident se, at videntes speculum seipsos intuentur: nos non consideramus fragilitatem nostram, sed si speculum memoriæ mortis, & cognitionis nostri coram oculis posuerimus, illud aspicientes, nosipsos in illo aspiciemus. Hoc speculum nobis tribuit sancta mater ecclesia feria quarta cinerum, vt illud manu tenentes, & ante mentis oculos constituentes, nos puluerem cineremque esse cognoscamus. Memento homo, inquit illa, quia

Iob 14.
Psal. 102.
Isa. 40.
Iob. 14.
Ion. 4.
Sap. 5.
1. Ioan. 2.
1. Cor. 7.
Iacob. 4.
Sap. 2.
Similit.
Eccles.
Psal.
Simile.
Apoc. 3.

quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Ac si diceret: Cognosce ipsum, ne desipiaris, conspice te in hoc speculo veritatis. Vide quid sis, & quid futurus es: cogita in memoriã te esse hominem, & ex consequente puluerem & cinerem. O excellentem memoriam, ò veritatem amplexandam, ò speculum admirabile, & nunquam è manibus deponendum! Priusquã esses homo, inquit Augustinus, terra eras, & priusquam terra esses, nihil eras. Aspice ruã progeniẽ, tuam nobilitatem, & generis splẽdorẽ & amplitudinẽ. Quid igitur superbis terra & cinis? Philippus Lacedæmonius rex, cùm in palæstra prostratus surgeret, videretque in puluere corporis vestigium, pape, inquit, vt minimam terræ partẽ natura sortiti orbem appetimus vniuersum? Author est Plutarchus in Apophthegmatum libro. Apelles, cui fuit pingendi palma relcinata, pinxit Alexandrum Magnum fulmen manu tenentem, vt ait Plinius libro 35. vt ostenderet esse eius gloriam per totũ orbẽ terrarum volitaturam, seculisq; principes & magnates territurum; sed instar omnium subiti esse celeritet labẽfactandam, & penitus consumendam. Aristoteles apud Stobæum ita hominẽ definit. Homo est imbecillitatis exemplũ, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago. Et Herodotus, Homo, inquit nihil omnino aliud est, quàm calamitas ipsa. Interrogatus à quodam rege quidam philosophus quid esset homo, respondit, vt refert in tertia parte theologali diuus Antonimus. Homo est manciptum mortis, hospes loci, viator transiens. Interrogatur rursus quomodo se haberet, respondit: vt lucerna ad ventum, quæ cito extinguitur, vt scintilla in mari, quæ citò ab vndis absorbetur, vt spuma gracilis, quæ citò a procella dispergitur, vt lanugo, quæ subitò à vento rapitur. Diuus Augustinus de verbis domini, Homo, inquit, vitreo vase fragilior est. Cùm homo sit fragilis, debilis, caducus, morbis variis oppressus, & incommodis propè infinitis agitatus, opottet imbecillitatem suam considerare, seq; hominem esse intelligere. At nos quocunque fauore efferimur, atque in rebus prosperis, & ad voluntatem fluentibus nostri cõfestim obliuiscimur & ignorantes nostra, alia etiã ignoramus. Qui fieri potest, vt alia cognoscat, qui sui ipsius nõ habet cognitionem? Hanc nostri cognitionẽ appellat deus collyrio, dicens in Apocalypsi Ioannis: Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Est autẽ collyrium medicamentum adversus oculorum lyppitudinem. Qui suam miseriam intelligit, visum, quem per superbiam amiserat, recuperat. Nec solum fideles, sed etiã Gentes fide destitutæ hoc animo perspiciunt. Ait Proclus Platonicus in libro suo de Anima principium dialogorum Platonis, eiusque philosophiæ præcipuum institutum esse naturæ nostræ cognitionem. Et recè quidem, nam hæc est prauitatis causa ignoratio sui. Eam ob causam deus Ezechielem, cui arcana sua ostendebat, non filium viri, sed filium hominis vocat, filium Adæ, filium terræ, vt se esse intelligeret fragilem, fluxum, & calamitatibus ac mœroribus obnoxium. Ideo ait: Fili hominis, &c.

Sta super pedes tuos. Idest, surge. Sic Ieremias dixit deus: Surge, descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et Ionæ: Surge, vade in Ninuue ciuitatẽ magnã, & prædica. Hoc in loco surgere & stare super pedes, nõ solũ ad corpus, sed ad mentẽ arbitror pertinere. Ac si dicat deus: Erige Ezechiel nõ solũ corpus ad ambulandũ, sed animã ad cœlestia mysteria intelligendũ. Vigila, expergiscere, circũspice, ne iaceas in silentio & otio, nã qui alios est excitaturus, nõ debet ipse dormire. His tribus, nimirum Ezechieli, Ieremiæ, & Ionæ demandauit deus curam cõcionandi, & omnibus illis iussit, vt irent, & alios quærerent. Qui sunt concionaturi, nõ solũ debent surgere, sed à se exire, & propriam relinquere voluntatem, & proximos adducere ad Christum. Id voluit significare diuina scriptura, cùm prodidit memoriæ, dixisse Ioseph fratribus suis: Non videbitis faciem meã, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Debent igitur concionatores à peccato surgere, & alios etigere. Qui fieri potest, vt iacentes alios erigant, & in tenebris versati alios illuminent? Moyses locuturus cum deo in monte Sinai sterit cum eo, dixerat nanque illi deus: Stabis mecum super verticem montis. Qui iacet, non bene percipit animo diuinos sermones. Iacenti Danieli dixit deus: Vir desideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo. Et regius psaltes, Eduxit me, inquit, de lacu miseriæ, & de luto fœcis, & statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouum. Intuere diuini vatis gradationem: primò ait: fuisse eductum & ereptum à profunda peccati voragine, posteà steriſſe, deinde ambulasse, & tandem deum nouum illũ carmina docuisse, quibus alios ad virtutem excitaret, illiique nouam suppeditasse materiã diuinæ prouidentiæ & misericordiæ celebrãdæ. State, inquit diuus Paulus, succincti lumbos vestros in veritate. Eidem Paulo iacenti, & paulò antè minarum & cædis in discipulos domini aspiranti ait ipse dominus: Surge, &

Eccle. 10
Ierem. 18.
Ion. 1.
Gene. 43
Exo. 34.
Dani. 10
Psal. 39.
Ephe. 6.
Act. 9.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Iuxta Platonicorum sententiam duplex est arbor, altera rationis particeps, altera sensus expers. Sensus expers est plantanotæ significationis, arbor rationis cõpos, quam appellant inuersam, homo est, qui radices habet erectas ad cælum, vnde illi venit alimentũ. Quo fit, vt hominẽ desinentes dicant esse arborem inuersam. Vt enim plãtã radices agit propagatas per terrã vnde illi venit nutrimentũ, sic homo, quoniam epulis cœlestibus pascitur, & diuina gratia nutritur, radices, hoc est, caput, mentem, cogitationem eleuat ad cælum, habens ramos, hoc est, pedes in terra collocatos: Huiusmodi sunt, qui contemnunt humana, & aspirant ad diuina. At homines impij, qui scelere & maleficio pascuntur, arbores sunt insensibiles, cœlestia nõ contẽplantes, sed radices omnes in profundũ terræ mittentes. Hi nõ sunt super pedes suos, sed sub pedibus, quoniã radices habẽt in terra defixas, ramos autem in aere pendẽtes. Habẽt igitur se sub se, & cor pedibus conculcẽt, & tandem præcipites in æternum exitiũ rapiuntur. At viri iusti stãt super pedes suos, quia cũm terram pedibus terant, animũ habent in sublimi, cogitationem ab omni scelere abducẽtes, mentẽ à corporis sensibus abstrahẽtes, & deũ animo contẽplantes. Hoc existimo esse super pedes stare: quemadmodum hi faciunt, qui patriam cœlestem, & beatas illas sedes, sanctorum domicilia desiderant à longe eas aspicientes, & salutantes, & cõfitentes se esse peregrinos & hospites super terram. Vt enim auicula in cauea conclusa, quãuis pretiosa sit cauea, siue ex cedro, siue ex ebore, siue ex auro confecta, exire tamen cupit, & ad patriam, ad locum suum euolare contendit, & præ desiderio egrediendi rostellum foras extra rete cauæ emittit, sic animus viri pij diuino amore incensi inclusa in corporis cauea, & si omnibus ad vitam humanam necessarijs circumfluat, patriam tamen suam, hoc est cœlum ardenter aperit, & pijs illuc eundi suspiriis & desiderijs flebili gemitu sociatus instimatur, vt finito hoc exilio, in sempiternos illo animarum beatarum domicilio requiescat, vbi deo fruatur, & vita in beatissima degat. Omnis Christianus etsi opibus abundet, & tecta habeat magnifica, ebore & auro fulgentia, ad cœlum tamen aspirare debet, & ad patriam desiderio atque animo euolare, dicẽs cum Paulo: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Qui autem huiusmodi est, stat super pedes suos. Sed quia pedes in literis diuinis pro affectionibus sæpe accipiũtur, fortasse stare super pedes est, affectus, qui hominẽ huc atque illuc rapiunt, conculcare. Vult deus, ne affectibus ducamur, quin potius in eos dominemur. Si eos liberos dimittimus, longius euagantur, & tanquã exultantes siue cupiẽdo, siue fugiendo finẽ trãseunt, & modũ, à quibus nõ modò animi perturbantur, sed etiã corpora. Præterea nihil est, quod magis intellectũ tenebris circũfundat, quàm hæc, de qua loquimur, affectio depraua ti. Ex quo efficitur, vt si duo homines erga quendam tertium affecti sunt, vnus amore, alter odio, nunquam eius res gestas verè & purè narrent, nec de illis iustam sententiam ferant. Vt enim eandem rem diuersa specula varijs repræsentant, pro diuersitate formarum eorum, sic idem factũ homines diuersi variè interpretantur, pro varia animorum affectione. Quod huic amplum & illustre, illi videtur vile & abiectum. Quod vnus laudat, alter vituperat. Quod hic asserit non posse esse maius, nec gloriosius, nec accommodatius hominum memoriæ sempiternæ, alter parcum, tetrum, & obliuione perpetua delendum censet. Hos affectus pedibus significator, animũ perturbantes, & è sua sede & statu deijcientes præcipit deus, vt cõculcemus: quod nihil aliud est, quàm stare super pedes, vt appetitus obtẽperet rationi, & homo mentis oculos reuocet ad veritatẽ, detq; operã, vt ipsa virtus eum tradat ad veram dignitatem.

Similitudo.

Hebr.11.

Similitudo.

Philip.1.

Similitudo.

Et loquar tecum. Volens deus loqui cum Ezechiele, prius eum excitat, vt stet super pedes suos. Ita Samuelem in templo domini dormientem vocauit deus, & erexit, & sic eum docuit. *1. Reg.3.*

Et ingressus est in me spiritus. Hoc est, vbi deus mihi locutus est, ipse intrauit in me per splendorem sapientiæ, & gratiæ accretionem. Poteris per spiritum vires animi & corporis intelligere, vt sit sensus. Cùm plurimum me Deus allocutus est, recepi animum, & recuperaui vires: mãsi & animo & corpore robustus, & diuino præsidio munitus.

Et statuit me supra pedes meos. Id est erexit me, dedit mihi spiritum subsistendi: non surgerem, nisi ipse me eleuaret, & super pedes meipsum constitueret. Potest quis flagitium capitale admittere, in scelere volutari, & in caligine iacerenat refugere à peccato ad gratiam, ex suis viribus non potest. Ea possumus cogitare & moliri, quæ sint imbuta maleficio, inquinata vitio, scelere maculata & infecta: at peccatum euertere, à crimine solui, è vinculis emitti, & gratiã obtinere, nemo potest absq; fauore diuino. Fieri non potest, vt impius absque dei gratia veram iustificationem consequatur. Sed enim dei sententia ab Osea diuinitus literis mandata: Perditio tua Israel, tantum- *Osee.13.*

tummodo in me auxilium tuũ. Vnde spõsum Christum alloquens, Trahe, inquit, me post te. Et Psalmographus: Spiritus vadens, & non rediens. Et Ieremias: Conuertere nos domine ad te, & conuertemur. Et Paulus: Gratia Dei sum id, quod sum. Et Christus Deus noster: Nemo venit ad patrem nisi per me. At homines sceleribus capitalibus maculati, possunt sed ad gratiã præparare virtutis actionibus, quæ animum disponant ad Dei iustitiam recipiendam. Ideo dicebat Samuel: præparate corda vestra domino, & seruite ei soli, & eruet vos. Nã si actus nostri nullo modo essent causa ablutionis & sanctificationis nostræ, quorsum diceret Paulus: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Et Ioannes: Omnis, qui habet hãc spem, sanctificat se. Et Daniel: Peccata tua eleemosynis redime. Et Salomon in Prouerbijs: Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Et iterum: Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Et quorsum alia multa eiusmodi diuinis literis consignata? Est igitur certum, & de fide tenendum, opera bona nostra in capitali peccato effecta, etsi ex condigno gratiã non mereantur, nos tamen ad gratiam præparare: Deumque ex misericordia sua nobis crimina omnia condonare, & in gratia constituere. Verùm etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur: vt est in sancto concilio Tridentino sessione sexta de iustificatione decretum. Nam quemadmodum homines nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur. Iustificatio autem est peccatorum remissio, & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum. Vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico fit amicus, vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ, & ita in iustificatione cum remissione peccatorum accipit charitatem. Nec audiendus est impius Lutherus procella patriæ, turbo, ac tempestas pacis, asserens omnes homines quãuis pietate insignes, & iustitia præstãtes, & erga deum ad mirabili charitate ardentes, esse mortiferis cupiditatibus implicatos, & funestis sceleribus imbutos. Vult ille Christi gratiam labefactare, eius gloriam obscurare, & omnem denique euangelicam doctrinam funditus euertere. Si Christus maculas nostras non deleret, si nos à criminibus nõ mundaret, si mundi peccata non tolleret, falsum esset Ioannis testimoniũ dicentis: *Cant.1.* *Psal.77* *Thren.5.* *2.Cor.5.* *Ioan.14.* *2.Ec.7.* *2.Cor.7.* *1.Ioan.3* *Dani.4.* *Prou.15.* *Prou.16.*

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Ego sum*, inquit Deus apud Esaiam, *ego sum*, qui deleo iniquitates tuas. Et apud Ezechielem: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Zacharias etiam perẽnem illum fontem prædixit, & laudibus mirificis extulit, qui erat in tempore humanæ redemptionis aperiẽdus ad omnium scelerũ maculas abluendas. De quo ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Dilexit nos Christus, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qua igitur fronte ô cæci hæretici audetis asserere, Christum deum nostrũ peccata non delere, nec ijs, quos gratia prosequitur, & amicitia comprehendit? Vnum ex duobus fateri cogimini, aut Christum ijs, quos in amicitiam recipit, peccata delere non posse, aut non velle. Si non potest, non est omnipotens, & ex consequente nec deus: si potest, & nõ vult, nõ est clemens nec iustus, qui eis, qui ad ipsum confugiunt, illiq; totos se dedunt, nõ vult peccata remittere. Aut igitur cum potestate & diuinitate priuatis, aut clementia & iustitia. Vtrunque impium est, immane, sceleratum, & execrandum. O cæca hominũ pectora, ô mentes cimmerijt, vt aiunt, tenebris tetriores! Tu es ô Christe Iesu verus Deus, qui eorũ, qui ad te confugiunt, scelera funditus euertis, & flagitia nostra radicitus extrahis, & penitus excindis, qui sacramenta gratiam conferentia constituisti, inter quæ est confessio, pœnitentiæ sacramentum, per quod te excitante, lapsi tanquam per secundam post naufragium tabulam amissam gratiam recuperant. Tu es ille, qui nos subleuas à peccato, & super pedes nostros erigis & statuis. *Ioan.1.* *Esa.43.* *Ezec.36.* *Zach.13* *Apoc.1.*

Mitto ego te ad filios Israel. Concionaturus mittitur a Deo, & priusquam mittatur, gratia impletur. Eodem modo Esaias ad munus cõcionatoris obeundum prius mundatur, & ita à Deo mittitur. Audiant hoc euangelici concionatores. Quomodo prædicabunt, inquit apostolus, nisi mittantur? Ex quo colliges, ad ministerium verbi neminem nisi missum accedere debere. Cùm enim actus concionandi authoritatem muneris supponat, oportet verbi dei concionatorem vel à Deo mitti, vel ab eius authoritatem gerente. Nec debet cõcionari sciens se esse mortiferis labibus coinquinatum, sed prius animum expiare, & sic ad cõcionem accedere. Rex Dauid priusquam diceret in psalmo: Docebo iniquos vias tuas, has voces emisit: Cor mũdum crea in me Deus, & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuũ ne auferas à me. Redde mihi lætitiã *Esa.6.* *Rom.10.* *Psal.50*

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me. Vbi aspicis eum ter dei spiritum postulasse, priusquam alijs viam æternæ salutis cõsequẽdæ demonstraret. Absque gratia & dei missione cõcionandi munus renuebat. Qui hoc nõ curant, à Deo per Ieremiam his verbis reprehenduntur. Non mittebam eos, & ipsi current, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Est quid concionatoribus necessaria puritas mentis, & ilia spiritus sancti vis, per quã animus splendore gratiæ illuminatus, & cluistianæ ardore incensus, & fortitudine ac constantia munitus populũ imbuat doctrina sanctã, erecto animo vitia reprehendat, ad virtutem adhortetur, & auditores mittat ad ipsum sapientiæ vberrimum fontem, cuius haustu ac potu conceptam visceribus sitim sedent, flammamque humanarum rerum restinguant.

Ieret. 23.

Ad gentes apostatrices. Hebræos in Chaldæa detentos vocat gentes apostatrices, quoniã à fide recesserant, & dei iura violauerãt. Relicto diuino cultu idola coluerãt, cùm in Iudæa habitarent, & postea in Chaldæa etiam gentiũ superstitionibus adhæserũt, seque immanitatibus contaminarunt. Ad huiusmodi homines impios & immanes mittit deus diuinũ suũ vatẽ, quemadmodũ Christus discipulos suos inter barbaros, crudeles & incultos: quibus aiebat: Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum.

Mat. 10.

Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos, Hæc dicit dominus Deus: si forte vel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniã domus exasperãs est: & scient, quia propheta fuerit in medio eorũ. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, nec sermones eorum metuas: quoniam incredduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorũ ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quiescant, quoniam irritatores sunt. Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. Aperi os tuum, & comede quæcunq; ego do tibi. Et vidi: & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illũ coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scripta erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

Et filij dura facie, & indomabili corde sunt. Ad maiorẽ eorum perfidiam eos vocat Deus filios seipsum optimum patrem relinquentes, & ad iram prouocantes. Eodem modo Esaias eos filios sceleratos, & semen nequam vocauit, ad impia eorum scelera apertius ostendẽda. Vel filij his locis vocantur, non ad Deũ relati, sed ad impios eorum maiores, qui in exitu ex Aegypto vitulum coluerũt pro Deo, & postea gentium idola sæpenumero adorarũt. Appellat eos Deus duros facie, quia absque tuboræ adhibebant flagitijs effræuatam cõtumaciam, à superbia & perfidia inductam, non ubi animi fortitudine & constantia. Cor etiam habebant indomitum: Quare ait Deus: Et indomabili corde sunt. Nullo modo volebant ad Deum conuerti, quin potius diuturnitate peccandi modestiam amiserant, & flagitiorum consuetudine callum iam obduxerant conscientiæ, & corda habebant dura & efferata, & ad omnia scelera propensa. Tales sunt hodie multi ex Christianis duri & obstinati, quibus id rectè accommodatur, quod ait Zacharias propheta: Cor suum posuerunt vt adamantem. De ijs ait Ecclesiasticus: Cor durũ malè habebit in nouissimo. Aiunt magni authores nihil esse in rerũ natura durius adamante, præsertim Indico, qui inter omnes principatum tenet in firmitudine, duritie, & pretio. At ego existimo multo durius esse cor hominis: nam adamas sanguine hirci mollescit, & domatur: cor autem hominis depravati, sceleru obstinatione indurati, nec sanguine hirci mollescit & sedatur, nec sanguine illius agni immaculati, qui se pro nobis in cruce ara hostiam cõstituit, & sanguinem profudit, vt animos nostros perturbatione callo efferatos mitigaret, viamq; munire ad vitam immortalẽ consequendam. Hoc intuens diuus Bernardus exclamat: O duri & indurati filij Adæ, quos nõ emollit tãta vis amoris! Per Esaiã ait ita Deus: Scibã, quia durus es tu, & neruus ferreus cervix tua, & frons tua ærea. Et per Ieremiam: Induruerũt facies suas super petram, & noluerunt reuerti. Vtinam hoc de Iudæis tãtum diceretur, & nullis Christianis conueniret. Sed ita sunt multi scelestibus imbuti, libidinibus dediti, perturbationum multitudine obruti, caligine circũfusi, & cõtumacia indurati, vt veluti penitus indomiti, & feris insanabiles, sint lachrymarum abundantia deplorandi. Illis accommodari potest id, quod dixerat Ieremias: Peccatũ Iuda

Esai. 1.

Exod. 32

Ieremi.

Esa. 48

Ieremi.

Zach. 7

Eccle. 3

Diffici litudo

scriptum

scriptũ est stylo ferreo in vnguine adamantino super latitudinem cordis eorum. O infelices illos, ò deplorandos, ò miseros, si se intelligunt, miseriores si se intelligere nolunt, quorum peccata sunt literis indelebilibus in durissimo eorum corde conscripta. Narrat Plinius libro secundo esse fluuium quendam Lucaniæ nomine Silarum tam admirabilis naturæ, vt virgulta & folia in illum immersa lapidescant. Huius naturæ est etiam fons in Germania, in quem quicquid proijcitur, durescit in lapidem. Id quod Albertus Magnus asserit se experientia comprobasse. Nos sumus folia vento rapta in Silarum conjecta, & flagitiorum consuetudine in lapides conuersa, atque scelerum duritie obstinata. Cecidimus in fontem Germaniæ, vbi indurati sumus. Hanc mortalium duritiem & immanitatem videntes ij, qui à gentibus idolorum cultoribus docti habebantur, dixerunt hominum genus diluuio absumptum, fuisse ex faxis à Deucalione Pyrrhaque proiectis instauratum. Non quòd ita fuisse crederent, sed quòd eos reprehenderent, qui corde duro, ingenioque agresti, immanitatem colunt, & duritie gloriantur. Eos etiam ex faxis natos pro verbis aliter vocamus. Si Christus reprehendit discipulos suos, &, vt ait diuus Marcus, expobrauit duritiam cordis eorum, cùm respectu nostri essẽt ceta molliores, quid faciet nostræ duritiæ? Quibus supplicijs nostrã obstinationẽ castigabit? Quas pœnas illi nostrorum facinorum dabimus, qui vt equi effræuati, ferocitate exultantes, impetu voluntario ad omnia flagitia absque vllo cœlestis numinis metu inciamur? Sed vide diuinam misericordiã. Dicebat esse Iudæos impios & obstinatos, de quorum duritie loquitur diuina scriptura Exodi trigesimosecundo, Deuteronomij trigesimoprimo, Actorum apostolicorum septimo, & multis alijs in locis. Plenæ sunt diuinæ literæ querelis aduersus Iudæos, plena diuinorũ vatũ oracula, plenũ denique vtrunq; testamentũ. Et tamen ad eos mittit deus Ezechielem prophetam suum, vt eos ad virtutem cohortetur: Vult eos eripere, ne pereãt, & in ima barathra in æternum præcipitentur. O singularem pietatem, ò immensam bonitatem, ò prædicandam clementiam, ò infinitam dei nostri misericordiam! Quid est hoc bone deus? Quò attigit tua benignitas? Quis non admirabitur tuæ mansuetudinis immensitatem? Fateris esse Iudæos dura facie, & indomabili corde, vtpote qui te derelicto genuinos idola coluerint, & ia pœnitentia moueantur, & nihilominus eorum salutem quæris, illosque ad pœnitentiã

Similitudo.

Mat. 16.

Exod. 32
Deut. 31

Esa. 48

Ieremi.

Esa. 42.

Mat. 12.

Simile

Esa. 28.

Threm 3.

2. Cor. 1.

Psal. 76

Luc. 23.
Luc. 7.
Mat. 22.
Luc. 5.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

tatissimis gratiis tribuit, qui neminem eō pœnitẽti corde inuocantem contemnit, qui de
1. Tim. 2. nique, vt verbis vtar apostoli, vult omnes homines saluos fieri, quomodo nos derelinquet si ad illum cōfugerimus, omnẽ nostrā spem & fiduciam in eum cōferentes? Qui fieri potest, vt qui pro omnibus mortuus est, nos, pro quibus sanguinem fudit, penitus abijciat, si ad illum fuerimus toto animo cōuersi? Scala illa,
Genes. 28 quam vidit Iacob altera parte terram, altera cœlum tãgentẽ, quid est nisi via cœli? & gradus eius quid sunt, nisi virtutes, quibus redditur ad vitã immortalẽ? Per eã vidit patriarcha quosdã ascendentes, quosdã verò descẽdẽtes.
2. Cor. 10 Qui se existimat stare, inquit apostolus, videat, ne cadat. Quẽadmodum fieri potest, vt qui sunt in virtutũ fastigio collocati, decidant, & præcipitentur, sic fieri potest, vt qui sunt scalare contemplati, & in imo vitiorum constituti, qui cœlo contempto terram tantùmodo amplexantur, resipiscant, in se conuersi pœnitẽtiam agant, & per scalæ gradus ad cœlum tẽdãt, vt in cœlestibus sedibus sint tandem collocati. Adhærebat terræ rex Dauid, cùm in crimen adulterij & homicidij incidisset. & alibi:
Psa. 118 Psa. 129 De profundis clamaui ad te domine: & scimus eum diuino adiutum fauore scalam ascẽdisse, & cœlum penetrasse. Non est igitur, cur
Genes. 21 de diuina pietate desperemus. Cùm Ismael è domo patris egressus cum Agara matre sua erraret in solitudine, & præ sitis animam ferè efflaret, extulit ploratum, qui fuit à domino exauditus. Iacebat ille sub quadam arbore, vbi eum Agara posuerat, ne eum morientem oculis aspiceret. Sed ostendit illis deus fontẽ aquæ, cuius potu sitim sedatũ, & seipsos refecerunt. Nos qui è domo patris egressi sumus, qui deum optimum patrem reliquimus, & in mundi solitudine erramus, in peccatorum sylua impediti, in vitiorum deserto inuio & inaquoso versati, ne velimus peccatis nostris adhibere desperationem: sed labes nostras detestemur, & vim lachrymarum fundentes, accedamus ad arborem crucis, ad Christum crucifixum, ad arborẽ vitæ, vbi fontẽ misericordiæ plenissimũ inueniemus, cuius salutari potu letali sitim, qua ardi animi nostri laborant,
Hebr. 4. extinguemur, vt ardore inutilium cupiditatũ sedato, ſ tranquillitate viuamus. Adeamus igitur cũ fiducia, vt ait diuus Paulus, ad throni gratiæ eius, vt misericordiã consequamur. Qui enim duros Hebræos in Babylonica captiuitate detentos non deseruit, qui ad illos misit diuinũ suũ vatẽ, ad gentes apostaticas & feritate barbaras, ad homines dura facie & indomabili corde, multo minus nos, quorum scelera suo sanguine expiauit, derelinquet.

Et dixit ad me: Hæc dicit dominus deus. Hæc erat diuinorum vatum præfatio. Sensus est, Ego te prophetam constituo: ito ad Hebræos & incipe loqui illis more aliorum prophetarum. Dices enim te, non qua ratione homo es, ad eos verba facere, sed quatenus diuinus es vates: imò deum esse, qui per te loquitur, qui nec fallere potest, nec falli. At omnis homo Psal. 9 mendax, vt ait regius vates. Sed dicet aliquis fortasse: Si omnis homo est mendax, cùm Dauid homo esset, videtur concludi eum esse mẽdacem. Si mendax, ergo ei non est adhibẽda fides, si ei fides adhibenda non est, non est hoc illi credendũ, nimirum omnem hominem esse mendacẽ: ille enim homo est, qui ait: Omnis homo mendax. At non hoc dixit quatenus homo, sed quatenus dei propheta, cuius ore deus loquebatur. Ita enim ait. Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Hoc dixit, in excessu cũ esset spiritu prophetiæ agitatus.

Si forte vel ipsi audiant. Dicto hæc, fortè, nó denotat in deo ignorantiam, sed in nobis liberum arbitrium. Sic deus Ieremiæ: Noli subtrahere verbum, si fortè audiant, & conuertãtur. Et apud Matthæum. Fortè filium meum verebuntur.

Et si fortè quiescant. Hoc est, si fortasse nolint te audire. Ac si dicat Deus: Loquetis eis, siue te audiant, siue non. Etsi deus certò sciat, multos esse, qui ei non sunt obtemperaturi, eos tamen vocat, ne postea dicant non fuisse se monitos ab eo: & vt nos doceat, debere nos conferre beneficia etiam in eos, qui ingrati vilipendantur. Vt sol non desinit micare radijs, etiamsi nubes velit eius lucem obscurare, sic nos non debemus à beneficijs desistere, etiam erga eos, qui nostrorum benefactorum splendorem maculare voluerunt. Vt enim nux & oliuæ notissimæ plantæ, etsi virgis cædantur, vberrimos tamen fructus producunt, sic nos etiam ob præclaras virtutis actiones obiurgati, maledictis læsi, & ingratitudine lacessiti, eas relinquere nolimus, quin potius in illas toto pectore incumbamus. Est quidem, mortalium labes quædam & macula virtuti inuidere, velleque ipsum florem dignitatis labefactare. Possunt etiam verba hæc ita explanari, vt si fortè quiescãt, sit idem, ac si fortè à vitijs desistant: impij enim quandiu impij non quiescunt, sed, vt ait Esaias, sunt quasi mare fœuens, quod quiescere non potest. Nã perturbationibus cómoti, fremunt instar Eutipi, & cupiditatũ motibus magnoperè concitantur. Viri autem iusti pietate & charitate viuunt, & animi securitate & quiete, quæ illis afferunt cùm constantiam, tum etiam dignitatem.

Domus exasperans est. Id est rebelles sunt, meque

meque prouocant ad iram.

Et faciant, quia propheta fuerit in medio eorũ. Hoc est, tunc intelligent Deum misisse prophetam, qui eos salutis admoneret. Et ita seruabuntur, qui inter eos pietatem coluerint, impij verò Deum accusare non poterunt.

Ne timeas eos. Ne taceas ob eorum metum, annuntia illis intrepidè scelera sua. Huiusmodi debet esse euangelicus concionator. Etsi maledictis vulneretur, permaneat tamẽ in veritate nuntianda, & ita beatitudinem illã obtinebit, de qua Christus apud Matthæũ: Beati estis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos, mentientes propter me. Discipulis suis dicebat Christus: Nolite timere pusillus grex. Et alibi: Non turbetur cor vestrũ, nec formidet. Vt aqua quieta & tranquilla, ostendit nobis eam intuentibus imaginẽ nostram instar speculi: sed mota & perturbata nequaquam, sic cor nostrũ, si placidũ est & sedatum, repræsentat nobis figurã nostrã, vt nos ipsos agnoscamus: id quod fieri non potest, si est concitatione agitatum, & metu perterritum. Eam ob causam oportet, vt cor nostrum non perturbetur, nec formider. Vt sera pensilis, cùm turbata est, non potest claue aperiri, quia non illi accurrit artificium ob intẽperiem suam, sic cor nostrum, cùm est perturbatione concitatum nulla vult exhortationis claue referari, quia non obtemperat rationi appetitus: quo fit, vt cor impij ob artificij intẽperiem non aperiatur deo per Salomonẽ clamanti: Præbe fili mi cor tuum mihi, aperiatur autem dæmoni claue adulterina abutẽti. Cor meum, dicebat quidam, conturbatũ est in me. Et alibi: Dormiui conturbatus. Sed qui suam conturbationem dolebat, deo volebat aperiri. Ille in magno versatur periculo, cuius cor perturbatione & formidine motum deo clauditur, nolens veritatem nuntiare, & munere concionandi intemperanter aburẽs. Quid timet, qui secum deum habet adiutorem? Dominus protector vitæ meæ, aiebat rex Dauid, à quo trepidabo? Et alibi: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et Salomon in Prouerbijs: Iustus quasi leo confidens absq; terrore erit. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quid potest esse tutius nobis, quàm arma diuina induere, & animum habere Christi gratia roboratum? Quid fortius? Quid munitius? quid inexpugnabilius? Si altè spectare voles, & ad veritatem mentis oculos reuocare, videbis apertè, nihil posse esse vel ad vitæ suauitatem iucundius, vel ad vtilitatem accómodatius, vel ad animi pulchritudinẽ elegãtius, vel denique ad fortitudinem & firmitatẽ obtinendam & conseruandam præstantius. His armis indutos mittebat Christus discipulos suos, dicens illis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Ac si diceret: Mitto vos oues inter lupos, vt lupos in oues cõuertatis. Oues estis, quorum lana alij induentur, quarum lacte & caseis vescẽtur. Vos mansuetudine vestra eorum iram vincetis: vestra tolerantia eorũ excandescentiam, vestra humilitate eorum superbiam, vestra mansuetudine eorum duritiem, vestra virtute eorum iniquitatem superabitis. Et tandem his armis de illis mirabiliter triumphabitis: ideo ne timeatis eos.

Matt. 10. Luc. 10

Quoniam increduli et subuersores sunt tecum. Hoc prædixit Deus prophetæ, ne eum molestiæ imparatum inuenirent. Illis enim calamitas est grauis, quibus est repentina.

Cum scorpionibus habitat. Scorpio animal est venenosum, quod placidè incedit, sed vulnerat cauda: non ferit facie, sed parte posteriore. Talis est ille, qui etsi blandus videatur, occidere tamen desiderat, intus Nero, foris Cato. Vt apis ore portat florem, sed retro aculeo ferit, sic nonnulli blandè & suauiter loquuntur, vt eos verbis demulceãt, quibus ob malitiã perniciem machinãtur. De illis æbat regius vates: Circũdederũt me sicut apes, & exarserũt sicut ignis in spinis. Illud est hoc loco aduertendũ, comparari impios homines cũ brutis & ferismã hic vocantur scorpiones, apud Esaiã hereticij, apud Matth. & apud Ioãnem lupi, apud Lucã vulpes, apud Matthæum & Lucã progenies viperarum. Vnde psalmographus, Homo, inquit, cùm in honore esset, nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Cæterùm scorpiones possunt hic accipi pro herbis quibusdam: est enim scorpio siue scorpius herba quædam semẽ habẽs instar scorpionis, de qua Plinius libro vicesimosecundo. Et quẽadmodum hæ herbæ spinas habẽt, quibus calcantes feriunt, ideo cũ illis Iudæi meritò cõparantur. Pagninus vertit: Et cũ tribulis habitas: est enim tribulus herba duris spinis plena. Vnde stimuli ferrei, & virgæ, quibus olim solebãt quondã nocẽtes homines flagellari, tribuli vocãtur, & scorpiones. Ita intelligitur id, quod est libro tertio Regũ mandatum: Pater meus cecidit vos flagellis, ego aũt eẽdem vos scorpionibus. Illud est magnoperè aduertendum, dicere Deũ Ezechieli, ne timeat Hebræos, ad quos eum mittebat, quoniam subuersores sunt, & scorpiones, & contumaces: Ac si diceret: Si virtute ornati essent, si essent fide muniti, & charitate roborati, essent absq; dubio timẽdi: at cùm sint

Psal. 117 Esa. 14. Mat. 10. Ioan. 10. Luc. 13. Matth. 3. Luc. 3. Psal. 49. 3. Reg. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint omnium scelerum maculis notati, cùm apud eos lex diuina nihil valeat, iudicia taceãt, vera religio occiderit, nolint eos timere. Plus potestis vnus virtute munitus, quàm multi virtute nudati. Eliseus obsessus à Syrie dixit puero suo innumerabiles hostium copias aspicienti, & metu laboranti: Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. Et vidit puer exercitum Angelorum Eliseo opferentium. Et fuerunt Syri exercitate percussi, & regi Israelis traditi in Samaria. Volebat impius Saul pium interficere Dauidem, & ait diuina scriptura in hunc modum libro primo Regum: Timuit Saul Dauidem, eò quòd esset Dominus cum eo. Rex erat Saul magnis diuitijs affluens, multisque militum copijs stipatus, & tamen pauperem Dauidem, exulem, & derelictũ, quòd esset virtute præditus, metuebat. Magnas vires virtus habet: non enim aspectus quàm debiles sint impij aduersus iustum, & quàm formidabilis sit iustus aduersus impios? Sed dicet: Impius poterit detrahere de me, & notam ignominiæ mihi inurere, & mei nominis claritatem & amplitudinem suis maledictis deformare: cur igitur eum non timebo? Quid ais? Nonne intelligis magnificum esse ab impijs reprehendi? Eorum de te detractio, est vitæ tuæ approbatio. Tunc offendes esse te iustitiæ insignem, si illis displiceas, qui Deo non placent. Hoc intelligens Dauid aiebat: Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Antisthenes insignis philosophus, cùm aliquãdo ab improbis & sceleratis efferretur laudibus, dixit, vt refert Diogenes Laertius, O me miserum, metuo ne in crimen aliquod incidam. Et ambi dicenti cuidam: multi te laudant. Quid, inquit, malefeci? Sentiebat illustris Philosophus opinionem impiorum hominum solere esse laudatricem vitiorum, & virtutum obiurgatricem. Hoc intuebatur animo Seneca, modestia clarus, & philosophia admirandus, cùm diceret, arguimur eatum esse recti malis displicere. Et pater latinæ eloquentiæ Cicero, Ea, inquit, est profectò iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt. Cùm igitur facinorosi & sceleribus contaminati, nihil valeant apud Deum, non ita sunt metuendi, vt ob eorum timorem, dei veritatem celemus, nos qui concionandi munus suscepimus, quin potius opus est, vt munere nostro benè, liberè & intrepidè fungamur.

4. Reg. 6

2. Re. 18.

Psal. 37.

Psal. 8.

Aperi os tuum. Hoc est, dispone te ad intelligendum, & ego in te scientiam infundã. Quæ dixeris, mea arunt: erit os tuum diuinis verbis abundãs. Sic in psalmo: Dilata os tuũ, & implebo illud. Et alibi dicebat Dauid: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Hebraismus est, quo ostendit diuinus vates animum suum præ desiderio cœlestis sapientiæ anhelantem fuisse à deo spiritu prophetiæ illustratum.

Psal. 118

Et comede quæcunque ego do tibi. Ad hoc erat aperturus os suum, vt ea comederet, quæ Deus erat illi daturus. Volebat deus, vt Ezechiel, quæ dicturus erat, priùs comederet. Debet enim concionator ea, quæ dicit, nõ solùm primoribus labijs attingere, sed comedere, & intus gustare, & diligenter perpendere, & memoria repetere. Si ille animi morbo, & sensus stupore suauitatem Euangelicæ doctrinæ non sentit, nec eorum, quæ prædicat, gustũ habet, qui fieri potest, vt alijs rectè & ardenter, vt oportet, ad comedendum persuadeat. Colliges hinc diuinam doctrinam esse spiritus alimẽtum & escam. Nullus cibus est suauior sapiẽtia cœlesti, nullæ epulæ dulciores. Hæc est ambrosia diuina animum alens ad æternitatem, qua incredibilis percipitur voluptas. Hac illustratus animus oculos ad cœlũ tollit, Deum intuetur, & cœlestia mysteria astris fulgentiora contemplatur.

Inuoluitur liber. Hoc est, papyrus quædam circumplicata, ex vtraque pagina scripta. Erat veluti libellus memorialis circumuolutus, habens vtrãque partem literis exaratam, in quo continebantur scelera, quæ Iudæi admittebãt, & pœnæ, quæ erant pro illis dature. Itaque erat prophetia calamitatum, quibus Iudæi propter eorum maleficia erant miserè opprimendi: erat ibi Hierosolymæ euersio, templi combustio, Hebræorum captiuitas, & eorum incredibiles ærumnæ: quæ omnia Ezechiel erat illis nuntiaturus. Ideò forsasse libellus erat circumuolutus, quia prophetiam rerũ futurarũ cõtinebat: sunt enim futura contingentia hominibus occulta. Solus deus ea cognoscit, & ij, quibus ille ea voluerit reuelare. Poteris per hunc librum sacram scripturã intelligere, quæ inuoluta est, & obscura multis in locis explicatu difficilimis. Sed expandit eam deus eõram propheta: quia etsi sit circũplicata, eam tamen illis aperit deus, quibus vult suorũ mysteriorũ scientiã communicare, hoc est viris pijs, animi submissione insipientia homines superbos & impuros non vult in sua sacraria admittere. Quo fit, vt qui animi impuritate & elatione infecti, & flagitijs contaminati ad diuinã scripturam explanandam arroganter & audacter accedunt, in lectione sæpe incidant, & in erroribus pestiferis facilimas esse, & apertissimas, & eam ob causam non indigere magistro, ideo cõtemnendum esse diuum Hieronymũ, diuum Augustinum, & alios sanctos, diuinarum literarum interpretes. Vt aũt hoc probet, affert locum illũ psalmographi: Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: dicens, in hebraico pro declaratione esse ostiũ siue portam: vt sit sensus: Diuina scriptura in ostio, in introitu, statim cum in eã ingredi cœperis, mentem illustrat. Hæc est eius probatio. Et non videt cæcus, & superbus homo id, quod in eodem psalmo statim sequitur: Et intellectum dat parvulis. Vult enim diuinus ac regius vates significare diuinam legem etiam in principio mentes illuminare eorum, qui ad eam humiliter accedũt, parvuli enim pro humilibus accipiũtur. Horum intellectũ illustrant diuinæ literæ, nõ superborũ, non arrogantiũ, non antiquos patres, & sanctos doctores cõtemnentiũ. Ostiũ diuinæ scripturæ eos illuminat, qui per illud ingrediuntur, ingrediũtur autẽ per illud parvuli, submissi, & humiles, qui se subijciunt, & inclinant, non autem elati, insolentes, arrogãtes: hi enim cùm se nolint ad ostij introitum inclinare, retrorsum cadunt. Præterea non sequitur: Non solùm qui sanctæ scripturæ instium ingrediuntur, lumine quodam illustrãtur, ergo tota scriptura est facilis & perspicua. Vnde hæc consecutio? Et quãuis sequeretur hoc, non tamen tibi intellectum daret ô Luthere, qui inaudita arrogantia omnes contemnis, &, ac si diuina oracula funderes, te solum audiendũ prædicas. Audi diuinũ psaltẽ ita canentem: Declaratio sermonum tuorũ illuminat, & intellectũ dat parvulis. De ijs ait Christus deus noster apud Matthæum: Cõfiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Horũ ait esse regnũ cœlorũ. Nisi enim conuersi humiliemur, & efficiamur vt parvuli, nõ intrabimus in regnum cœlorũ. Aiunt perspectiui hominem in profundo & obscuro antro, siue in imo altissimi putei absq; aqua cõstitutum etiã in luce meridiana videre stellas in cœlo, quas fieri non poterat, vt videret, si esset super antrũ siue puteum collocatus. Sic qui se ob animi submissionẽ subijcit, & ad id humilitatis descendit, vt in profundo specu cognitionis sui ipsius sedeat: aspiciet meridie alta mysteria in cœlo sacræ paginæ instar micantiũ syderũ fulgẽtia, quæ nequaquã intueretur, si esset fastu & superciliõ insignis, & superbia ac insolẽtia elatus. In prouerbijs ait ita Salomon: Vbi fuerit superbia, ibi erit, cõtumelia, vbi autem est humilitas, ibi est sapientia. Vnde ait Chrysosto-

Psal. 118

Matt. 11.

Mat. 19.

Simile.

Prouerb. 11.

mus: inter sapiẽtes sapiẽtior est, qui humilior est. Didymum philosophũ legimus hæc verba Alexãdro Magno dixisse: Paratus est deus ad dandã tibi sapientiã, sed non habes, vbi eã recipias, cùm sis superbia refertus. Quemadmodum arboris ramus, quò est plenior, eò est grauior, quanto plures & vberiores fructus producit, tanto profundiùs se abijcit, sic qui sapientior est, humilior est, quò quisque magis est sapientiæ fructibus onustus, eò magis se deorsum submittit & inclinat. At superbus instar inanis rami se erigit in sublime, nõ animæ vtilitatem quærens, sed vanitatem. Quã ob causam ad diuinã accedens scripturam interitum sibi ipsi machinatur: ea enim est mõs ille, quò si quis accedat in figura hominis, vitam belluæ gerens, lapidibus obruitur, vnde veram sapientiam poterit obtinere, si ad literas sanctas, cum humilitate & reuerentia, & diligenti animi præparatione accederet, inde exitium certum refert, quoniam eas vult ingenio tumente penetrare. De huiusmodi hominibus ait Salomõ in prouerbijs. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Quẽadmodũ si quis vellet in splendidã solis speciem fixè aspicere, obcæcaretur, quia fragilis oculorum acies non potest per se tãtum splẽdorem sustinere, sic qui suo fretus ingenio tẽtauerit in admirabilẽ diuinorũ arcanorũ claritatẽ mentis oculos conijcere, obruetur tãto splẽdore, & obcæcata mentis acie id, quod volebat, nequaquã consequetur: quoniã summi dei mysteria nõ possunt hominũ ingenio superbia elato cõprehendi, alioquin nihil inter Deũ hominemq; distaret, si arcana illius maiestatis æternæ literis diuinis cõsignata cogitatio assequetor humana. Id significabãt ea, quæ in sanctis sanctorũ erãt quõdã tecta & velata. Fidẽs forsasse Paulus ingenio suo, volebat, priusquã Christi fidẽ reciperet, eius mysteria penetrare, sed ea nõ percipiẽs, in magno errore versabatur, cùm incensus odio Christianos affligeret, eosq;, quos ne voce quidẽ vulnerare deberet, ferro trucidare cupiebat. At circũfulsit eũ lux de cœlo, qui cadẽs in terrã nihil videbat, etiã apertis oculis. Qua in re fuit eius dispositio significata. Sed postea cùm se abijceret, cũ animi humilitatẽ amplecteretur, & depositis omnino animi elationẽ accederet ad Ananiam, visum recepit. Et in hac humilitate constitutus aiebat. Ego sum minimus Apostolorũ, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniã persecutus sum Ecclesiã dei. In psalmo, vbi cõmunis editio iuxta translationẽ septuaginta habet: Firmamentũ est dominus timentibus eũ, pro firmamento est in hebraico sod, quæ dictio arcanũ significat. Qua

Exod. 19

Prou. 25

Simile.

Exo. 40

3. Re. 6. & 8.

Act. 9.

1. Cor. 15

Psal. 25.

Universidad de Deusto
Estant
Plúte
Biblioteca

ratione ductus vertit diuus Hieronymus in hunc modum locum illum, Secretū Domini timentibus eum. Quibus verbis promittit Deus, se hominibus pietate & humilitate cōspicuis secreta & arcana aperturū, quæ sanctæ scripturæ monimentis continentur. Hoc est magnū dei beneficiū in homines mōsueros, seque submisse gerēres collatū, quo nihil excellentius, nihil salutarius, nihil iucūdius excogitari potest. Ad huiusmodi homines respicit Deus, dicēs apud Esaiam: Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & cōtritum corde, & tremēte sermones meos? Vbi septuaginta habēt: Super quem intuear nisi super humilē, & quietū, & tremēte sermones meos? Vnde beatissima virgo: Respexit, inquit, humilitatē ancillę suæ. Cūm aūt tu ō Luthere & humilitatē, & dei timorē despicias, & dānes, qui fieri potest, vt tibi diuina scriptura intellectum illustret? Tibi, tibiq; similibus implicata est, & liber inuolutus, qué deus suis expandit. Ait enim diuus Lucas Christum discipulis suis scripturas aperuisse. Ille est, qui iuxta diui Ioā nis sententiā habet clauē Dauidis, qui aperit, & nemo claudit, qui est dignus, qui aperiat librū, qué Esaias assignatū vocat, & Ezechiel librū inuolutū. De quo Christus apud Ioannē, Scrutamini, inquit, scripturas, quia illæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Quibus verbis innuit, non sat esse extū superficiē intueri, & sensum historicū ab aperto orationis argumento nō recedentē intelligere, sed opus esse extū etiam interiores sententias, & sublimes intellectus, atq; altas & profundas diuinarum rerū cognitiones mentis acie perpurgata diligēter perspicere, summaque cura muestigare. Eam ob causam ait Ezechiel esse librum hūc scriptū intus & foris, quia vtrūque habet sensum, & literalem & spiritualem, quem veteres in tres sensus diuiserunt, allegoricum, tropologicum, & anagogicū. Lege totum vetus testamentum, vbique illud de Christo loquens inuenies. Christus est fructus virginis, quem deus promisit esse dæmonis caput contriturum. Ipse est verus Melchisedech Rex & sacerdos, qui panem obtulit, & vinum: idē ipse hostia qui & sacerdos. Ipse est verus Isaac, qui holocaustō destinatus ligna super humerum portauit, baiulans crucem ad Caluariæ montem, de qua dixit Esaias: Principatus eius super humerum eius. Ipse est vetus Ioseph, à fratribus venundatus, & postea mundi saluator appellatus. Ipse est verus Samson ob amorem Dalilæ, hoc est ob Ecclesię dilectionem iniurijs affectus, qui facta magna inimicorū strage occubuit. Ipse est verus Dauid superans Goliā ligno & quinque lapidibus, qui ligno crucis & quinque vulneribus mundū superauit. Ipse est Deus, sortis, pater futuri sæculi, princeps pacis apud Esaiam. Ipse germen iustitiæ apud Ieremiā. Ipse est pastor vnus & princeps apud Ezechielem. Ipse est lapis abscissus, qui factus est mōs magnus, & impleuit vniuersam terrā apud Danielē. Ipse est rex Sionis, iustus, & saluator apud Zachariam: Ipse est dominator Israelis apud Michæam. Ipse est desideratus cunctis gentibus, qui stante secundo templo venturus erat in mundum, & in tēplo illo Hierosolymæ prædicaturus, apud Aggæum. Ipse est doctor iustitiæ apud Ioelē, & sol iustitiæ apud Malachiam. Dies me deficeret, si vellē locos omnes diuinarū literarū recēsere, qui de Christo deo nostro loquuntur. Illud vnū affero totā veteris testamēti summam illius mysteria spirare. Id voluit diuinus psaltes innuere, cūm ipsum Christū in hunc modū loquentem inducit: In capite libri scriptū est de me. Ac si diceret: Tota legis & diuinorū oraculorū summa de me loquitur: in veteri testamento sunt mea mysteria literis ac picturis monimentis cōtestata. Possumus per hūc librū scriptū intus & foris conscientiā intelligere hominis maleficijs imbuti, ex vtraque parte conscriptā. Est enim veluti codex acceptus & expēsi. In quadā pagina sunt scripta quę nobis deus impertiuit, nimirū anima, corpus, memoria, intellectus, volūtas, sensus, pulchritudo, ingeniū, scientia, opes, & dignitates, & omnia deniq; talēta, quæ nobis ad negotiandū tradidit: nā alijs dedit quinq;, alijs duō, alijs vnū, vt ipse apud Matthæū apertissimè testatur. Et apud Lucā, Negotiamini, inquit, dū venio. Ex altera parte referimus in codicem peccata, errores, affectus, facinora, scelera, & execēta maleficia, quæ oia in cōfessiōis sacramēto remittūtur, & de libro cōscientiæ delētur, ne pro illis pœnis æternis cruciemur. Cōstituit de⁹ in Ecclesia sua diuinos quosdā quę stores, ad quos cū rationibus librorū cōscientiæ cōfugerimus, illaſq; errata ostēderimus, vt ipsi nos à peccatis omnibus absolverent. Illis enim dixit deus: Accipite Spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Sed si hos diuinos quæstores, hoc est sacerdotes reliquerimus, & pœnitentiæ Sacramentū contempserim⁹, ad æterna supplicia dānabimur, iuxta mortifera crimina nostræ cōscientię libris exarata. Hi sunt libri, de quibus ait Daniel: Iudicium sedit: & libri aperti sunt. Ac si diceret: Vidimētis oculis Christū mundū iudicaturū, corā quo libri cōscientiarum, in quibus scripta sunt acta nostra, patebūt. Et diuus Ioānes in Apocalypsi, Vidi, inquit, mortuos magnos & pusillos

Esa. 7 *Ier.* 6 & 31 *Ezec.* 37 *Dan.* 2 *Zach.* 8 *Mich.* 4 *Aggæ.* 2 *Ioel.* 3 *Mala.* 4 *Luc.* 10 *Mat.* 28 *Luc.* 22 *Psa.* 39 *Dan.* 7 *Apoc.* 20

stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex ijs, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. In his libris non solùm actiones, & verba, sed etiam cogitationes scribuntur. Et teste diuo Paulo, testimonium reddet illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cùm iudicabit deus occulta hominum. Legamus hunc librum conscientiæ nostræ plenum peccatis, videamus crimina nostra, vt ea lachrymis deleamus, & ab illis in sacramento confessionis absoluamur. Si hoc facere neglexerimus, quid faciemus, cùm libri aperti fuerint, cùm vnicuique nostrum cœlestis ille iudex iustus & seuerus dixerit: Redde rationem villicationis tuæ? Quid illic respondebunt superbi, quid auari? Quid illi, qui turpibus voluptatibus ducuntur? quid illi qui virorum insigniū pietate splendorem extingere voluerūt? quid illi, qui homines innocentes ad excidium & interitum vocarunt? quid illi, qui bellum intulerunt quiescentibus, vt eorum veteres illibatasque diuitias in profundissimam vanitatum suarum voraginem profunderent? Quid denique illic respondebunt scelerati, qui deo contempto huius sęculi amore flagrarunt? Demus igitur operam, vt liber conscientiæ nostræ in diuino conspectu bonorum operum plenus appareat: hoc enim erit gloriosū, & illustre, & amplissimis laudibus decorandū. Et vbi librū conscientiæ perpolierimus, ad intelligēdā mysterio diuinæ scripturæ accedamus, & librū illū, de quo ait Matthæus: Liber generationis Iesu Christi, legamus, in quo, quid nos oporteat facere ad vitam æternam consequendam, inueniemus.

Rom. 2. *Luc.* 16. *Mat.* 1.

Et scriptæ erant in eo lamentationes, & carmē, & væ. Diximus per hunc librum inuolutū intelligi prophetiam calamitatum, quibus Iudæi erāt ob sua impia facinora cōficienda. Acquū enim erat, vt in grumosas incideient, luctus perciperent, suramis doloribus angerentur, qui deo cōtempto se vitijs contaminauerant, quibus obcæcati veluti domesticis flagitijs se inquinauerant, & in lege diuina violanda fraudes impias conceperāt. Ideo liber ille scriptus erat intus & foris, quia in vna pagina erāt lamenta eorum scelera, in altera eorum supplicia. Eā ob causam scriptæ erant in eo lamentationes, elegię, & planctus, quia declarabat, quibus pœnis essent miseri illi homines cruciandi. Hūc existimo esse germanū huius loci intellectū. Sin aūt per hunc librum sacrā intelleximus scripturā, poterit per lamenta, & lugubria carmina, & miserabiles gemitus, exponere comminationes cruciatuum, quibus damnati in inferno iustè torquentur: quorū cruciatuū memoria & cōminatiōe nos vult diuina scriptura terrere, & à vitijs abstrahere. Sin aūt per hūc librū interpretari volueris peccatoris cōsciētiam, non est dubium, quin sit plena causis lamentionum, & materia continui ploratus & gemitus. Huic interpretationi fauet versio septuaginta interpretum, quæ habet: In eo scripta erāt, quæ antè, & quæ retro, hoc est, ea, quę palām facimus, & ea, quæ occultè cōmittimus. Poteris per hunc librum concionem intelligere, quam Ezechiel erat apud Hebræos habiturus. Ideo in fine erant lachrymæ & lamēta. Debent enim concionatores sermones suos ploratu, querelis, suspirijs, & commiserationibus concludere. Ita conciones suas terminauit Ieremias: ita diuinus concionator Christus seruator noster intuens se concionibus suis nō conuertisse Hierosolimam, videns ciuitatem fleuit super illam. Deplorauit Dauid infelicē occasum filij sui Absolonis, qui fuerat ignominiosè interfectus, dicens: Fili mi Absolon, Absolon fili mi, quis mihi daret, vt ego moreter pro te. Deplorauit cœlestis Dauid filium suum populum Iudaicum, dicens: Si cognouisses, & tu. Et pro eo, qui erat & animam & corpus amissurus, vim lachrymarum profudit. Moyses subfocauit precibus suis inimicos populi dei in aquis maris rubri. Christus voluit peccata nostra subfocare in aquis lachrymarum suarum. Ideo non solùm super ciuitatem, sed in cruce pendens pro peccatis nostris cum lachrymis & clamore valido è vita migrauit.

Luc. 19. *Exo.* 14. *Heb.* 5.

Annotationes ex Hebræo in caput secundum.

Fili hominis. In hebraico est: בן אדם ben Adam: hoc est filius Adami. Adam idem est quod homo: & licèt sit commune nomen, eo tamen vocatus est primus noster parens. Cùm enim rebus alijs nomina imponeret, sibi tamē imponere recusauit. Nam ad nomina rebus cōuenientia imponenda oportet earum naturas intelligi: cùm autem Adam in statu innocentiæ haberet earum rerum cognitionem, quæ naturaliter poterant cognosci, facilè fuit nomina illis imponere: sibi autem nomen proprium nō sumpsit, quia nō erat ei decere, habere sui ipsius cognitionem. Vnde intelliges, quā sublimis philosophia sit ipsum cognoscere. Quemadmodum homo dicitur ab humo, ita Adam ab adamah, quæ dictio idem est quod

Genes. 2

Universidad de Deusto
Estan
Plate
Biblioteca

homus siue terra. Ea vtitur diuina scriptura capite vicesimo primo Deuteronomij, pro qua noster interpres terrā vertit, dicens: Quando inuentum fuerit in terra. Ex quo effectum est, vt apud Hebræos filius Adam, seu filius hominis accipiatur pro homine abiecto & obscuro, quē Latini vocant filiū terræ. Contrà verò virū clarū & nobilem, & in hominū celebritate versatū appellāt Hebræi filium virtutis: appellatur autem vir איש vt primo Regum capite 26. Nunquid non vir tu es? Ac si dicat: Nonne tu clarus es, & illustris? Et capite 15. Exodi, quod nos habemus: Dominus quasi vir pugnator, potest verti ex hebræo: Dominus vir belli: hoc est magnus & strenuus in bello. In psalmo, vbi communis editio habet: Quisque terrigenæ, & filij hominum, habet versio Complutensis ex hebræo desumpta: Tam filij Adam, quàm sibi viri: hoc est, tam abiecti homines, & obscuro loco nati, quàm nobiles, & celebritate generis illustres. Verbi etiam illa psalmographi: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in statera: possunt in hunc modum transferri: Tam hommes ignobiles, & infimo loco orti, quàm magnates, & nobilis generis laude celebrati, sunt vani & mendaces, quandiu non sunt diuini spiritus afflatu perfusi. Eam ob causam deus Ezechielem vocat filium hominis, vt suam fragilitatem agnoscens, non se ob dei familiaritatem & fauorem extollat, & insolentem efficiat. Quam re monentur principes, vt quos diuitijs aut honoribus cumulauerint, ita eos gratia & fauore prosequantur, vt eos tamen coerceant, ne illos sināt efferri superbia, & alios contemnere, atque humanæ societatis iura violare.

Deut. 21

1. Re. 26

Exo. 15.

Psal. 48

Psal. 61.

Ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Septuaginta habent: Venit ad me spiritus, & assumpsit me, & eleuauit me, & statuit me super pedes meos. Aduerte: Deiecerat deus Ezechielem, eum filium hominis appellans, sed ita eum deiecat, vt eleuaret. Contrà verò mundus eleuat, vt dejiciat. Deus insignes pietate viros per varios pleruncque casus, magnasque calamitatum procellas ad vitam ducit beatam & immortalem, eos à fastigio & amplitudine gloriæ mundi ad imam vsque abiectionē dejiciens, vt eos inde ad æternam gloriam extollat. At mundus homines vitijs contaminatos effert in sublime, vt illos inde ad æternas pœnas, quæ eorum scelera sequūtur, præcipitet. Qui sapiens est, rebus mundi secundis nō fidit: non tumet, nō turgescit, sed semper eius animus superbia vacat. Quemadmodum volens vt parua ignis flamma eleuetur, & in altū feratur, eā flabelli impetu, & veloci vētilatiōe deprimat, sic deus nos deprimit, vt extollat. & ejicit deorsum, vt erigat ad excelsum. Contrà vt luctator eū, qui secū in palæstra cōtēdit, amplectēs, ferat in sublime, vteū inde prosternat in terrā, sic mundus ideo nos extollit, vt præcipitet, vt ex vertice falsæ & fluxæ gloriæ ruamus ad profundum veræ & perpetuæ ignominiæ. Id intelligens diuus martyr Cyprianus in epistola ad Donatum hæc verba scripta reliquit: Arridet, vt fallat, blanditur vt fallat, illicit, vt occidat, extollit, vt deprimat. Fœnore quodam nocendi quàm fuerit amplior summa dignitatis & honorum, tam maior exigitur & vsura pœnarum. Vna igitur placida & fida tranquillitas, vna solida, & firma, & perpetua securitas, si quis ab ijs inquietantis seculi turbinibus extractus, salutaris portus statione fundatus ad cœlum oculos tollit à terris, & ad domini munus admissus, ac deo suo mente iā proximus, quicquid apud cæteros in rebus humanis sublime ac magnum videtur, intra suam conscientiā iacere gloriatur. Hæc ille.

Patres eorum præuaricati sunt pactum meum. In hebraico est: Ipsi & patres eorū præuaricati sunt. Ita est in versione Pagnini, & ita habēt septuaginta. Est etiam hæc particula, ipsi, in nonnullis biblijs correctis ad marginem adiecta.

Quoniam increduli & subuersores tecum sunt. Pro incredulis est in hebræo: מרדים rarauim, pro quo Pagninus vertit rebelles. Septuaginta totam hanc orationem ita verterūt: Quia insanient, & congregabuntur contra te in circuitu. Pro incredulis habent illi: παροξυνθησονται, hoc est, īsanient. à verbo παροξυνω quod est insanire. Intellexerunt sapientes viri incredulos omnes, & impios furere, & insanos esse. Quæ maior potest esse insania, quàm velle pro fluxis voluptatibus gaudia amittere æterna, & cœlum pro inferno commutare? Cōtra verò quæ maior potest esse sapiētia, quàm imperare cupiditatibus, refrænare libidines, contēnere voluptates, tenere iracundiam, coercere auaritiā, cæteras animi labes repellere, & tandē gloriā immortalem cōparare? Cùm aūt hæc impij non curent, insani quidē sunt. Quēadmodū furiosi & demētes sibi ipsis manus injciūt, sic impij & scelerati vulnera sibi insigūt insanabilia. Ideo ait Ecclesiastic⁹: Quasi rōphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius nō est sanitas. Imō seipsos interficiūt, nī, vt est in libro Sapientiæ literis mādatū, homo per malitiā occidit animam suam. Quæ potest esse maior insania, quàm tuere in interitum volun-

Ecclesi. 21

Sap. 1

tarium? Volens Iob impiorum offendere ignorantiam, effecque omnes illos etiam in rebus apertis sapientia destitutos ait: Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Cùm timor dei, vt ait Dauid in psalmo, & filius eius in proverbijs, sit sapientiæ principium, homines autem sceleribus imbuti sint à timore domini alienati, apertè concluditur, eos non solum sapientia carere, sed ne eius quidem habere principiū. Verba illa Psalmographi: Dixi insipiens, nolite iniquè agere, vera possunt ex Hebræo: Dixi dementibus: nolite insanire, vel, vt ea transtulit Pagninus: Dixi insanis, ne insanitis. Idem verbum & improbum significat & insanum, quoniam omnes improbi insani sunt. Eos inferno cruciatus inducit liber Sapientiæ in hunc modum loquentes: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Et paulò post: Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Vbi aspicis apertissimè impios omnes insensatos appellari. Idintuēt diuus Paulus in epistola ad Romanos ait: Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt. Vnde rectè ait Augustinus peccata esse animum tenebras: & Chrysostomus omnē malitiam appellat cæcam: & Gregorius mentē malignitate captam cæteris esse stultiorem asseueranter affirmat. Lactantius Firmianus, Omnis, inquit, sapiētia hominis in hoc vno est, vt Deum cognoscat & colat. Socrates idem inquit esse sapientiam & virtutem, intelligens esse veram sapientiam cum virtute copulatam. Et quoniam vitiebat mortales flagitijs contaminatos, asseruit nullam esse inter illos sapientiam. Eam ob causam fortasse veteres Socratis Mineruam, quam deam scientiæ fingebant, virginem esse dixerunt, vt veram scientiam à nullo homine esse cognitam significarent. Nam gentes illæ ob infidelitatis cæcitatem veritatem non assequebantur. Nam cùm veram sapientiam nemo possit obtinere, nisi fuerit diuino lumine illustratus, illud autem absque fide nemo adipiscatur, apertè ostenditur, nullum eorum, qui sunt à fide alieni, esse verum sapientem, quin potius stultum esse, densisque tenebris circūfusum. Fons sapientiæ, inquit Ecclesiasticus, verbum Dei in excelsis. Cùm autem gentes absque fide nescierint verbum Dei, quis non videt eas ex fonte sapientiæ non bibisse? Est igitur perspicuum septem illos, quos Græcia iactat se habuisse, sapientes nomen hoc iniusto titulo possedisse. Alcinous in libro de doctrina Platonis ait philosophiam esse solutionem animæ à corpore, & conversionem quandam ad ea, quæ vera sunt, atq; diuina. Vbi vides philosophiam potius esse in virtute sitam, quàm in cognitione, & sapientes omnes, qui vera sapientia sunt præditi, esse ad Deum conuersos, improbos autem omnes amentes esse, atque in caligine tenebrisq; versatos. Id quodam modo intelligens Pleusippus Platonicus in libro definitionum, Philosophia est, inquit, desiderium sapientiæ, cōtemplatio veritatis, vt veritas est, cum animæ iuxta rectam rationem. Et Philo Platonicus in libro de vita contemplatiua philosophiam ait auocare hominem à rebus caducis ad cælestes, ita vt præ desiderio immortalis beatæque vitæ quasi iam hac mortali vita defunctus humana relinquat. Illud est præterea annotandum pro subuersoribus esse in Hebraico: וכלמים vesallonim, quæ dictio spinā etiam significat, vt apud eūdem Ezechielem. 28. Et non erit vltrà domui Israel spina dolorem inferens. Sunt enim improbi spinæ, quibus viri boni pungūtur. Ideo vertit Pagninus: Et spinæ tecum sunt.

Iob. 5.
Psa. 110
Prou. 1.

Psal. 74

Sap. 5.

Rom. 1.

ARGVMENTVM CAPITIS III.

Dixit in fine capitis superioris fuisse ad se librum diuinitus missum, & coram se apertum. Nunc ostendit fuisse intelligentiis illius velut admirabilibus dapibus refectum & receptum. & acceptā à sanctissimo numine animi magnitudine & constantia, atque tolerantia rerum humanarum, missum fuisse ad Hebræos in Babylonica captiuitate detentos: & postea à cœtu hominum frequentiaque tanquam in portum se in solitudinem recepisse, vbi Deum audiuit sibi loquentem, & futura nuntiantem.

CAPVT III.

ET dixit ad me: Fili hominis: quodcunq; inueneris, comede, comede volumen istud: & vadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua cōplebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

EXPLANATIO.

ET dixit ad me. Subauditur deus, qui illi librum porrigebat.

Quodcunq; inueneris, comede: comede volumen istud. Hoc est, intellige omnia, quæ sunt in libro hoc conscripta. Vnus erat liber, & tamē ait: Quodcunq; inueneris, comede: quia nullus erant in eo literis contestata. Da, inquit, operam, vt ea animo percipias, & memoriæ mandes, atque illis mentem veluti cibis suavissimis pascas & oblectes. Nullum est alimentum dulcius verbo dei. Id intelligēs diuinus psaltes canebat: Quām dulcia faucibus meis eloquia tua supet mel ori meo! Et alibi: Iudicia domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum, & lapidē pretiosum multū, & dulciora super mel & fauū. Hic est fauus qui ex ore leonis mortui exiuit, de quo dicitur in libro Iudicum: Examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. Et paulò post: De forti egressa est dulcedo. Leo fortis Christus est, de quo ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Vicit leo de tribu Iuda: morte enim sua mortem superauit. De huius diuini leonis ore verba cælestia fauis dulciora prodierūt. Nulla est esca suauior illis, nulla dulcior ambrosia. Verba Dei recreant animos, inanes solicitudines pellunt, cupiditates sedant, detrahunt noxios timores, mentes alunt ad æternitatem, & vitæ tranquillitatem largiuntur. Nulla possessio, nulla vis auri & argenti, nulla marmorea tecta ebore & auro fulgētia, nulla syluarum amœnitates, nullæ suppellectilium deliciæ, nullæ epularum delectationes sunt cum voluptatibus diuinorum verborum vllo modo conferendæ. At hoc non intelligūt homines impij, qui scelere & maleficio pascuntur, & impuris mūdi voluptatibus oblectantur. Nam vt sensus obægrotationem aliquam depravatus & corruptus dulcem fauum iudicat amarum, sic animus pestiferis opinionibus corruptus suauia dei verba contemnit, & insuauia existimat. Vt sues rosas proijciunt, & lutum quærunt, perdices & bellaria respuunt, & glandibus agrestibus atque immunditijs auidissimè pascuntur: sic amentes hominum verborum Dei gustum non habent, & ad mundi opes incertas, & in casu sitas aspirant, eiusq; fallis voluptatibus, & pestilentibus illecebris deliniūtur. Diuinus noster vates pascitur verbo Dei, & sub figura libri comesti reficitur spiritu diuino, & dono prophetiæ, & postea ex Dei iussu proficiscitur ad filios Israelis. Debet enim concionator verba dei prius intelligere, & gustare, & animo repetere, quām ea referat, & auditoribus gustanda proponat. Illud est hoc loco aduertendū, nō dixisse Deū: Fili hominis comede aliquid ex hoc libro, sed quodcunq; inueneris, comede: nihil est diuinis literis mandatū, quod non sit animis nostris vtilissimum. Quæcūque scripta sunt, inquit apostolus, ad nostrā doctrinā scripta sunt. Et alibi: Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. In libris humanis possunt errores inueniri, etiam si eorum authores sint scientia exculti, & admirabili quadam doctrina præclari. Vt enim agro fertili inter medicinales herbas oriuntur etiam aliquæ venenosæ, sic hominum ingenia inter salutaria monita producunt interdum humanos errores. Gentium philosophi etsi contemptis omnibus & publicis & priuatis actionibus se ad inquirendæ veritatis studium contulerunt, inanes tamen cogitationes suas, & innumeras pēnè vanitates literis mandarunt. Omnis enim homo, vt ait Psalmographus, mendax est. Quid dicam de inutilibus poetarum figmētis? Mira canunt, sed non credenda poetæ. Si aliquid boni afferunt aliquando, illud mille conspergunt mendacijs. At sacra scriptura tota est vera, tota legenda, tota inquirenda, tota deuorāda. Vt qui eruunt metalla, ne minima quidem frustula cōtemnunt, verūm si venam aliquam auream inueniunt, meatus omnes ac curatē circunspiciunt, & terram simul eruunt cum auro, & diligenter obseruant, sic nos in sacra scriptura agere debemus. Nihil prætereamus, ne vnum quidem verbum diuinarum literarum contemnamus, imò multò auidius & diligentius huic thesauro inquirendo operam demus, & totum eruere conemur: non enim est ibi terra auro commista: totum est aurum purissimum omnibus gradibus probatissimū: imò, vt ait regius vates, super millia auri & argenti. In diuina scriptura, quoniam eius author Deus est, qui nec falli, nec fallere potest, quicquid scribitur, est veritas, quicquid docetur, virtus, quicquid promittitur post mortem est immortalitas, & felicitas æterna. Verbum Dei illuminat, & in viam dirigit cælorum, ait enim diuinus psaltes: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Quam ob causam Dei amatores illud audire percupiunt. Vnde ait Christus Deus noster: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Et apud Lucam: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illas, & in mundo tam parui æstimatas? Si magni facimus vestes sanctorum, si vel frustula indumenti eorum veneramur, & merito quidem, quia eorum corpora tetigerunt, quāto plures æstimare debemus Christi verba

Psa. 118 *Psal. 18.* *Iudic. 14* *Apoc. 5.* *Similitudo.* *Similitudo.* *Psa. 118* *Psal. 118* *Psa. 118* *Iean. 8.* *Luc. 11.*

quæ ab eius corde per eius os sanctissimum dimanarunt, einsque linguā & labia tetigerūt? Omnia sunt diuina, sanctitatis plena, mysteria cœlestia spirantia. Moyses incœpit librū suum à generatione creaturarum, diuus verò Matthæus à generatione creatoris, dicens: Liber generationis Iesu Christi. Et licet tota sacra scriptura vnus dicatur liber, est tamen in particulares libros distincta, inter quos illi sunt excellentiores, qui nouo testamento cōtinentur, quorum primus est euangelium Matthæi, quod ipse appellauit librū generationis Iesu Christi. Hoc est chronicum Christi, hoc est eius testamentum. Quis filius non legit patris sui testamentū? Quis est qui audire nostamentum est diuinæ sapientiæ, & cœlestiū diuitiarum thesaurus inexhaustus. In Genesi scriptum est creasse deum cœlum, stellas, & alias creaturas, in euāgelio autem constituisse alteram nouam lucem, nimirum ecclesiā, alios nouos cœlos, nimirū apostolos, alios sacerdotes, alios pontifices, aliam legem, aliā vitam. Quod intuens Esaias inducit Christum in hunc modum loquentem. Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouā. In mūdi creatione dedit deus hominibus esse naturale, in mūdi redēptione esse supernaturale, ibi esse naturæ humanæ, hic esse gratiæ, quæ est participatio naturæ diuinæ. Sed vtrunque testamentū vnus liber est, vna sacra scriptura, vnum diuinorū arcanorum reconditorium, vnus cœlestis cibus ex admirabilibus dapibus cōfectus. Ideo præcepit Deus Ezechieli, vt quicquid inueniret, comederet, totumque librum deuoraret. Id quod Deus diuo etiam Ioanni præcepit, vt ipse in Apocalypsi testatur.

Aperuit os meum. Hoc est, animum appuli ad diuinam scripturam intelligendam, meque ad librum deuorandum præparaui. Non ait: aperuit, sed aperui ad arbitrij libertatem ostēdam. Dicitur tamen Deus aperire os nostrum, quia est prima causa, omnes tam naturales, quām voluntarias causas absque dubio mouens: & ab eo tanquā à fonte bonū omne procedit: quam ob causam ait diuus Iacobus apostolus: omne datū optimū, & omne donū perfectum desursum esse descendens à patre luminū. Ideo ait psalmographus: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. & Ecclesiasticus: In medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit illum spiritu sapientiæ & intellectus.

Venter tuus comedet, & viscera tua implebuntur volumine isto. Id est, accipe, & serua verba mea, & donum prophetiæ. Non solū hæc ore comedes, sed etiam in stomacho retinebismō solùm verba mea intelliges, sed ea scrutaberis, in animo versabis, in stomacho intellectus coquēda & digerenda seruabit. Quēadmodum nihil prodest plantam inserere, si priusquā fructum ferat turbine aut procella euellatur, sic parum nobis vtilitatis afferet verbum dei auditum, & in animo insertum & plantatum, si priusquam fructum producat, fuerit tentationis vento cōuulsum. Beatus vir, inquit regius vates, cuius volūtas est in lege domini, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Nō ait eū esse felicē, qui dei verbū legerit, aut audierit, sed, qui illud in animo versauerit, & in stomacho intellectus concoxerit, illique studiosè obtēperauerit, in eiusq; meditatione dies ac noctes consumpserit. Eam ob causam ait Deus: Venter tuus comedet, pro quo Ionathas habet: Anima tua saturabitur. Et adiecit statim: Et viscera tua complebuntur volumine isto. nam multi comedunt verbum dei, sed vacui manent: multi illud sumūt, quorum viscera, hoc est, interiora animi non repleantur, quia illius statim obliuiscuntur, aut illud nō ad vtilitatē, sed ad curiositatem quærunt: nec ea obseruāt, quæ obseruanda animo percipiunt. Id obijciebat Deus ingratis Iudæis per Aggæū prophetam dicens: Seminastis multum, & intulistis parū: comedistis, & nō estis saturati. Illi multū comedunt, sed minimè reficiuntur, qui multa legunt, & audiunt, sed male viuunt, se vsque adeò vitijs contaminantes, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet studium.

Et comedi illud. Hoc est, videbar mihi imaginaria visione me ipsum librum comedere.

Vade ad domum Israel. Priùs comedit librū, & postea iussus est alios docere. Prius se debet alimento spirituali reficere, qui alios reficiēdos gerit. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorū. Sed dices: Si Ezechiel erat in medio captiuorū Hebræorū, vt fuit capite primo ostensum, quomodo nūc iubetur ad eos ire? Huius quæstionis facilis est responsio: nam licet esset in Chaldæa cum captiuis Hebræis, ab illis tamen se abducebat, quia sceleratorum offendebatur aspectu, & quietem solitariam diligebat, vt se posset tranquillius dedere contemplationi, & ad deum suum pias preces liberiùs profundere.

Et loquere verba mea. Non tuā. Qui enim non dei verba, sed sua proferebant, ijs verbis à Ieremia reprehenduntur. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini.

Non enim ad populum profundi sermo-

Gene. 1. *Matt. 1.* *Rom. 15. 2. Tim. 3* *Similitudo.* *Psa. 118* *Apoc. 10* *Iacob. 1.* *Gal. 50.* *Eccle. 15* *Psal. 1.* *Matt. 5.* *Iere. 23.*

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israel: nec ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteretis, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum: vt adamantē, & vt silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos, nec metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade, ingredere ad transmigrationē, ad filios populi mei, & loqueris ad eos, & dices. Hæc dicit dominus deus, si forte audiant, & quiescant. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem cōmotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco suo, & vocem alarum animalium, percutientium alteram ad alteram, & vocē rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et veni ad trālimigrationem ad acervum nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxta fluuiū Chobar: & sedi, vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. Cùm autē pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, nec locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

Ezech.3.

B

C

D

Inf.33.

Non enim ad populum profundi sermonis. Non te mitto, inquit deus, ad viros eloquentiæ proficiscēris ad Græcos, qui semper incredibili dicendi studio flagrauerunt, sed ad Hebræos, qui nulla vnquam fuere illustri laude eloquentiæ celebrati.

Ad domum Israel. Non te mitto ad ignotos, sed ad fratres tuos, ad familiares tuos, ad filios Israelis, quos semper implicatos consuetudine habuisti.

Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Qui euangelicas conciones contemnunt, & audire nolunt, deum non audiunt, nec illi parere desiderant. His verbis consolatur deus Ezechielem, ac si diceret: Ne miteris esse hominem, qui te non audiant, cùm nec me velint audire. Samuelem similiter à Iudæis è principatu eiectum volens deus mœrore leuare, ita allocutus est. Non te abiecerunt, sed me: sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic faciunt & tibi. Et apud Lucam discipulis suis ait: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, Intuere, & mentis oculis aspice infinitam dei pietatem: & vt verbis vtar diui Pauli, diuitiar bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis considera. Negligebatur à Iudæis eum audire nolentibus, & tamen eos expectabat, & ad pœnitentiam adducebat. Dicebat Ezechieli: Nolunt te audire, quia nec me audire volunt, & tamen eum ad illos mittebat. O summam dei benignitatem, & immensam misericordiā! Contra verò cogita, & memoria repete insolentiam nostrā. Volumus vt omnes attentissimis animis, summaque cum benignitate nos audiant: sin autē nos contemni sentimus, statim excandescimus, munus concionandi relinquimus, stomachamur, mœrore laceramur, & conficimur, virus acerbitatis in alios euomentes, eosque ad iracundiam prouocantes. Quemadmodū qui proceram cupressum, sterilem & funestam arborem secare contendit, vt aliæ plantæ fructiferæ crescant, quæ ob eius noxiam vmbrā cōprimuntur, non desperat, tametsi eam nec primo ictu, nec secundo excidat, sed sensim percutit securi, donec eam proiiciat in terram, sic concionator etsi nullam suæ concionis vtilitatem videat, non tamen adhibere debet in consilium suarum cogitationum desperationem: concionetur iterum, atque iterum, vt securi diuini verbi, instrumento illo vitia secandi, arborem infructuosam depravatæ consuetudinis excidat, quo possint nouæ virtutum plantæ pullulare. Non est hoc loco silentio prætereunda Iudæorū durities, & obstinatio:

1.Reg.16.

Luc.10.

Similia.

Exod.20 Deum qui eos à Pharaone mirabiliter eripuerat, qui eis legem suam tradiderat, qui eos ad summam dignitatem euexerat, audire nolebant: & Niniuitæ, in quos hæc beneficia non contulerat, eius prophetam Ionam receperūt, Ion.3. illi aures præbuerunt, eiusque dictis obtemperarunt. De gentibus in cōmuni ait per Dauidem Deus: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, auditu auris obediuit mihi. Et de Iudæis subdit statim: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Ideo subdit hoc loco Deus: Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Eodem modo capite secūdo: Filij eorū dura facie & indomabili corde.

Psal.17.

Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorū. Hoc est, dedi tibi magnam fortitudinē & firmitudinem. Maior est cōstantia tua in bono, quàm eorum pertinacia in malo. De ipso aiebat Esaias: Posui faciem meam vt petram durissimam.

Vt adamantem. Adamas est pretiosissimus lapis, cuius duritia inenarrabilis est. Sunt autem adamantum quatuor genera, nempe Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Sed inter omnes Indicus tenet principatum, est enim indomabilis & durissimus, victor ignis, nūquam incalescēs. Hic dissidet cū magnete lapide, tantaque illi vis est, vt iuxta magnetem positus ferrum ab eo abstrahi non sinat, aut abstractum ad se rapiat. Eodem modo vir sapientiæ & iustitiæ insignis, firmus est & constans, victor ignis calamitatum, nulla flammarum dolorum vi ita incalescens, vt comburatur, & constantiam amittat. Tantumq; est illi cum mundo dissidium, vt in mundo collocatus non patiatur ab eo homines abduci & attrahi, sin autem mundus instar magnetis eos ad se rapiat, dat operam, vt cōsiliis, monitis, vitæ, & exemplo eos ad se adducat, & itahat ad verum decus. Et quemadmodum adamas venena facit irrita, & lymphationes, vanosque metus abigit & expellit, sic ille ostendit hominibus vitiorū venena, vt ea detestentur, hortans illos vt inanes timores, vanasque solicitudines depellant, & animi quietem & securitatem studeant adipisci. Hæc quæ de adamantibus diximus, sunt ex Plinio deprompta libro 37. cap. 4. quē sequitur Gaudētius Merula libro 4. suorum memorabilium. Has ob qualitates & admirabilem fortitudinem cōparat Deus Ezechielem cū adamante, quo nihil est firmius, nihil diuturnius, & permanentius. Aspice, quàm admirabilis & firmus adamas erat tegmus ille vates, qui nullis dolorū, nullis calamitatū ictibus frāgebatur, quin potius periculis expositus, ad flammā & ferrū vocatus, & in summum capitis discrimen accersitus aiebat: Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Accipi animam pro vita est in literis diuinis frequentissimum. Afferre animam in manibus iuxta morem Hebrææ linguæ est vitam omnibus periculis expositam habere: quod enim manu portamus, facilè amittimus. Hinc illud in libro Iudicum: Posui animam meam in manu mea. Quibus verbis explicat Ieptus se fuisse in summo vitæ periculo cōstitutum: nam locum illum ita vertit Ionathas Chaldæus: In periculo fuit anima mea. Eodem modo Iob calamitatum fluctibus iactatus, & periculis vndiq; cinctus aiebat: Quare lacero carnes meas dentibus meis, & porto animam meam in manibus meis? Fundens Ionathas filius Saulis preces ad patrē pro Dauide aiebat: Posuit animam suam in manu sua. Ac si diceret: Propter te se mortis periculo exposuit, & in dimicationes terribiles obiecit. Hoc hebraismo vtitur etiam diuina scriptura libro primo Regum capite vicesimo octauo, Est igitur sensus carminis Dauidici: Sum periculis expositus, & calamitatibus septus, & tamen legem tuam ô domine nō sum oblitus. Semper tibi parebo, semper te amore complectar, legem tuā à memoria mea nulla vnquā delebit oblivio, etiam si verser in gemitu & luctu, & magno vitæ discrimine. Quæ memoria, quæ vis ingenij, quæ magnitudo obseruātiæ tuis in me beneficijs respondere poterit? Quare nihil est, nec erit, quod meā voluntate tua possit vnquam auertere. Id de se, sibiq; similibus asserebat diuinus ille Paulus, dicens in epistola ad Romanos: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum, quòd nec mors, nec vita, nec vlla creatura nos poterit separare à charitate Dei. Vide diuini apostoli exaggerationem, orationis ornatum, & vehementem charitatis ardorem, & intuere cælestis adamantis firmitudinem. Appellatur figura hæc à rhetoribus auxesis Græcè, quam Latini augmentum vocant. Eligit potius apostolus charitatem per omnes labores & calamitates transeuntem, quàm omnia mūdi bona absque charitate. Hunc feruentem amorem igne aurum probatum appellat Deus in Apocalypsi Ioannis aurum ignitum: quo ille munitur, qui adamas merito appellatur. Quomodo autem vir iustus appelletur adamas in manu Dei, ostēdimus primo capite, verba illa explanantes: Cùm essem in medio captiuorum.

Psal.118

Iudi.12.

1.Reg.19.

1.Reg.28

Apoc.3.

Et vt silicem. Tota hæc oratio ita vertit po-

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

test: Sicut adamãtem silice duriorem reddidi frontem tuam, ideo eos non timebit.

Omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo. Non sat est sermones Dei audire, sed opus est illos in corde custodire, & iuxta illos operari. Colligere hinc cor nostrum libru esse, de quo capite secundo diximus, verba illa explanantes: liber immolatus. In Deuteronomio ait Deus per Moysen: Erunt verba mea in corde tuo, narrabis ea filijs tuis: erũt, quasi signum in manu tua. Per manus opera intelligimus: eam ob causam per doctrinã Dei veluti gemã in manu, voluit Deus significare debere nos actiones nostras iuxta legẽ suã dirigere, ab eaq; nullo modo discrepare. Id innuit Christus, quando apud Matthæum euangelicã doctrinã cũ margarita & lapide pretioso, qui in manu gestatur, comparauit. Præterea ponere aliquid vt signum in manu, est illud memoriæ mandare: cum enim quis vult recordari alicuius rei, ligat prosigno illum in manu: ita illud Exodi intelligitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi monimentũ ante oculos tuos. Debet igitur verbũ Dei esse in manibus nostris, vt illius nũquam obliuiscamur. Sed non erit in manu, nisi sit prius in corde. Ideo priusquam Deus dicat: Erunt verba mea in manu tua, ait: Erũt in corde tuo. Qui voluerit non incidere in peccata, sermonem Dei in corde assumat. Id voluit ijs verbis diuinus vates ostẽdere: in corde meo abscondi eloquia tua, vt non pecce tibi. Tanto amore diuina verba prosequebatur, vt ea veluti pretiosissimum thesaurum, & excellẽtissima monilia in intima animæ arcula reconderet. Et Salomõ in Proucrbijs de diuina doctrina loquens, Liga, inquit, eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo: cũ ambulaueris, gradiatur tecum. Quemadmodum in arca testamenti erat diuina lex, & manna, vt literæ diuinæ multis in locis memoriæ prodiderunt, sic in anima, vbi verbum Dei cum floruit, est etiam Christus per gratiam, manna illud absconditum & diuinum, de quo dixit Isaias: Vere tu es Deus absconditus. Et idem Christus apud Ioannem: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descẽdit. In anima hoc diuino cibo refecta est lex Dei scripta, nõ atramẽto, vt verbis vtar diui Pauli, sed spiritu dei viui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Eos qui legem Dei in animo habent expressam, ait diuus Paulus, ostendere opus legis scriptum in cordibus suis: He Deo parẽt, eumq; amore amplectũtur. Vnde ait apud Ioannem ipsa veritas: Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit. Et apud Lucã: Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud.

Deut. 6.
Mat. 13.
Exod. 13
Psa. 118
Prou. 6.
Exod. 16
Exod. 15
2. Par. 5
Hebr. 9.
Esa. 45.
Ioan. 6.
2. Cor. 5.
Rom. 2.
Ioan. 14
Luc. 11.

Nam, vt ait in epistola ad Romanos diuus Paulus: nõ auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et Iacobus apostolus in canonica sua: Estote factores verbi, non auditores tantũm, fallentes vos metipsos. Vt ille, qui vult in hostes irruere, & impetum facere, aut se ab illis protegere, indiget gladio, quo manu apprehenso eos percutiat, vt possit de illis victoriã reportare, sic qui voluerit, de mundo, carne, & demone triumphare, hostibus animæ acerrimis, debet in manibus, hoc est in operibus, verbum Dei gestare. Est enim verbum Dei gladius diuinus, de quo ait diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei: Et diuus Ioannes in Apocalypsi ait de Christi ore gladiũ processisse. Cũm Iacobus patriarcha ad exitũ vitæ vocaretur, dixit Ioseph filio suo: Do tibi partẽ vnã extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nullibi in diuinis literis scriptum legimus Iacobum intulisse bellũ Amorrhæo, nec cum eo pugnasse. Quis est igitur gladius hic dicitur, quem aduersus illũ vibrauit, & quo illum percussit, nisi verbũ Dei? Amorrhæus, qui sonat rebellem, diabolus est, qui aduersus creatorem rebellauit. Hunc vicit Iacobus patriarcha insignis, nõ modo domi clarus, sed foris etiã admirandus, qui moriens extrema verba ad laudem & memoriam diuinorum verborum reseruabat, & interruptis ac morientibus vocibus, quæ ventura erant tempore Messiæ, diuinitus prædicebat, Arma illa fortia, quibus dæmonem superauit, non ferrea erant, sed spiritualia, hoc est, diuina verba in eius anima sculpta, & manibus, id est, operibus vibrata. His armis munitus vicit hostem, de quo liberauit animam suam, quã moriens filio suo Iosepho singulari quodam modo commendabat. His armis debemus indui, & hoc existimare nobile & illustre. Hæc debet esse nostra voluptas & gloria, diuinam legem seruare. Id animo percipiens diuinus psaltes cecinebat: Portio mea domine, dixi, custodire legem tuã. Ac si diceret: Dixi, & mecum statui, meæ opes esse legẽ tuam custodire, ac totam meam hæreditatem, totum patrimonium, omnes denique diuitias meas in legis tuæ obseruatione consistere. Nihil mihi magis est in optatis, quam verbo tua custodire, & animo seruare, non eos sequens, qui religionis simulatione ea ore iactant, cum ab illorum amore animam habeant abhorrentem. Eam ob causam præcepit hoc loco Deus Ezechieli nostro, vt omnes sermones suos assumeret in corde suo.

Rom. 2.
Iacob. 1.
Simile.
Ephes. 6.
Apoc. 19.
Gen. 48.
Psal. 118

Ad filios populi sui. Non mei. Eodem modo dixe-

Exod. 32. rat Moysi: Vade: populus tuus peccauit, quem eduxisti ex Aegypto.

Et assumpsit me spiritus. Id est, raptus sum in spiritu.

Audiui post me vocem commotionis magnæ. Voluit Deus magna hac vocis commotione promissionẽ suam confirmare: promiserat enim Ezechieli datum illi magnam animi fortitudinem & constantiam. Eodem modo voluerat Deus apostolos suos implere gratia, cõque admirabili animi fortitudine, & inexpugnabili constantia munire, quemadmodum illis promiserat, illud voce commotionis magnæ significauit. Factus est, inquit in Actis diuus Lucas, repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & replevit totam domum vbi erant sedentes. Explicans autem Ezechiel, qua esset hæc vox, ait: Benedicta gloria domini de loco suo. Ac si dicat: Hoc audiui, magnum: Benedicta gloria domini de loco suo. Hæc erat vox, quæ sonabat. Et quoniam primo capite explicuimus, per hanc animalium visionem Christũ significari, qui erat in mundum venturus, ideo illa apparente, vox auditur magnæ commotionis, significans admirabilem esse Christi aduentum, magnãq; habere vim & potestatem. Ideo ait hæc vox: Benedicta gloria domini de loco suo. Ac si dicat: Hic est filius dei vnigenitus, hic est gloria patris, hic est benedictus, qui venit in nomine domini de cœlo, qui descendet de loco sancto suo. Filius sapiens, inquit Salomõ, lætificat patrẽ. Quare nõ est mirum, filium vocari gloriã patris. Ipsius enim cum gloria domini appellat, nam cum prædixisset, eum assumpta humanitate se mundo visibilem præbiturum, has voces emisit: Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum est. Et Malachias, Ecce, inquit, egredietur de loco suo, & descendet: Locus autem eius, ex quo descendet, cœlum est, vbi est eius sedes, iuxta id, quod ipse ait per Esaiam: Cœlum sedes mea est. Et iuxta diui Ioannis sententiam locus Christi sunt est patris, quem locum diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum lucem inaccessibilem appellat. At filij Dei descensus non est intelligendus secundum motum localem, nam Deus vt Deus est, non mutatur, qui ait per Malachiam: Ego dominus, & non mutor. Et per Ieremiam: Cœlũ & terrã ego impleo. Sed dicitur descendere, quia seipsum exinanit, formam serui accipiens, cum esset deus. Non igitur cœlum descruit, sed humanã naturam assumpsit in vnitatem personæ. Per eas per hanc vocem dicentem: Benedicta gloria domini de loco suo: canticum illud intelligere à diuo Luca relatum, mẽtium beatarum laudantium deum in eius ortu, & decentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Fortasse per hanc vocem strepitus magni, voluit deus excidiũ Hierosolymæ Ezechieli significare: dicebat enim hæc vox: Benedicta gloria domini de loco suo, subaudiuntur, mox discessura est. Ac iniecerat prophetæ audiui magnam vocem dicentem discessuram esse gloriam domini è templo Hierosolymæ. Appellabatur templum locus domini, quia ibi erat propitiatorium, vbi Deus preces audiebat, & responsa dabat. Et hæc videtur huius loci germana explanatio, sequitur enim.

Act. 2.
Prou. 10
Esa. 40.
Mala. 1.
Esai. 66.
Ioan. 1.
1. Tim. 6
Malac. 3.
Ierem. 23
Philip. 2
Luc. 2.
1. Cor. 13
Dani. 13.

Spiritus, quem leuauit, & assumpsit me, & abii amarus in indignatione spiritus mei. Cur obsecro abiit amarus, cur dolore angebatur, cũm antea gaudio perfunderetur, quando dulci cibo liberi pascebatur, nisi quia ex illa voce intellexit, & animo percepit, esse Hierosolymam euertendã, & templũ domini igne flagraturũ? Intuebatur mẽtis oculis debitas esse & iustas pœnas illas, quas luerent ob eorũ scelera erat persoluturi. Et licet spiritus eius pius esset, atq; a diuina voluntate nõ discreparet, erat tamẽ caro infirma, & eam ob causam ãcie mentis aspiciens diuinus vates consanguineorum suorum excidium, templi incendium, & Hierosolymæ dulcis patriæ suæ vastitatem, conficiebatur curis, in commuui calamitate erat solitus, & præcipuo quodam dolore angebatur. Id autem, quod ait, fuisse se à spiritu leuatum, & assumptum, nõ liquet, fuerit ne in corpore, an in spiritu extra corpus. Habacue prophetam scimus fuisse ab angelo apprehensum, & in corpore è Iudæa in Chaldæam asportatum, vt Danielem in lacu leonum cruciatum cibo reficeret. Et ita fieri potuit, vt Ezechielem etiam in corpore duceret Dei angelus, quo vellet. Sed probabilius est, fuisse non corpore leuatum, sed spiritu.

Magni domini erat mentem confortans mea. Hoc est, diuina consolatio me reficiebat, & recreabat. Aduertite: Eos deus consolatur, qui alienas calamitates, vt proprias sentiũt, eorũq; dolore anguntur, & cõmunem vtilitatem optant. De Simeone ferunt quidam apud Lucam: Homo ille iustus & timoratus, expectans consolationem Israel. Bene quidem iustus dicitur, quia non proprium, sed populi consolationem requirebat. Charitas, vt ait apostolus, non quærit quæ sua sunt. Et fuit fortasse euangelista: et spiritus sanctus erat in eo, quasi ostenderet, in illos spiritum sanctũ habitare, qui bonorum virorũ obsecrationes quærunt, communemq; eorum vtilitatem desiderant, & alienis

Universidad de Deusto
Biblioteca

alienis miserijs cruciantur. Huiusmodi erat Simeon, quem Deus præsentia sua consolatus est: huiusmodi etiã erat Ezechiel, cui afflicto ob aliorum afflictiones diuina consolatio occurrebat.

Et veni ad transmigrationem. Id est ad Hebræos, qui Hierosolyma migrauerant Babylonem. Fuerat priùs cum eis, sed postea abscesserat, & nũc ad eos ex iussu dei reuertebatur.

Ad æternum nouarum frugum. Ad locum quendam sic appellatum. Vel ipsum populum Iudaicum aceruum vocat nouarum frugũ, quia ex illo erat futuri populi seminariũ. Fortasse erant Hebræi iuxta areas, vbi tritura batur frumentũ, & in aceruum conferebatur.

Et mansi ibi septem dies mœrens. Videns propheta Iudæorum scelera, & animi contumaciam & duritiem, mœrore consumebatur, & non poterat lachrymas continere. Intuebatur enim, quos luctus essent ob id percepturi, & quibus calamitatibus opprimendi. Sed nõ vacat mysterio deploraſſe Ezechielẽ septem diebus Hebræorum ærumnas. Septem etiam diebus sederunt cum Iobo eius amici, qui cùm eum calamitatibus affectum viderent, exclamantes plorauerunt: vt diuina scriptura testatur in libro Iobi. In Genesi quoq; scriptum legimus, Iacobũ patriarcham in AEgypto è vita excesisse, & fuisse extra AEgyptũ sepultum, fuisseq; vitos multos eius funus comitatos: de quibus ita ait scriptura: Venerunt ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septem dies. Et vocatum est nomen loci illius planctus AEgypti. Mirandũ videtur, semper in mœrore & planctu septem dies consumi. Primus omnium numerus est ternarius. Vnitas enim nõ est numerus, sed numerorum procreatrix & fons: binarius verò non est propriè numerus, quia medium non habet, cũ afferat Aristoteles libro primo de cœlo capite primo, omnes numeros tribus esse rebus definitos, principio, medio, & fine. Et quoniam omnia, quæ constant materia & forma, sunt fluxa & mortalia, numerus autem binarius materiam referat & formã, dixit Psellus in libro suo de Arithmetica, eũ nullam cum deo habere similitudinem, eamq; ob causam verè numerum non esse. Sed altera ratio est, nimirum quia diuidit ab vnitate. Hanc causam affert diuus Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum, quare cum scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto die, expletis operibus singulorum dixerit: Vidit Deus, quia bonũ est, in secũdo die hoc omnino subtraxit. Hanc etiam rationem refert Innius episcopus Afrigranus in cõmentarijs in Genesim. Primus igitur numerus est ternarius, principium habens, medium, & finem, mysteriorum plenissimus: sed impar est. At numerorum parium primus est quaternarius, per quẽ Pythagoras iurabat, & qui eius sectam sequebantur, vt refert Macrobius Aurelius in expositione in Somnium Scipionis: quoniam per quatuor eius vnitates quatuor literas nominis dei tetragrammaton intelligebant. Ait enim Hermippus philosophus Pythagoram à lege Moysaica plurima in suam philosophiam transtulisse. Id quod eleganter refert Picus Mirãdulanus primo suo prologo in Genesim. Illa fortissimo vinculo colligãtur, quibus interiecta medietas præstat vinculi firmitudinẽ: cũ verò medietas geminatur, quę extima sunt, indissolubiliter vinciuntur. Ternarius enim habet medietatem, quaternarius duas, quibus Deus elementa deuinxit, vt est in Timæo Platonis literis consignatum. Terra & ignis elementa inter se repugnantia duobus medijs, nimirum aqua & aere colligãtur. Ex his duobus primis numeris ternario & quaternario componitur septenarius, quẽ numerum Cicero in sexto libro de republica ait esse ferè nodum omnium rerum. Et Macrobius adeò esse plenum & perfectum, vt nullus alius numerus sit tam varia maiestate fœcundus. Septimo die requieuit Deus ab omni opere, quod patrauerat. Iubileus septẽ hebdomadis constabat. Et septem sunt dona spiritus sancti, de quibus Esaias capite decimo tertio vndecimo. De quibus loquitur diuus Ioannes in Apocalypsi, cùm ait, vidisse agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem, & oculos septem. Et subdit statim: Qui sunt septem spiritus dei. Et hi sunt septem oculi super vnum lapidem, de quibus loquitur Zacharias. Lege diuinas scripturas, & inuenies numerum septenarium esse spiritui sancto familiarẽ. Præterea septem sunt vagantia alia: & Oceanus in suo incremento numerum septenariũ obseruat. In fabrica cõcepti corporis in vtero matris Hippocrates in libro de natura pueri, & Straton Peripateticus, & Diocles Caristius magnam vim habere numerum septenarium asseruerũt. Et quolibet septenario hominis complexio mutatur. Et tandẽ omnis ætas numero septenario transigitur: septem enim sunt dies hebdomadæ, quibus tempus cursum suum conficit celeritate mirabili. Eam ob causam per numerũ septenarium tota vita, eiusque perpetuitas intelligitur, terũq; omniũ cõsummatio significatur. Vnde Latinus poeta mathematicę disciplinæ non expers, consummatè & semper beatos exprimere volens, ait: O terq; quaterq; beatis

Iob. 2.

Genes. 50

Genes. Leuit. Numer. Esa. Apoc.

Zach.

beati. Nos itaque Ezechielem nostrum imitãtes ob nostram intemperantiam, omniumque sceleratorum in omni vitiorum genere effrænatam immanitatem septẽ diebus, hoc est, toto vitæ spatio mœrentes vim lachrymarum profundamus. Septem dies, hoc est, semper cum Iobo in tolerantia & virtute sedeamus, vitæ miseriam contemplantes, & mortem Iacobi perpetuò extra AEgyptum deploremus. Mori in AEgypto, est crimen mortiferum admittere, sed mandare cadauer tumulo AEgypti, est in peccatis permanere, in sceleribus volutari, & in vitijs tandem sepeliri. Scelestũ est mori in AEgypto, sed multò scelestius, multò pestilẽtius, & immaniùs in AEgypto humari. Egrediamur igitur ab AEgypto, à mundi tenebris, superbia, ab auaritia, & à cæteris flagitijs nomine AEgypti significatis, & mortem AEgypti, lethale crimen in mundo perpetratum extra mundum deploremus, illudque septem diebus, hoc est, tota vita luctibus & lamentis prosequamur. Exitus aquarum deducant cum Dauide oculi nostri: & cum Ieremia dicamus: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Vtinam caput nostrum esset in perennem aquarum abundantiam conuersum, quæ per oculos tanquam per canales iugiter manarent, vt posset vita nostra planctus AEgypti meritò vocari. Tetras scelerum maculas acerbissimo fletu deleamus, & mœrore cor debilitemus quoniam animus fractus, ac propter flagitij conscientiam dolore deiectus, est sacrificium deo gratissimum: & vt ait regius vates: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatum deus non despiciet. Non est hoc loco prætereũda ratio, cur in euangelio, quod tertia dominica post Pascha canit ecclesia, verbum hoc, modicum, septies inueniatur. Nam cùm tota vita, & quicquid videmus in ea, numero septenario significetur, meritò modicũ septies nominatur, vt intelligamus parua esse omnia, quæ in terra videmus, magna autem ea, quæ in cœlo speramus. Ieremias terram ait nihil esse: & mathematici eam mundi cẽtrum ac punctum appellant. Si punctum indiuisibile est, si quantitatem non habet, licèt ad quantitatem referatur, qui fieri potest, vt magna sint, quæ in re tam parua continentur? Quare modicum est, quicquid in terra est animus autem qui ea, quæ mortales magna iudicant, ad quæ auaritia exagitati aspirant, parua ducit, & pro nihilo putat, sed se ad cœlestia extollit, hic magnus est, dignusque, qui magnis laudibus celebretur.

Iob. 2.

Psal. 118

Ierem. 9

Psal. 50.

Ioan. 16.

Ierem. 4.

Speculatorem dedi te domui Israel. Idem illi dixit cap. 33. Speculatorem eum constituit, & scientiam illi tribuit, sed priùs eum mittit ad aceruum nouarum frugum, hoc est ad virtutes, & ad rerum præclarè gestarum fructus. In legis veteris victimis sacerdos sibi animalis pectus, & dextrum brachium sumebat, vt in pectore scientiam & bonam cogitationem, in brachijs verò opera significaret. Sed quoniam non opera impia & sinistra, sed recta & dextra debent esse in sacerdote cum scientia copulata, ideo non brachium sinistrum assumebat, sed dextrum: vt quod piè & sapienter mẽte conceperat, exemplo vitæ probaret. Eratq; brachium illud separatum, ad innuendum debere in sacerdote tantum esse virtutis fastigium, vt sint eius opera à cunctis hominibus separata, eorumque operibus multò excellentiora. Eam ob causam in veste sacerdotali superhumerale copulabatur rationali, ne quid eis set laxum aut dissolutum, sed hæc duo sibi inuicem cohærerent: ratio enim indiget operibus, quemadmodum opera ratione, vt quod ratione percipitur, opere perficiatur. Superhumerale in humeris positum opera bona significabat, rationale verò in pectore rationem & scientiam, quam ob causam erant in illo lix literæ: Doctrina & veritas, sed priùs erat superhumerale, quàm rationale, nam priùs debemus facere, quàm docere, ne doctrinæ authoritas impijs actibus euertatur. Imò priùs est bene operari, quàm benè intelligere, iuxta id quod ait psalmographus: A mandatis tuis intellexi. Aspicis igitur debere sacerdotem scientiam habere, & virtutum actiones toto pectore incumbere. Specula locus est eminens & excelsus, vnde fiunt excubiæ ad videndos hostes, & quot sint, & veniant ne, an maneant. Qui autem ex specula prospectant, speculatores dicuntur. Horum munus est acriter vigilare, suisque referre, aduentare inimicos, & alia huiusmodi. Et quoniam præsules & ecclesiastici pastores debent subditos monere, & in omni salutem curas & cogitationes conferre, & diligenter vigilare, meritò speculatores appellãtur. Cùm autem speculatores sint in excelso loco collocati, debent etiam esse præsules nõ in imo peccatorum, sed in vertice virtutũ, vt sint in excelsitate veræ dignitatis cõstituti. Vnde ait Esaias: Super montem excelsum ascende, tu qui euangelizas Sion. Et diuus Gregorius, Quisquis, inquit, populi speculator ponitur, in sublimi debet stare per vitam, vt possit prodesse per prouidentiam. Non tradidit deus primatum Petro, nisi postquam mare & retia reliquit. Vis esse perfectus antistes, mare mundi relinque, & retia suarum fraudum, quibus irretitus teneris. Quid est mundo similius quàm mare? Vt enim illud fluit, & refluit, &

Exod. 28
Leuit. 8.

Psal. 118

Speculatores quiã

Speculatoris munus

Esai. 40

Ioan. 21.

Simile.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

omnes eius fluctus in terram tandem dilabuntur, sic mũdos non quiescat, hos extollit, illos deprimit, sed omnes eius vanitates in sepulchro terminantur. Si mare est periculis expositum, quid periculosius mundo? Si mare est procellis agitatum quas tempestates subeunt, qui mundo seruiunt? Quibus odij, inuidiæ, laborum tumbis iactantur? Concitat eos superbia, cupiditatis, libidinis & doloris procella, &, vt verbis vtar poetæ: Velum aduersa ferit, fluctusque ad sydera tollit. Si mare est amarum, quid amarius mundo, quid insuauius, quid asperius? Mœrore conficit, calamitatibus opprimit, summis cruciatibus torquet. Et quemadmodum mare astra, & conchylia, & torpedines, & algas proijcit in littus extra aquam, sed non multo post iterum hæc omnia sorbet, & proijcit in profundum, sic mundus nos modo expellit, modo recipit? & quando in littore tranquillo arbitramur esse, & otium requiescendi, atque animum ad præclara studia referendi, nobis concessum esse existimamus, tum nos deceptos aspicimus, & rerum discriminibus plerumque, magnisque calamitatum angustijs concitatos: quoniam spem nostrarum cogitationum varij casus, falsæque mundi promissiones fefellerunt. Qui igitur præsulum munere recte fungi desiderant, malum fugiant, recta reliquant, & Christum sequantur. Primus deus dixit Petro: Veni post me, quam pasce oues meas. Extraxit eum de mari, vocauit illum, & sic eum antistitem, & apostolorum principem constituit, & in summo ecclesiæ principatu collocauit. Cùm magna esset frumenti penuria, & homines ob pluuiæ defectum incredibili fame laborarent, extraxit Elias suis precationibus nubeculam ex mari, vestigium hominis representantem, quæ operuit cœlum, & in aquam resoluta mundum implenit, & tanta vigurit pluuia, vt fames cessaret. Elias Christum deum nostrum adumbrauit, non solùm rebus sed etiam nomine. Elias hebraicè idem est latinè quod deus dominus. Quis est hic verus deus, & verus homo, omnium dominus, niſi Christus seruator noster? Ipse est verus & diuinus Elias, qui ex mari Galileæ Petrum eduxit, nubeculam illam humanitatis figuram representantem, & animal quoddam rationis participes præ se ferentem. Non magnus aliquis homo erat, sed vilis, abiectus, piscator, rudis, indoctus: vt potius quàm vestigium hominis, quàm homo appareret. Hunc deus ex mari seuocauit, vt mundum aridum pluuia adimpleret, & homines sacræ verbi dei reficeret, & aquam cœlestis doctrinæ per orbem terrarum funderet, & per eras longè latèque diffusas propagaret. Aqua

Similitudo.

Matt. 4.

Ioan. 21.

3. Reg. 18.

nomine doctrina significatur. Ideo Moyses, *Deut. 32.*
Concrescat, inquit, in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Ecclesiasticus: Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Esaias: Omnes sitientes venite ad aquas. *Ecclus. 15.*
Hæc est aqua, quam Ezechiel vidit de templi sacrario egredientem, & terram irrigãtem. *Esaiæ 55.*
Hanc nubeculam, hunc abiectum piscatorem adduxit Christus à mari, vt eum præsulem, & concionatorem, & speculatorem semper vigilantem constitueret. Ex omnibus animalibus cunas vngues habentibus solus leo videt, cùm primùm editus in lucem. Vnde effectum est, vt à Plutarcho animal solare appellaretur. Dormiens habet oculos apertos & claros: quam ob causam fuerunt multi, qui existimarunt leones nunquam dormire, vt refert Manethon Ægyptius in libro, quem Hierodoto dicauit: quanquam me non fugit, Aristotelem asserere omnia animalia dormire. Hac ratione ducti veteres sapientes, per leonem præsulem & custodem significabant. Vnde inoleuit trita illa vetustate cõsuetudo, vt refert Plenius Valerianus, vt in portis aduersum sacratum leonum simulachra statuerent. Cuius consuetudinis Gaudentius Merula etiam meminit libro tertio suorum memorabilium. Pastorem illum egregium Iacobum patriarchum debent ecclesiastici pastores imitari de seipso dicentem: Die noctuque æstu vrgebar & gelu fugiebat q; somnus ab oculis meis. *Gen.*
Sed & mortalium sapientissimus Salomon in *3. Reg.*
basibus, per quas præsules significantur, leones iussit sculpere, vt eorum inuiteret vigilantiam. *Ieremi.*
Et Ieremias, Virgã, inquit, vigilantem ego video. Ac si diceret: Deum aspicio præsulis munus repræsentãtem. Est enim verus præsul virga recta, æqualiter iustitiæ exercens, atque semper vigilans. Non me latet pro vigilante posse verti ex Hebræo constantem, perseverantem, vt referatur ad iustitiam, quæ est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi: hoc est, animi habitus quo munita voluntas habet in tribuendo vnicuique suum perpetuam constantiam. Vergilate significat, & perseverate. Et noster interpres præmatura significationem elegit, & meritò quidem, cum in præsulis proprium vigilare. Nec segnes & impij antistites semper dormiunt: sunt nanq; & custodes canes, deditique somno & ventri, sæpe dedecore maculantes. Nec solùm de ecclesiasticis præsulibus, sed etiam de seculi principibus id intelligendũ puto. Non enim existimare debent isti, qui reipublicæ gubernãdã tradere

tradere prætoribus, iudicibus, consiliarijs, senatoribus, illisq; tanquam ministris totam iustitiam, regnique pondus committere, si ipsi principes totos se deliciis dedunt. Oportet eos vigilare, & onus humeris etiam suis imponere, ne iustitia pereat, & regnũ euertatur. Qui apud Gentes sapientium nomine gloriabantur, philosophiam suam ficiis historijs tegentes, memoriæ prodiderunt Aeetam regem vellus aureũ habuisse, quod draconi multorũ oculorum seruandum præbuit. At Iason pulueribus à Medea assumptis draconem sopiuit, & obtexauit, atq; ita vellus illud aureum summi pretij arripuit. Quid est draco multorũ oculorũ nisi senatus & relatio, vbi multi riti docti sunt congregari, quibus rex vellus aureum pretiosum, hoc est, regni iustitiam seruãdam tradit? Sed quemadmodum non proficit Aeetæ vellus illud, in quo eius vita cũ recta regni gubernatione consistebat, draconi peruigili seruandum committere, cùm omnes illius oculi pulueribus clauderentur, sic nec regi & principi iustitiam custodiendã & exercendam tradere senatoribus iustitiæ ministris, si eorum oculi muneribus sopiuntur & obcecantur. Pulueres Iasonis magno incantamenti artificio confecti quid aliud sunt quàm largitiones, quibus litem intendentes iudices corrumpunt, & Veluti philtris irretiunt, & incantationibus ligant? Hæc sunt munera, quæ oculos claudunt eorum, qui aut sententiã ferunt, aut ad principem referunt. Et ita furripitur iustitia, & veritas venditur auro. Eam ob *Exo. 23.*
causam ait in libro Exodi Deus: Nõ accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes. Et Esaias in catalogum scelerum gubernatorũ retulit accipere munera. Et iterum, Væ, inquit, *Esa. 1.*
qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam aufertis ab eo. Tu, quem Deus principem aut antistitem constituit, quam in eminente speculã collocauit, vigila, speculare, vide *Esa. 5.*
cui iustitiæ officia committas, curre vt nũties, & in cõcionibus tuis vocẽ tuã animo erecto, & virtutibus exaggerato extollẽ. Eos speculatores imitare, qui semper vigilarunt, animos à corporum contagio seuocarunt, atque totos se se ad Christi imitationem contulerunt.

Et nunciabis ex me. Hoc est meo nomine.

Morte morieris. Non solùm temporali, sed etiam æterna.

Non annunciaueris ei. Explicatur pœna pastoris scelera populi illi non annuntiantis.

Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Id est, tibi imputabitur eius pernicies. Tu mihi mortis illius pœnas dabis. Hoc hebraismo vtitur etiam capite 33. Requirere sanguinem in diuinis litteris, est eadem alicuius vlcisci, vt apud psalmographum: Quoniã requirens sanguinem eorum recordatus est. Ac si diceret: Iustus Deus noster non est oblitus fletũ, qui in gemitu & luctu versantur, quin potius acerrimè vltus est iniurias & cædes, quas illis scelerati homines inmlerant. Libro secundo Regum sunt hæc verba literis mandata: Nõ *2. Re. 4.*
ne quæram sanguinẽ eius de manu vestra? Ac si dicat: Vos absque dubio occidam. Esse reũ sanguinis significat luere pœnas pro eius morte, qui fuerit occisus: vt constat ex capite 22. Exod. & 19. Deuter. At sanguinem ipsius *Exo. 22.*
esse in capite eius, est eum sibi causam mortis *Deut. 19.*
esse, sibi ipsi interitum moliri, vt patet ex capite secundo Iosue. Sanguis in literis diuinis *Iosu. 2.*
accipitur aliquando pro morte & calamitate, vt Genesis capite 42. Etiam sanguis eius exquiritur aliquando pro vita, vt primo Paralipomenon 11. Absit, vt in conspectu dei mei *Gene. 42.*
hoc facã, & sanguinem istorũ virorum bibã. *1. Par. 11.*
aliquando pro peccatis, vt in psalmo: Libera *Psal. 50.*
me de sanguinibus deus deus salutis meæ. aliquando pro operibus carnis, vt apud Matthæum: *Matt. 16.*
Caro & sanguis non reuelauit tibi. Etiãsi caro & sanguis pro quolibet homine possint assumi, vt sit sensus: Nullus hominum, sed pater meus reuelauit tibi. Eodem modo intelligi potest id quod ait apostolus in epistola ad Gal. Continuò non acquieui carni & sanguini, nec veni Hierosolymã. Hoc est, acceptũ à *Galat. 1.*
Christo Euangeliũ cũ nullo hominũ tũc cõtuli, sed abij in Arabiã, vt euãgelium nũtiarẽ. At hoc loco Ezechielis accipitur sanguis pro animæ dãnatione, licèt etiam pro corporis cæde & pernicie possit intelligi. Intuere præsulis periculũ, si tacuerit, & subditos in crimina incidere passus fuerit, subditi exitiũ sibi ipsis machinantur, sed horum delictorum ipse præsul rationem deo reddet, & pœnas persoluet. Vnde iisdem: Væ mihi, quia tacui. Et apostol. *Esa. 16.*
Væ mihi, si nõ euangelizauero. Esaiæ dicebat *1. Cor. 9.*
deus: Annuntia populo meo scelera eorũ. Et *Esa. 58.*
Paulus Timotheo episcopo, & discipulo *1. Tim. 4.*
suo: Prædica verbũ: insta opportunè importunè, Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Præsulum verba non debent esse blandientia, sed, vt ait Salomon, stimuli sunt, *Eccl. 12.*
& quasi claui in altum defixi.

Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit cõuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur: tu autem animã tuã liberasti. Sed & si cõuersus iust° à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatẽ, ponã offendiculũ coram eo,

ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psa. 9. F. ipse morietur, quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit: sanguinem verò eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto, vt nō peccet iustus, & ille non peccauerit, viuēs viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.

Si autem tu annuntiaueris. Si tu diserte monuerris impium, vt se abstrahat à vitijs, & virtutem amplectatur.

Ponam offendiculum coră eo. Sensus est. Nō eum statim occidam, nō ilico eum in tenebras æternas relegabo, sed expectabo eum, vt se ad meliorem frugem recipiat: ponam offendiculum coram eo, ne per viam illā iniquitatis incedat. Sed quæret, quomodo ponat deus hoc offendiculum illi, qui cùm iustus esset, incidit in crimen lethale. Existimo hoc offendiculum esse acerbam quandam calamitatē, qua Deus virum iustum errare incipientem opprimit, vt conuertatur. Hoc offendiculo conuertit Dauidem dicentem: Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Spinā vocat calamitatem eum pungentem & torquentem. Ita intelligitur id, quod Deus ait per Oseam prophetam: Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet. Aspicis per offendiculum intelligi spinam, per spinam verò calamitatem. Huic expositioni fauet versio Theodotionis, qui hoc loco Ezechielis pro offendiculo tormētum seu cruciatum vertit. Solet Deus homines virtutenę pietate præcellentes, si quando crimen aliquod admittant, calamitatibus exercere, & expiare, & per magnas ærumnarum angustias à peccato auertere, & ad vitam perducere immortalem. Videntes enim se doloribus vrgeri, conuertūtur ad Deum, ad quem contriti ardenter aspirant. Vnde ait regius vates de iusto loquens: Cùm ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manū suam. Ac si dicat: Vir pius contaminare animū flagitio potest, Deumq; aliquando grauiter offendere, sed Deo fauēte citò resipiscet, & pœnitentiam aget: at si de peccatis desistere noluerit, in æternum peribit. Potest Deus hominem à iustitia discedentem, cùm scelus admittit, statim occidere, & in æternum barathrum præcipitare: sed tāta est eius misericordia, vt soleat eum ad pœnitentiam expectare, vt eum ad pristinam gratiam restituat.

Psa. 31.

Osa. 2.

Psa. 36.

Viuens viuet. Hebraismus est, ac si diceret: Vitam deget. Vel sic: Viuens per gratiam, viuet per gloriam.

Et facta est super me manus domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat, quasi gloria, quam vidi iuxta fluuiū Chobar. Et cecidi in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi: & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris in medio eorum. Et linguā tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat, quia domus exasperans est.

Sup. 1.4.

Et facta est super me manus Domini. Id est, accepi Spiritū prophetandi. De hoc hebraismo diximus primo capite.

Surgens egredere in campum. Vt scilicet solitudini deditus possis expeditiùs diuinas percipere reuelationes. Ita per Oseā ait deus: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vita solitaria, quæ agitur in secessu, & procul ab hominū frequentia, est diuinę philosophiæ conuenientior & accommodatior, quàm ea quæ in foro, & hominum cœtu & celebritate versatur. Despicit enim mūdi vanitates, & ea, quæ exima & præclara plerisq; mortalibus videntur, stabili ratione contemnit, ad diuina verò ardenter aspirat. De eorū solitudine loquor, qui se à seculi tumultibus segregarunt, totosque sese diuinarum rerum contemplationi dediderunt. Poteris hoc de euangelica doctrina gentibus nuntianda intelligere. Postquàm Deus præcepit Ezechieli, vt Iudæis loqueretur, vitia eorum contumacia & perfidia eū iubet ingredi in campi latitudinem diuinam doctrinam propagaturum. Quod in Ezechiele fuit adumbratum, scimus fuisse tempore Apostolorum adimpletum. Vnde voces illæ Pauli & Barnabæ ad Iudæos relatæ à Luca in Actis Apostolorum. Vobis oportebat primum loqui verbū Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.

Osa. 2.

Act. 13.

Rom. 11. Et de Hebræis loquēs in epistola ad Romanos ait: Illorum delicto salus est gentibus. Ac si diceret: Pertinacia & obstinatio Iudæorum occasio fuerunt salutis Gentilium, quoniam Iudæis Euangelium reijcientibus assumpti sunt illi. Ideo dicebat Deus per Esaiam: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Quæ verba diuus Paulus in actis sibi, aliisq; Apostolis dicta esse testatur.

Esa. 49.

Act. 13.

Ose. 2. Et per Oseam: Dicā non populo meo: populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

Rom. 9. Quem locū D. Paulus in epistola ad Romanos de gentiū vocatione interpretatur. Antea celebris erat in Iudæa deus, & inter filios Israelis illustris erat eius fama & amplitudo,

Psa. 75. &, vt verbis vtar psalmographi, notus in Iudæa deus, & in Israel magnum nomē eius. At adueniente Christo, & per Apostolos suos fidē suā per vniuersas terrarū oras propagante impletū est id, quod diuinus psaltes cecinerat: Notum fecit Dominus salutare suum, in cōspectu gentium reuelauit iustitiam suā. Et quod hic significauit deus præcipiens Ezechieli, vt se à Iudæis concionem suam pro nihilo ducentibus seduceret, & ad campum, hoc est, ad gentium latitudinem se conferret.

Psal. 97.

Et cecidi in faciem meam. Omnia hęc explanata sunt primo capite.

Ingredere, & includere in medio domus tuæ.

Eccles. 3. Sensus est: Nunc nō loqueris, omnia tēpus habent: tēpus tacendi, & tempus loquendi. Sed ingredere domū tuam, & postea ubi nuntiabo quid sis locuturus, & quando. Interea includere, & in domicilio tuo veluti obsessus detineberis, vt hoc signo exteriore significes esse Hierosolymam à Babylonijs obsidendā, & Iudæos intus includendos. Solebant diuini vates signis interdū exterioribus ventura nuntiare, vt Esaias, qui nuditate sua significauit Aegyptiorum & Aethiopū nuditatē & calamitatē. Et Ieremias olla igne succēsa Hierosolymæ euersionē, & templi Dei incēdium & excidium. Volens autē Deus hoc apertius ostendere, ait: Data sunt super te vincula, &c. Ac si diceret: Tui famuli, & quibus familiariter vteris, te funibus ligabūt, & in vincula cōijcient, vt hoc facto ostēdas esse Iudæos nō solum obsidēdos, sed etiā captiuos vinculis mācipādos. Itaq; his signis de Iudæorum aerūnis vaticinaberis, qui sub Sedecia habitant Hierosolymæ, vbi nō cessant diuinam legem per summum scelus violare. Fortassē eum ligabat Deus, ne se ad Iudæos conferret, non enim tunc postulabat tempus, vt apud illos haberet orationem, qui non erant ei aures prabituri, cùm essent exagitati scelerum furijs summissq; cupiditatis stimulis concitati.

Esa. 20.

Ierem. 1.

Qui audit, audiat, & qui quieſcit, quiescat. Sensus est: Audiant, qui voluerint, qui aūt audire recusauerint, nō audiant. Eodē modo in Apocalypsi: Qui in sordibus est, sordescat adhuc, & qui iustus est, iustificetur adhuc. Verba sunt dolorem præ se ferētia. Vos, aiebat noster vates, qui adestis corporibus, adestote animis, erigite mētes, aureisque vestras, & me dicentem attendite. Vos autem, qui animum à scelerū contagio nō reuocatis, qui tetras flagitiorum maculas delere non vultis, qui me audire contemnitis, me, quando vobis ita placuit, non audiatis. At vnum sic habetote, esse in inferno æternas pœnas impijs reseruatas. His verbis, quibus bonus Ezechiel videtur nepharios Iudæos à sermonibus suis repellere, vult eos ad ipsos trahere, & ad audiendam veritatem adducere.

Apo. 22.

Annotationes ex Hebræo in caput tertium.

Comede volumen illud. Septuaginta interpretes pro volumine habēt κεφαλίδα, quæ dictio caput significat, & partem diuisam, aut locum separatum libri, quem vulgus capitulum vocat. In hebraico verò est מְגִלָּה megillah, quę dictio propriè significat librum reuolutū, deriuatur enim à verbo galal, quod inter alia significat reuoluere. Vnde Prouerbiorū illud: Reuela domino opera tua, poterit etiā verti: Reuolue ad Deum opera tua. Ac si diceret: Opera tua duas habent facies, alterū simulatæ virtutis, alterū verę iniquitatis, quarū primam hominibus ostendit, vt in luce & oculis hominum iustus videaris, secundā verò tegis, vt flagitia tua honestaris tegumento cooperias, & existimas homines in te probitatis & virtutis splendoré intueri. Sed reuolue Deo actiones tuas, & earū faciē flagitiorū maculis contaminatam ante eius oculos pone, eū vehementer orās & obsecrās, velit labes tuas teterrimas delere & expiare. Vt enim mendicus mēbra sana tegit, ea aūt ostendit, quę sunt faucia, & tabe cōfecta, & vulnere labefactata, vt eleemosynam obtineat, sic peccator nō est virtutis actiones deo ostensurus, sed vlcera animæ, & mēbra ægritudine vitiorum extabescentia, vt misericordiā consequatur. A verbo hoc galal defectē nomē galgal, quod ecce lum significat, quòd semper reuoluatur, & in orbē moueatur, circulosq; suos admirabili ordine cōficiat. Significat etiā sphærā, quia volubilis est, & rotam eadem ratione. Eā ob causam illud psalmi: Vox tonitrui tui in rota, potest etiam verti: vox tonitrui tui in cœlo.

Prou. 16

Similitudo.

Psal. 76.

Universidad de Deusto
Estante
Plúteo
Biblioteca

Quidam vertunt: Vox tonitrui tui in sphæra, per sphæram cœlum intelligentes: quemadmodum ibi per rotam cœlum etiam significari nonnulli arbitrantur. Alij per rotam currum Pharaonis intelligũt in mari rubro submersum. Alij de apostolorum cõcionibus per orbem terrarum veluti in rota & circuitu discurrentium locum illum explanant. Ego eximio, Dauidem celebrate illic miraculũ subuersionis AEgyptiorum in mari rubro, quando cocumbus aquis, quæ filijs Israelis transeuntibus locum dederunt, impij fuerunt obruti, cœlo eos terrente fragoribus nubium, erumpentibus fulminibus. Et quoniam solet diuina scriptura aerem appellare cœlum, dixit, auditam fuisse vocem & clamorem tonitrui in cœlo, hoc est in aere. Cùm enim antea dixisset: Vocem dederunt nubes, etenim sagittæ tuæ transeunt, intelligens per sagittas nimbos & grandines vehementes, subdit statim: Vox tonitrui tui in rota: vt nõ solùm mare fluctibus agitatum, sed etiam aerẽ significaret procellis & tonitruis concussum. Narrat igitur diuinus vates facta Dei mirabilia, suæq; misericordiæ & potentiæ clarissima monimẽta, digna quæ ad æternam posteri tẽporis memoriam tabulis publicis mandarentur. A verbo hoc galal deriuatur Galilæa, ad quam missus est Gabriel Angelus à Deo, vt virginem consolaretur, eiq; nuntiaret Dei matrẽ eã esse futuram. In Galilæa etiam voluit post reditum ad vitam suis discipulis apparere, vt euãgelica narrat historia. Vis, vt ad te Deus cœlestem mittat oblectationem, vis, vt tibi spiritualiter appareat, vis eum mentis oculis intueri placabilem, benignum, suauissimum, amabilissimum, da operam, vt habites in Galilæa. Galilæa reuolutionem significat: reuolue conscientiam, considera teipsum, versa in animo vitam tuam, muta actiones tuas, tũsi à vitijs ad virtutes, à dedecore flagitij ad amplitudinem honestatis, & eris Galilææ cultor, & deum animo contemplaberis, ad illum aspirabis & rapieris, & tales ac tantas volũtates percipies, quales & quantas nullus mundi cultor, non dicam percipere, sed ne cogitare quidem vnquam potuit.

Exo. 14.

Luc. 1.

Mat. 28.

Et aperui os meum. Septuaginta habent. Et aperies os meum, nimirum Deus. Ostẽdunt, bona, quæ agimus, à Deo esse. Ipse enim, vt verbis vtar diui Pauli in epistola 1. ad Corinthios, operatur omnia in omnibus. Et in epistola ad Philipp. operari ait in nobis velle, & perficere. Non sumus nos, soli, qui rectè & præclarè operamur, sed nos cum gratia diuina. Ideo ait Apostolus: Non ego, sed gratia Dei mecum. Sumus igitur Dei cooperatores:

1. Cor. 12.

Philip. 2.

1. Cor. 15.

& liberũ arbitrium cooperatur gratiæ: & ita Deus in nobis bona opera operatur, vt nos etiam ea operemur. Hoc intuens diuus Ioannes in vltima epistola sua ait: Cooperatores sumus veritatis: hoc est dei, qui de seipso ait: Ego sum veritas.

Iohn. 3.

Ad filios populi mei. In hebraico est: Ad filios populi tui. Et ita habent septuaginta interpretes, & ita vertit Pagninus, & multi alij. Et ita habet versio Complutensis, quam dicunt esse propriam diui Hieronymi: & versio cui idem adiecit commentaria. Et eodem modo habẽt ad margineꝫ nonnulli codices correcti. Quare loco, mei, scribendum est, tui. Fuit enim librariorum incuria, vt pro, tui, mei scriberent.

Percutientium alteram ad alteram. Pro percutientium est in hebræo משקזה maxicoth, à verbo נשק naxac, quod significat osculari, vt Canticorũ primo: Osculetur me osculo oris sui. Vnde illud psalmi: Apprehẽdite disciplinã, ne quãdo irascatur dominus: Potest enim verti: Osculamini filium, ne quãdo irascatur. Dixerat antea in eodem psalmo cœlestis pater filium alloquens: Filius meus es tu. nunc diuinus vates nos hortatur, vt eũ amus, & obtẽperemus. Osculum enim mannum more Palæstinorum signum erat subiectionis, quemadmodum apud nos, qui principum manibus osculandis solemus nostram erga eos pietatem & obseruantiam testificari. Eas manus sumus osculaturi, quæ pro nobis clauis perforatæ cruci fuerunt affixæ, sauciæ, & vulneribus affectæ: quæ diuinum illum vatem Zachariam tenuerũt quasi stupidũ & admirantẽ, & has voces emittentem: Quæ sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarũ? Eum deũ, qui se pro nobis in crucis ara hostiam constituit, debemus summa pietate venerari, illi nos in seruitutem libenter dicare, qui nos potest ad vitam perducere immortalem. Cùm igitur verbum hoc naxac osculari significet, erit horum verborum sensus: Audiui sonum alarum, quæ perinde se contingebant, ac si seipsas oscularentur. Diximus in explanatione nomine alarum virtutes significari: quam ob causam non est mirum seinuicem osculari, cùm dicat propheta. Iustitia & pax osculatæ sunt. Hæ enim virtutes beneficio Christi cõiunctæ sunt: ipse enim nos iustos reddidit ex iniustis, & patri reconciliauit: atque ita iustitia & pax inter se cohærere, seque mutuo osculari dicuntur.

Cant. 1.

Psal. 2.

Et mansi ibi septem diebus mœrens. Septuaginta habent: Et sedi ibi septem diebus conuersans. Pro mœrente verterunt conuersantem: Theo-

Theodotio admirantem, quem sequitur Pagninus. In hebraico est משׁם maxmim, à verbo xamam quod significat disperdere, mœreri, admirari, obstupescere, tacere præ admiratione: quæ omnia huic loco poterunt conuenire. Aquila habet: Mansi ibi quiescẽs, & seorsum positus. Ac si esset corpore in medio captiuorum, sed animo ab illis separatus. Tales esse debent, qui inter nefarios homines degunt: ab eorum colloquio & familiaritate debent se abducere, ne sermonibus impuris, moribusque deprauatis viri pietate præstantes tetram maculam suo nomini inuriant. Sed cùm apud eos corpore sint, animo tamen in cœlo commorentur, dicentes cum Dauide: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem. & cum diuo Paulo: Conuersatio nostra in cœlis est.

Psal. 121

Philip. 3.

ARGVMENTVM CAPITIS QVARTI.

SVB descriptione & figura ciuitatis obsessæ in latere, significatur Hierosolymæ obsidio & vastatio. Prædixit Ezechiel obsidentes & opprimendos esse tudæos à Babilonijs, & Hierosolymam expugnandam, & fundibus euertendam.

CAPVT IIII.

ET tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalẽ. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones: & comportabis aggerem, & dabis cõtra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferreã inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eam: & erit in obsidionem: & circundabis eam. Signũ est domui Israel.

EXPLANATIO.

ET tu fili hominis. Hactenus præcepit deus diuino vati, vt animæ erecto & intrepido peccata populi redargueret: nunc eum docet, quid acturus sit. Et ne extolleretur videns se esse vocatum à deo, vocatur filius hominis, hoc est, fragilis & abiectus. De quo hebraismo capite secundo diximus, & in explanatione, & in annotationibus ex hebræo.

Sume tibi laterem. Solebant diuini vates, vt iam explicuimus, non solùm verbis, sed etiam factis & picturis ventura ostendere, & futura nũtiare. Eã ob causam præcipit hoc loco deus Ezechieli, vt sumat lateré quendã, in quo pingat atque deliniet veluti in mappa mundi ciuitatem Hierosolymã à Babylonijs obsessam & oppugnatam: vt tali pictura aut graphide significaret, quemadmodum Babylonij erant Hierosolymam obsessuri, & oppugnaturi.

Pones eam coram te. Nimirum, vt expeditiùs & meliùs deliniare, & effigiare possis, quæ tibi describenda præcipio, illorum more, qui accuratè aliquid depingere conantur.

Et describes in eo ciuitatem Ierusalem. Considera dei bonitatem & misericordiam, qui rebus visibilibus ostendit Iudæis velle patriam suam euertere, vt metu perterriti resipiscãt, scelera relinquant, & animos expient pœnitentia, vt non pereant. Hic habent geometræ locum ad suæ artis dignitatem laudibus effectendam. Solent illi in lateribus lineas suas ducere, & figuras depingere: id quod deus hoc in loco præcipit Ezechieli faciendum. Hoc vi debis clariùs & copiosiùs apud eundem prophetam capite quadragesimo cum sequentibus, vbi agit de figura & mensura templi, & ciuitatis futuræ. In libro Iosue scriptum legimus, missos fuisse exploratores, qui terram describerent. Et apud Zachariam prophetam capite secundo multa etiam de mensuris tractantur: quæ omnia ad geometriam pertinẽt. est enim illa ars quædam terram aliudue quippiam dimetiendi & delineandi. Sed considera qua in re præcipiebat deus, vt magna illa & opulenta ciuitas describeretur, in paruo luto, in quodam latere. Vide quàm fragile fundamentum. Opes & magistratus, regna & imperia, & omnia denique, quæ magna mortalibus & præclara videntur, parua sunt & fragilia, sita & delineata in puluere, & paruo quodam luto, in exiguo & vili latere. Si tota terra à mathematicis punctum appellatur, quid erit paruũ terræ frustum, & modicũ lutum? Seneca ait: Punctum, & adhuc puncto minus est id, quod colimus. Plinius libro secundo capite 68. nõ aliud esse, inquit, terram vniuersam, quàm punctum. Est enim in medio mundi sita, ad vniuersi cœli complexum puncti instar obtinens, quod philosophi centrum vocant. Sed quemadmodum admirabilem illam Babylonis turrem in paruo nummismate depictam, respectu parui tuguri iuxta illam coloribus repræsentati, incredibilis magnitudinis

Inf. 40.

Ioſu. 18.

Zacha. 2.

Similes

Universidad de Deusto
Estant. Pinteo
Biblioteca

esse existimamus, quia arcis illius Babylonicæ similitudinem animo concipimus, illa autem pictura adeò exigua, vt numulo quodam comprehendatur, sic ea, quæ in mundo ingentia & sublimia nobis videntur, adeo parua sunt, vt in terra, in puncto, in latere quodam luteo contineantur. Apparent autem magna, quia ea cum minimis conferimus, & quia eorum magnitudinis imaginarium conceptum apprehendimus, ea magna existimantes. Qui fieri potest, vt magna sint, quæ punctum capiat? Quomodo non minimũ erit quod cum puncto comparatur? Imò Boetius libro secundo de philosophica consolatione terram ait esse punctum puncti. Hæc est sedes diuitiarum, pro hac dimicant mortales, hic tumultuantur, hanc maximam & amplissimam & altissimam insipientes homines existimant, pro qua summis infinitæ cupiditatis stimulis concitati cœlum amittere non dubitant. Cùm igitur tota terra tam exigua sit, nec mirandum ducas, vrbem Hierosolymam in paruo quodam latere fuisse ab Ezechiele ex dei iussu depictam. Lateres conficiuntur ex luto, & aqua dissoluuntur: & ædificia ex illis constructa lateritia vocantur. Talia erant, quæ ab Hebræis in AEgypto ex Pharaonis decreto fiebant. Qui mundi cultores sunt, qui Pharaoni, hoc est diabolo patent, non ædificia conficiunt ex lapide & calce, nó opera firma ædificant, perpetuitatem promittentia, sed fragilia & inconstantia, ex paleis & luto. Ex hac materia erat later hic, de quo hoc loco ait deus: Sume tibi laterem & describes in eo ciuitatem Ierusalem. *Exo.1.et 5*

Et ædificabis munitiones. Pinges etiam in latere turres ligneas, & propugnacula, quæ Babylonij extruét ad oppugnãdã Hierosolymã. Munitiones sunt præparationes bellicæ, quibus duces castra sua muniant aduersus hostes, siue propugnaculis ligneis, aut terræ plenis, siue fossa siue vallo, siue tormentis igniferis globos iaculantibus, siue quibuscunque alijs machinis & armis.

Et comportabis aggerem. Aggeres sunt coaceruationes terræ & lapidum, quibus valla sosfræque implentur.

Dabis contra eam castra. Hoc est, depinges exercitus Chaldæos ciuitatem oppugnantes.

Et pones arietes in gyro. Arietes sunt machinæ quædam bellicæ, habentes capita durissima ferro tecta, quibus muri subruuntur, & lapidũ iuncturæ dissoluuntur. Sic appellati, quòd iustar animalium huius nominis retrocedant, vt possint vehementius capitibus ferire.

Sume tibi sartaginem ferream. Sartago est patella illa, in qua cibi friguntur, per quam hoc loco Iudæorum fiducia significatur, similis sartaginæ ferreæ, & denigratæ. Ferrea erat, quia ex cordis duritie procedebat, denigrata, quia ex malitia eos ipsos inquinante oriebatur. Est igitur sensus: Non solùm describes militum copias ciuitatem oppugnantes, sed etiam Iudæorum fiduciam euertentes. Tu autem pones faciem tuam contra hanc fiduciam seu potiùs contumaciam, quæ erit veluti murus inter te & ciuitatem, diuidens te à cæteris Hebræis: non enim illorum perfidiæ & pertinaciæ assentiris, quin potius ab illis es diuisus, & animo separatus. Et hæc illorum pertinax fiducia erit obsessa & euersa, & funditus corruet. Poteris per hanc sartaginem inter prophetam & ciuitatem positã, iram dei intelligere vrbem Hierosolymam euertere decernentis. Cùm Iudæi se vitijs contaminassent, & se totos libidinibus dedissent, quibus obcæcati iura diuina & humana violarent, & dolos teterrimos conciperent, decreuit deus constanter euersurum esse eorum ciuitatem, & eos in miseram captiuitatem adducturum. Eã ob causam præcipit Ezechieli, vt inter se & ciuitatem describat murum ferreum, ne eius precationes obtineant vrbis salutem, quoniam inter eum & vrbem opponebatur iusta dei ira, quæ instar muri ferrei effectum precum ipsius prohibebat. Tunc dei ira est inflexibilis, cùm peccator est obstinatus & indomabilis. Orant quidem deum viri iusti, vt afflictis peccata condonet, eosque à calamitatibus eripiat, sed ad deum eorum piæ precationes non dicuntur accedere, vt effectum obtineant, quia afflicti illi nolũt scelera dimittere, seque ad dominum conuertere. Tunc ostendit nobis deus iram suam, cùm præces iustorum non audit. Ita potest intelligi illud psalmographi: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Ac si diceret: Pij homines veniam erratis postulabunt tempore precationibus apto, ne peccatores pœnas luant debitas & iustas. At in diluuio aquarum multarum, hoc est, in maximis ærumnis, vigente sæuissima calamitatum procella, non approximabũt, non appropinquabunt deo iustorum preces, quoniam impij, pro quibus orant, deum ipsum offendere non desistunt. Ideo ait deus Esaias: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum. Ponit deus rupem altissimam inter se & peccatores, aut nubem densissimam preces detinentem. Id intelligens Ieremias aiebat in Lamentationibus. *Psal.* *Esa.* *Thre.*

Nos

Nos iniquè egimus & ad iracundiam prouocauimus, idcirco inexorabilis es: Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti nec pepercisti. Opposuisti nubem, ne transeat oratio. Id quod Ieremias appellat nubem preces impedientem, & Esaias rupem, appellat Ezechiel sartaginem ferream, & murum inter deum & peccatores obstinatos. *Ieremi. 5.*

Et obfirmabit faciem tuam ad eam. Nimirum ciuitatem. Quasi dicat Deus: Dirige faciem tuam aduersus Hierosolymam vultu irato & truculento. Connumeratur Ezechiel cũ filijs Hebræorum, non quòd hostis esset, sed quòd eos argueret, illisque futuram perniciẽ & vastitatem nuntiaret; veritas enim odium parit. Iudæorum reges diuinos illos vates vexare debebant, ad excidium crudelissimum vocabant. Poteris hoc ita intelligere, vt obfirmaretur Ezechielis facies ad sartaginẽ ferreã, cõtrà quã describeretur obsidio. Et ita per sartaginem intelligitur Iudæorum pertinacia, & vana fiducia, vt antea explicuimus. *Dani. 7.*

Signum est domui Israel. Hoc est, Id erit certa significatio obsidionis & euersionis Iudæorum.

Hic est planus huius loci sensus, ab aperto literæ argumento non discedens, quem theologi literalem vocant, cui primas inter omnes sensus absque controuersia tribuunt. Sed si verba hæc ad mores traducamus, ad eamque interpretandi rationem aperiamus aditum, quam moralem appellamus, intelligemus, Deum hic cum quocunque peccatore loqui, velleque his verbis nostros turbulentos motus componere, & animos nostros ad æternæ gloriæ desiderium excitare. Ita enim ait: Tu o peccator, qui ob flagitia tua non Dei filius nominari mereris, sed filius hominis, sume tibi laterem, sume cor tuum durum, & pone illud iuxta te, nam longè à te distat, & describes in eo ciuitatem Hierosolymã cœlestem. In primis ostendit Deus peccatoris cor durum esse, terram recoctam, & laterem in lapidẽ fere cõuersum. Ideo aiebat in Deuteronomio: Nõ obdurabis cor tuum, nec contrahes manum. Et per os Dauidis: Nolite obdurare corda vestra. Et per Esaiam: Audite me duro corde. Hi nescientes quid agant, æternam sibi pernicié moliuntur. Ideo ait in epistola ad Romanos diuus Paulus. Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij. Deinde ostendit Deus cor impij peccatoris longè ab illo abesse. Vnde Dauid dicebat: Cor meum dereliquit me. Et in libro secundo Regum eũ Deo loquens aiebat: Inuenit seruus tuus cor suum. Si illud inuenit, ergo antea non habuerat. Et Ieremias: Audi populе stulte, qui non habes cor. Et Daniel de tyranno quodam, quẽ rationis expertem vocat, loquẽs, ait: Cor eius datum est ei. Vnde diuus Gregorius, Cor, inquit, nostrum non habemus, cùm grauiter delinquimus. Et alibi: Nihil nobis vicinius est corde, & tamen sæpe euagatur. Nihil longius à nobis quàm nos. Mali, inquit Seneca, vbiq; sunt præterquam secum. Et cùm longè à seipsis distent, à deo etiam longè recedunt. Idèo ait per Esaiam Deus: Audite me, qui longè estis. Et Paulus in epistola ad Ephesios: Qui eratis longè, facti estis propè. Hinc effectum est, vt sceleratorum habitatio dicatur terra longinqua. Id intelligens Ieremias aiebat: Vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Et filius prodigus discedens à domo patris sui se in terram contulit longinquã. Apud Marcum volens Christus turbas pascere ait: Quidã ex eis de longè venerunt. Id interpretans Beda ait: Qui post magna peccata veniunt, de longinquo veniunt. Et regio illa longinqua terra mortuorum appellatur: cùm iustorum regio terra sit viuorũ, vt in psalmo: Placebo domino in regione viuorũ. Iit: Credo videre bona domini in terra viuentiũ. Terram viuentiũ appellat Iudæã, quòd in sola ea Deus verè coleretur. Aberat tunc Dauid à patria sua, à Hierosolyma, à templo Dei, & exul metu Saulis solitudines peragrabat. Sed ingruescente rerũ aduersarũ mole, nulli oneri succumbebat, quin potius diuinæ misericordiæ nitens sperabat fore, vt Hierosolymã introiret, sacrificijs Deo solẽnibus interesset, & dei solennitates in templo celebraret. Hæc erant bona, quæ credebat se esse visurum in terra viuentiũ. Non tamen me fugit posse per terram viuentium cœlestẽ illam regionẽ significari, vbi beati sempiterno gaudio perfuti, Deum ipsum intuentur. Illi enim, qui è corporũ vinculis euolarũt, & illic deo fruẽtes requiescũt, verè viuunt, nostra namque, quæ dicitur vita, mors est. Veruntamen prior sensus videtur germanior, & literæ accommodatior. Cùm igitur regio iustorum appelletur terra viuentium, consequens est, vt impiorum regio terra mortuorum vocetur, de quibus ait Christus apud Matthæum: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. In hac regione cum filio prodigo, qui substantiam suam dissipauerat, sunt impij pascentes sues, hoc est, appetitibus suis immundis nihil omnino denegantes, quo eos pertraxit effrænatũ falsæ libertatis desiderium. Ad hanc regionem fugiunt à deo peccatores. Adam admisso scelere fugit, & abscõdit se à facie domini post esum funestarum epularũ, *Psal. 114* *Psal. 26* *Mat. 8.* *Genes. 3.*

I 5 ad quas

Universidad de Deusto
Estante Plúteo
Biblioteca

ad quis cum Eua infeliciter inuitauerat. Cain
Genes.4. percussio fratre egressus est à facie domini, &
profugus, vel, vt potest verti ex Hebræo, fu-
Ioan.1. gans & instabilis habitauit in terra, &c. Io-
Prou.28 nas fugit à facie domini. Et, vt ait Salomon
in Prouerbijs, fugit impius nemine persequē-
te. Quanquam peccatores in hac mortuorum
regione constituti, dediti voluptatibus, & in
omni vitiorum genere versati, deum ore no-
minant aliquando, tamē eorum animus ab eo
Esa.29. longissimè distat, de quibus ait idem deus
Mat.15. per Esaiam prophetam: Cor eorum longè est
à me. Sed quid mirum abesse cor impiorum à
Esa.46. Deo, cùm ille ab ipsis impijs longissimè ab-
sit? Vnde ait per Esaiam Deus: Redite præua-
ricatores ad cor. Eam ob causam oportet illud
quærere, & tenere, ne iterū fugam arripiat. Id
Nahū.3. voluit propheta Nahum innuere ita dicens:
Intra in lutum, & calca subigēs, tene latetem.
Ac si diceret: Intra in cor tuum, conculca il-
lud, proterē, & comprime eius superbiam, il-
ludque tene & appreliende, ne aufugiat, & in
maximis versetur erroribus. Ideō præcipit
hoc loco Deus peccatori, vt cor suum lateri
durissimo similē sumat, iuxta seipsum ponat,
& illud nō sinat longius euagari: innuēs lōgè
distare à seipso. Et subdit statim: Et describes
in eo ciuitatē Ierusalē. Ac si dicat: Describe
in eo gaudia immortalia, & patriā cœlestē. Nē
in corde tuo sculpas aut depingas mundi glo
riā, inanē illā & fluxā, quæ instar flosculi deci-
dit, & pariter illud remanet, quod virtute & re-
ctè factis fueris cōsecutus. Ne in animo tuo
veluti in topographia & mappa mūdi Babylo
nem describas ciuitatem confusionis, quin
potius imaginem mundi ex eo dele, quæ velis
nolis fluit & præterit. Id intelligens regius va
tes cum domino sermonem cōferens canebat:
Psal.72. Velut somnium surgentium domine in ciui-
tate tua imaginem eorum ad nihilū rediges.
Ac si diceret: Euanescet vana mortalium felr
citas, quam in fluxis mundi rebus constituūt,
tanquam somnium hominis expergiscentis,
quod cùm esset inane, eum tamen dormien-
tem falsō delectabat. Tu domine in ciuitate
tua, in gloria sempiterna imaginē mundi, quā
insipientes homines in corde suo depinge-
bāt, ad nihilum esse redacta n ostendes. Ima-
ginem appellat mundi vaniratem, opes, digni-
tates, generis splendorem, & nominis amplitu
dinem, quibus rebus vani mortales inflantur,
quas inaniter sculptas in animo intuentur:
cùm nihil aliud sint quām vmbræ quædam, &
imagines fallaces, de quibus dicitur in libro
Sap.5. Sapientiæ: Transierūt omnia illa sicut vmbra.
Deleamus igitur ex animo Babylonem, & de-
scribamus in eo ciuitatem Hierosolymam,
visionem pacis, gloriam ecclesiam, sedes bea-
tarum mentium immortales, cantica illa dul-
cia Sionis, patriam promissionis, beatitudine
æternam. Cuius voluptatem & splendorem
nulla est tanta dicendi aut scribendi vis, tan-
taque copia, quæ non dicam exornare, sed e-
narrare possit. Quis ea recēsere pro dignitate
poterit, quæ, vt verbis vtar diui Pauli, oculus
1.Cor.2. non vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-
nis ascendērunt: Ad ea rapiamur, & diuino
amore inflammati aspiremus: ea cogitemus, ea
in animo versemus, ea desideremus, & in cor-
de descripta ante oculos mentis dies atque
noctes ponamus. Dicamus cum diuino ac re-
gio vate: Quemadmodum desiderat ceruus
Psal.41 ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea
ad te deus. Quemadmodum gnomon nauiga
Simile. torius, quem vulgus acum nauticam appellat,
semper polum adarcticum intuetur, ad illūq;
quomodocunque eius constituas, semper cō-
uertitur, quod certe est mirabile in hoc in-
strumento, & in versoria hac, qua nautæ cur-
sum ventorum cognoscunt, sic omnis homo
semper ad Christum debet mentis oculos &
affectus dirigere. Ille est noster polus arcti-
cus, astrum illud boreale fixum & constans,
quo gubernari debemus. Ille est spes & fi-
ducia nostra, & omnis nostra firmitudo, quā
sumus perpetuō aspecturi. Et quemadmo-
dum gnomon nauigatorius siue sit in arcula
aurea inclusus, siue argentea, siue lignea, sem-
per borealem respicit stellam, nunquā naturā
suam amittens, sic Christianus siue diuitijs
affluat, siue inopia laboret, siue instrumē vitæ
mediocrem obtineat, semper debet Christum
intueri, & ab hoc sancto mentis affectu nun-
quam desistere. Ipse enim ait in Canticis. Po-
Cant.8. ne me vt signaculum super cor tuum. Quasi
dicat: Constitue me scopum in animo tuo,
quō semper omnes tuarum cogitationum, ver
borum & actionum sagittæ dirigantur. Dele
mundi scopum, & me colloca vt finem, ad quē
tendant propositæ tuæ: in quo omnes tuæ curæ
figantur, & collocentur. Vide quām admira-
bilis gnomon, quām præcellens versoria erat
illustrissimus rex ille Dauid, cùm diceret:
Prouidebam dominum in conspectu meo
Psal.15. semper, quoniam à dextris est mihi, ne com-
mouear. Attende quemadmodum in deum
semper respiciebat. Considera cœlestem illam
nauigandi acum, diuinū Paulum aientē: Cur-
Heb.12 ramus ad propositum nobis certamen, aspici-
entes in authorem fidei, & consummatorem
Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit cru
cem: recogitate eū, qui tale sustinuit à peccato
ribus aduersus seipsum cōtradictionē. Respi-
ciebat semper diuinus apostolus in Christum
Deum

Deum nostrum, & de illius sententia omnia
vitæ consilia capiebat: omnem viuendi ratio-
nem ad illius voluntatem dirigebatur: eo om
nes curas & cogitationes firmiter collocabat.
Nos igitur leuemus oculos ad Christum, &,
vt verbis vtar diui Augustini, intueamur ca-
Simile. put nostrum. Et vt flumina omnia tendunt in
Eccle.1. mare, quoniam exeunt ab illo, & vt ait Salo-
mon in Ecclesiaste, ad loca, vnde exeunt flumi
na reuertūtur: sic nos ad Deū tendamus, quo
niam ab eo prodiuimus, & creati sumus: eum
intueamur, eius gloriam contemplemur: san-
ctorum beatitudinē, cœtum beatorum aspicia
mus, cælestem amorem concipiamus, qui ani-
mos nostros incendat, & studio immortalita-
tis ac supernæ Hierosolymæ totos inflāmet.
Psa.121 Dicamus cum propheta: Conuertēte anima
mea in requiem tuam, quia dominus benefe-
cit tibi. vel, vt potest cōuerti ex Hebræo: quia
dominus reddidit te tibi. Ac si diceret: Cùm
tu ō anima mea corpori seruires, nō erat mi-
rū, eius quæsisse voluptates: at modò quoniā
tua es, quoniam dominus reddidit te tibi, nō
alienam, sed propriam quære voluptatē, quæ
re requiem tuam, non corporis, non carnis, nō
mundi: quære Deum, oblectare illo, ad eū cō-
fuge, in eo conquiesce, in eius amore & sua-
uitate omnes molestias depone. Cogita æter
nam beatitudinem, eamq; in teipso imprime,
& sculpe. Hæc est spiritualis requies, hæc
est oblectatio tua. Conuertere igitur ad eam,
quoniam Dei beneficio teddita es tibi. Nos
describamus hanc ciuitatem cælestem in cor-
de nostro, iuxta id, quod hic ait Deus: Et de-
scribes in eo ciuitatem Ierusalem.

Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & edi ficabis munitiones. Sed ne existimes posse te ad
ciuitatem æternam peruenire absque labore,
depinges hostes, describes dæmones te obsi-
dione cingentes, tibi bellum inferentes, & in
teritum crudelissimum machinantes. Nun-
trabis animæ terribiles pugnas esse aduersus
eam paratas. Id intelligens apostolus ait-
Ephes.6 bat in epistola ad Ephesios: Induite vos ar-
matura m Dei, vt possitis stare aduersus in-
sidias diaboli: quia non est nobis colluctā
tio aduersus carnem & sanguinem, sed ad-
uersus principes & potestates, aduersus mū-
1.Pet.5. di rectores tenebrarum harum. Et diuus Pe
trus in sua prima canonica: Sobrij estote &
vigilate, quia aduersarius vester diabolus tan
quam leo rugiens circuit, quærens quem
deuoret. Sic velim tibi persuadeas, te es-
se tentationibus oppugnandum, cùm pri-
Eccle.2. mùm ad cælum aspiraueris, Deoque seruire
cōtenderis. Vnde ait Ecclesiasticus: Fili acce
dens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in ti-
more, & præpara animam tuam ad tentatio-
nem. Christus Deus noster statim post baptis *Mat.4.*
mum ductus est in desertum ab spiritu, vbi
eum diabolus tentare voluit. Et per multas
tribulationes oportet nos intrare in regnum
Dei, vt dicebant Christi Apostoli, quem- *Actor.14.*
admodum refert in Actis diuus Lucas. Nun
quam tam durè fuerunt à Pharaone filij Israe
lis oppressi, quàm cùm Aegyptū relinquere *Exod.5.*
conarentur. Eodem modo tunc nos dæmon
fortiùs tentat, cum mundi dolos, vanitates,
voluptates, & flagitia fugere decernimus.
Cùm Christus ejiceret quoddam dæmoni-
um ab homine ab eo possesso, exijt ab eo ex- *Mar.9.*
clamans, & multum dissipens cùm: vt euan
gelica narrat historia. Cùm homo ille vellet
à dæmone separari, tunc ab eo grauiùs preme
batur. Et licet diabolus nos interdū nō tēret,
ne illi vnquam fidamus, tametsi videamur in
tranquillitate vitam degere. Hoc intuens
animo diuus Hieronymus ita ad Heliodorū
scribebat: Erras frater erras, si putas vnquam
Christianum persecutionem nō pati. Tunc
maximè oppugnaris, si te oppugnari nescis.
Tranquillitas hæc tempestas est. Hæc sanctus
ille Iob: Militia, inquit, est vita hominis super *Iob.7.*
terram. Vnde Paulus apostolus, Arma, inquit, *2.Cor.10*
militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potēs
tia Deo ad destructionem munitionum. His
armis muniti superamus dæmonum tentatio-
nes, & victoriæ coronā adipiscimur. Ita enim
ait Iacobus apostolus: Beatus vir qui sustinet *Iac.1.*
tentationē, quoniam cùm probatus fuerit, ac-
cipiet coronam vitæ. Hæc est corona illa, de *Psal.20.*
qua dixerat diuinus vates: Posuisti domine su
per caput eius coronam de lapide pretioso.
Iam vocat Paulus coronā vitæ, & Petrus im- *2.Tim.4*
marcessibilem coronā gloriæ. Diuus martyr *1.Pet.5.*
Cyprianus ita ait. Semel vincit, qui statim pa
titur, atqui manens semper in pœnis & tenta-
tionibus congreditur cum dolore, nec vinci-
tur, cotidie coronatur. Hæc ille. Quoties dæ
monis, aut mūdi, aut carnis tentationes vinci-
mus, toties à deo corona victoriæ exornamur.
Et quātō quis iustior est, tantō grauius aliquā
do tētatur. Vt fragilis paries facilè ruit, & qua
cunq; machina cuertitur: sed fortissimus mu-
rus, seu arx munitissima & firmissima fortiter *Simile.*
resistit, & opus est hostibus machinas bellicas
adhibere, & mœnia illa validissimis tormen-
tis, saxa, tela, globos ferreos, & plūbeos iacu-
lātibus torquere, & fortiter cōcutere: Sic dia
bolus homines fragiles, parūq; in virtute con
stātes quacunq; tētatione euertit, sed ad supra
dos viros iustitia & charitate munitos, & hūmi
tudine ac cōstantia septos, varijs vtitur artifi- *Mat.4.*
cijs, & fortissimis tētationibus. Quē non ten-
tabit,

Universidad de Deusto
Estante Plateo
Biblioteca

tabit,ſi Chriſtum verũ Deũ intactæ cõſtituit? Vnde Paulus apoſtolus in vna epiſtola ait ad Hebræos: Non habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatũ autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Neq; ſiſtimet quis ſe eſſe à Deo derelictũ, qui tentatione exercentur. Pater duos habens filios, alterũ virtutis ſtudioſum, viribus corporis robuſtum, & animi fortitudine præſtantẽ, alterum deprauatum ingenio, deditũ deliciis, imbecillũ, & parui animi. Primum mittit ad bellũ, & periculis exponit, vt ſe laboribus exerceat, alteri indulget, ſecundas res facilè concedit, domi illum habet delicijs matris ſuæ delinitum. Sed ad extremum qui fortiter pugnauit, præmium magnum obtinuit, qui verò voluptatibus ducebatur, vacuus remanſit. Sic pater noſter cæleſtis homines fortes & conſtãtes per varios caſus interdum, & per acerbas calamitatum & tentationum anguſtias ducit, & præliis aduerſus animæ inimicos exercet, eoſque per magnos labores in virtute roborat, atque confirmat: hominibus autem fragilibus ab honeſtate abhorrentibus, fundamenta naturæ violantibus res proſperas permittit, & ad voluntatem fluentes. Sed ad extremum, qui fortiter pugnarunt, æternam gloriam cõſequuntur, qui verò ſe illecebris, turpiq; otio dediderunt, & vtilitatem ab honeſtate ſeparaverunt, ſunt ignominioſè conſumpti, & in æternas miſerias relegati. Vide delectatum deſtimentum, & æruminarum vtilitatem. Vt frumentum in cellario, niſi pala & ventilabro verſetur & moueatur, gurgulione abſumitur: & veſtis in repoſitorio & apodyterio, niſi concutiatur, & exerceatur, à tinea corroditur, ſic homo, niſi fuerit tentationibus agitatus, & calamitatibus concuſſus, facilè corrumpetur, & labefactabitur. Atijs rebus probatus redditur firmior, & fortiter pugnans coronã gloriæ adipiſcetur. Non coronabitur, inquit diuus Paulus, niſi qui legitimè certauerit. Et alibi: Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tẽtari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, vt poſſitis ſuſtinere. Sed opus eſt, vt nos diuinis armis muniamus, nam hoſtes nos variè oppugnant, & fortiter tentãt: conficiunt aduerſus nos excelſas turres vanitatis, vt inde nos expugnẽt. Et comportant aggeres, adducunt aduerſus nos terræ diuitias, vt earum cupiditate & affluentia foſſas impleant, & euangelicam auferant paupertatem, vt ſic nos poſſint facilè expugnare. Aggeres enim, vt diximus, ſunt terræ coaceruationes, quibus foſſæ adimplentur. Poteris etiam per aggeres terras cogitationes intelligere terram intuentes, cælum autem minimè contemplantes, quæ veluti montes terræ cordis foueas adimplẽt. Et quoniam diabolus nos vndique cingit & circundat, ait Deus, Et pones arietes in gyro. Ac ſi diceret: Nuntia animæ eſſe à dæmone oppugnandam machinis ſuperbiæ, aggeribus auaritiæ, & cæteris flagitijs, eſſeq; obſeſſam, & ex omni parte circundatam. Et quia ſeculi milites in ſiniſtro tantùm latere clypeũ portãt, & nos vndique oppugnamur, & oportet tegere vtrunque latus, ideo ſcuto diuino indigemus nos vndique circundante. Scutum hoc Chriſtus eſt, veritas ipſa, filius vnigenitus æterni patris, de quo ait diuinus vates: Scuto circũdabit te veritas eius. Ipſe nobis dat arma, quibus à dextris & à ſiniſtris protegamur: de quibus ait apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios: Per arma juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Poterat quidem Deus terrã promiſſionis tradere abſque armis filijs Iſraelis, ſed voluit, vt eam armis acquirerent, & gentes immanitate barbaras, & copijs abundantes debellarẽt, per mittens vt ſemper aliquæ huiuſmodi gentes in terra illa manerent, aduerſus quas Hebræi ſtrenuè dimicarent. Eodem modo vult Deus, vt diuinis armis pugnantes vincamus tentationes, & in hoc bello ſpirituali nosipſos exercentes, de animæ hoſtibus, dæmone, mundo, & carne victoriam admirabilem reportemus. Hæc ſunt ampla, hæc immortalia, hæc dignaq; fama celebrentur, monimentis annalium mandentur, & nulla vnquam obliuione delentur. Et quoniam Ezechiel erat hæc nũciaturus, præcipit illi Deus, vt ſumat ſibi ſartaginem ferream, quæ ſit illi inſtar muri, quo ſeptus & munitus expugnari non poſſit. Hæc ſartago erat ferrea & firma, & in ea cibi non ſibi, ſed alijs frigebantur, dum ipſa flãma ignis flagraret. Quid eſt hoc, niſi Charitas fortitudine polleus, de qua ſcriptum eſt in Cãticis: Fortis vt mors dilectio. Hæc amoris flammis incenſa omnibus prodeſſe cupit, alijſque præparãs cibos ipſa comburitur. Vnde apoſtolus: Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Quẽadmodum lucerna, vt alijs præbeat lumen, ipſa vritur & conſumitur, & ſal vt cibis condimentum & ſaporem præſtet, ipſe conſpingitur, & liqueſcit, ſic verè Chriſtianus, præſertim qui eſt in dignitate conſtitutus, vt malios conſeruet beneficium, aut poſſit alijs prodeſſe, debet ſeipſum combuſere, & confringere, & laboriq; quenecũque ſubire. Sunt enim Chriſtiani, præcipuè præſules & ſpeculatores, eiuſmodi erat Ezechiel, lux mundi, & ſal terræ. & debent magnoperè colere charitatem. Charitas autẽ teſte apoſtolo, non inflatur, nõ eſt ambitioſa, non

Heb. 4.

Simile.

Similia.

2. Tim. 2

1. Cor. 10

non quærit quæ ſua: Ideo poſt quàm Deus dixit: Et ordinabis aduerſus eam obſidionẽ, & ædificabis munitionem, &c. ſubdit: Et tu ſume tibi ſartaginem ferream. Sed de his hactenus.

Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum, & pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo, numero dierum, quibus dormies ſuper illud: & aſſumes iniquitatis eorum. Et ego dedi tibi annos iniquitates eorum numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domui Iſrael. Et cum compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecũdò, & aſſumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus, diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. Et ad obſidionem Ieruſalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophetabis aduerſus eam. Ecce circundedi te vinculis, & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obſidionis tuæ. Et tu ſume tibi frumentum, & hordeum, & ſabam, & lentẽ, & milium, & viciam, & mittes ea in vas vnũ, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies ſuper latus tuũ: trecentis & nonaginta diebus comedes illud.

Num. 14

4. Re. 25

Et tu dormies. Hieroſolymæ obſidio per Babylonios duravit annum vnum, & ſexaginta quinque dies, excepto tempore, quo Babylonij fuerũt occupationibus diſtracti ob Aegyptiorum exercitum. Nam aduentantibus Aegyptijs ad opem Iudæis ferendã iuerũt Babylonij obuiã illis omiſſa Hieroſolyma, vt licet videre apud Ieremiam capite trigeſimo nono. Volens autem Deus nunciare Iudæis per prophetam ſuum numerum dierum, quibus erat Hieroſolyma obſidenda, ait propheta, vt dormiat ſuper latus ſiniſtrum tercentos & nonaginta dies, & ſuper dextrum quadraginta, qui ſimul iuncti efficiunt numerum quadringentorum & triginta dierum. Samaria decem tribus fuit idololatriæ annis trecentis & nonaginta, & Hieroſolyma quadraginta, & diuus Hieronymus probat ex diuina ſcriptura, qui ſimul iuncti efficiunt annos quadringẽtos & triginta. Si autem pro annis ſumas dies, quẽadmodum ait Deus, inuenies annum vnum, & duos menſes, & quinque dies. Et tot diebus fuit Hieroſolyma obſeſſa à Babylonijs. Conſidera Dei iudicia. Tot diebus fuerũt Iudæi graui obſidione oppreſſi, quot annis idolis ſeruierant. Hoc vaticinatus fuit Ezechiel non ſolùm verbis, ſed etiã factis, dormiens ſuper latus ſiniſtrum trecẽtos & nonaginta dies, & ſuper dextrum quadraginta. Per latus ſiniſtrum intelligitur Samaria, quæ tempore Ieroboam vitulos aureos colere incœpit, quæ ideo dicitur ſiniſtra, quia debilior & fragilior erat, & priùs fuit capta ab Aſſyrijs, quam Hieroſolyma à Babylonijs, vt conſtat ex quarto Regum, & ſecundo Paralipomenon. Hieroſolyma verò vt fortior, dextera appellatur. Samaria, & decem tribus, & Iſrael, & domus Iſrael idem ſunt: quemadmodum Hieroſolyma, & Iuda, & duæ tribus, nã Beniamin Iudæ adhærebat, pro eodem accipiuntur. Hic autem ſomnus non fuit realis tot integros dies: qui enim fieri poterat, vt Ezechiel ſuper vnũ latus trecentos & nonaginta dies continuò dormiret? & ſomno ſolutus ſuper aliud latus quadraginta? Sed fuit hoc factũ in viſione quadam intellectuali & prophetica: videbatur enim illi tot dies dormire. Et viſionem hanc mandauit literis, vt eſſet omnibus cognitum & perſpectum, quot dies eſſet Hieroſolyma obſidenda.

3. Re. 12.

4. Re. 17 & 18. et 25. Para. 36

Ego autem dedi tibi annos iniquitates eorum. Hoc eſt, verti annos ſcelerum Iudæorũ in dies, quibus tu dormies, & ipſi obſidione opprimentur, in eaq; varijt calamitatibus crucibũtur. Et ſi decẽ tribus eſſent iam ãdductæ in Aſſyriã, tamen multi ex illis erant Hieroſolymæ, ad quam metu hoſtium confugerant.

Et portabis iniquitatem domui Iſrael. Id eſt, tot dies dormies, quot dies Iudæi obſidebũtur, & quot annos idolorum cultui adhæſerunt. Et quia Ezechiel dolebat, & grauiter ſentebat Hebræorum ſcelera, & pœnas, quas propterea illis luebant, atque pro illis ad deminum preces & lachrymas fundere non ceſſabat, dicitur portare iniquitatem eorum. Officium erat ſacerdotum & prophetarum in lege populi flagitia deplorare, eiuſq; pœnas portare, & pro eo quodammodo ſoluere: vt ex libris Leuitici, & numerorum conſtare videtur. Vnde Ieremias: Quis dabit, inquit, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & ploraho die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Et Oſeas: Conſolatio ablata eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet. Et apoſtolus in Actis: Per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monens vnumquemq; veſtrum. Sed dices: Si propheta & ſceleribus & æruminis Hebræorũ affligebatur, cur tanto

Leuit. 7. Num. 18 Iere. 9.

Oſe. 13.

Actor. 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporis spatio dormiebat, & requiescebat? Quia viri iusti etsi ex vna parte & suis & alio rum calamitatibus premantur, & dolore lacerentur, tamen ex altera parte afficiuntur gaudio, quòd aspiciãt gloriã Dei illustrari, & peccatores à maleficio deterreri, dum qui peccarunt, pœnas suorum erratorum persoluunt, iuxta id quod ait Psalmographus: Lætabitur iustus, cũ viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Imõ inter calamitates suas etiam minime meritas voluptate afficiuntur, nihil propter Deum asperum, nihil durum, nihil intolerandum putant. Illis id accommodatur, quod ait in Deuteronomio diuina scriptura: Inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Inundationes maris sunt mundi molestiæ, & afflictiones acerbæ & amaræ, quas viri pietate & charitate præstantes veluti suaue lac sugũt, inueniẽtes in illis dulces oblectatiões. Et cùm ipsi sint arena fluctibus maris cõcussa, mundi calamitatibus agitata, in medio sui, in intimo corde inueniunt thesauros absconditos, diuinas consolationes, quibus suauissimè etiã in ærũnis oblectãtur. Vnde in actis apostolorũ Lucas: Ibãt apostoli gaudentes à conspectu cõcilij, quoniã digni habiti sũt pro nomine Iesu cõtumeliã pati. Et diuus Hieronymus in epistola ad Asellã, Gratias, inquit, ago Deo meo, quòd dignus sim, quem mũdus oderit. Et in epistola ad Furiam, vbi ostendit quemadmodũ cum scelerati maledictis lacesserent, ait: Addant, si volunt, Samaritanum, vt dominũ meũ titulum recognoscam.

Psa. 57.

Deut. 33.

Acto. 5.

Fit ad obsidionem Ierusalem conuerte faciem tuam. Id est, intuere vultu irato & truculento Hierosolymam, ciuitatem illam, quam in late te obsessam depinxeris. Solebãt diuini vates, cùm ciuitatis alicuius euersionem prædicerẽt, aduersus eam faciem vertere.

Et brachium tuum erit extentum. Vt significet alacritatẽ, & extremã huius obsidionis executionẽ. Hebraismus est desumptus à luctatoribus, aut à gerentibus aliquid fortiter & strenuè, qui solent brachiũ nudare, & extendere.

Et prophetabis aduersus eam. Nũtiabis & sermone, & actione ei Hierosolymam non solũm obsidendam, sed penitus vastandam.

Circundedi te vinculis. Id fuit in visione imaginaria.

Obsidionis tuæ. Id est, de qua vaticinaris.

Et tu sume tibi frumentum & hordeũ. Significat imminere Hierosolymæ maximã famem, qua obsessi, vt in quarto libro Reg. proditum est memoriæ, laborarunt. Tanta enim fuit, vt obsessi ex diuersis leguminibus, nempe frumento, hordeo, fabis, lentibus, milio, & vicijs panes paucos conficerent, quibus non ad satu sitatem vterentur, sed modicè & vnciatim.

4. Reg. vi.

Cibus autem tuus, quo vesceris, erit in põdere viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus comedes illud. Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsq; ad tempus bibes illud. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Et dixit dominus: Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gẽtes, ad quas eijciã eos. Et dixi: a, a, a, domine Deus, ecce anima mea nõ est polluta, & morticinum, & laceratũ à bestijs non comedi ab infantia mea vsque nunc: & non est ingressa in os meum omnis caro immunda. Et dixit ad me. Et dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo. Et dixit ad me: Fili hominis, ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem: & comedẽt panem illum in pondere, & in solicitudine, & aquã in mensura, & angustia, bibent: vt deficiẽtibus pane & aqua corruat vnusquisq; ad fratrẽ suũ, & contabescat in iniquitatibus suis.

Cibus autem tuus. Vult significare magnam famem tempore obsidionis, quoniam Iudæis obsessis præscribebatur vilis nutrimenti pondus, & certa mensura. Nemo in toto die comedere poterat nisi viginti panis stateres: viginti autẽ stateres continent decem vncias iuxta diuũ Hieronymi sententiam. Itaque in toto die naturali nemo edere poterat plusquam panem vnum decem vnciarum, quo magis anima traheretur, quàm sustentaretur. Sũt qui asserant viginti stateres quinque solum vncias continere: nam stater idẽ est quod siclus, siclus aũt cõtinet quartam partẽ vnciæ, viginti aũt quartæ vnciarũ quinq; vncias efficiũt. Iosephus ait apud Hebræos siclũ quatuor drachmas cõtinere. Budæus existimat staterẽ esse numum valentem quatuordecim solidos. Et ita variant authores. Vtcunque sit, hac parua mensura & modico pondere intolleranda fames prædicitur.

Sextam partem hin. Hin erat genus mensuræ Hebrææ duos sextarios Italicos cõtinẽtis, quos

quos paruus vrceus capiebat. Non solũm in illa obsidione Hebræi fame magna, sed incredibili etiam siti laborarunt.

Operies illud. Hoc est, coques illud: & ita est in Hebraico. In nonnullis regionibus ob lignorum defectum concoquitur panis stercore boum desiccato. Et ita fieri posset de humano stercore, sed esset nimis horrendum & abominabile. Volens Deus significare, esse Iudæos in alienis prouincijs panem horridũ immundumque manducaturos, præcipit Ezechieli, vt in humani simi desiccati igne, concoquat panem. A qua re abhorrens diuinus vates Deum obsecrat, ne illi hoc præcipiat, quod quidem impetrauit.

Ierem. 1.

Aaa. Totum hoc locum habet interiectionis admirantis, qua vsus est Ieremias cum deo loquens capite primo.

Exo. 22. Leuit. 17 Leuit. 22

Morticinum. Hoc est, quod absque sanguinis effusione vitam amittit. Præceperat deus Hebræis ne morticinũ, & laceratum à bestia comederent: vt in Exodo, & Leutico diuina scriptura commemorat. At existimabat propheta multò grauius sibi esse, & detestabilius, pane sic abominabili vesci.

Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalẽ. Panem vocat baculum, quòd eo homines sustententur.

Cernat vnusquisq;. Non valẽs se præ fame sustentare: sed ob admissa scelera luctu cõfectus, & inopia debilitatus, succũbet ægritudini, & cadẽs animo & corpore, excedet è vita. Hæc de Babylonica captiuitate interpretati sumus hunc esse germanũ ac historicũ sensum existimãtes. At Iudæi tẽpore Titi & Vespasiani vidẽtes Hierosolymã, funditus euersam asserue runt hos quadringẽtos & triginta dies accepto anno pro die duraturã esse captiuitatem & ignominiã suã: illis autẽ peractis venturũ esse Messiã suũ, qui eos à potestate gentiũ & Christianorum liberaret, mundi opibus & dignitatibus cumularet, & in pristinam libertatem & legis cæremonias restitueret. Sed quàm vana & falsa fuerit hæc eorũ interpretatio, nemo est, qui nõ videat, cũ hodie post mille & quingẽtos ferè annos ab illa captiuitate nec templũ habeant, nec cæremonias, nec sacrificia, nec sacerdotẽ, nec regẽ, nec ciuitatẽ, sintq; exules, abiecti, calamitosi, ab omnibus nationibus cõtempti, & in dedecore & ignominia versati. Nihilominus tamen tanta adhuc excitate laborant, tam crassa caligine eorum intellectus obsunduntur, vt Messiam expectẽt terrenum illũ quidẽ, qui in eos bona terræ conferat, vt possint corporis voluptatibus perfundi, humanisq; opibus redundare. Terreni hominis terrenũ caput Messiam. At verus Messias in eorum lege promissus Christus Deus noster nõ terræ sed cœli diuitias attulit, quæ sunt veræ diuitiæ, animos amplificantes, eosq; virtutibus, diuina gratia, & donis cœlestibus adimplentes, quibus gloriã sempiternã cõsequũtur. Zacharias prophera de Messia loquens ait: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascẽdens super asinam, &c. Id quod impletũ est, cùm dominus Iesus introiuit Hierosolymam sedens super asellum, sternẽtibus hominibus vestimenta sua in via, & arborum ramos cædentibus, quibus viam tegebant: vt euangelica narrat historia. Cùm rex aliquis seculi vrbem celebrem cum regia pompa ingreditur, & magnificè excipitur, fertur sub pretioso peripetasmate, aut eleuato pallio, ex serico & auro confecto ad aeris intemperiem euitãdam, & summam apparatũ ostendendõ. Et ita sub hoc nobili tegumento virgis eleuato incedit princeps, terram videns non autem cœlum: nec mirum, cùm rex sit terræ non cœli. At Christo deo nostro, qui rex est cœlestis, qui de se ipso ait: Regnum meum nõ est de hoc mundo, nõ cœlũ operiebãt pallio aut peripetasmate, sed terram vestibus & ramis. Et vt verus Messiæ pauperratem diligendam ostenderet, nõ super equum sedens introiit, sed iuxta Zachariæ prophetiam super asinam, & super pullum filium asinæ. In eius personam dixerat Dauid: Infirmata est in paupertate virtus mea. Et rursum: Pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea. Vbi igitur sunt apparatus regij? vbi magnificentia munerum terræ? vbi phaleræti equi? vbi magnificæ pompæ? vbi militum copiæ? vbi temporalis regis ornamenta? Si Messias venturus esset mundi diuitias daturus, diceret Zacharias: Ecce rex tuus venit tibi potens, diues, equo, aut curru triumphali vectus, & satellitum tuba comitatus. At intelligens Messiam fore spiritualẽ, & cœlestem regẽ, & mundi opes contemptorum, eum pauperem & saluatorem appellauit, omnesq; eius apparatus descripsit. Eodẽ modo regius vates cum inopẽ fore prædixit, sed mundi scelera deleturum esse apertissimè ostẽdit. Ita enim ait: Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Dicens, ex omnibus iniquitatibus, declarauit fore Christum animorum redẽptorẽ: iniquitates enim vincula sunt, quibus impij in dæmonis captiuitate detinentur. Hoc docuit idem Messias per Ieremiam ita loquens: Propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius. Et per Isaiam: Deleui vt nubũ peccata tua, & quasi nubeculam iniquitates tuas. Hic est Messias in Iudæorum lege promissus,

Matt. 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

Ioan. 18.

Psal. 30 Psal. 87.

Psal. 129

Ierem. 31

Esa. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non terrenus, non mundi diuitijs affluens, sed diuinus, & diuinas tribuens opes, paupertatem verò in hoc seculo & verbis & factis docens. Hoc intelligens diuus Paulus has voces emisit: Scitis gratiam domini nostri Iesu
2. Cor. 8. Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt vos illius inopia diuites essetis. Eum Messiam expectabant antiqui patres, eius aduentum cupiebant fideles, de eo vaticinabantur diuini vates, cuius sanguine erant mundi maculæ abluendæ, & iniquitates expiandæ, qui erat infinitam hominum multitudinem è tenebris eripturus, & fidei, atque gratiæ lumine illustraturus. Sed quoniam in eum credere Iudæi noluerunt, fuerunt à Romanis obsessi, & victi, & in miseram seruitutem redacti. Et de hac obsidione & euersione potest totum hoc caput explanari. Eam præuidens dominus lachrymis prosecutus est, quando, vt refert diuus Lucas, videns ciuitatem fleuit super il-
Luc. 19. lam, dicens: Si cognouisses & tu. & cæt. Per primos trecentos & nonaginta dies super latus sinistrum intelligitur tempus obsidionis, per quadraginta verò, quibus quadraginta anni significantur, intelligitur tempus, quod inter mortem Christi, & Hierosolymæ per Titum Vespasianum filium Vespasiani euersionem, interfluxerunt. In ea obsidione tanta fuit fames, teste Iosepho libro septimo de bello Iudaico, vt nec cingulis, nec calciamentis abstinuerint, & cotia scutis detracta manducauerint. Et, quod dictu quidem horrendum, auditu autem incredibile videtur, quædi mulier Eleazari filia proprium filium suum fame coacta occidit, & comedit. Viæ vrbis plenæ erant mulieribus exanimatis, & infantibus ac senibus mortuis, & adolescentibus palpitantibus. Quidam præ fame penitus exceedebant è vita, alij veluti mortuorum vmbræ inter defunctorum cadauera versabantur, & vbi eos mors occupabat, ibi cadebant. Captiuorum, qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium inuentus est numerus, mortuorú verò vndecies centum millia. Cùm enim pascha esset Iudæorum, & ex multis oppidis multi ad festum congregarentur, fuerunt subito bello circunfusi, & in ciuitatem veluti in carcerē cõiecti. Hæc omnia Flauius Iosephus nationis Hebræus, testis oculatus literis mãdauit, vt essent perpetuis monimentis consignata. Eusebius in libro de temporibus breuiter sed egregiè super hoc philosophatur. Oportuit, inquit ille, ijsdē diebus paschę eos in vrbe includi ad suam ipsorum cædem, quibus saluatorē cruci affixerunt. Aequum fuit, & iusto dei iudicio effectum, vt illi eo tempore interirent, quo immaculatum illum & cœlestem agnum ad interitum falsis criminibus vocarunt, & vulneribus confectum crudeliter occiderunt. Perspicuum est enim, fuisse Christum die paschę Ioan. 18. & 19. Iudæorum occisum. Et quoniam perfidi Iudæi nec cœlestem patrem, nec eius filiũ vnigenitũ venerati sunt, imò nec cognouerunt, quia cognoscere noluerunt ob malitiæ suæ obcæcationem, dicēte Christo discipulis suis: Ioan. 16. Hoc facient vobis, quia non nouerunt patrē, nec me: ideo de illis Vespasianus pater & Titus filius triumpharunt: vt Paulus Orosius libro septimo suarum historiarum grauiter & sapienter annotauit. Eius enim ad literā hæc sunt verba: Pulchrum & ignotum antea cunctis mortalibus, inter centum & viginti triũphor, qui à condita vrbe vsque ad id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit, patrem & filium vno triumphali curru vectos, glorioſiſſimam ab his, qui patrem & filium offenderũt, victoriam reportasse. Hæc ille. Nos autem, qui totum hoc caput de Hierosolymæ per Titum & Vespasianum obsidione & euersione etiam interpretamur, deum vehementer obsecramus, vt nos à mundo, dæmone, & carne vndique obsessos eripiat, atque de ijs hostibus triumphantes, cœlestique splendore fulgentes, ad vitam immortalem perducat.

Annotationes ex Hebræo in caput quartum.

Et tu sume tibi laterem. Latus hoc loco pro quadrato ponitur. Later enim quadrangulus est, & ex luto factus, quo vtuntur ædificantes. Hebræi habent לבנה lebenah, quod Latini interpretes vertunt lateres, Symmachus πλινθον, Septuaginta πλινθευμα, Aquila πλινθιον. Est autem lebenah à verbo לבן laban, quod significat albescere, quia ex luto albo fiebant lateres. Vide Exod. 5. Num. 11. Esa. 9. Nahum. 3. Apocal. 21.

Et pones castra. Castra hoc loco pro obsidione ponuntur. Hebræi habent מצור matsor, quod significat obsidionem, & munitionem. Vide Deut. 20. Esa. 29. Hier. 52. Ezech. 21. Dan. 11. Zach. 9.

Et tu assumpsisti tibi triticum. Triticum hoc loco pro omni frumento ponitur. Hebræi habent חטה hittah, quod Latini interpretes vertunt triticum, Symmachus πυρον, Septuaginta σιτον, Aquila πυρον. Est autem hittah à verbo חתת hathath, quod significat frangere, quia triticum frangitur, vt panis fiat. Vide Gen. 41. Exod. 9. Deut. 8. Iudic. 6. Ruth. 1. 1. Reg. 12. Psal. 77. Esa. 28. Ezech. 27. Ioel. 1. Amos. 8. Apocal. 6.

Et hordeum. Hebræi habent שערה seorah, quod Latini interpretes vertunt hordeum, Symmachus κριθην, Septuaginta κριθας, Aquila κριθην. Est autem seorah à verbo סער saar, quod significat horrere, quia hordeum horret, & horridum est. Vide Exod. 9. Deut. 8. 2. Reg. 4. 2. Reg. 7. 2. Reg. 18. 1. Paral. 11. Esa. 28. Hier. 41. Ioel. 1. Apocal. 6.

Et fabam. Hebræi habent פול pol, quod Latini interpretes vertunt fabam, Symmachus κυαμους, Septuaginta κυαμους, Aquila κυαμους. Est autem pol à verbo פלל palal, quod significat iudicare, quia fabæ iudicium præbent, vt panis fiat. Vide 2. Reg. 17. Esa. 28. Ezech. 4.

Et lentem. Hebræi habent עדשים adasim, quod Latini interpretes vertunt lentem, Symmachus φακους, Septuaginta φακους, Aquila φακους. Est autem adasim à verbo עדש adas, quod significat colligere, quia lentes colligendæ sunt, vt panis fiat. Vide Gen. 25. 2. Reg. 23. Esa. 28. Ezech. 4.

Et milium. Hebræi habent דחן dochan, quod Latini interpretes vertunt milium, Symmachus κεγχρους, Septuaginta κεγχρους, Aquila κεγχρους. Est autem dochan à verbo דחה dachah, quod significat propellere, quia milium propellitur, vt panis fiat. Vide Esa. 28. Ezech. 4.

Et vicia. In hebraico est in plurali. כבשים cussemim. Est quoddam leguminis genus dictum zea, siue spelta, vt ait R. Dauid. Spelea autem duo sunt genera, authore Dioscoride libro secundo capite 20. alterũ simplex, alterum duplicis grani. Symmachus & Aquila in prima editione habēt zeas. Sunt qui existimẽt esse legumen illud, quod Lusitanè appellatur ervilha. Septuaginta habēt, ὀλυρας, pro quo versio

versio Complutensis desumpta ex Græco habet siliginem. Et Theodorus siliginem etiã vocat, tametsi alij auenam interpretentur. Vtcunque sit, genus est vilis leguminis, ex quo cum alijs præcipiebat deus Ezechieli, vt panẽ vilem & cibarium conficeret.

Conteram baculum panis. Septuaginta pro baculo panis habent στηγμα ἀρτου, pro quo Latinus interpres vertit: firmamentum panis. Symmachus & Theodotio, & Aquila in secũda versione habent στηριγμα, quod idem
Num. 17 Exech. 7 forè est. In hebraico est מטה matteh, quæ dictio virgam significat, vt Numer. 17. Accipe ab eis virgas singulas. Et Ezechiel. 7. Floruit virga, germinauit superbia. Sed quoniã dictio hæc significat etiam declinationem & iniustiam, poterat illud verti: Floruit declinatio siue iniuria. Ita R. Ionah hunc locum interpretatur. Et videtur pulchra eius expositio, nam sequitur: & germinauit superbia. Significat etiam robur, firmamentum, & sustentaculum, vt in psalmo: Omne firmamentum panis contriuit. Ac si diceret: Fecit deus vt deesset frumentum, quod est firmamentum humani corporis, vt omnes fame laborarent. Vtinam hæc panis egestas non opprimat etiam Christianos. Panis hic verbum dei est, de quo
Psa. 103 potest illud psalmographi explicari: Et panis cor hominis confirmat. Et id, propter quod
Thren. 4 lamentabatur Ieremias: Paruuli petierunt panem, & non fuit, qui frangeret eis. Ac si diceret: Infirmi & insipientes, qui non valent intellectu comedere fortes & excelsas diuinarum literarum sententias, & arcana atque alta mysteria, petierunt à viris doctis vt panem verbi Dei sibi frangerent, & comminuerent, sacram illis scripturam explanantes, & non erat, qui hoc facere vellet. Multis hodie posset hoc accommodari, qui cùm alios docere deberent, dediti ventri & somno, vitam silentio, turpique otio tranſigunt, debitos labores contemnentes, indebitis voluptatibus ducuntur. Eam ob causam multis in locis deest panis hic, ob cuius penuriam debilitati
Esa. 5. multi in interitum ruerunt: &, vt ait Esaias, nobiles interierunt fame, & multitudo siti exaruit. Et non solùm multi panem euangelicæ doctrinæ non gustant, cùm se euangelicos appellent, sed etiam sanctissimum eucharistiæ sacramentum, panem illum diuinum, panem viuum, qui de cœlo descendit, penitus negant, & fidem catholicam relinquẽtes Oecolampadij, & caluini, & cæterarum huiusmodi pestium hæreticorum Capharnaitarum perfidiæ adhæserunt. Aiunt enim cum Capharnaitis: Quomodo potest hic nobis carnem
Ioan. 6. suam dare ad manducandum? Nos verò capiamus intellectum in obsequium Christi, qui dixit: Hoc est corpus meum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hæc Christus, hæc ipsa veritas. Non
2. Cor. 10 Matt. 26 potest mentiri veritas. Verbum domini manet in æternum. Vide qui dicat Ioannes Damascenus: Non est figura panis & vini, corporis & sanguinis Christi. Absit hoc. Sed est
Ioan. 6. Esai. 40 ipsum corpus domini deificatum, ipso domino dicente: Hoc est corpus meum: non figura corporis, sed corpus, non figura sanguinis, sed sanguis. Hæc ille. Idem Cyprianus martyr indicat in sermone de cœna domini dicēs: Panem angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestiùs edemus in cœlis. Explicans Augusti-
Psal. 33. nus illam psalmi inscriptionem: Psalmus Dauid, cum mutaret vultum coram Abimelech,
1. Reg. 21 & dimisit eum, & abijt, ac locum illum ex libris Regum iuxta editionem septuaginta interpretum pertractans: Ferebatur in manibus suis: Hoc verò fratres, inquit, quomodo possit fieri in homine, quis intelliget? Quis enim portatur in manibus suis? Manibus aliorũ portari potest homo, suis manibus nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso Dauide secundum literam, non inuenimus: in Christo autem inuenimus. Ferebator enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum aiebat: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis: seipsum itaque ferebat Christus in manibus suis. Hæc Augustinus. In psalmo septuagesimoprimo, qui de Christi tempore non
Psal. 18. solùm iuxta Christianorum, sed etiã iuxta Hebræorum sententiam explanatur, sunt hæc verbi literis mandata: Erit firmamentum in terra in summis montiũ. Vbi diuus Hieronymus pro firmamento vertit memorabile triticum. Et Rauclinus ait vocabulum hoc hebraicum significare placentulam frumenti. Et R. kimhi ait esse massam frumenti. In hebraico est פסגת בר pissath bar, hoc est particula seu placenta frumenti dictio enim bar frumẽtum significat absque controuersia. Significat etiam filium, & puritatem. Vnde id quod est
Psal. 2. in psalmo: apprehendite disciplinam, verti potest: Apprehendite, siue osculamini filium, siue puritatem. Ac si dicat, amplectimini, & summè diligite Messiam, qui est filius dei, & ipsa puritas. Potest etiam verti: Seruite frumẽto, hoc est Christo, qui est panis vitæ. Vnde verba illa, Erit firmamentum in terra in summis montium, possunt rectè verti ex hebræo: Erit placenta tritici in terra in capitibus montium. Thargum habet: Erit panis confor-

Universidad de Deusto
Estante
Plateo
Biblioteca

tant in terra. Paulus episcopus Burgensis
citat quandam paraphrasim Chaldaicam, quæ
ita habet: Erit placenta tritici in capitibus
sacerdotum. Quæ interpretatio est absque du-
bio admirabilis: est enim sanctissimi sacramē-
ti altaris diuina vaticinatio, in quo sub specie
placentulæ tritici, sub specie panis, & massæ tri
ticiæ coctæ præsens nobis adest Christus, ve-
rus deus, & verus homo. Rectè quidem iux-
ta Hieronymi versionem memorabile trititi-
cum hoc sacramentum appellatur, cùm sit pa-
Ioan. 6. nis viuus, & diuinum manna, de quo ait Chri
stus: Qui manducat meam carnem, & bibit
meum sanguinem, habet vitam æternam. Et
Philip. 4. verè ait Thargum esse panem confortantem,
cùm de illo dicat dominus Paulus: Omnia pos
sum in eo, qui me confortat. Et verè ait para-
phrastes Chaldæus, esse hanc diuinam placen-
tulam in capitibus sacerdotum, quoniam su-
per eorum capita hostia consecrata eleuatur,
vt populo in missæ sacrificio ostendatur ado-
randa. Et R. Achilas transfert illūlocum psal-
mographi in hūc modū: Erit panis subſtantia
lis in terra in capitibus montium. Et R. Iona-
thas: Erit sacrificium panis in terra in capite
montium. Quæ omnia diuino eucharistiæ sa-
cramento accommodantur. Hic est panis di-
uinus, hic est cibus cœlestis, hoc est pignus
æternæ nostræ beatitudinis, & summæ felici-
tatis. Cùm deus sit summè bonus, & eam
ob causam summè communicatiuus, & se
municare. Quæ maior poterat esse communi-
catio, quàm post discessum suum, post ascen-
sum in cœlo manere nobiscum in sancto eu-
charistiæ sacramento? Nō passus est eius amor,
vt à nobis corporaliter discederet, quin nobis-
cum sacramentaliter maneret, vt eum videre-
mus sub accidentibus, sub speciebus panis &
vini, vt eum coleremus, & manducaremus, vt
Ioan. 6. in ipso maneremus, & ipse in nobis. Ipse enim
ait: Qui manducat meam carnem, & bibit me
um sanguinē, in me manet, & ego in illo. Hūc
diuinum cibum, hunc panem cœlestem reie-
cerunt nostri temporis hæretici, siliquis por-
corum seipsos pascentes, doliaque dæmonum
suam pestilentem sectam sustentantes. Christi
charitatem immensam negarunt, eiusque infi-
nitæ pietatis splendorem maculare voluerūt.
O rem indignam! ò scelus detestandum! Ni-
hil vnquam sol vidit indignius. Quid dicam.
Quò me vertam? Quæ res vnquā gesta est ma-
ior, quàm Christum nobis seipsum relinquere
Psal. 110 in sacramento? Quò vltrà poterat amor acce-
dere? Quid diuinius, quid gloriosius, quid ac
commodatius hominū memoriæ sempiternæ?
Memoriā fecit mirabiliū suorū misericors &
miserator dominus, escā dedit timentibus se.
Et tamen hanc escam, hoc magnificentissimū
beneficium, hoc amplissimum munus irri-
dent, Caluinistæ, & Bucceristæ, & Oecolam
padistæ tenebris circumfusi, & in caligine ob-
scurissima versati. Quemadmodum Nabuzar- 4. Reg. 25.
dan princeps militiæ Nabuchodonosoris Hie
rosolymam euertit, & templi vasa prophanauit,
sic nostri temporis hæresiarchæ, principes mi-
litiæ diaboli, ecclesiam Christi conantur euer
tere, & sacra templi vasa, hoc est sancta ecclesiæ
sacramenta, non à Salomone, sed à Christo cō
stituta penitus delere, aut saltem maculare. Na
buzardan sonat sermonem alieni domini, seu
alieni iudicij. Tales sunt hæretici quorū ser- Ioan. 8. & 10.
mo nō est Iesu Christi domini nostri, sed alie
ni domini, hoc est diaboli, quē Christus prin-
cipem hūius mundi appellauit. Hunc sequūtur perditi ho
mines, rectorem tenebrarū, & dominū impio-
rum, quam ob causam non est mirum eorum
iudicium alienum esse à veritate, ab ecclesia,
& à Christo. Te precor clementissime deus,
vt eorum animos splēdore veritatis illustres,
ne tot homines ad imaginem tuam creati ex
errorum tenebris, in quibus versantur, ad calī-
ginem æternam præcipitentur. Aperi eorum
oculos, incende amore tuo eorum voluntates,
ne in flammas inextinguibiles æterni baratbri
proijciantur. Proijcientur enim, nisi tu eos
illuminaueris, & ad fidem sanctæ ecclesiæ
Romanæ perduxeris. Quoniam teipsum
panem diuinum reliquerunt, & baculum
panis, de hoc hic loquitur Ezechiel, repu-
diarunt.

Et contabescent in iniquitatibus suis. Pro ini-
quitatibus est in hebræo: עֲוֹנֹתָם auonam,
quæ dictio iniquitatem significat, & pœnam.
Vnde illud psalmographi: Appone iniqui- Psal.
tatem super iniquitatem eorum, verti potest:
Appone pœnam super iniquitatem eorum:
Ac si dicat: Puni eos domine iuxta eorum
flagitia. Quare poterat locus hic ezechielis ita
transferri: Et contabescent in supplicijs suis.

ARGVMENTVM CAPITIS QVINTI.

CVm Hebræi diuina monita contemnerent, effectique eorum ratio obscurata flagitijs, & voluntas conflictata sceleribus, & animus à mente diuina penitus alienatus, voluit deus eos vltijci, vt tantorum maleficiorum pœnas lue rent. At tanta est eius misericordia, vt priùs illis pestem, & ferrum, & flammam minaretur, quàm se ad illum conuerterent, eiusque misericordiam implorarent. Eam ob causam præcipit Ezechieli, in qua tunc diuinum quoddam & fidei & vaticinationis inuitu elucebat, & charitatis flamma

flamma ostendebatur, vt illis Hierosolymæ euersionem prædiceret, & sub pilorum ænigmate eorum interitum & exilium nuntiaret.

CAPVT V.

ET tu fili hominis sume tibi gla-
dium acutum, radentem pilos:
& assumes eum, & duces per caput
tuum, & per barbam tuam: & assu-
mes tibi stateram pōderis, & diuides
eos. Tertiam partem igne combures
in medio ciuitatis iuxta completio-
nē dierum obsidionis. Et assumes ter
tiam partem, & concides gladio in
circuitu eius: tertiam verò aliam di-
sperges in ventum, & gladium nuda
bis post eos. Et sumes inde partiū nu
merum, & ligabis eos in summitate
pallij tui. Et ex eis rursum tolles, &
proijcies eos in medio ignis, & com
bures eos igne, & ex eis egredietur
ignis in omnem domum Israel. Hæc
dicit Dominus Deus. Ista est Ieruſa-
lem, in medio gentium posui eam, &
in circuitu eius terras. Et contempsit
iudicia mea, vt plus esset impia, quàm
B. gentes, & præcepta mea, vltra quàm
terræ, quæ in circuitu eius sunt. Iudi
cia enim mea proiecerunt, & in pre-
ceptis meis non ambulauerunt. Id-
circo hæc dicit Dominus deus. Quia
superastis gentes, quæ in circuitu ve-
stro sunt, & in præceptis meis non
ambulastis, & iudicia mea non feci-
stis, & iuxta iudicia gentium, quę in
circuitu vestro sunt, non estis opera-
ti, ideo hæc dicit Dominus Deus.

EXPLANATIO.

ET tu fili hominis. Totum hoc caput con-
tinet ænigma quoddam pilorum, quo
vastatio Hierosolymæ significatur. Gladius
acutus siue rasorius, hoc est nouacula, est Dei
voluntas & decretum: caput vrbs Hierosoly-
ma, pili verò, eius habitatores. Hi fuerunt in
tres partes distributi, pars vna obijt fame &
peste, in obsidione, cùm Chaldæi Hierosoly-
mam cingentes, eam vndique oppugnarent
altera gladio hostiū: tertia verò fuit per orbē
terrarū dispersa, quæ dederat se fugæ ob Chal
dæorum metū. Mortui fame & peste intelli-
guntur per capillos igne cōbustos, occisi fer-
ro significantur per capillos concisos gladio,
qui verò se in fugam cōtulerunt, per capillos
in vētum dispersos ostenduntur. Est aūt enig-
ma figura, cum per occultam rerum similitu-
dinem obscura sententia significatur, vt infrà Inf. 39.
capite trigesimo nono: Dic omni volucri, &
vniuersis auibus, cunctisque bestijs agri, &c.
Et primo cap. Ioānis: Ecce securis ad radicē ar Ioan. 8.
boris posita est. Cur aūt Ezechiel appellatur
filius hominis, ostendimus secundo capite.

Et ducet per caput tuum. Hoc est, dabis ope-
tam, vt tonsoris manu per caput tuū ducatur.

Stateram ponderis. Hoc est, iustā & æquam,
aptā ad ea pōderanda, quæ non populari qua-
dā trutina, sed aurificis statera examinantur.

In medio ciuitatis. Nimirum in qua habitas:
non intelligit Hierosolymam, quia Ezechiel
erat tunc temporis in Chaldæa, sed vrbē quā-
dam, quam tempore illo incolebat. Vel intel-
ligit vrbē illā, quam ex Dei iussu descripserat
in latere, vt capite præcedente explicuimus,
per quam Hierosolyma significabatur.

Igne combures. Famis ac pestis afflictionem
comparat cum ardore ignis: inedia enim red-
dit homines nigros & squalidos, & pestis eos
febre comburit.

Et gladium nudabis post eos. Hoc est, significa-
cabis esse illis vitam ferro eripiendam. Multi
ex Hebræis Babylonios fugientes fuisse in Aegy-
ptum contulerūt. Sed Nabuchodonosor Ba-
byloniorum rex intrauit Aegyptum, vbi eos
partim occidit, partim in vincula coniecit, &
captiuos in Chaldæam inde adduxit. Lege 4. Reg.
quartū Regū, & Ieremiā hæc omnia narrāte. vlt.

Et sumes inde parvum numerum. Ex illa ter- Ierem. 43.
tia parte pilorū, quos in ventū disperges, su-
me exiguum numerum, quos in ora vestis tuæ
ligabis, & ex illis conijcies aliquos in ignem,
vbi incēdio flagrēt: ex quib' egredietur ignis
Iudæorū posteritatē cōburens. Sensus est: Ex
magna Iudeorū multitudine, qui ex Aegypto
& Iudæa fuerint in Chaldæam abducti, pauci
Hierosolymā reuertētur, veluti in pallio reser
uati. Et ex ijs nōnulli calamitatibus & grūnis
premētur, ob quas aliqui se gentiū regibus tra
dēt, eos ad Hierosolymę vastitatē excitantes.
Totū hoc impletū fuisse divina narrat histo-
ria. Nā fuisse Iudæos in Iudæā ex Chaldæa re
uersos, & in ædificāda & instaurāda Hierosoly-
ma labores incredibiles subiuisse, est in libris Esd. 1. &
Esdræ literis mandatum. Præterea defe- 2. lib.
ruisse nonnullos ex Iudæis patriam, & An-
tiocho tyranno, aliisque regibus adhæsis-
se, qui reges à perfidis & fugitiuis Iudæis cōti
tati

Universidad de Deusto
Biblioteca

tati Israelis populum ad excidium & vastitatẽ vocabant, & odio incensi, superbiaque inflati eum penitus delere conabantur, est in Macha Mach. 1. & 2. lib. baeorum libris monimentis cõsignatum. Porrò verò tanta fuit inter Iudæorum magnates Hircanum & Alexandrũ dissensio, tãto odio mutuò ardebant, vt occasionẽ Pompeio præberent Iudæã expugnandi. Quæ omnia sunt à Iosepho in libris & de Antiquitate, & de Bello Iudaico apertis monimentis testata. Ex illis ergo egressus est calamitatũ ignis in omnem Israelem. Atque existimo dixisse hoc propheta propter Pharisæos, qui ex illis Heresibus desumentes de Christo occidendo consilium inierunt, & in eius cædem acriter vigilauerũt. Tanta fuit eorum cæcitas, tãta fraudes, tot flagitia, vt ei, quem ne voce quidẽ offendere deberent, interitum machinarentur. Homines ad omnia scelera paratissimi Christum seruatorem, quem colere deberẽt vt patrẽ, venerati vt dominũ, extimescere vt iudicem, sequi vt ducẽ, sitire vt fontem bonorũ omnium, eũ cõtemserunt, summis cruciatibus affecerũt, & fallis criminibus in odium & cædẽ crudelissimã vocarunt. Quã ob causam deus eos à pernicia & obstinatione recedere nolentes arumnis tetribilibus oppressit, ciuitatem Hierosolymam funditus deleuit, & eius agros penitus vastauit. In tantam ignis flammam fuerũt Iudæi cõiecti, in tot arumnis versati, vt tã diuturna tormenta, tam asperam captiuitatem, tã insuetam ignominiam, tam inauditos cruciatus ferre nullatenus valerent. Hi igitur pharisæi fuerunt illi, ex quibus egressus est calamitatis incendium, quo populus Iudaicus miserè flagrauit.

Hæc dicit Dominus Deus. Reddit causam iræ dei in populum Iudaicum.

In medio gentium posui eam. Et erant in Iudæa gẽtibus idolorum cultricibus circũdata. Vel dicitur Hierosolymam esse in medio gẽtium, hoc est in medio terræ: nõ est in quarto climate terræ habitabilis, in septem climata diuisæ. Et hinc idem prophera eam capi. trigesimo octauo vmbilicũ terræ appellauit. Et psalmographus: Deus autẽ rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ. Ac si diceret: Dei filius vnigenitus à cœli fastigio ad terram descendens humanam induit formam, & in Iudæa natus est, ibi docuit, ibi fuit Isai. 38. vulneribus affectus, ibi tuit mortuus, & sepultus est, ea humanæ redẽptionis mysteria, quibus homines, qui in caligine versantur, diuino lumine illustrater, & à morte ad vitã perduceret. Et quoniã hæc hominũ salus, hæc redẽptio fuit in Iudæa, quæ est in medio mundi sita, Psal. 73. tanquam in theatro peracta spectãtibus mortalibus, ait diuinus vates eam à deo fuisse in terræ medio effectam. Terra Iudææ à parte orientis cingitur Asia, ab occidente Europa, & mari Mediterraneo, à meridie Africa, à septẽtrione Scythia, Armenia, & cunctis Ponti nationibus. Et ita manent in medio terræ collata. Qui enim pro mũdo passus est, pulchrum fuit, vt in medio mundi pateretur. Sic Deus dilexit mundum, ait diuus Ioannes, vt filium Ioan. suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternã. Et quoniam deus est veluti cẽtrum, à quo deducuntur lineæ pulchritudinis circuli, decebat, vt in medio sphæræ terrenæ genus humanum redimeret.

Quia superasti gentes. Subaudi, flagitijs & sceleribus. Quasi dicat: quia multò essis peiores gentibus idolorum cultricibus, & legẽ meam contempsistis. Vel sic: Quia cùm opero infinitis, fortitudine pollentibus, bellicarum munitionum copia abundantibus, victoriam reportaretis, tanta essis ingratitudine cõtaminati, tanto scelere constricti, vt meipsum contemneretis, & præcepta atque iudicia mea repudiaretis.

Iuxta iudicia gentium. Hoc est, infideliores estis ipsis infidelibus: nam gẽtes idolorum superstitionibus dedita deos suos venerantur, & amplectuntur, vos autem me despexistis, & pro nihilo putastis, & commentitiorum deorum vanitatẽ coluistis, vos ipsos perfidia magione perseuerare nolentes. Vel sic. Nõ eam viuendi rationem tenetis, quam etiam gentes lumine naturali lustrata iudicant esse tenendam: ipsæ enim monent ad vitam felicem pertinere, iustitiam colere, eorum autem consuetudinem declinare, qui non solum se maculis contaminant, sed alios contaminare, & ab honesta viuendi ratione conãtur abducere. Vos autem neutrum horum efficitis. Quare multo gẽtilibus illis detestabiliores. Hunc esse existimo genuinum huius loci intellectum. Potest. Explicans diuus Augustinus psalmũ quinquagesimum primum ait, capillis intelligi rerum superfluitates, & quia sine sensu præciduntur, ideo qui animo Deo adhærent, ita habent hæc terrena tanquam capillos. Hæc ille. Qui pauperum miseretur, illisq; subuenit, Luc. mulierem illam euangelicam imitatur, quæ Christo pedes lachrymis abluit, & capillis tergit, cùm quæ habet superflua, in eorũ eleemosynis consumit. Aes frigidum & gelatum

Similitudo. latum in vase minutis foraminibus & fistulis pleno, est integrum, in vna tantùm residente parte, sin autem est igne liquefactum, omnia implet foramina: sic diuitiarum copia frigore auaritiæ gelata, est in arcula nemini vtilis: at si diuini amoris igne liquescit & funditur, fluit ad omnes inopum partes, & indigentibus subueniens implet omnia paupertatum foramina. Eodem modo cor humanum absque amore diuino frigidum & gelatum est: diuino autem amore incẽsum liquescit & funditur, omnibusq; inopijs desiderat subuenire. Vnde ait Cant. 5. in Cãticis sponsa: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Et psalmographus: Factum est cor meum tanquam cera liquescens. Psal. 21. 14. 7. Et rursum: Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Et quia homines nefarij, scelerumque vinculis astricti cum viris iustis & pietate præstantibus lites intendunt, eosque affligunt, & spoliant, & varijs calamitatibus conturbare nituntur, nõ illis pietatem eripiunt, non animi fortitudinẽ, non virtutẽ, non cõstantiam, non denique ea, quæ sunt verè bona, & immortalẽ parunt memoriã, suntq; ad consequendã æternã beatitudinem necessaria, sed opes & magistratus, quæ omnia possunt superflua vocari, quæ gentiũ philosophi ludibria Fortunæ appellarunt, cùm vita etiã hæc, vt ait Aurelius Augustinus, aliã vitã cogitãtibus sit cũ superfluis connumeranda, ideo impij cũ nouaculis tonsoris capillos superfluos resecãtibus cõparantur. Vnde aduersus Dogum hominẽ scelerum maculis notatũ ait prophera: Quasi nouacula acuta fecisti dolum. Qui in alios excitat procellas, seipsum in anima, alios aũt non nisi in corpore lædit, imò seipsum tãtùm lædit. Id intuens quidã philosophus, qui Græcorum philosophiã Iteris latinis illustrauit, aduersus flagitiosum hominẽ aiebat: Iactã & remissam à te nefariam in me iniuriã semper duxi, peruoni si ad me nunquã putaui. Hoc ideo dixit, quia sceleratus ille solùm illi capillos, hoc est superuacanea eripuerat. Si ab offenso petẽda est venia, à seipso cã petat, qui alium lædere existimauit, nã seipsum lædit, sibi absq; dubio intulit detrimentũ. Sed ah miser, quos inter scopulos fragilem cimbã agis, qui alijs detrimentũ moliris? Significant etiã capilli inanes cogitationes. Vt enim anima gignit cogitationes, ita caput capillos. Ideo Num. 8. ait Eucherius fuisse iussum à Deo libro Numerorum, vel leuitæ pilos omnes suos abraderent. Et diuus Gregorius in morahbus. Caput, inquit, todere est cogitationes superfluas à mente resecare. Iacto igitur hoc fundamento, dicimus, per hos pilos, quos nobis hoc loco Deus nomine Ezechielis præcipit, vt ex capite præcidamus, & ponderemus, superuacaneas omnia tam in opibus, quàm in cogitationibus significari. Ea debemus abradere, & ponderare in iusta statera, & quàm superflua nobis sint, quàm varia, quàm incerta, quàm fluxa, mentis oculis intueri. Hæc autẽ animo percipiẽtes ea debemus gladio & igne cõsumere, & maculas ob illa contractas lachrymis & pœnitentia delere, ea verò in pauperes distribuere, vt iustitiam perpetuò manentẽ cõsequamur. Ita enim ait diuinus ac regius vates: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi. In libro 2. Regum est literis consignatũ, Absolonẽ mulo ex prælio fugientem fuisse in quercu per capillos suspẽsum. Capilli erãt eius deliciæ, & illi mortem eidem obtulerunt. Mulus, cui insederat, pertransiuit, & ille mãsit suspensus: contra quem Ioas dux exercitus equũ concitauit, & in eius corde tres hastas infixit. Quid per Absalonis capillos nisi inania & superflua intelliguntur, quæ vanis mortalibus perniciẽ parant? Futilis res est homo, & imago quædam vanæ & adumbrata, &, vt ait propheta: Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Igitur homo est inanis, & mulus mundi gloria: transit gloria, & remanet id, quod est inane, nam mulus transit illo in aere manente. Et, vt ait diuus Ioãnes: Mundus transit, & concupiscẽtia eius. Quæ- 1. Ioan. 2. rebat miser homo ille gloriam inanem, sed aufugit gloria, & remansit inane. Ioas, hoc est mundus, tribus hastis eius cor traiecit: nam quicquid est in mundo iuxta diui Ioãnis ten- 1. Ioan. 2. tentiam, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Sed cõfidera Dei iudicium: Volebat Absolon terrã acquirere cœlo contempto, & per summum scelus regnum terrenum comparare: at nõ solùm cœlum amisit, sed terram, quia in aere mortuus est, capillis suspensus, nec cœlum attingens nec terram. Permittit aliquãdo deus, vt qui cœlo spreto solùm ad terram aspirant, neutrum consequantur. Ideo ait Deus: Quæ- Matt. 6. rite primò regnũ Dei, & iustitiam eius, & omnia alia adijcientur vobis. Nos igitur capillos præcidentes, & superuacanea resecantes mundi vanitates contemnamus, & ad cœlestia aspiremus.

Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentiũ, & faciam in te, quod nõ feci, & quibus similia vltra non faciam, propter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij comedent patres suos. Et faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. Id circo viuo ego, dicit dominus Deus, Nisi pro eo, quòd sanctum meũ violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam: & non parcet oculus meus, & non miserebor. Tertia pars tui pestе morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò partẽ tui in omnem ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos. Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & cõsolabor. Et scient, quia ego dominus locutus sum in zelo meo, cùm implero omnem indignationem meam in eis. Et dabo tibi in desertum, & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis præteuntis. Et eris opprobriũ, & blasphemia, exemplum, & stupor in gẽtibus, quæ in circuitu tuo sunt, cùm fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ, quæ ego dominus locutus sum: quando mittero sagittas famis pessimas, quæ erunt mortiferæ, & quas mittam, vt disperdam vos. Et famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis. Et immittã in vos famem, & bestias pessimas vsque ad internecionem. Et pestilentia & sanguis vastabunt per te: & gladium inducam super te. Ego Dominus locutus sum.

Sept. 4. d. & inf. 14

Et reliquæ al. Subaudi, veniam iratus.

Et ipse ego faciã in medio tui iudicia. Id est, summam de te pœnas, debitas illas quidem & iustas. Dicendi iudicia, ostendit sententiam fore certa veritatis, & iram non excedere pœnarum mensuram.

In oculis gentium. Id est videntibus cunctis gentibus.

Et faciam in te iudicia, &c. Hoc est, maioribus afficiam te pœnis, quàm vlli hucusque fecerint. Et hoc maxime de nationibus alijs. Maiores mihi pœnas dabis, quàm gentes infideles. Sed nunquid nõ exterminauit deus Chananæos? Nõne submersit AEgyptios? Verum est: sed maior vltio est eijcere filium e domo paterna, quàm aduenam, atque populus Israeliticus erat filius, alij autẽ aduenę. Ita enim in Exodo aiebat deus. Filius meus primogenitus Israel. Et per Oseam: Ex AEgypto vocaui filiũ meum. Et per Esaiam: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.

Exod. 4. Osee. 11. Esai. 1.

Et quibus similia vlra nõ fecisti. Sed nõne tẽpore Titi & Vespasiani asperioribus calamitatibus oppressi fuerũt? Fuerũt quidẽ, sed flagella illa non fuerunt similia, sed maiora: hoc autẽ loco nõ dicit Deus: Non faciã vobis vltrà maiora, sed similia. Poteris etiam respondere, pœnã hanc, quam hic Deus minatur Iudæis, de illa intelligi, quã ipsi in obsidione & captiuitate per Titum iuste luerunt. De ea ait Christus apud Matth. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Aut certè intelligitur hoc de vtraq;, nimirũ de Babylonica, & de Romana. Sed si de sola Babylonica intelligere volueris, nulla erit etiã contradictio, nã particula, vltra, in diuinis literis non semper designat à parte post perpetuitatem, sed interdum insignem aliquã temporis durationẽ, Libro 4. Regum scriptum inuenies: Et vltrà nõ venerunt latrunculi Syriæ in terram Israel. Et tamẽ postea venerũt, vt ex eodem capite apertissimè constat. Et in Genesi est literis mandatum apparuisse deum Iacobo de Mesopotamia reuerso: eíq; dixisse: Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomen tuũ. Et tamen scimus eum postea Iacobũ fuisse appellatum. Et Esaias loquens de pace, quæ viguit in aduentu Messiæ tẽpore Octauiani Augusti, cùm Christus Deus noster à summo cœli vertice in terrã descẽdit, ait: Nõ leuabit gens contra gentem gladium, nec exercitabuntur vltrà ad prælium. Quod ita effectum est, nã aliquo tempore tãta viguit pax, vt ostium templi Iani Romæ clauderetur iussu Augusti, quod nõ nisi in summa pace fieri regina cæteræ aues alas submittunt, & in pace quiescunt, pugnare non audentes, sic adueniente è cœlo aquila illa diuina, Christo deo nostro, rege regum, & Domino dominãtium, regi terræ quiuerunt, quoniam ille apparebat, qui est vera pax, de quo sit Apostolus: Ipse est pax nostra, qui facit vtraque vnum. Quem Filium principem pacis appellat, quia à cœli vertice fastigio terras lustrauit, mortalium animos turbulẽtis moribus cõcitatos sedauit, & pacem illis spiritus manabiliter tribuit.

Matth. 24. 4. Reg. 6. Gen. 35. Esa. 2. Similitudo. Esa. 9. Ephes. 2. Galat. 3.

Fuisse

Fuisse autem templum Iani clausum ab Augusto Octauiano asserit Suetonius Tranquillus in eius vita, quod ab vrbe condita nunquam nisi semel, aut bis clausum fuisse asseuerat. Fuit autem templum illud à Numa Pompilio conditum, vt apertum in armis esse ciuitatem, clausum verò vigere pacem ostenderet, vt ait in libro secundo instaurata Romæ Blondus Flauius. Aspicis igitur, particulam, vltrà, non perpetuitatẽ semper, sed durationẽ quandam temporis aliquando significare.

Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij, &c. Tanta fuit fames in obsidione Hierosolymæ per Chaldæos, vt patres filios comederent, filij autem patres. Hinc ait Ieremias in Threnis: Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum. Et iterum: Melius fuit occisis gladio quàm interfectis fame. Vide quartum Regum de Babyloniorum obsidione. Sin autem hoc de obsidione per Romanos duce Tito intelligere volueris, vide Iosephum libro septimo de bello Iudaico. Poteris tamen hoc ita intelligere, vt dicantur patres comedere filios, & è conuerso, quando vtrique vtrisque cibum surripiebant. Qui meum mihi victum eripit, ita vt ego fame consumar, me dicitur occidere. Ita dicitur in Psalmo: Nonne cognoscent omnes, qui operãtur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Illi dicuntur populum deuorare, qui eum affligunt calamitatibus, ei eripiunt cibum & substantiã eius inexplebili deuorant cupiditate. Ita intelligitur illud psalmi: Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Et illud: De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Abscónditos appellat viros iustos: nam in psalmo, vbi nos habemus: Cogitauerunt aduersus sanctos tuos, habet litera hebræa: Cogitauerunt seu cõfultauerunt aduersus absconditos tuos. Et in alio: Abscondes eos in abscondito faciei tuę. Vnde diuus Paulus, Et vita, inquit, vestra abscondita est cum Christo in deo. Igitur horum verborum: De absconditis tuis adimpletus est venter eorum: hic est sensus: Homines nefarij, qui libidinum facibus inflammãtur: qui se hominum cruore satiant, qui alijs victum eripiunt, qui rapina & maleficio pascuntur, viros pios & iustos deuorant, eos spoliantes, eorumque diuitias in cupiditatum suarum gurgitem profundentes. Aspicis igitur, comedere aliquem esse eius bona diripere, fibique vendicare. Illud est hoc loco aduertẽdum, deum decori & honesta sibi tribuere, nõ autem ea, quę sedigna non sunt. Ideo non ait: Ego faciã, vt patres comedant filios & filij patres. Sed illis hoc tribuit, dicens: Patres cõedẽt filios, &c. Quod autem decorũ est, diuinaque maiestate non indignum, scipsum facere dicit. Sequitur enim: Et faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas. Id in maledictis in Deuteronomio scriptis liceat videre: vbi ita ait deus: Glorificantes me glorificabo: qui autem me despiciunt, ad nihilum deducentur. Quibus verbis ostendit eum ijs fauere, eosq; ad claritatem & amplitudinem adducere, qui eum laudibus efferunt, qui verò eum contemnunt, à seipsis euerti, & ad nihilum deduci.

Deut. 28. 1. Sam. 2.

Ideo viuo ego. Quasi dicat: Quoniam ô populе Iudaice me grauiter offendisti, neque scelerum maculis contaminasti, ideo quemadmodum verũ est me viuere, sic verũ est, quod dico, nimirum esse te mihi pœnas grauissimas tuorum scelerum daturum.

Ego quoque confringam. Hoc est, tuam gloriam delebo: admirabilem tuæ antiquæ dignitatis splendorem extinguam. Inimicis tuis te tradam, & ciuitatem tuam funditus euertam.

Et non miserebor. Hoc est, non desinam te affligere, hoc autem faciam, vt conuertaris, & ad me confugias. Atho non misereri quid est nisi molestare? Ideo aiebat diuinus psalles: Ita in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Et Habacuch: Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Vnde apostolus, Pater inquit, misericordiarum, & deus totius consolationis. Et beatissima dei genitrix apud Lucam: Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Sed quamuis dei misericordia sit infinita, est tamẽ fatendum esse etiam infinitam iustitiam eius, ne cùm misericordiæ nimium, iustitiam contẽnamur. Qui ob aciem oculorum obtusam nõ bene respiciunt, vtuntur specillis, vitres illis maiores appareant. Sunt autem specilla vitrei illi orbiculi, quos, vt clarius cernamus, oculis admouemus. At transeuntes pontem ligneũ arctum, ponentes in naso specilla, existimãt latiorem esse põtem, & figentes pedes in aere, cadunt in profundum gurgitem, vbi miserè obruũtur. Dei misericordia pons est, sine quo ab hac vita fluxa, ad eam, quæ est æterna, transire non possumus. Sed si specillis nostræ superbiæ, & iactantiæ, & vanæ fiduciæ vsi fuerimus, tantum diuinæ misericordiæ tribuemus, vt nihil diuinę iustitiæ relinquamus. Et ita sceleris sceleribus addentes, & pedes in aerem cõferentes, ruemus in omnimodã, & in barathrũ æternæ damnationis miserè præcipitabimur. Debemus igitur in diuina misericordia niti, sed itavt in diuinam etiã iustitiam intueamur.

Psal. 13. Psal. 26. Psal. 16. Psal. 82. Coloss. 3. Similitudo.

Tertia pars tui. Differit deus enigma pilorũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et complebo furorem meum. Quid est hoc domine deus? Nonne tu es ille, qui populum Israeliticum ab alijs nationibus tuebaris? qui eorum salutē totissima custodia tegebas? Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? Cur te domine mutasti? Nonne tu es ille, qui dixisti per Malachiam prophetam tuum: Ego dominus, & nō mutor? Et quidem, & absque dubio immutabilis es. Tu enim qui hoc asseris es veritas ipsa: & veritas mentiri non potest. Nos sumus qui mutamur, & vento velociores sumus. Dicitur deus nobis esse aliquando mutatus, quia ipsi nos mutamus. Quēadmodū columna modò tibi est dextera, modò sinistra, quia tu situ mutasti, cùm illa sit immobilis, & semper vna, sic deus modò tibi est benignus, modò iratus, quia tu à virtute te ad vitium contulisti, cùm ille sit semper idem immutabilis & sempiternus. Si in virtutum actione toto pectore incubueris, habebis diuinam columnam totum vniuersum sustentantem tibi dextram & propitiam, si verò virtuti nuntium remiseris, teq; flagitijs contaminaueris, eam habebis sinistrā & iratā. Aspicis igitur nos esse mutabiles, deū verò immutabilem. Imò solus deus immutabilis est, quæ autē fecit, quia ex nihilo sunt, mutabilia sunt. Et quanquam formæ inuariabiles sunt, quòd non possint esse subiectum varietatis, subijciuntur tamē varietati, quatenus secūdum eas subiectum variatur.

Psal. 88

Mala. 3.

Similitudo.

Requiescere faciam indignationem meam in eis. Id est, permanebit in illis indignatio mea, donec iustas pœnas persoluāt. Loquitur deus more humano, vt eum intelligamus.

Et consolabor. Id est, vlciscar eorum flagitia. Loquitur eorum more, qui dum vltionem de hostibus sumunt, oblectantur. Hoc hebraismo vtitur Esaias inducens deum in hunc modum loquentum: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

Esai. 1.

Quādo misero fugitas famis pestimat. Hoc est, cùm fame incredibili laboraueritis, cùm ego messes deleuero: Hæ fugitæ famis sunt grādines, locustæ, eruca, rubigines, & cæteræ plagæ, quibus fruges lædūtur. Quemadmodum herus, cùm ei famuli voluntatem gerunt, precipit vernulæ cuidam rei familiaris dispensatrici, vt eis alimenta omnia necessaria largiatur: sin autem illi eum offendunt, & infideliter agunt, præcipit, vt illis alimenta adimantur: sic deus, cuius est quicquid est, de quo ait diuinus psaltes: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarū, & vniuersi, qui habitāt in eo, si illi obtemperamus, eumque summa, vt par est, colimus veneratione, præcipit terræ eius antiquæ dispensatrici, vt nobis alimentorum tribuat abundantiā: sin autem eum contemnimus, & aduersus illum admittere flagitia non dubitamus, præcipit terræ, vt nobis neget alimenta, non producat fruges, nos afflictet acerbis simbquo ad nos conuersi ad ipsum confugiamus, scelera nostra confitentes & dolentes, eiusque misericordiam implorantes. Cùm aliquid volumus antiquum esse affirmare, dicimus esse vetustius terra. est enim terra antiqua illa villica, quæ domino disponente nobis necessaria mūnistrat.

Similitudo.

Psal. 23.

Et conteram in vobis baculum panis. De hoc hebraismo disseruimus capite præcedente, & in explanatione, & in annotationibus ex hebræo.

Et bestias pessimas. Quæ solent sequi terræ depopulationem. Vel per bestias gentes intelligit immanes & barbaras, ab omni veri dei cultu abhorrentes. Ita intelligi potest psalmographi illud. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Bestijs appellat infideles homines, & propter ignorantiam, & propter immanitatem. Vnde paraphrasis Chaldaica in hunc modum versum illum vertit. Ne tradas populis similibus animalibus syluestribus animas eruditas in lege tua. Accipitur anima pro homine, vt Genesis cap. 46. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Et multis alijs in locis. Nec est mirum diuinas scripturas docere homines immanes & insipientes, & intemperantiæ stimulis agitatos, vocari feras & bruta, cum etiam gentium philosophi illud etiam tradant. Reddens Socrates causam, quare Circe, cū Vlyssis socios in bruta animalia mutasset, ipsum Vlyssem mutare non potuerit, ait ideo hoc fuisse, quia illi erant incontinentes & intēperantes, ille verò continentia & temperantia præditus. Ita hoc refert Michael Volaterranus. Et quoniā Prometheus fuit scientia excultus, eamque homines suæ ætatis docuit, à quibus abstulit imperitiam & feritatem, finxerunt veteres poetæ eū homines creasse, innuentes eos antea nō homines esse, sed feras, & belluas immanes. Ita figmentum hoc interpretatur Eusebius in libro de temporibus.

Psal. 73.

Ego dominus locutus sum. Ac si dicat: Ne dubites, nam ego dominus, qui fallere non possum hæc affero. Sciebat deus ad id contumaciæ & perfidiæ venisse Iudæos, vt nulla eos consilia à flagitijs abducerēt, nulla monita eos ab incœpto vitiorum cursu retardarent, eāque ob causam esse eos suorum scelerum pœnas daturos.

Annota-

Annotationes ex Hebræo in caput quintum.

Et gladium nudabo post eos. In nōnullis codicibus est: Et gladiū nudabis post eos. At in margine codicū correctorum est, nudabo. Et ita est in Hebraico, & in Græco, & ita habet versio Cōplutēsis, & Pagnini, & Brixiani. Gladium nudare post aliquē Hebraismus est in literis diuinis non infrequens: nam in hoc capite bis eo vtitur Ezechiel: ait enim paulò pōst: Et gladium euaginabo post eos: vbi pro nudare & euaginare vnum & idē verbū est in Hebraico, & in Leuitico capite 26. Euaginabo post vos gladiū. Significatur hoc idiomate indignatio alicuius irati aduersus aliquem, quem affligit, minitans illi cædem. In Hebraico est וְהָרַבְתִּ אַרִיק vecherev ariq. gladium nudabo. Verbū est רִיק raiac, quod significat euacuare & euaginare, euaginato enim gladio euacuatur vagina. Genesis illud cap. 37. Miserunt eū in cisternā veterē, potest etiam verti: Miseruntq; eū in cisternā vacuam. Ab hoc enim verbo derivatur nomē rec, & in plurali recim, quod significat vacuū. Et quia stulti vacui sunt intellectu, accipitur pro stultis. Vnde illud secundi Regum: Quasi si nudetur vnus de scurris, poterat transferri: Quasi si nudetur aliquis stultus. Et secundo Paralipomenon: Congregati sunt ad eum viri vanissimi. pro vanissimis est in Hebraico hoc nomen recim. Inde est raca, quod significat vilem hominem, futilem, & vacuū, vt apud Matthæum: Qui dixerit fratri suo raca, reus erit concilio. Significat etiam verbum hoc effundere, vt Canticorū primo: Oleum effusum nomen tuum. Vbi nomen accipitur pro fama & claritate. Et quemadmodum effuso vnguento euacuatur vas, in quo reconditum erat, sic propagata nominis amplitudine à virtute dimanans, ostenditur animus, in quo virtus continetur, cuius splendor & odor est fama ipsa diffusa. Vbi vides bonam famam cum vnguento odorifero, cum diffunditur, comparari. Ea est vnguenti excellentis natura, vt cum est in vase reclusum, parum aut nihil redoleat, sed effusum suauissimum odorem procul emittat, & tota domus fragrantia repleatur. Sic fama quò longius extenditur & propagatur, eò suauiorē mittit odorem. Crescit enim indies, &, vt ait Latinus poeta: Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. Hæc est Pegasus, equus ille alatus, quem veteres poetæ & insignes philosophi ex sanguine Medusæ, quam Perseus interemit, natum esse fictis historijs memoriæ prodiderunt. Medusa illa mortalibus perniciosa, tum pe orium est, quod diuus Bernardus sentinam appellat omnium malorum: & rectè quidem, nam vt ait Ecclesiasticus: multam malitiā docuit otiositas. Et ingeniosus poeta: Otia si tollas, periere cupidinis arcus. Cùm rex Dauid deberet ad bellum procedere, domi otiosus remansit, & in illo otio adulterium & homicidium commisit. Vnde quàm periculosum sit otiosū esse. Vnde ait dominus: Quid statis hic tota die otiosi? Equus alatus fama est, & nominis celebritas & amplitudo, quæ ex morte pestilentis etij, ex cæde illius detestandi mōstri nomine Medusæ significati absque dubio nascitur. Interfice otium, & orietur fama. Ideo aiebat Euripedes laborem, esse patrem famæ, & Hesiodus virtutem per labores incedere asserebat. Hæc est fama illa, virtutisque splēdor & claritas, de qua ait in Proverbijs Salomon: Melius est nomen bonum, quām diuitiæ multæ. Et Augustinus de doctrina Christiana: Sic doctor bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat famam. Et Cassiodorus epistola. 24. Laboré quippe non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit. Occide igitur turpe otiū, & nominis celebritatem consequeris, quæ instar effusi odoriferi vnguenti odorem longiùs emittat. Quemadmodum vt globus ferreus extēdatur, vt ex eo magna fiat lamina, aut bractea, oportet mitti in ignē, atque in incude malleo cōtundi, sic vt fama propagetur lōgiùs, necesse est, vt igne laboris conflerur, & molestiarum ictibus tundatur. Et ita nomen cū oleo effuso meritò cōferetur. Poterat etiam Canticorum illud trāsferri: Instar vnguenti euacuati fama tua: est enim illud effusum à verbo raiac, quod euaginare, & nudare, & euacuare significat. Eo vsus est hoc loco Ezechiel, dicēs: Et gladiū nudabo post eos.

Eccle. 38

2. Reg. 11.

Mat. 20.

Prou. 20

Simile.

Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm gentes. Pro & contēpsit, est in Hebraico וַתָּמֶר vattemer, à verbo מָרָה marach, quod significat rebellare, siue nōn obedire, vt 3. Regum 13. Quia nō obediens fuisti ori domini. Pro quo Tharghū habet: Quia rebellasti. Eam ob causam poterat locus hic Ezechielis conuerti: Rebellauit, vel non obedisset iudicijs meis. Significat etiam verbū hoc mutare. Vnde illud 4. Regū, Vidit dominus afflictionem afflictionis Israel amarā nimis, vertunt nōnulli: viderat dominus afflictionē Israelis mutabilē valde, hoc est, quæ in dies in peius mutabatur, & grauior euadebat. Et ob causam Pagninus & alij nōnulli ita hūc Ezechielis locū vertūt: Commutauit iudicia mea in impietates, plusquā gētes. Symmachus habet: Commutauit iudicia mea in impietatem,

3. Reg. 13.

4. Reg. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas didicit à gẽtibus. Ac si diceret Deus: Populus Israeliticus leges meas sanctissimas pro vanissimis gẽtium ritibus commutauit, quos ritus non à me didicit, sed ab idolorum cultoribus. Pro cœlestibus terrena, pro futuris præsentia, pro æternis caduca, pro summis exigua, pro diuinis humana, pro vero Dei cultu dæmonum venerationẽ, atq; denique pro bonis mala complexus est. Quare incidet in calamitates, & tantorum scelerum pœnas debitas persoluet.

Quia superauit gẽtes, quæ in circuitu vestro sunt. Pro superauit est in Hebræo המונכם hamenecem, à verbo המה haman, quod significat superare, & multiplicare. Poterat hoc ita verti: Quia multiplicaui vos præ gẽtibus, quæ in circuitu vestro sunt, ideo in præceptis meis non ambulastis. Vt sit sensus: Quia vos auxi, & propagaui familias vestras, vobisque diuitiarum affluentiã largitus sum, contra me calcitrastis, & effrænati atque præsidentes omnia præcepta mea cõtempsistis. Iuxta id, quod est in Deuteronomio literis mandatum. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Septuaginta ita totã hanc orationem verterunt: ἀνθ' ὧν ἠπειθήσατε ὑμῶν ἐκείνων ἐνώπιον ἐμοῦ καὶ ἀφῆκα ὑμᾶς. Hoc est, pro eo quod occasio vestra ex gẽtibus quæ in circuitu vestro sunt. Ac si dicat Deus: Quoniã occasionem ad impietates perpetrandas sumpsistis ex gentibus, & flagitia multa admisistis, ideo mihi pœnas dabitis grauissimas. Symmachus habet: Quia multitudo vestra fuit ex gentibus, quæ in circuitu vestro sunt. Et ita etiã habet Pagninus. Vt sit sensus: Ideo pœnas luetis, quia ad id impietatum venistis, vt nõ mereamini appellari populus ex fideli Israele defcẽdens, sed multitudo ex gẽtibus idolorum cultricibus procedẽs. Eundẽ sensum potest habere versio Aquilæ ita hunc locũ transferẽtis: Propterea quòd numerosi estis inter gentes, quæ vos in orbem cingunt, & circundãt. Et licet hæ interpretationes verbis differant, omnes tamen, si aduertis, in sententia cohærent.

Deut. 32

Sanctum meum violarũ. Pagninus habet. Sanctuariũ meũ violasti. Sumitur pro tẽplo, vt in Psalmo: Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Ac si dicat: Respiciat Deus, quibus fluctibus iactaris, in quibus periculis versaris, quibus calamitatibus premaris: & è sanctissimo tẽplo suo, vbi est arca fœderis, ad te mittat auxiliũ, & de Sione, vbi est domus ac, tibi ferat opẽ, vitamq; tuã tutissima custodia tueatur. Possumus per sanctum siue sanctuarium intelligere cœlum, iuxta id, quod paulò pòst subditur in eodem psalmo. Exaudiet illum de cælo sancto suo. Videtur significare diuinus vates, se per sanctũ, è quo Deus erat regem auditurus, illiq; opem laturus, intelligere diuini numinis domicilium sempiternũ, de quo ipse Deus ait per Esaiam: Cælũ sedes mea est. At significare nomẽ hoc medax, quo hic vtitur Ezechiel, templum, inditat idẽ cap. 48. vbi ita scriptum est: Et erit sanctuarium in medio eius. Et Exod. 25. Et facient mihi sanctuarium. Illud autẽ, quod habetur in psalmo: Mirabilis Deus in sanctis suis, vertunt quidam. Terribilis Deus in sanctuarijs suis. Et per sanctuaria templum Dei, aut tabernaculũ Moysi intelligũt in tres partes distributũ, in porticũ, templũ externũ, & oraculum seu adytũ: Nos per sanctuaria vitos sanctitate præditos intelligimus, in quibus Deus inhabitat per gratiã, de quibus ait apostolus: Nescitis, quia tẽplum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis aũt templũ Dei violauerit, disperdet illiũ Deus. Templũ enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Et iterum: Vos estis tẽplum Dei viui. Cùm igitur nomine tẽplorum siue sanctuariorũ ædes sacræ, & viri fideles significentur, perspectũ manet & exploratũ, id quod hic Deus ait per Ezechielẽ: Sanctũ, siue sanctuariũ, siue tẽplum meũ violasti, duos habere sensus: Vnus est: Ideo te õponã Iudaice calamitatibus opprimã, quia tẽplum sanctum meũ Hierosolymæ, cultui ideo dedicatũ, vbi ego preces audiebam, & responsa dabam, violasti, in eoq; gentium idola coluisti. Alter est: Eam ob causam te õ Hebræorũ populę ad pestem, famẽ, excidium, & vastitatem vocabo, quia cùm esses fidelis, fidẽ abiecisti, me dereliquisti, & animum à corporis contagio non seuocasti. Vnusquisq; vestrũ mentẽ suam, in qua est veræ nobilitatis sedes ac domicilium flagitijs deformauit, Dei templum, hoc est sepium, criminum maculis polluit, & maleficiorum vinculis astrinxit.

Psal. 19.

1. Cor. 3.

2. Cor. 6.

ARGVMENTVM CAPITIS VI.

Descripta superioribus capitibus dura Hierosolymæ obsidione & vastitate, quam diuinus vates fore mentis oculis obseruarat, nũc prædicit totius Iudææ euersionem, vtpote populũ ob idolorum cultum grauiter puniendum, qui veri Dei religione contempta, ad falsos & commentitios gentium deos confugerat. Vaticinatur tamẽ fore, vt nonnulli ex Iudæis conuertantur, & à Babylonica captiuitate liberentur.

CAPVT VI.

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciem

Esai. 66.

Isai. 45. Exod. 15.

Psal. 67.

faciem tuam ad montes Israel, & prophetabis ad eos: & dices. Montes Israel audite verbum domini Dei. Hæc dicit dominus deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladiũ, & dispердam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra. Et deiiciã interfectos vestros ante idola vestra. Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum: & dispergã ossa vestra circa aras vestras in omnibus habitationibus vestris. Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolietur, & dissipabũtur, & interibũt aræ vestræ, & cõfringentur, & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra: & cadet interfectus in medio vestri: & scietis, quia ego sum dominus.

EXPLANATIO.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Hebraismus est in diuinis literis frequens ac si dicat: Locutus est mihi dominus.

Pone faciem tuam ad montes Israel. Hoc est, intuere eos vultu irato, & fusco, efficaq; fortis & constans. Soliti erant diuini vates, cùm aduersus locum aliquem mala ventura prædicerent, faciem ad illum dirigere truculentam. Vaticinatur Ezechiel aduersus montes, & colles, rupes, & valles, quia his in locis erant aræ idolorum collocatæ, quibus vero deo relicto Iudæi immolabant. Cùm deberẽt sanctissimũ dei nomẽ, qui eos à Pharaone mirabiliter eripuerat, & in terra promissionis collocarat, per cunctas nationes fama celebrare, & purũ Dei cultum nõ solũ in Iudæa, sed in alijs etiã terrarũ oris propagare, ipsi tamen summis infinitæ cupiditatis stimulis cõcitati, turpiũq; criminum facibus incensi, castissimã dei religionem cõtempserunt, nullũ locum relinquentes, in quo idolis aras non erigerent, & dæmonibus immolarent. Aduersus hæc loca dirigit Ezechiel vaticiniũ suum, dicens esse super ea Babyloniorũ gladium venturũ, qui ea vastet, aras idolorum euertat, & eorum cultorũ ante ipsas aras vitam eripiat.

Exod. 14 Iosue 11. & 12. & 23.

Montes Israel audite verbum domini. Quid ais diuine vates? Confer sermonem tuum cũ hominibus, non autem cum montibus. Cur insensibilia alloqueris, Iudæos autẽ sensu participes relinquis? At alte specture si velimus, videbimus aperte Ezechielẽ ob Iudæorũ duritiem, & perfidiam, & contumaciã iratum, ad res insensibiles se meritò contulisse, vt homines multò illis insensibiliores esse significaret. Quæreus alius propheta à mari, quid esset, quòd in exitu Israelitarũ ex Ægypto fugisset, & à Iordane, cur fuisset retrorsum cõuersus, inducit has creaturas in hunc modũ respõdentes: A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob. Qui cõuertit petram in stagna aquarũ, & rupes in fontes aquarũ. Ac si diceret: Quid mirũ si nos deo pareamus, cũ terra multò nobis crassior ei aures præbuerit, & mirabiliter obtemperauerit? Nec solũ terra, sed etiam durissimæ rupes fuerint ex eius iussu in fontes aquarũ cõuersæ? Figura est prosopopœia, cũ multis rebus sermonem damus. Est enim prosopopœia personæ fictio, vt apud Esaiã: Dixit Sion: Reliquit me dominus. Et in libro Iudicum: Iuerunt ligna & vnxerunt super se regẽ. Et alio in psalmo significare voles regius vates terræ obedientiã deo, Cõmota est, inquit, & cõtremuit terra, & fundamẽta montiũ cõturbata sunt, & cõmota sunt, quoniã iratus est eis. Et in alio: Terra tremuit & quieuit, cũ exurgeret in iudiciũ Deus. Quid quæris? Cùm Christus se in crucis ara hostiã pro nobis cõstitueret, & sanguine profunderet, atq; vulneribus cõfossus expiraret, sol obscuratus est, quasi creatoris eædem indignitatẽ prosequeretur luctu, & petræ scissæ sunt, quasi frangerentur mœrore: Iudæi autẽ lætitia efferebantur, eorumq; corda lapidibus duriora nulla contritione frangebantur. Res insensibiles videbantur suo modo sentire, sensus autẽ cõpotes non sentiebant. Imperante domino ventis sæuientibus, & mari exagitato procella, factaq; tranquillitate magna, dicebãt homines: Qualis est hic, quia mare & venti obediunt ei? Idem quærunt modò multi à nobis, quis sit hic, quẽ colimus. Quis est? Est filius Dei vnigenitus, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Est verus Deus & verus homo. Est ille, qui natus est ex virgine inter palear, & reclinatus in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio: qui pro nobis alapis percussus est, & flagellis fœdatus, qui tormenta crudelissima, & cruciatus acerbissimos nostræ salutis causa toleranter pertulit, qui tanq; ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, qui vniuersi hominũ generis flagitia suo sanguine luit, qui tot ecclesiarum & dolores pro nobis perpessus est, quot nemo vnq; poterit verbis vllis explicare. Qui in sepulchro mortuus iacuit, vbi ab illis fuit sepul-

Psal. 113.

Esai. 42. Iud. 9.

Psal. 17.

Psal. 75.

Mat. 27.

Mat. 8.

Hebr. 1. Luc. 2.

Esa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sepultus, qui cum eo gaudia sua sepelierunt. O admirabile spectaculũ! Quis viderat vnquam vitam in sepulchro iacentem! O admirandum sepulchrũ! ô arca fœderis diuina, in qua fuit abscõditus panis cœlestis! Cũ quon-
1.Reg.5. dam arca domini capta à Philistæis ad tẽplũ Dagonis deferretur, cecidit in terrã Dagonis simulachrum. Quæ est anima, in qua nõ ruit simulachrum falsæ lætitiæ, & vanitatis idolũ, quod peccator fabricatur in illa, si huius sancti sepulchri in eam memoria ingrediatur! Quis non statim contemnet impias mundi voluptates, videns deum suum pro sepulto mortuum & sepultum! Hic igitur est, quem adoramus, cui mare & venti obediunt, cui elementa seruiunt, cuius vocem res insensibiles suo modo audiunt, cuius pulchritudinem astra cœlestia admirantur. In psalmo, vbi prophe-
Psa.148 ta res etiam inanimatas ad diuinas laudes cõmendas & prædicandas hortatur, immutat Dei voluntati parere, ait: Præceptum posuit, & non præteribit. Insensibilia & inanima præceptum sibi à deo positum custodiunt: solus homo est, qui illud renuit custodire. Solus homo est, qui deum audire non vult, qui eius præceptis, & diuinis monitis non acquiescit, littore surdior, lapide durior, terra crassior. Hoc intuens Esaias dolore affectus, diuinoque amore inflammatus, quasi nescius quò
Esa.1. se verteret, & apud quem haberet orationem, aiebat: Audite cœli, auribus percipe terra, quia dominus locutus est. Et noster Ezechiel: Montes Israel audite verbum domini. Dolor animi, spiritualis libertas, prompta virtus, excellés animi magnitudo, diuinos vates hortabantur, vt relictis hominibus aliquando cœlum, & terram, & mõtes Israelis, & res deniq; sensu audiendi carentes alloquerentur. Etsi Ezechiel esset in Chaldæa, & cum Hebræis in captiuitate detentis sermones conferret, conuertebat se tamen interdũ ad res absentes, vtens ea figura, quæ græcè ἀποστροφὴ, latinè conuersio appellatur, cùm sermonẽ à præsenti ad absentem transferimus. Poterit per hos montes, & colles, rupes, & valles, homines in his locis habitantes intelligere: vt sit figura metonymia, cùm continens pro eo, quod cõtinetur, vsurpamus: vt apud Esaiam: Vlulate
Esai.23. naues maris, hoc est, qui in nauibus per mare cursum conficitis. Et apud Lucam, Ierusalem
Luc.13. Ierusalem, quæ occidis prophetas, hoc est, ô Iudæi Hierosolymæ habitatores, qui cædem diuinis vatibus inferis. Forsasse per montes intelligit Ezechiel magnates, illustrique loco natos, per colles ciues, & homines ordinis equestris, per rupes milites, per valles homines obscuros & plebeios. Omnibus enim opus est verbũ dei audire tam nobilitate aliqua insignibus, quàm infimo loco natis: vt sit metaphora, quã Cicero translationẽ vocat. Poteris nomine montiũ & collium mundi sapientes intelligere, nomine verõ rupium & vallium insipientes. Et si omnes has expositiones recipiat hic locus, tamen eam arbitror esse literæ accommodatiorem: quæ fuit primo loco explanata.

Et disperdam excelsa vestra. Loca, vbi idola erant collocata.

Et confringentur simulachra vestra. Id est, idola vestra. Vtinam Deus idola nostra confrangat. Id, quod relicto deo colimus, & in quo felicitatem constituimus, idolum nostrũ est. In psalmo, vbi nos habemus: Multiplicatę Psal.15 sunt infirmitates eorum, postea acceleraverũt. pro infirmitatibus poteris vertere ex hebræo idola, flagitia enim idola sunt & ægritudines. Ambitio, libido, nimia pecuniæ cupiditas, superbia, & cætera eiusmodi scelera eorum sunt idola, qui in illis summum bonum collocarunt, & ægritudines, quas philosophi appellant animi contractiones aduersante ratione, in quas qui incidunt, grauiter ægrotant, & nõ facilè curantur. Id, quod communis editio habet in psalmo: Transierunt in affectũ cordis, potest verti ex hebræo: Transierunt pictu- Psal.7 ras cordis. Verbum enim maxccioth, quod est in hebraico, cogitationes significat, & picturas siue imagines, siue idola. Sensus est: Habebant vani homines in corde imagines diuitiarum & voluptatum, & hæc erant eorum idola & simulachra. Sed tot, tantæque fuerũt eorum prosperitates, vt etiam supra spẽ omnia illis feliciter euenerint, bona enim mũdi, quæ illis obuenerunt, superant picturas & imagines illas, quas in corde habebant sculptas: Itaque transierunt vltrà, & superarunt cordis picturas & imagines, ex quibus est illa, de qua dicitur in eodem psalmo: Imaginem eorum ad nihilum rediger. Et licèt hoc significet simulachrum & idolum, Ezechiel tamen hoc loco accipit simulachra pro falsorum deorum statuis & imaginibus.

Et deiiciã interfectos vestros ante idola vestra. Occidentur Hebræi, falsorum deorum cultores, & eorum cadauera ego prosternam coram altaribus idolorum. Erunt ossa eorum insepulta, & carnes in ventribus auium & ferarum sepultæ. Itaque qui me relicto in idolis spem posuerint, miserè peribunt, & veluti arbores sterriles excidentur, & in ignẽ æternum præcipitabuntur. Hos comparat Ieremias cum myrica in loco arido & inculto nata. Est enim myrica virgultum abiectum & syluestre, quod nec fructu, nec vmbra affert vtilitatem, nec amœnitatis specie iucunditatem, nec radice medicinam, aut remedium aliquod salutare, ad nullum vsum seruatum, nisi ad secandũ, & incendio consumendum. Ier.17

Et dispergam ossa vestra circa aras vestras. Hoc ideo ait, quia tunc qui volebant loca aliqua polluere, cadauera ibi, aut ossa quæcũq; 4.Reg.23 mortuorum ponebant. Ideo rex ille Iosias, in quo diuinus fidei splendor priscis illis temporibus mirabiliter eluxit, statuas idolorũ cõfregit, eorũq; aras impleuit ossibus mortuorũ. Moralis. Nos etiam demus operam, vt peccata, quæ sunt idola nostra cõteramus, & in animis, quæ est ara idolorum, ponamus mortuorum ossa, hoc est mortis memoriam, vt mortem cogitantes, & iterum atque iterum animo repetẽtes, viuamus in tranquillitate, sedata omnium Similitudo. cupiditatum perturbatione. Vt enim apes, cũ inter se contendunt, & motu aliquo vehementi concitantur, iactu pulueris componuntur, ita nos, cum exagitamur turbulentis perturbationibus, memoria pulueris, in quem sumus conuertendi, & mortis recordatione placamur, appetitusq; longiùs euagantes, & obedientiam rationi debitam abijcientes, retinemus & comprimimus.

Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur. Vrbes vestræ erunt à Babyloniis euersæ, & in solitudinẽ redactæ, & loca eminẽtia vbi dæmonibus immolatis, confringentur & desolabuntur. Aspice iusta dei iudicia: Flagrabant Iudæi diuitiarum cupiditate, & mundi gloria, in vanitate constituta, quas ob causas deũ verũ reliquerunt, & gentiũ idola adoratũ. At corã ipsa idola & dæmonum simulachra amiserũt diuitias, & nominis amplitudinẽ. Contra verò qui propter Deum diuitias & nominis claritatem despiciũt, eas ipsas res, quas amittere, vt deum non amitterent, nõ dubitabant, multò præstantiores absq; dubio consequuntur. Exo.1. Moyses Pharaonis fauoré, AEgyptiq; opes Heb.11. & fastum contẽpsit, & postea fuit ipso Phara- Exo.7. one illustrior & potentior, nam Pharaoni pa- Exo.14. rebant homines, Moysi verò homines, maria, Exo.17. flumina, rupes, & aliæ creaturæ. Qui mundi gloriam ardenter quærit, ipsam non inuenit, qui verò eam cõtemnit ipsam adipiscitur, glõ nam enim cõtemnere est illam obtinere. Hac ratione ductus ait diuus Chrysostomus: Simile. Contemne diuitias, & eris diues, contemne gloriam, & eris gloriosus. Cùm olim pictor quidam insignis equum pinxisset, velletque illi iuxta os spumam depingere, nunquam potuit. Quocirca spongiam, in qua tergebat penicillũ, quam manu tenebat, iratus in picturam proiecit, vt refert Plutarchus, vt illam lueret, & macularet, & penitus euerteret. Sed multò aliter euenit, nam spongiæ variis imbutæ coloribus cõtactu spumã, quam soleis artis magister nequiuerat efficere, casu expressit. Vbi existimauit picturam dissipare, eam perfecit. Sic si magno ingenij artificio mundi gloriam comparare volueris, id efficere non poteris: nam inanẽ illam gloriam appetere, & inquirere ignominia est: sin autem huiusmodi gloriam spreueris inanem, & in temeritate multitudinis constitutã, in eamq; proieceris contemptionis spongiam, veram profectò gloriam consequeris: illa enim falsæ gloriæ abiectio est veræ gloriæ consecutio. Vt arbor, Simile. quæ est altioribus defixa radicibus, excelsius fertur in sublime, sic homo, quò profundius per humilitatem abijcitur, eò magis ascendit, & sursum per virtutem elevatur. Et quemad- Simile. modum arbor in vertice montis sita ventorũ turbine conquatitur, & facilè conuellitur, sic homo, quanto in maiori dignitate est constitutus, tanto maiori periculo est obnoxius. Vnde ait ingeniosus poeta: Summa petit liuor, perflant altissima venti: Summa petunt dextra fulmina missa Iouis. Hæc est vna ex causis, ob quas in euangelio homo cum arbore cõparatur. Cùm igitur arbores simus, opor- Math.7. tet, vt fragilitatis nostræ consideratione radi- Mar.8. ces profundæ humilitatis longiùs mittamus, Lu.3.c.6 & in valle cognitionis nostræ miseriæ, in statu humili, sed virtutibus florente, consistamus, vt nulla nos procella conuellat, nulla vanitas disperdat, nulla ambitio cõturbet, nulla auaritia contorqueat, nullum deniq; tempus nos possit ab humilitate & animi abiectione, & mundi contẽptu, & ab honestatis laudibus & ornamentis abducere. Tantò ædificiũ erit firmius & validius, quantò eius fundamentũ fuerit profundius iactum: cùm autem philosophiæ Christianæ fundamentũ sit humilitas, quantò ea fuerit profundior, tantò religionis ædificium erit securius & permanentius. At cùm Hebræi non essent in humilitate, sed in vanitate & auaritia fundati, cũ vrbes celebres, & magnificas aulas habere cuperent, non ob dei honorẽ, sed ob suam cupiditatẽ, & iactationẽ, & superbiã, eamq; ob causam excelsa cõstituerent, vbi cõmentitiorum deorũ simulachra colerent, omnia pariter amiserunt, nã eorum vrbes fuerunt ab hostibus penitus deletę, & eorum excelsa deiecta, & solo æquata: & qui se in altitudinem superbiæ efferebant, in profunditatẽ ignominiæ ceciderunt. Manet enim firma domini sententia: Qui se exaltat Luc.14. humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Et delebuntur opera vestra. Id est statuæ & idola dolorum, quas manibus vestris artificiosè conficitis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium, in gentibus, cùm dispersero vos in terris. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans, & recedens à me, & oculos eorum fornicantes post idola sua. Et displicebunt sibimet super malis, quæ fecerant in vniuersis abominationibus illis: & scient, quia ego dominus non frustra locutus sum, vt facerem eis malum hoc. Hæc dicit dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedẽ tuum, & dic: Heu ad omnes abominationes malorum domus Israel, quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.

Et relinquam in vobis. Hoc est, non omnes interficiemini, sed ex vobis relinquam nonnullos, qui gladium euadant Babyloniorum. Hi ducentur captiui, & inter gentes & nationes barbaras vitam degent, & ibi ad me confugient, nullúq; erit tẽpus, quo apud eos meorũ erga populũ Israelis beneficiorũ memoria moriatur. Hoc ideo ait Deus, quia sciebat fore, vt in illa Babylonica captiuitate nonnulli viri detinerentur, qui fide, gratia, & spiritu vaticinádi essent illustres, qui diuini numinis memoriã, iustitiã, misericordiã, & immensa beneficia colerent beneuolẽtia sempiterna. Quod ita euenit: nam aliqui non solùm dũ viuerẽt, fuerunt diuino amore incensi, & immortalitatis studio inflammati, sed etiam post mortẽ monimenta diuinorum beneficiorum reliquerunt. Hi videntes dei populum ob eius impia scelera captiuũ, & ad maximas calamitatũ angustias traductũ, & fœuiente æmulorũ procella iactatũ, nihilq; aliud intuentem nisi grauia pericula mortem horribilẽ minitantia, eum ad diuinam misericordiã implorandã excitabant, seque deo totos tradebant. Hi fuerunt Ezechiel, Daniel, Aggæus, Zorobabel, Iesus filius Iosedech, Esdras, Neemias, & alij nonnulli, qui ad deum confugientes tanquam ad portum tutissimum, omnem suæ spei anchorã in illo fixerunt atq; locarunt. Nonnulli etiam ex perfidis Iudæis, qui se flagitiorum tetris maculis contaminauerant, deumq; reliquerant, fuerunt in captiuitate conuersi, & deum inter gentes idolorũ cultrices laudibus extulerũt. Cæterùm hæc omnia erant figuræ futurorum bonorum. Cùm Iudæi essent vinculis auaritiæ constricti, & Hierosolymæ existentes colerent Babylonem, hoc est mundi confusionẽ diligerẽt, omniq; vitiorũ genere se polluerẽt, & coinquinarẽt, venit Christus Deus noster à cœli fastigio, ad terrã descendens, vt mentes hominũ, quæ in tenebris versabãtur, diuino lumine lustraret, à Babylonica seruitute ad spiritualẽ libertatẽ, & ad cœlestis Hierosolymæ amplitudiné reuocaret, & à morte æterna ad vitã immortalem tandẽ perduceret. At eũ Iudæi scelerũ maculis notati contẽpserunt, & ad extrẽ crudelissimã innocentissimũ agnũ vocarunt. Quare vtraq; morte & tẽporali & æterna eos deuorãte fuerũt miserẽ cõsumpti, & in pœnas æternas præcipitati. Fuerunt tamẽ ex illo populo ad Christũ conuersi apostoli, & cæteri illi, qui fidem susceperunt. Hi sunt, de quibus prædixerat ijs verbis Esaias: Nisi dominus exercituũ reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ similes essemus. Ita hunc locũ diuus Paulus in epistola ad Romanos explanat. Paucos illos, qui ex magna illa Iudæorum multitudine Christi fidem amplexati sunt, appellat Esaias semẽ, volens agricolas imitari, qui cùm messium sterilitatẽ conqueruntur, aiunt, vix semen superfuisse. Hos appellat etiam reliquias idem propheta, dicens: Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ cõuertentur ex eo. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Sic in hoc tẽpore reliquiæ secũdum electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Appellans Esaias reliquias Israelis eos, qui Christo adhæserunt, indicauit non esse Iudæorum populũ in Christũ crediturũ, sed tantũ paucos ex eo. Id alio loco apertius explicans inducit eundẽ Christũ ita loquentẽ: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Et Ieremias, Negauerunt, inquit dominum, & dixerunt: non est ipse. Et Amos: Odio habuerunt corripientem, & perfectè loquentem abominati sunt. Vnde dominus Iesus diligens ad Hierosolymam sermonẽ suũ aiebat: Quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Quibus verbis incredibilẽ Iudæorũ ingratitudinẽ & impietatẽ ostendit, & eorũ excidiũ prædicit. Insipientes & iniqui pueri irridebant Eliseũ in montẽ ascendentẽ, sed venerunt duo ursi, qui illos lacerauerunt. Iudæi amentes & impij Christũ ad montẽ Caluariæ ascendentẽ illudebãt, sed venerũt duo crudeles vrsi Vespasianus & Titus, qui eos ad ferrũ & flammã vocarũr, & immaniter occiderũt. Ex quibus qui viui relicti sunt, fuerunt in miseram seruitutẽ redacti: quorum posteà nonnulli Christi fidẽ

receperunt. Cùm igitur ex tanta Iudæorum multitudine pauci essent puram Christi religionem accepturi, ait hoc loco Deus per Ezechielẽ, se esse nõnullos relicturũ, qui eius memores essent, qui eius amore incensi euangeliũ mũdo nũtiarẽt, & infideles ab impia & impura superstitione traducerẽt ad purissimũ diuini numinis cultum, plenissimamq; sanctitatis religionem. Ideo ait. Et relinquam in vobis, &c. Relinquũ ait, vt ad verbũ alludat Esaiæ, qui eos, quos dominus reliquit, reliquias appellat, quas conuertendas prædixit. Sũt qui totum hoc intelligendũ dicant de Babylonica illa captiuitate sub Nabuchodonosore, in qua aiũt fuisse nonnullos, qui Dei memores fuerũt, quos Deus liberauit à gladio Babyloniorum, vt per eos Dei notitia esset gentibus perspecta. Ita enim dixerat Tobias: Cõfitemini domino filij Israel, & in conspectu gentiũ laudate eum, quoniã ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorãt eũ, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis ea scire, quia nõ est alius Deus omnipotẽs præter eum. Hoc impletum est in Daniele, cuius doctrina Nabuchodonosor, & multi alij ad quendam Dei cognitionem peruenere. Similiter in Hester, & Mardochæo, qui multos ad veri Dei fidem cõuerterunt, & in alijs nõnullis, qui inter gentes diuini numinis sanctitatem & iustitiam prædicarunt. Hoc iudicium illi, & rectè quidem: sed in eo, quòd illud ad mysterium redemptionis nostræ per Christum nullatenus referendum dixerunt, grauiter errãt, & literarum diuinarũ studio indolẽter abutuntur. Homines terreni non se extollunt è terra, & alis altæ cognitionis destituti, humi repunt, ad rerũ sublimiũ sapientiã haud quaquam volãtes. Quis nõ videt omnia illa vmbras fuisse veritatis futuræ, &, vt verbis vtar Apostoli, ofa hæc illis in figura contigisse? Nã vt ait idẽ apostolus. Lex vmbrã habet futurorũ bonorũ, nõ ipsam imaginẽ rerũ. Hoc est, vmbrã habet veri sacrificij, & redemptionis per Christum, nõ aũt viuam rerum imaginẽ & expressam veritatem. Ita Chrysostomus hunc locũ explanat. Possumus tamen per imaginẽ rerũ, imaginẽ gaudiorũ cœlestium in gloria æterna intelligere. Et ad hanc explanationem accedit Gregorius Nazanzenus. Vt sit sensus: Lex vetus vmbra tantùm erat, & obscura quidem, mysteriorum Christi, & rerum in nouo testamento scriptarum: at ipsum nouum testamentum, ipsa lex & vita euangelica imago est cœlestiũ bonorum, quæ nobis in vita hac repræsentãtur: ad quæ sancti accedunt, ex hac vita decedentes. Cùm igitur teste apostolo ea, quæ Hebræis contingebant, figuræ essent earum veritatum, quas in lege gratiæ conspicimus, quis est, qui non animo percipiat, fuisse Babylonicam captiuitatem, à qua, Iudæi fuerunt liberati per Cyrum, figurã captiuitatis peccati à qua genus humanũ fuit ereptum per Christũ, & eos qui ex Hebræis Deum inter gentes nuntiabant, imaginem apostolorum gessisse, qui per orbẽ terrarum Christi fidem prædicauerũt, nisi fuerit Iudæorum opinionibus addictus, & à sanctorum doctrina destitutus?

Quia contriui cor eorum. Id est, quia eis contritionem dedi, dura eorum corda cõfringẽs. Cor fornicans appellat, quòd vero Dei cultu relicto cum idolis coniungitur, ea colens, & amore complectens. Oculos similiter fornicãtes vocat, qui idola respiciebant, in ea aciem intendentes, atque erga ea amorem significantes. Sumi fornicationẽ in literis diuinis pro idololatria, nemo est in ipsis vel mediocriter versatus, qui nesciat.

Et displicebunt sibimet super malis, &c. Explicat quid sit id, quod dixerat. Quia contriui cor eorum. De ratione contritionis est displicẽtia. Siue enim accipias contritionem prout est virtutis actus nuncupatus pœnitentia, siue prout est pars sacramenti pœnitentiæ habens ad alias partes relationem, semper est dolor voluntariè assumptus pro peccatis. Est autem duplex contritionis dolor, vnus intellectualis, qui est displicentia voluntatis, alter verò sensualis qui producitur à primo. Sed horũ dolorum, solus primus est de contritionis essentia. Vt enim voluntatis complacentia requiritur & sufficit ad peccatũ, sic volũtatis displicẽtia requiritur & sufficit ad cõtritionem. Nã vnũquodque, vt ait Chrysostomus, per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. Et oportet vt peccatum summè displiceat, quo amor proprius in Dei amorem conuertatur. Si in succensam fornacem ligna arida, & sarmenta incendio apta conieceris, resplendebit pura ignis flamma, sin autem conieceris ligna viridia, & iuncos palustres, ardebunt quidẽ, sed tota fornax erit fumo repleta, & denigrata ob caliginem è fumi densitate producta. Sic cor nostrum fornax est semper ardens, si illud cogitationibus amoris diuini nutrietis, splendebit flamma charitatis, si autem illud cogitationibus amoris tui foueris torũ fumabit, eritq; cæca obscuritate circũfusum. Euanuerũt in cogitationibus suis, inquit diuus Paulus, & obscuratũ est insipiens cor eorũ. Fons & origo omniũ malorũ, & cẽtrũ, vnde lineæ flagitiorũ omniũ dimanãt, est amor inordinatus sui. In libro quatuordecimo ciuitatis Dei ait Augustinus in hunc sui amorem prius Adamum incidisse, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

pomum prohibitum comederet. His duo amores, vt ait Augustinus, duas ciuitates condiderũt, amor Dei Hierosolymã, amor sui Babylonem. Hic amor propriùs est ille, de quo ait Christus apud Ioannẽ: Qui amat animã, perdet eã. Et diuus Paulus in epist. 2. ad Timotheum: Erunt in nouissimis tẽporibus homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi. Et ad Romanos: Debemus firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Et diuus Petrus in epistola sua secũda eos, qui sui amore ducuntur, iniquos appellat, audaces, sibi placentes. Nulla est verior miseria, quàm suam non cognoscere miseriam. Cõtrà verò pœnitẽtes sibi displicent, dignosq; se esse grauissimis cruciatibus arbitrãtur. Sed quo imperfectiores se esse existimant, eò propiùs ad perfectionẽ accedunt, hæc nanque est magna perfectio suæ imperfectionis cognitio.

Ioan. 12. 2. Tim. 3. Rom. 15. 2. Pet. 2.

Hi torquentur dolore ob admissa peccata, & repudiato nimio illo & inordinato sui ipsius amore, ardenti Dei amore incenduntur. De ijs ait hoc loco Deus per Ezechielẽ. Et displicebunt sibimet super malis, quæ fecerant, &c.

Vt facerem eis malum hoc. Loquitur de malo pœnæ, non autẽ de malo culpæ, ideo pro malo quidam calamitatem vertunt.

Percute manu tua, & allide pedem tuũ. Qui sunt irati & admirati, solent brachia mouere, & manibus aerẽ aut femur percutere, & pede terram cõplodere. His signis volebat Deus, vt Ezechiel ostenderet Hebræis, quanta esset aduersus eos ira commotus, & quàm grauia supplicia esset Deus de illis sumpturus. Vt hoc viso & considerato, scelerum, quorum tã graues pœnas essent daturi, grauitatem & magnitudinem intelligerent. Prædicit igitur diuinus vates obstinatorum excidium & vastitatem.

Et dic, Heu, ad omnes abominationes domus Israel. Hoc est, duces suspiria, & verberis in gemitu & lamentis, & luctum percipiet ob Iudæorum scelera, propter quæ sunt grauiter puniendi, & vita priuandi. Si pro morte corporis aliorum ploraturi sumus, quid est pro morte animæ faciendum? Si amicorum exiliũ lachrymis prosequimur, quòd non sint ad tempus patriam visuri, quid sumus pro illis facturi, qui sunt à cœlesti patria ad æternum exiliũ damnati! Nolite flere mortuum, inquit Ieremias, nec lugeatis super eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltrà nec videbit terram natiuitatis suæ. Ac si dicat: Ne prosequamini lachrymis funera vulgi, sed æternum regis vestri exilium in Babyloniam. Infernus est Babylonia, hoc est confusio, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Illi patria expulsi in æternum exilium mittuntur, qui à cœtu sanctorum separati in pœnas æternas relegantur. Deploremus igitur scelera, non solùm nostra, sed aliena: dicamus cum Dauide: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierũt legem tuam domine. Et cum Ieremia. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Fleamus ergo & insignes scelerũ maculas acerbissimo luctu deleamus. Diuus Ambrosius de obitu Valentini, Pascunt, inquit, frequẽter lachrymæ, & mentẽ alleuant fletus. Id dixerat antea regius vates: Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et diuus Hieronymus in Esaiã: Oratio Deum lenit, sed lachryma cogit: hæc vngit, illa pũgit. Diuus Ioannes Chrysostomus in Matthæum hac vtitur similitudine: Vt post vehementes imbres aer purus efficitur, sic & post lachrymarũ pluuias sequitur mẽtis serenitas, & tranquillitas. Fletus est lauacrũ scelerũ, & refectio animarum. Tota maris aqua non extinguit vnã prunam purgatorij, & lachrymæ eius prunas & flammas extinguunt. Lachrymis obtinuit Magdalena criminũ remissionẽ, & fratris mortui reditum ad vitam. Et Christus videns ciuitatem fleuit super eam. Quare nos videntes animæ nostræ ciuitatem sceleribus inquinatã, de qua dixit regius vates: Vidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia: fleamus super illam, & dicẽtes Heu, ad omnes abominationes, vim lachrymarum fundamus.

Ier. 22. Iob. 10. Psal. 41. Ier. 9. Psal. 41. Luc. 19. Psal. 6. Similitudo.

Qui longè est, peste morietur, qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur. Et complebo indignationem meam in eis. Et scietis, quia ego dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum: in omni colle excelso, & in cũctis summitatibus montiũ, & subtus omne lignũ nemorosum, & subtus vniuersam quercũ frõdosam, locũ, vbi accẽderunt thura redolentia vniuersis idolis suis. Et extẽdam manum meã super eos, & faciam terram eorum desolatam, & desolitutam à deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum. Et scietis, quia ego dominus,

D

Qui longè est. Id est, qui longè ab hostibus absuerit.

Et qui relictus fuerit. Subaudi, à peste, & gladio.

Et complebo indignationem meam in eis. Hoc est, eos puniã, donec vltus fuero iniurias meas. Non desinam eos opprimere, donec dent mihi pœnas omnium maleficiorum suorum.

Et scietis, quia ego dominus. Subaudi, per effectum iustitiæ meæ. Ac si dicat: Cùm de vobis sumpsero pœnas, iustas illas quidẽ, vestrisque flagitijs debitas, tunc vobis erit perspectũ & cognitum, me esse deum omnipotentem, & iustum, & omnia gubernantem.

Cùm fuerint interfecti vestri. Idest, cùm videritis multos ex vobis occisos inter idola vestra, circa eorum altaria.

Et subtus vniuersam quercum frondosam. Id est, sub omni quercu condensa. Solebant idolorum cultores, sub arboribus condensis & amœnis altaria simulachris idolorum constituere. Cæterùm pro quercu habet paraphrasis Chaldaica vlmum.

Et extendam manum meam super eos. Extendere manum super aliquem, est illum castigatissimus, de quo in nostris in Esaiam commẽtarijs copiosè disseruimus.

A deserto Deblatah. Desertum hoc teste diuo Hieronymo est in terra Emath, vbi Nabuchodonosor mãsit, cùm eius exercitus oppugnaret Hierosolymam. Hic locus est terminus Iudææ ex vna parte. Est igitur sensus, esse deum vastaturum totam Iudæam per Chaldæos à principio vsque ad finem, à termino ad terminum. At libro quarto Regum appellatur hic locus Reblatha, etiam si in græco sit Deblatha. Et Ieremias, Comprehẽderunt, inquit, Sedechiam in campo solitudinis Iericho: tradiderunt eum ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath. Fortasse est idem nomen, sed nũc Reblatha appellatum, nunc Deblatha ob librariorum imperitiam, nam apud Hebræos magna est inter has duas literas, d, & r, similitudo. In hebraico enim aliquando est רבלתה aliquando דבלתה. Significat aũt Reblatham multitudinem seu multa. Sedechias Hierosolymam relinquens, fugiens à tẽplo dei in Reblatham, fuit ibi à Nabuchodonosore oculis priuatus. Qui enim visionem temnit, & veritatem relinquens multis se implicat rebus, & varijs atque inextricabilibus mũdi negotijs se inuoluit, obcæcatur à dæmone, & vitijs, atque perturbationibus obcæcatus, corruptelarum illecebris irretitus, atque pestilentibus opinionibus inductus, illud vnum relinquit, quod est supremũ ens super omnia entia, de quo est apud Lucam scriptum: Porrò vnum est necessarium. De eo ait ita Trismegistus in Pymandro. 4. Deus monas est, vnitas illa, quæ est principium omnem numerum continens, à nullo contenta. Et Psellus: Vnitas numerus cùm non sit, numerorum tamen procreatrix est fons, radix, & causa multitudinis omnis: expressaque dei imago, qui cùm rerum naturalium nulla sit, est tamen rerum naturalium effector. Parmenides Pythagoreus, cùm asseruit vnum esse id, quod est, de um intellexit, si credimus Simplicio. Soli deo verã entis appellationẽ concedebat, quoniam per se est, omniaque alia per ipsum. Vbi nos legimus in Exodo: Ego sum, qui sum, est in græco ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Hoc est, ego sũ ens. Ab illa igitur vnitate, ab illo ente & vno, quod est necessariũ, quod per se est, quod deus est, nullo modo discedamus, ne in Reblathah, in multitudine, in distractione, varia mundi negotia & turbulenta dissidia statum animarum nostrarum conuellant, & lumen intellectuum extinguant: vt mentis oculis priuati, in æterna caligine versemur. Quin potius voluptates mundi obliuiscentes, & Hierosolymæ habitantes, ad illum qui est verè vnus, animum tollamus, ad eum mentis aciem intendamus, in eo spem omnium nostrarum cogitationum collocemus.

Luc. 10. Exod. 3.

Annotationes ex Hebræo in caput sextum.

Hæc dicit dominus deus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Pro rupibus est in hebraico לְאַפִּיקִים la aphicim. à verbo אפק quod significat vim sibi facere, vt Genesis. 45. Non se poterat vltrà cohibere Ioseph. Ac si diceret: Non poterat vltrà sibi vim facere Ioseph: adeò enim amor vicerat simulationem, vt non posset lachrymas continere, cùm se fratribus cognoscendum præberet. Nam, vt ait in libro de cõtritione cordis diuus Cyprianus, is amantium mos est, vt amorem suum silentio tegere nequeant. A verbo hoc derivatur אפיק aphic, quod significat rem fortem ex quo effectum est, vt significaret rupẽ, quemadmodum hoc loco. Significat etiã regẽ, quòd fortitudine polleat & potestate: vt apud Iob, Balthasũ regum dissoluit. Hoc est, deus potestatẽ fortiũ, & principũ aliquãdo cõfringit. Et quoniã aqua tẽpestatum & procellarum desiluit cum impetu & vi, accipitur pro torrente, vt apud Iob: Fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui

Gene. 45. Iob. 14. Iob. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

raptim transit in conuallibus. seu, vt poteſt vertere ex hebræo: Amici mei fecellerunt me, inſtar torrentis, qui raptim decurrit in conuallibus. Vt enim torrens hyeme impetu magno fertur, fluens vehementi aquarum abundantia, cùm aqua neceſſaria non eſt, ſed æſtate areſcit, cùm aqua deſideratur, ad quem viatores ſitibundi accurrentes ſpe potus falluntur: ſic fictus amicus multa tibi promittit tempore proſperitatis, cùm tibi omnia ad voluntatem fluunt: ſæuiente aduerſitate penitus areſcit: & tu ſi ad illud in afflictione tua confugias, eris ſpe potus deceptus. Vt enim vmbra eum ſequitur, qui ſolis radijs illuſtratur, ſin autem ſol lateat, preſſus nubibus, ſtatim auſugit vmbra, & penitus euaneſcit, ſic fictus amicus eum comitatur, qui opum aut gratiæ principũ ſplẽdore illuſtratur, & nominis celebritatem conſequitur: ſin autem in calamitates inciderit, & fuerit diuitijs, & nobilitatis ornamentis ſpoliatus, eum confeſtim deſerit, & pro nihilo putat. At verus amicus ſemper eſt idem. Vnde Salomon in prouerbijs, Omni, inquit, tempore diligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur. Et Eccleſiaſticus: Non cognoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. Et D. Auguſtinus lib. 83. quęſtionum. Nihil ſic probat amicum quemadmodum oneris amici ſupportatio. Et Iſidorus libro 3. de ſummo bono: In proſperitate incerta eſt amicitia, nec ſtatitur vtrum perſona, an felicitas diligatur. Et Boetius libro 3. de Conſolatione: Quem felicitas amicũ facit, infortunium facit inimicum. Vnde aiebat Ariſtoteles libro ſeptimo Moralium Eudemiorum, tempus indicare quis ſit, qui vero amore amicum proſequatur. Et Periãder, vt refert Diogenes Laertius. Aurum igne probamus, amicum autem in aduerſitatibus diſcernimus. Et Ouidius libro primo de Triſtibus elegia octaua: Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora ſi fuerint nubila, nullus eris. Vt hirundines vere tempore adſunt, ſed adueniente frigore receſſunt, ita adulatores amicorum perſonam induentes tranquillo vitæ tẽpore, in ſtatu florente, in rebus proſperis, & ad voluntatem decurrentibus præſto ſunt: ſed ſi hyemem calamitatis viderint, omnes euolabunt. Ideo eos Iob cum torrentibus comparauit: vbi pro torrentibus vſus eſt hoc nomine aphic. Cùm autem nomen hoc & rupem ſignificet & torrentem, poteſt hic locus Ezechielis variè verti. Ex quo effectum eſt, vt & Latinus interpres & ſeptuaginta tranſtulerint rupes, Pagninus verò & alij nonnulli torrentes: Poteris per torrentes quemadmodum per rupes viros intelligere fortitudine præſtantes, & ſibi ipſis vim inferentes. Et ita etſi varient vocibus editiones, conſentiunt tamen ſententia.

Similc.

Similc.

Similc.

Prou.17.

Eccle.12.

Quoniam contriui cor eorum fornicans. Pro contriui eſt in hebræo נשברתי nixbbarthi. Verbum eſt שבר, quod ſignificat conterere, apud Eſaiam: Contriuit dominus baculum impiorum. R. Dauid hoc Ezechielis loco ait verbum hoc eſſe paſſiuum, quam ob cauſam illum ita vertit: Contritus ſum, quòd illorum cor fornicans ſit. Et Pagninus: Contriui me propter cor eorum fornicans. Loquitur deus more humano, oſtendens ſe eſſe ob Iudæorum ſcelera affectum mœrore. Nihilominus tamen communis verſio recta eſt, & iure defendi poteſt. Significat etiam verbũ hoc emere, vt Geneſis 41. Omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas. Eam ob cauſam poteſt hic locus ita verti, & rectà meo quidem iudicio: Quoniam emi eorum cor à me recedens, ſimiliter eorum oculos à me diſtractos, & auerſos. Vt ſit ſenſus: Eorũ cor, quod ſe dæmonibus tradiderat, eorumq; oculos, qui vanitatibus ſeruiebant, ego emi: eorum animos & oculos meos feci, cùm antea eſſent mundi, dæmonis, & carnis. Homines ex impijs cupiditatibus veluti cõflati, ſceleribus imbuti, nefarijs illecebris voluptatibuſq; deliti nihil habent ſuum, nec cor, nec oculos, nec manus, nec pedes, cùm omnia hæc vanitatibus & impietatibus tradiderint, & animæ hoſtibus mancipauerint. At viri iuſti omnia hæc habent: imò omnia eorum ſunt, dicente apoſtolo: Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti. Ideo ſui ſunt, quia Chriſti ſunt. Hæc eſt ſpiritualis libertas, de qua ait apoſtolus: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Qua libertate, vt alibi ait idem apoſtolus, Chriſtus nos liberauit. Ille nos emit, vt ſui eſſemus, vt illi ſeruientes regnaremus: ſeruire enim deo regnare eſt. Ideo ait diuus Paulus: Empti enim eſtis pretio magno. Et diuus Ioannes in Apocalypſi de iuſtis loquẽs: Hi, inquit, empti, ſunt ex hominibus, primitiæ deo & agno. Et diuus Petrus in epiſtola ſua prima: Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati. Cùm igitur hic Ezechielis locus de illis intelligatur, vt in explanatione oſtendimus, qui ſe ad Chriſti fidem cõuerterunt, illos autem Chriſtus emerit, perſpicuum eſt, poſſe hoc emere ſignificet, & qui loquitur Chriſtus ſit.

Eſa.10.

1.Cor.3.

2.Cor.3. Gal.5.

1.Cor.6. Apoc.14.

1.Petr.1.

Et diſplicebunt ſibimet propter mala, quæ fecerunt. Pro diſplicebunt eſt in hebræo

יגעטו venacottu, à verbo tut, קוט quod ſignificat ſuccidere, vt ſit ſenſus: Succidetur à facie ſua, hoc eſt pudore afficientur. Significat etiam verbum hoc litigare & contendere: Qua ratione ductus R. Menachem vertit: Et litigabunt vnuſquiſque ſecum ob admiſſa ſcelera. Vnde pſalmi illud: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, tranſferri poteſt: Quadraginta annis contendi & litigaui cum hoc Iudæorum populo in deſerto. Ita habet Thargum. Et in hanc ſententiam vertit ex hebræo diuus Hieronymus, dicens: Quadraginta annis diſplicuit mihi generatio illa. Ex hac verbi æquiuocatione orta eſt verſionum varietas: nam ſeptuaginta habent: Et plãgent ante faciem ſuam. Pagninus: Et ſuccidẽtur à facie eorũ: alij: Et ſecũ pugnabũt. Quæ omnia cum verſione communi coincidere videntur, quæ habet: Et diſplicebunt ſibimet.

Pſal.94

Percute manum tuam, & allide pedem tuum. In margine librorum correctorum eſt: Percute manu tua, & allide pede tuo. Pagninus vertit: Percute femur manu tua, & extende lumbum pede tuo. Pro allidere in hebraico verbũ רקע raegh, quod ſignificat firmare & extẽdere, vt apud Eſaiam 42. Firmãs terram. Vel, vt alij vertunt, extendens terram. Et quoniã cùm ferrum extẽditur, percutitur, ideo verbũ hoc ſignificat percutere & allidere: & quoniã qui percutit pede lutum, illud extendit, vertit Pagninus: Et extende lutum pede tuo. Thargum habet, Conculca terram ſub pede tuo. Vnde illud pſalmographi: Vt lutum platearũ delebo eos: poterat verti: Vt lutum platearum cõculcabo eos, vel percutiã eos, vel extẽdam eos. Et quoniã cœlum eſt extenſum & expanſum, ideo raciagh cœlum ſignificat, vt Geneſ. 1. Fiat Firmamentum in medio aquarum.

Eſa.42.

Pſal.17.

Geneſ.1.

Vbi accenderunt thura redolentia. Septuagin ta habent: Vbi dederũt illic ὀσμὴν εὐωδίας, hoc eſt odorem ſuauitatis. Quidam vertunt ex hebræo: Vbi obtulerunt odorem quietis. Odorem quietis appellat propheta gratum & ſuauem: nihil eſt enim quiete & tranquillitate iucundius, nihil gratius, nihil præſtãtius. Hanc animi quietem appellabat Democritus ſummam huius ſeculi felicitatem. Diuus Auguſtinus de ea loquens ait: In rebus creatis nihil gratioſius ſoletaudiri, nihil delectabilius concupiſci, nihil vtilius poſſideri. Qui tranquillitatem hãc obtinẽt, beatitudinẽ illã cõſequuntur, de qua ait Chriſtus deus noſter: Beati pacifici, quoniã ipſi filij Dei vocabuntur. Si Dei vocantur filij, qui pacis ſunt amãtiſſimi, erũt proculdubio à cõtrario ſenſu diaboli filij qui animi fluctibus & perturbationibus cõcitati nullam habent quietem, nullam tranquillitatem: ſed pacem confundunt, & conuellũt. Imò ipſi confunduntur, & conuelluntur, & pereunt: omne enim quod eſt, tãdiu eſt, quandiu vnum eſt, ens enim & vnum conuertũtur. Cùm autem homines inquieti, diſſidia & cõtentiones quærentes, & non ſolùm cum alijs, ſed etiam ſecum pugnantes, ſe diſtrahant, & diſſoluant, & in varias partes fundant, & ſeparent, perſpicuum eſt eos vnitatem non habere, nec vnum eſſe, & ex conſequenti non eſſe. Si nulla eſt domus tam ſtabilis, nulla ciuitas tam firma, quæ ſi concordia caruerit, nõ odijs ac diſſidijs funditus euertatur, qui fieri poteſt, vt homo diuiſus, contentioſus, ex cõtrarijs diuerſiſque inter ſe pugnantibus naturæ ſtudijs, & diſcordijs quaſi conflatus poſſit ita exiſtere, vt vnum quippiam appelletur? & non potiùs ædificium euerſum & ruptum dicatur? Id intuens Plato in libris de republica eſſeueranter affirmat nihil eſſe ciuitati pernicioſius diuiſione, nihil vtilius pace. Pacem amantes Deum pacis authorem amant, & non modò cum hominibus, & ſecum pacem habent, ſed cum virtutibus & probis moribus, cùm bellum perpetuum inferant vitijs & impietatibus. Et ita eã animi quietem & ſecuritatẽ poſſident, vnde vera dignitas efloreſcit.

Matt. 5.

ARGVMENTVM CAPITIS VII.

Capite ſuperiore deſcripſerat bella à Chaldæis aduerſus Hebræos concitanda, & Hieroſolymam penitus euertendam. Nunc prædicit finem totius Iudææ cito venturum, huiuſque excidij & vaſtitatis cauſam deſignat.

CAPVT VII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me dicens: Et tu fili hominis: Hæc dicit Dominus Deus terræ Iſrael: Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Nunc finis ſuper te: & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus ſuper te: & non miſerebor, ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis, quia ego dominus. Hæc dicit Dominus Deus. Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis euigilauit aduerſum te: ecce venit.

A.

B.

Venit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus: propè est dies occisionis, & non gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorē meum in te, & iudicabo te secūdum vias tuas, & imponā tibi omnia scelera tua. Et non parcet oculus meus, C. nec miserebor, sed vias tuas imponā tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis, quia ego sum dominus percutiens.

EXPLANATIO.

Et factus est sermo Domini ad me. Explicatum est hoc idioma capite præcedente.

Id autem, quod sequitur: Et tu fili hominis, capite secundo.

Finis venit. Hoc est, iam interitus imminet, & vastitas totius regionis Israelitarum super omnes quatuor partes Iudææ tota vastabitur ab oriente ad occidentem, ab aquilone ad meridiem. Hoc vaticinium fuit literis mā- 4. Re. vlt.
datum anno quinto principatus Sedechiæ ab Ezechiele in Babylonica captiuitate detēto, & impletum fuit anno vndecimo eiusdē Sedechiæ, quando ipse fuit captus, & tota terra Iudææ euersa, & penitus vastata. Itaque inter vaticinium hoc & eius effectum sex tantūm anni intefluxerunt. Ideò ait imminere dei vltionē, ne Iudæi, qui Hierosolymæ erant, hāc euersionem tempore nepotum suorum post longā posteritatē futuram esse existimarent.

Et iudicabo te iuxta vias tuas. Hoc est, non iniustè, sed meritò punieris: Pœnas tuis sceleribus debitas mihi dabis. Viæ peccatorum sunt turpes & flagitiosæ viuēdi rationes, quæ ad inferorū tenebras & cruciatus æternos ducunt. Ideo non hic ait Deus: Animaduertam in te iuxta vias meas, sed iuxta vias tuas. Ita Ose. 12. apud Oseam: Visitatio Domini super Iacob iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. Iudæorum flagitia, & vitiosam vitæ institutionem appellat vias & adinuentiones Psal. 1. eorū. Beatus vir, inquit, psalmographus, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Et Salomon in prouer- Pron. 4.
bijs: Via impiorum tenebrosa. Vnde de Ioā- Esa. 40.
ne Baptista prædictum fuerat: Vox clamantis Ioan. 1.
in deserto, parate viam Domini, rectas facite Luc. 3.
semitas eius. Non ait: Parate viam vestram, sed viam Domini.

Et ponam contra te abominationes tuas. Hoc est, ponam coram te scelera tua, vt ea mentis oculis aspicias. Particula, contra accipitur *ex* pro è regione, vt in psalmo: Et peccatum Psal. 50.
meum contra me est semper. Hoc est, peccatū meum assiduè video, semper coram me habeo, dies ac noctes mihi ante oculos versatur. Eccl. 6.
Et Ecclesia. 6. Si humiliauerit se contra te. Mat. 27.
Et Matthæi. 27. Sedentes contra sepulchrum. Nec solùm hoc est in literis diuinis, sed etiā humanis, vt apud Vergilium: Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuere coloni, Carthago, Italiam contra. Hoc est è regione Italiæ. Ait igitur Deus se esse positurum è regione Iudæorum, siue coram ipsis eorum impia facinora. Ità in Psal. 49.
psalmo: Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Ac si diceret: Ostendā tibi flagitia tua, & statuam te coram te, vt ea valeas aspicere. Poteris etiam hæc Ezechielis verba illa intelligere. Ponam aduersum te hostes, qui te oppugnent, & ad excidium vocent. Hi autem hostes sunt flagitia tua, quæ tibi pernicie machinabuntur. Eodē modo calamitates, in quibus Respublica Christiana versatur ob crudelia bella, quæ Turci & Sarraceni nobis inferunt, peccatis nostris fouentur. Scelera nostra aduersus nos pugnāt, & ob nostra delicta expetit à nobis pœnas Deus noster. Cessent flagitia nostra, & prælia, clades, & stragES cessabunt. Vt ignis pyræ magnæ sedabitur, & tan- Simile.
dem extinguetur, si ligna subtraxeris, sic Christianorum afflictio consumetur, si eorum peccata cessauerint. Peccata nostra ligna sunt, quibus infidelium pyra aduersus nos fouetur, & in dies inflāmatur. Hęc peccata nostra sunt hostes nostri, quos Deus statuit ante oculos nostros, vt nos intuentes detestemur, & ad ipsum dominum toto corde conuertamur.

Et non miserebor. Vt pius ac solers chirurgus volens tabida ægroti vulnera incidere, putridasq; carnes resecare, aut cauterio adurere, non miseretur infirmi, vt eius magis misereatur, cùm morbum sectione vel vstione curare velit, sic Deus cœlestis ille medicus, & diuinus chirurgus percutit, vt sanet, secat, & vrit, vt eum seruet, quē diligit, & vt illi medeatur, castigat, vt ait Apostolus, omnem filium, quē recipit. In lib. Deuteron. ait Deus: Ego occidam & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. Et per Amos prophetam loquēs cū Israelitis, Tantummodo, inquit, vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, ideo visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Hoc est, vlciscar, & puniam omnia flagitia vestra. Visitare enim aliquando punire est, iuxta illud psalmi: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam nō dispergam

dispergam ab eo, nec nocebo in veritate mea. Vel, vt potest verti ex Hebræo: nec fallam illi veritatem meam. Ac si dicat: Si se scelerē maculis cōtaminauerit, animaduertam in illum, at miserebor eius, & promissis stabo: dedi enim fidem, me esse illius miserturum. Vbi vides Dei flagellum misericordiam esse. Quanto filij Israelis in AEgypto acerbioribus ca- Exod. 1.
lamitatibus præmebantur, tantò magis crescebant. Nec enim solùm sceleratos homines, sed iustos interdum deus calamitatibus exercet, vt virtutem suā ostendāt. Si volueris vim Simile.
& sapientiam gubernatoris nauis intelligere, attende sequentem pelagi furorem. Vt enim in mari fluctibus ingentibus exagitato ostēditur nauicularij prudentia & animi fortitudo, sic vir pietate & religione insignis in mediis ærumnarum tempestatibus, cùm in mille discriminum vrgeatur procellis, tum suam patientiam, & animi altitudinem, & firmam 2. Re. 16
in virtute constantiam declarat. Dauid grumnis afflictus, fugiens à facie Absolonis iactas in seipsum contumelias à seruo suo æquo animo tulit, æterna nobis tolerantiæ monimenta relinquens: at obtenta victoria, inani 2. Re. 24
quadam gloria elatus populum iussit recenfere, qua in re deum offendit, quapropter fuit populus grauiter punitus. Aspicis igitur calamitatis vtilitatem, & tum Deum misereri nostri, etiam cùm nobiscum nulla vti misericordia videatur. Vide, quæ capite quinto explicuimus, hęc eadem verba ibi sita explanantes. Et non miserebor. &c.

Vias tuas ponam super te. Quoniam leuiare putat peccata tua, ego ea ponam super te, vt Psal. 37.
eorum sentias pondus & grauitatem. Id fecerat Deus Dauidi dicenti. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Vide quēadmodum sceleris admissi pondere grauabatur. At videre licet multos hac nostra ętate ex omnium ferè flagitiorum colluuione oatos, omniumq; turpium facinorum maculis inuolutos, qui ita securi viuunt, ita gestiunt, ita animi lętitia efferuntur, ac si deum nunquā offenderint. Tanta mentis cæcitate laborant miseri, vt grauissima scelerum pōdera, fœdissimas animæ labes non videant, nec quantum digressionis confiderent. Poterit etiam peccatum pro peccati pœna intelligere, iuxta id, quod Genes. 4.
est quarto Geneseos capite mandatum: Si malè egeris, statim in foribus peccatum tuum adeserit. Ac si Deus diceret Cain: Si scelus admiseris, statim aderit punitio & pœna peccati: si te flagitio polleueris, pœnā illius iustam persolues. Horum igitur Dei verborū, quę sunt

Similes.

Similes.

Apoc. 2.

hic ab Ezechiele literis mandata, hic est sensus: Ponā super te ô populę Iudaice pœnas, quas lues pro tuis impijs sceleribus. Accipi vias pro moribus suprà ostendimus.

Abominationes tuæ in medio tui erunt. Hoc est, affligam te pro meritis, & pœnam maleficijs tuis debitam persolues.

Afflictio vna, afflictio ecce venit. Calamitas singularis, qualis antea non fuit, te opprimet, & iam quidem propè est. Vel crebritatem calamitatum se contingentiū vnā calamitatem appellat. Vt enim cotidianas febres adeo crebras vt finita vna, altera confestim incipiat, *Simile.*
ita vt se inuicem attingāt, vnā febrem continuā dicimus, sic ærumnarum multitudinē, & frequentes procellarum perturbationes mœrore cotidiano lacerantes vnam miseriam appellamus. Huic expositioni fauet paraphrasis Chaldaica ita habens: Multa mala tibi aduenient. Vnde alij vertunt: Calamitas calamitatem excipit. Voluit Deus significare esse Iudæos omni miseriarum genere cōficiendos, nihilque esse tam miserum, tā asperum, tam metuendum, quod illi non essent perpessuri.

Finis venit. Profert sæpe eadem verba, eam replicans sententiam, vt populum sceleratum vrgeat ad pœnitentiam, eumq; veluti ab obliuionis somno dormientem excitet, & à sceleribus reuocet, & abducat. Solent enim qui dolore premuntur, verba, quibus calamitatem suam ostendunt, sæpenumero repetere. Battologia est, sed necessaria verborum redundantia.

Euigilabit aduersum te. Id est, excitabitur aduersum te suus tuus, ac si hucusque dormiret.

Venit contritio super te. Hoc est, calamitas te corrigens, atque miserè comprimens iam imminet, iam tibi ferrum & flammam minitatur: iam securis ad radicem posita est.

Qui habitas in terra. Nimirum Israelis. Vel sic. Euerteris omnino tu, qui non cœlum colis, sed terram, qui in terra, quę est exilium, tā quam in propria & perpetua patria, mundi diuitias quæris, stimulis cupiditatis concitatus, & ad gloriam aspiras fluxam & inanem, atque terris ignominiæ maculis deformatam. Huiusmodi hominibus minitatur æternam damnationem aquila volans, dicens apud sublimē aquilam volantē: Væ, væ, væ habitantibus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parali. 29. libro primo Paralipomenon memoriæ prodiderunt: Peregrini sumus coram te domine, & aduenæ sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Hanc sententiam repetit in psalmo dicēs: *Psal.* 38. Ne sileas, quoniam aduena sum ego apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. De quibus ita ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutātes, & confitentes, quia peregrini sunt & hospites super terram. Et in epistola secunda ad Corinthios ait idem Apostolus: Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Reliquum est, vt ad Deum aspiremus, & dicamus cum diuo Paulo: Conuersatio nostra in cœlis est, ne terræ habitatores dicamur.

Hebr. 11.

2. Cor. 5.

Philip. 3.

Et non gloriæ montium. Hoc est, venit tempus, quando ô Iudæa in montibus tuis nulla erit lætitia, nulla gloria. Qui in montibus fuerint, percipient luctus, & in gemitu & lamentis vetsabuntur. Hoc ideo dicit, quia solebant Hebræi in montibus ludos exercere, & in honorem idolorum dies festos celebrare.

Et scietis, quia ego sum Dominus percutiens. Hoc est, tūc me esse Deum cognoscetis, cum iustitiam meam fueritis experti. Ita Hebræi à serpentibus ignitis lacerati deū cognouerūt; *Num.* 21. & diuinam misericordiam imploratūt. Et impius Manasses in vincula Babyloniorum cōiectus, atque calamitatibus vndique cinctus, *2. Pa.* 33. ad Dominum confugit, scelera sua cognouit, & ardentes preces mittēs in cœlum, fuit à domino exauditus. Vnde scriptum est in libro *Nehe.* 9. Nehemiæ: In tribulationis tēpore clamauerūt ad te domine, & tu de cœlo exaudisti eos. Vt *Simile.* enim vua ad vinum profitendum ad torcular defertur, vt prelo comprimatur, ita homo ad calamitatem ducitur, vt mœrore pressus, & in ærumnis versatus virtutis liquorem producat, sitque ad veram dignitatē reuocatus. Calamitas plerunque temerarias cupiditates coercet, animum ad Deum extollit, & in vera pietate corroborat atque confirmat. Contrà rerū prosperitas & voluptas, & diuitiarum affluētia, & mundi honores & dignitates virtutum sæpenumero vires illidunt, & alas ligant, ne possit anima ad cœlum euolare. In virentibus enim & amœnis arboribus est aliquando mollis viscus, quo incautæ aues capiuntur. Hinc fit, vt viri sapientes calamitatibus gloriē tur, in epist. ad Roman. ait Apost. Gloriamur *Rom.* 5. in tribulationibus: & in prima ad Thessalonicenses. Vos imitatores nostri facti estis, & *1. Thes.* 1. Domini, accipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti.

Ecce dies, ecce venit: egressa est cō tritio, floruit virga, germinauit superbia. Iniquitas surrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo, nec ex sonitu eorum: & non erit requies in eis. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, nō lætetur, & qui vendit, non lugeat, quia ira super omnem populum eius: quia qui vendit, ad id, quod vendit, non reuertetur: & adhuc in viuētibus vita eorum. Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur: & vir in iniquitate animæ suæ non confortabitur. Canite tuba, præparentur omnes: & nō est, qui vadat ad prælium. Ira enim mea super vniuersum populum eius. Gladius foris, & pestis, & fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur, & qui in ciuitate, pestilentia & fame deuorabūtur. Et saluabuntur, qui fugerint ex eis, & erūt in montibus quasi columbæ conuallium: omnes trepidi, vnusquisque in iniquitate sua. Omnes manus dissoluētur, & omnia genua fluent aquis. Et accingent se cilicijs, & operiet eos formido, & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium. Argentum eorum foras proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

Ecce dies. Hoc est, instat tempus finis & interitus tui.

Egressa est contritio. Hoc est calamitas. Eadem est sententia alijs verbis repetita.

Floruit virga. Hoc est, creuit, grandisque facta est virga, qua te sum flagellaturus. Minuitur Deus populō Iudaico acerbam calamitatem, & durum supplicium. Vel accipitur virga pro sceptro, vt sit sensus: Regnum Nabuchodonosoris est florens, pollet authoritate, & potētia, & ab ipso superaberis, & euertetis. Creuit & germinauit eius superbia, ideo aduersus

uersus te bella parabit, & tu eius potestati nō poteris resistere. Nabuchodonosor cùm virgam suam florentem vidit, elatus est superbia, & omnia iura diuina & humana peruertit propter eum, quem sibi ipse acquisiuit principatum.

Iniquitas surrexit in virga impietatis. Hoc est, iniustitia Nabuchodonosoris apparebit in flagello impio, quo Iudæos verberabit. Præterriti pro futuro. Capitur iraq; virga pro fuste, quo dominus seruos flagellat. Pro iniquitate vertunt quidam violentiā, quā Nabuchodonosor homines opprimebat. Potest totū hoc ad Iudæos referri, vt sit sensus: Iniquitas Iudæorum surrexit in virgam impiam Nabuchodonosoris. Ac si dicat: Hebræorū flagitia nus impiè sæuiret. Eorum iniustitia durum ad *Prou.* 13. uersus eos Babyloniorum flagellum excitauit. *Prou.* 13 Solet diuina scriptura virgā pro flagello vsurpare, vt in Prouerbijs: Qui parcit virgæ, odit filium suū. Et rursum: Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, *1. Cor.* 4. non morietur, tu virga percutiet eum, & animam eius de inferno liberabis. Vnde Paulus in prima ad Corinthios: Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Poterit etiam accipi virga pro sceptro regio, vt sit sensus: magna creuit iniquitas in Babyloniorum regno, nam eius tyrannus Nabuchodonosor populum Israeliticum immanissimè oppressit: Quam ob causam postea regnum illud fuit à Medis & Persis captum, & *Esai.* 14. Babylon eius metropolis funditus euersa. Id intuens Esaias, has voces emisit: Cōtriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes. Ty rannidem Nabuchodonosoris appellat baculum impiorum, & virgam dominantium, qua impius rex populos crudeliter flagellabat & percutiebat, inferens illis vulnera incurabilia.

Non ex eis, & non ex populo. Id est, nullus ex Iudæis, siue sit generis claritate insignis, siue obscurus & infimo loco natus, calamitatē poterit declinare. Pro populo vertunt nonnulli opulentiā: idē enim vocabulum, & multitudinē hominū, & multitudinem diuitiarū significat. Et ita erit sensus: Nō solūm ipsi peribūt, sed nec ex eorum diuitijs aliquid remanebit.

Nec ex sonitu eorum. Hoc est, non remanebit sonus eorum vita exterminabūtur, vt nemo ibi remaneat, qui eorū memnerit. Exaggerat Iudæorum cladem & euersionem vbis, & totius terræ vastitatem. Quidam vertūt: Nec ex eorum cœtu relinquetur, qui possit à misera captiuitate euadere. Hoc ideo ait, quia cū ex eis quidam in Ægyptum fugissent, fuerunt ibi capti à Babylonijs, & incredibilibus tormentis affecti, quemadmodum fuerat illis à Ieremia prædictum. Vnde sequitur: Et non erit requies in eis. Hoc est, nullam in Ægypto quietem habebūt: nulla ibi afficientur lætitia. Quidam vertunt: Nō erit luctus propter eos, vt sit sensus: Nō solūm Babylonij non premētur dolore ob Iudæorum ærumnas, sed etiam in eos insultantes lætitia efferentur. *Ier.* 42.

Venit tempus. Subaudi, calamitatū vestrarū.

Qui emit, non lætetur, & qui vendit, non lugeat. Emptor non lætetur vanè, nam breui est rem emptam amissurus: venditor autem non deflent, nam breui erat penitus spoliandus.

Ad id, quod venditit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. Hoc est, qui possessionem aliquam vendiderunt, nunquam ad illam redibunt, etiam si tunc viui superessent. Alludit ad annum iubilei, in quo vnusquisque reducebatur ad possessiones, quas alienauerat, vt est in libro Leuitici literis mandatum. Cùm *Leuit.* 25 autem iubileus esset quinquagesimo anno, & Iudæi essent in Babylonica captiuitate septuaginta annos demendi, non poterant, etiam si tūc essent superstites, vti legis priuilegio. Præterea quomodo poterant ad ædificia reduci, si omnia erant penitus euertenda.

Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur. Hoc est, vaticinium hoc de euertenda Israelis multitudine non reuertetur vacuum: nam omnia hæc absque dubio euenient. Vel sic: Visio hæc prophetica super omnē opulentiam, hoc est, prædicens perdendas esse Iudæorum diuitias, non erit inanis: non erunt duntaxat verba, sed res sequētur. Vel sic: Oraculum hoc dirigitur ad Hebræorum cœtum, sed non regredietur à via sua nefaria: præcipit deus populo Israelitico ne in flagitiorum via procedat, sed regrediatur, & resipiscat, & pœnitentiam agat, sed non regredietur, nec ab obstinatione sua desistet, quin potius impia eius contumacia longius propagabitur.

Et vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur. Nulli ex sceleratis Iudæis prodest malitia sua, vt eum possit à Babylonijs eripere: nemo ob iniquitatem suam gaudio efferetur.

Canite tuba, præparentur omnes: & non est qui vadat ad prælium. Locus est cum amaritudine, & irrisio cum insultatione. Iubet Iudæos congregari ad dimicationem, & vanos eorum conatus irridet. Eodem modo Esaias: Congrega *Esai.* 8. mini populi, & vincimini. Appellatur à rhetoribus figura hæc sarcasmus.

Foris. Id est, extra ciuitatem, intrinsecus, id est in vrbe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes trepidi. Pauci illi confugerint ad montes, erunt ibi tristes trepidantium columbarum, quæ metu aucupum à conuallibus ad excelsa loca cõuolauere. Potest verti: Omnes gementes, vt sit sensus: Erunt veluti columbæ gemitum habentes pro cantu.

Omnes manus dissoluentur. Trement, flaccescent, nullo modo pugnare valentes. Et omnia genua erunt nimio sudore in aquas resoluta ob incredibilem metum. Sunt qui hebraismũ hunc ita explanandum afferant. Tanto timore afficientur Iudæi, vt manus eius tremore concutiantur, & vesicæ vrinam continere nõ valeant, quo efficietur, vt crura madescãt. Dissoluere manus est cadere animo, & præ timore & socordia nihil efficere: vt libro secundo
2.Pa.15. Paralipomenon: Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ. Et apud So-
Sopho. 3. phoniam: Noli timere Sion, non dissoluantur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui
Esai.15. fortis. Et apud Esaiam: Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Et diuus
Hebr.12. Paulus in epistola ad Hebræos: Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. Ac si dicat: Estote animo forti & constante. Dixerat paulò ante apostolus, vt ad propositum cursum certamé, quod athletarũ est & pugilum, qui validis manibus ad luctandum, & fortibus pedibus indigẽt ad curredũ, nunc eandẽ seruans metaphorã, remissas animi manus, & solutos pedes, hoc est opera & affectus iubet erigere, & in cœlũ leuare, vt propositũ æternæ gloriæ præmiũ cõsequãtur.

Et in omnibus capitibus erit calamitas. Hoc erat tũc mœroris signum, vt videre licet apud
Esai.3. Esaiam.3. & Ieremiam.48. & Michæam.1.
2 re.48.
Mich.1. *Argentum eorum*. Volentes fugere abijcient à se aurum & argentum, vt possint se expeditiùs in fugam conferre. Non proderunt diuitiæ
Prou.11. in die vltionis, vt ait Salomon, iustitia autem
Eccle.5. liberabit à morte. Et Ecclesiasticus: Non proderunt tibi diuitiæ in die vltionis & vindictæ.

Animam suam non saturabunt. Hoc est, voluntatem suam nequaquam adimplebunt.

Quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Hoc est, quia ceciderunt ob iniquitatem suã. Ac si diceretur: Talibus ob flagitia sua calamitatibus premuntur, & castigabuntur.

Et ornamentũ monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulachrorum fuerunt ex eo. Propter hoc dedi eis illud in immunditiam: & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam: & contaminabunt illud. Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emissarij, & contaminabũt illud. Fac conclusionem, quoniã terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domus eorum. Et quiescere faciam superbiam potentium, & possidebũt sanctuaria eorum. Angustia superueniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditũ: & quærent visionẽ de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consiliũ à senioribus. Rex lugebit, & principes induentur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viã eorum faciam eis, & secundũ iudiciũ eorum iudicabo eos: Et scient, quia ego dominus.

Et ornamentum monilium suorum. Sensus est: Ideo Hebræi aurum suum amittent, quia eo intemperanter abusi sunt, nam ex eo superuacanea monilia, & inania ornamenta ex collo pendentia ad iactationem & ostentationẽ confecerũt: & quod capitalius est, & detestabilius, ex auro, inquit, deus, quod ego illis dederam, vt sibi consulerent, illudque pauperibus largirentur, & ita mihi honorificè seruirent, fabricati sunt idola, quę me derelicto coluerunt. Deberat dominus diuitias Hebræis, vt in eorũ honestum ornamentum redundarent, illi autem in superbiã, gloriamque inanẽ, & quod peius est, in commentitiorum deorũ simulachra eas turpiter conuerterunt. Ea, quibus animas lucrari poterant, in dæmonum statuas cõsumpserunt: quo pristinam suam dignitatem turpi decore maculárent. Hoc faciunt nunc hæretici, qui eloquentiam, & sanctarum scripturarũ lectionẽ, quæ hominibus data sunt, vt in eorũ cederent ornamentũ & vtilitatẽ, sumũt ad materiã superbiæ, & iactãtiæ, & perfidiæ, & aliorũ maleficiorũ, atq; ex illis cõflant varia idolorũ monstra, & dæmonum simulachra. Depranant literas diuinas, & ex illis hæresum pestilentiũ peruersorũ; dogmatũ portentosas imagines fabricantur. Itaque ijsdẽ rebus numẽ sanctissimũ offendunt, quibus illud poterãt laudibus efferre, & Christianã religionẽ puritatis plenissimã illustrare. Tales fuerunt Lutherus, Bucerus, Monsterus, Zuinglius, Caluinus, & cęteri huiusmodi Epicurei, nouique milites Veneris, qui virginitatem, & pudicitiam, & continentiam

uantiam irrident, ieiunia & abstinentiam pro nihilo putant, & id, quod etiam infideles in religione nostra Christiana miris laudibus extollebant, & admirabantur, ipsi volunt penitus conuellere, & se ab ecclesia sancta catholica separantes castitatem, quã publicè solenni voto deo sanctè promiserant, impudicè repudiarunt, & sub titulo matrimonij se turpi voluptati, & perpetuo meretricio & sacrilegio tradiderunt. Quemadmodum ignis liquorum
Esai.1. siue accenditur, sic libidinis flamma gulæ vitio concitatur. Et non erubescunt miseri, sed, vt verbis vtar Esaiæ. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerũt, nec abscõderunt. Ex amissione abstinẽtiæ adducti sunt in continentiæ
Rom.1. amissionẽ. His autẽ virtutibus spretis & repudiatis, fuit etiã spreta & repudiata fides, &, vt ait in epistola ad Romanos apostolus, tradidit illos deus in reprobum sensum. Nam cæci & amentes sunt potestati libidinum traditi, vt qui honestatis pulchritudinẽ diligere noluerunt, in sordibus, & vitiorũ luto volutẽtur, &
Simile. in perfidia, & hæresum cõtumacia permaneãt. Quemadmodum ex nimia stomachi repletione & ciborum redundantia oritur obstructio illa, quã medici oppilationem vocant, ex qua producitur continuus capitis dolor, & phrenesis ad insaniã producens, sic ex depranata vi voracitate oritur effræna libido, ex qua producitur phrenetica illa hæreticorum insania, & in rebus fidei intellectus depranatio. Qui cõscientiam contemnunt, ad fidei contemptum sæpenumero perducuntur. Id intelligens diuus Paulus ita in epistola prima ad
1.Tim.1. Timotheum ait: Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Sunt etiam multi, qui etsi non reliquerint fidem, relinquunt tamen charitatem. Vt sunt diuites illi, qui opes suas vanè consumunt, ex quibus vanitatis suæ gloriãque inanis idola conficiunt, quæ intueantur & colant: quibus Deus hoc loco pernicicm minatur. Hi ornamentum monilium suorum & opes suas posuerunt in superbiam, ex illis idola conflantes, atque vanitates suas colẽtes, pauonibus vaniores, qui caudæ pennas gemmantes in rotam expandentes vario illo colorum fulgore, & oculorum pulchri
Eccl.31. tudine gloriantur. Qui aurum colit, in eoq; summã cõstituit felicitatem, idoli cultor appellatur. Vnde Ecclesiasticus: Lignũ offensionis est aurum sacrificantium, væ illis, qui sectantur illud. Vbi vides eos idolo sacrificare,
Coloss.3. Ephes.5. qui auaritia & auri cupiditate ducuntur. Id intelligens apostolus iubebat: Mortificate auaritiam, quæ est simulachrorũ seruitus. Et hãc sententiam in alia epistola iterum refert. Auarus, inquit Augustinus, antequam lucretur pecuniam, seipsum perdit, priusquam aliquid capiat, capitur. Et Chrysostomus, Auaritia, inquit, est crudelis tyrannus. Diuitiæ sunt idola, quibus illud accõmodari potest, quod
Ierem.16 dixit deus per Ieremiam: Seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Volentes antiqui philosophi carmintibus auaritiam describere, finxerũt Tantalum apud inferos in medio aquarum siti cruciari, significantes esse auaritiam barathrum quoddam, vbi cupidi amore diuitiarum flagrantes, eas ardenter appetunt, quibus abundant, & quò magis illis affluunt, eò vehementiore cupiditate torquentur. Et si auarus sit auro onustus, & diuitiarum plenior naue illa, quæ veniebat ad Salomonem ex Ophir, nunquam 3 Reg.9. tamen satiabitur. Quò amplius thesaurus di- 2.Par.8 uitiis augetur, eò magis populi opes extenuantur, & exhauriuntur. Imperator Traianus thesaurum diuitum cum liene comparabat, Simile. authore Sexto Aurelio in vita Iuliani. Vt enim crescente liene reliqui artus tabescunt, sic crescente fisco tyranni, debilitantur diuitiæ subditorum, cùm eas illis diripiat, vt se locupletem faciat. Et quemadmodum crescẽte liene, decrescunt alia membra, sic crescente auaritia deficiunt penitus virtutes, arescit benignitas, liberalitas, charitas, veritas, iustitia, & cæteræ huiusmodi excellentes qualitates. Nec solùm auari, sed etiam prodigi ob diuitiarum abundantiã incidunt sæpenumero in flagitia, quibus sibi ipsis pernicie machinan- Mat. 25. tur: Dat Deus diuitias hominibus, dat illis ingenũ, industriã, scientiã, & multa alia nomine talentorũ significata, vt illi seruiant, vt sanctissimo numini bonorum omniũ largitori mini Mat. 25. sterium summa cũ veneratione exhibeãt, &, vt verbis vtar euangelicis, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua ipsi autẽ ea appetitui tradunt deprauato, vt ipse ad libitum ea turpiter cõsumat. Considera euãgelij verba: Tradidit illis bona sua. Diuitiæ, quas habes, dei sunt, & bona alia similiter. Quid habes, quod nõ 1.Cor.7. acceperis? Domini est terra, & plenitudo eius, Psal.23. orbis terrarũ, & vniuersi, qui habitant in eo. Tu seruus es, dispensator & villicus. Quæ habes, dei sunt, bona sua sunt, quæ tradidit tibi, vt illi seruires, & æternã gloriã lucrareris. Tu autẽ dei bona ab eo tradita tibi, in obsequium carnis, dæmonis, & mũdi, cõtra ipsius domini voluntatẽ erogas & cõsumis. O proditionem nefariã, ô ingratitudinem deplorandã! Quòc sunt, qui diuitijs, & bonis, ac dotibus naturalibus, & talẽtis à deo acceptis eximũ sibi nescientes moliuntur? Ideo dicebat Ecclesiasticus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccle. 8. Multos perdidit aurũ & argentum. Et Chrysostomus: Nouerca virtutũ prosperitas beatis suis applaudit, vt noceat, & infelicet successu se in via felices obsequitur, vt in fine pernicie operetur. Fluvij quamuis dulciſſimi, eũ tamen mare ingrediuntur, ſunt amariſſimi: ſũ cursum cõficiunt, poterũt ſuauitate præſtare, at in fine amareſcunt. Sic mundi opes & proſperitates & ſi in vitæ curſu aliquos poſſeſſores ſuos oblectent, in fine tamen dũ mare mortis attingunt, quõ omnia flumina tandẽ ingreditur, triſtes, amaræ, & intolerabiles videtur. Sciunt enim diuites, opes & ſecundas res ſuas

Serm. 24 ſuiſſe ſæpe illis flagitioſũ cauſam. Beatus Auguſtinus ſermone quodam, Diuitiarũ, inquit, moribus ſuperbis eſt. Et de verbis domini: Aurum eſt materia laborũ, periculũ poſſidẽtium, eneruatio virtutum. Et Chryſoſtomus homilia ſeptima de potentia, Opes, inquit, ſunt ſchola malitiæ. Doctor ille cœleſtis Chri-

Mat. 5. ſtus Deus noſter ita ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. Et

Mat. 6. ietũ: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Et rurſus: Nõ poteſtis deo ſeruire & Mamonæ. Et rurſum: Nolite portare ſaccũ, nec

Luc. 10. peras. Verũ opes, vt ait in Lucã diuus Ambroſius, vt impedimẽto ſunt improbis, ita adiumenta virtutũ ſunt bonis. Nam viri iuſti poſſidẽt diuitias, & nõ poſſidentur ab illis: diuitiæ illis ſeruiunt, nõ illi diuitijs. Et, vt ait diuus

Simile. Gregorius, omnia poſſumus relinquere etiam retinendo. Vt aurum probatur lapide, ita homo auro: & vt ait apud Lactrium Chilo Lacedæmonius, aurum noſtri dat apertum docimentũ. Ait Plutarchus in Apophthegmatum opere dixiſſe eundẽ Chilonẽ, id quod lydius lapis eſt auro, eſſe aurũ hominũ: lapis index ſtructu prodit quale ſit aurũ, ipſum autẽ aurum prodit qualis ſit homo iuxta illud: Magiſtratus virũ oſtendit. Nullus lydius eſt ita probans gradus virtutũ aut vitiorũ, ac aurũ, & di-

Exo. 31. uitiarũ abundãtia. Hebræi propenſi ad Aegyptiorũ ſuperſtitiones ſtatim ex Aegypto egreſſi, ex auro & monilibus viculũ cõflarunt in deſerto, quẽ prodeo venerati ſunt, & in terra promiſſionis ſæpe in fabricandis idolis aurũ cõſumpſerunt. Vnde orta eſt illa dei per Oſeam

Oſe. 2. aduerſus illos querela. Argentũ multiplicaui & aurũ, quæ fecerunt Baal. Aeſi diceret: Dedi Hebræis magnam auri & argenti copiã, quam in conflatione idoli Baal perfidè conſumpſere. Et iterum apud eundem prophetam: Aurũ

Oſe. 8. ſuum & argentum ſuum fecerunt idola ſibi. At viri pietate & religione præſtãtes in fabricandis tẽplis diuino cultui dedicatis, in pauperibus alendis, in captiuis redimendis, & in alijs huiuſmodi operibus pijs & ſanctis diuitias ſuas expendunt. Nobiles Iſraelitarum à Babylonica captiuitate redeuntes opes ſuas ad templũ domini ædificandũ obtulerunt. Et

1. Eſd. 2. Tobias alebat eſurientes, & nudis veſtimenta

Tob. 1. & 2. præbebat. Et Magi Orientales apertis theſauris ſuis obtulerunt domino aurũ, thus, & myrrham. Amedeus Sabaudiæ nepos ex parte patris Amedei ducis Sabaudiæ, & ex parte matris

Mat. 2. Iani Cypri regis ex Anna filia nepos, à quibuſdam eratoribus, qui cum eo ſermones conferebant, interrogatus haberet ne canes venaticos, oſtendit eis mendicẽtũ multitudinem ſimul diſcumbentiũ, vt refert libro tertio geographiæ Raphael Volaterranus. Atque hi ſunt, inquit, canes mei, quos alo cotidie, quibus cœleſtem gloriã me ſpero venaturũ. Magnifica verõ vox, & Chriſtiano principe digna. Eleemoſyna, inquit Auguſtinus, emundat peccata, & ipſa interpellat pro nobis ad dominum. Et, vt ait Hieronymus, pars ſacrilegij eſt rem pauperum nõ dare pauperibus, Id, quod

Prou. 19 inter pauperes diſtribuis, non amittis, nam, vt ait in prouerbijs Salomõ, fœneratur domino, qui miſeretur pauperis. Nos qui paupertatẽ & monaſticam religionem profeſſi ſumus, eũ

Mat. 8. ſequamur, qui ait: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem virginis nõ habet, vbi caput ſuum reclinet. Qui virtute præditi ſunt, ſoli ſunt diuites. Eas igitur opes quæramus, quas nec caſus poſſit eripere, nec inuidia labefactare, nec vetuſtas vlla conſumere. Mundi opes pro nihilo putemus, & ita veras opes comparabimus. Nam, vt ait Chryſoſtomus, Si vis eſſe diues, contemne diuitias. Et Seneca, Breuiſſima, inquit, ad diuitias per contemptum diuitiarum via eſt. Quid poteſt eſſe dimiſſius, quid abiectius, quàm amare diuitias? Contrà verò quid magnificentius, quid illuſtrius, quàm eas contemnere, ſi non habeas, ſi habeas inter pauperes diſtribuere, eaſq; propter Chriſtum ad beneficentiam & liberalitatem conferre? Hæc ſunt magna & immortalia, digna profectò, quæ vigeant memoria omnium ſeculorum, quæ ipſa poſteritas ſemper intueatur. Si Hebræi diuitias ſuas ſanctè & prudenter diſtribuerẽt, nõ eſſent ob illas grauiter puniti. At fuerunt à Babyloniis obſeſſi, & ad extremum capti, eaſq; & in ſeruitutẽ acerbiſſimã adducti, quia, vt hic ait Deus per ſuum diuinum vatem, ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiã poſuerunt, & imagines abominationũ, & idolorum fecerunt ex auro. Idola appellat imagines abominationum, eſt enim in diuinis literis vbiratum idolum abominationẽ appellari. vt 4. Regũ: Melchom abominationi

4. Re. 23. filiorum Ammon. Erat enim Melchom idolum

2. Para. 34. Ammonitarũ. Et ſecũdo Paralipomenõ: Abſtulit Ioſias cũctas abominationes de vniuerſis regionibus filiorum Iſrael. Hoc eſt omnes ſtatuas idolorum. Vnde illud apud euan-

Mar. 13. Mat. 24 geliſtas: Cũm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtãtem in loco ſancto, vbi per abominationẽ intelligunt nonnulli ſtatuam Adriani in Dei tẽplo collocatam: quam infideles adorabant.

Et violabunt arcanum eius. Babylonij Hierosolymã expugnantes violabunt locum tẽpli abſconditum & ſecretũ, hoc eſt ſancta ſanctorum, quõ nullus laicus ingreditur.

Et introibunt in illud emiſſarii. Hoc eſt ſagittarij, ſanctũ ſanctorum ingredientur, & contaminabũt. Vel emiſſarij, hoc eſt, exploratores, qui ante exercitum mittuntur ad explorandũ, vel ad laceſſendum ad prælium. Emiſſarij etiã dicuntur calumniatores ab amicis ſubornati. Aſconius Pædianus ait eos eſſe, qui exactores, vt res furto oportunas explorent. Vnde Pagninus pro emiſſarijs vertit diruentes. Itaque ſunt homines conſcientia ſceleri pro fligati, abſq; pudore, latrocinia exercẽtes. Hi templum Dei violarunt. Deplorauit hoc ſere

Thren. 1. mias dicens in prima lamentatione: Vidit Ieruſalem gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne introirent in eccleſiam tuã. Id dolorem augebat acerbiſſimum prophetæ ſancto, videre templum ſanctum contaminari, & in eo ab infidelibus Deo vero iniurias inferri, & contumelias intolerandas conflari. Nihil enim vir pius magis expetebat, nihil erat illi magis in optatis, quàm eſſe omnibus perſuaſum de bonitate, & potẽtia, & iuſtitia Dei. Sed ingraueſcente rerum aduerſarum mole debilitabatur diuinus vates, & videns iniurias in Deum iactas ab ijs, qui eius numẽ irridebant, percipiebat luctus, remq; indignißimam lamentabatur.

Fac conclusionem. Hoc eſt, annũtia ſummam calamitatum imminentium. Conclude, & in quadam ſumma, in epitome quadam prædic. Iudæis omnia mala, quæ perpeſſuri ſunt. Poteris per concluſionem catenam intelligere, vt ſit ſenſus: Fac catenam quandam, quam oſtendes Iudæis, vt hoc ſigno intelligant ſe eſſe in vincula conijciendos. Accipitur con-

Eſai. 25. cluſio pro catena ſeu carcere, & concluſus pro conjecto in vincula: vt apud Eſaiam:

2. Mac. 5 Vt educeres de concluſione vinctum. Et primo Machabæorum: Concluſi ſunt ab eo in

1. Pet. 3. turribus. Et prima epiſtola Petri: Hi, qui in carcere concluſi. Et alijs in locis, Hanc interpretationem ſequuntur Pagninus & Brixianus, qui verterunt: Fac catenam.

In ſitio ſanguinum. Id eſt, iudicio mortis. Aequum eſt, vt Iudæi, qui ſanctorum vatum ſanguinem fuderunt, ſanguinem ſuum fundant, & crudeliter occidantur. Eſt enim literis mandatum fuiſſe Iudæam plenam ſanguine prophetarũ, præſertim regnante Manaſſe.

4. Re. 21 *4. Re. 24* *Matt. 23.*

Superbiam potentiæ eorũ. Id eſt, Sedechiæ, & magnatum Hieroſolymæ.

Et poſſidebunt ſanctuaria eorũ. Id eſt, & Chaldæi poſſidebunt templũ Hieroſolymæ. Vtitur plurali, quia templum erat in tres partes diuiſum, atrium, templum, & ſancta ſanctorum.

Audiuia ſuper auditum. Crebri rumores ſpargentur de aduentu Chaldæorum. Omnia erunt plena rumoribus, clamoribus, & calamitatibus.

Quærent viſionem de propheta, & lex perijt à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus. In ſummo periculo conſtituti confugient ad diuinos vates, quos ſæpe cõtempſerunt, vt ab eis quærũt vaticinia: ſed omnia inuenient aduerſus ſe. Lege caput 39. Ieremiæ, vbi hoc apertè vide-

Ierc. 39. bis. Confugiebant etiam Iudæi ad ſacerdotes & ſeniores, at ſacerdotes erant immemores legis, & ſeniores conſilio deſtituti. Itaque nullam miſeri Iudæi inueniebant conſolationem. Opprimebantur & dolori nequaquam reſiſtere valebant. Neſciebant quõ ſe verterẽt, vbi conquieſcerent, quem implorarent: nemi nem habebant, cuius in ſermone & cõſilio curas ſuas, doloreſque deponerent: nam nec in prophetis, nec in ſacerdotibus, nec in ſenibus oblectationem aliquam inueniebant. Ea illos ſolatia deficiebant, quæ exteris, quorũ ſibi exempla proponebant, nõ defuerũt. Vide quàm periculoſum ſit, quàm miſũ, q̃ calamitoſum Deum relinquere, & in hominibus duntaxat fiduciam locare. Si hi vero corde confugerẽt ad Deum, ſi ad illum extollerent animum, & intenderent mentis aciem, ſi ſpem ſuam haberent in eius clementia defixam, ille eos nõ deſtitueret, nec ſineret in tot calamitatibus abſque patientia verſari. Illud eſt hoc loco aduertendũ, pro inſigni malo, & certo vaſtitatis argumẽto poni hic ab Ezechiele eſſe ſacerdotes legis oblitos, & ſenes abſq; cõſilio. At hodie multi ſunt ſacerdotes non ſolùm legis oblivi, ſed penitus ignorãtes: & multi ſenes inuenili bus leuitatibus dediti, & perditorũ adoleſcẽtium vijs implicati. O tẽ indignã auditu, ſed dignã ploratu. Peribit, inquit, lex à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus, Hebraiſmus eſt, quo vitiur etiam Ieremias capite 18. dicens: *Ierem. 18* Non peribit lex à ſacerdote, nec conſilium à ſapiẽte, nec ſermo à propheta. Et cap. 49. Periit conſilium à filijs, inutilis facta eſt ſapientia *Ier. 49.* eorũ. Eſaias capite 29. Peribit ſapiẽtia à ſapiẽ *Eſa. 29.* tibus. Amos 2. Peribit fuga à veloce. Et Pſal- *Amos. 2.*

mogra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.141 mographus. Perijt fuga à me, & non est, qui requirat animam meam. Ac si diceret: præclusum est mihi refugium, non habeo quò confugiam, nec est qui audeat eripere vitam meam. Itaque perire aliquid ab homine, idioma te linguæ Hebraææst, esse hominem re illa destitutum. Tunc perire dicitur lex à sacerdote, cùm sacerdos caret legis scientia, & consilium à senioribus, cùm qui sunt ætate progressi, & maturitate senectus prouecti, qui alios consilio instruere deberent, sunt ab omni prudentia & consilio alienati. Apex senectutis est cõsilium: & quemadmodum vani, & amentes senes, consilio destituti; contemnuntur, ita magnifiunt, & admiratione quadam afficiuntur, qui anteire cæteros consilio & sapientia putantur.

Rex lugebit. Intelligit Sedechiam.

Secundum viam eorum. Id est, iuxta id, quod eorum scelera merentur. Hunc Hebraismum explanauimus in principio capitis.

Secundum iudicia eorũ iudicabo eos. Ita Chri-
Matt. 7. stus apud Matthæum: Quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et Iacobus Apostolus: Iu-
Iaco. 2. diciũ sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam, non quòd ibi nulla sit Dei misericordia, sed quod in tali iudicio euidentiùs reluceat iustitia, quàm misericordia.

Annotationes ex Hebræo in caput septimum.

Venit contritio super te. Pro contritione est in Hebræo צפירת tsephirah, à verbo צפר, quod significat surgere, & gyrare. Hic tsephirah coronam significat, quod in altum surgat, & caput cingat, & circum voluat. Esa.
Esai. 28 28. Erit dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis. Pro serto est in Hebraico hæc nostra dictio tsephirah, sertum autem idem est, quod corona. Eam ob causam potest hic Ezechielis locus ita verti: Venit corona super te. Hoc est, Nabuchodonosor Babyloniorum rex, corona regia redimitus: venit contra te regnum Chaldææ. Huic expositioni fauet paraphrasis Chaldaica ita habens: Revelatum est aduersus te regnũ. In diuinis literis potestas appellatur regnum, sceptrum, virga, baculus, & clauis. Potest accipi corona pro obsidione: significat enim corona hominum circunstantium conuentum, vt apud Ciceronem pro Milone: Non enim corona vester confessus cinctus est, vt solebat. Erit igitur sensus: Tota cinis ò Hierosolyma obsessa in orbem, & veluti corona quadam circundata: cinget te vndique Babylonicus exercitus. Paginus habet: Venit sententia tibi: & ita nonnulli ex Hebræorum commentarijs vertendum dicunt: vt sit sensus: Venit super te sententia Dei, & non tardabit. Erit breui oppugnata, & iusto Dei iudicio euersa. Septuaginta pro contritione habent πλοκὴ, pro quo Latinus interpres vertit complicationẽ, & rectè quidem, vt sit sensus: Veniet tibi omnium malorum nexus & cõplicatio. Sed quoniam vocabulum hoc græcum aulsionem etiam significat, poterat ex græco etiam conuerti: Venit super te aulsio: ac si diceret: Eris deleta, & radicitus aulsa. Textus cui diuus Hieronymus adiecit commentaria habet: Venit contractio super te. Et in nõnullis codicibus correctis editionis communis pro contritione est ad marginem contractio. Est autem cõtractio quidam doloris affectus, vt apud Marcum Tullium Tusculana quarta: Eodem in vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. At versio communis Complutensis habet cum communi antiqua contritione, & rectissimè absque dubio: est enim hoc loco contritio afflictio magna, & intolleranda calamitatis angustia. Si diligenter perpendas, videbis omnes has versiones à me recitatas cum nostra communi coincidere: ea enim est alijs præstantior, & rutior: Quare illa est semper tenenda, & colenda, & meritò amplexanda.

Et non gloriæ montium. In Hebraico est, ולא הר הרים velo hed harim. Difficultas est in dictione hed, quæ celeusma significat, hoc est, clamorẽ nautarum, & calcantiũ vuas, aut aliorum, cum vno aliquid iubente omnes vniformiter respondent. Et tũc erit sensus: Propè est dies euersionis Hierosolymæ, vbi erit summus clamor, non vt celeusma mõtium: non erit similis clamori calcãtium vuas in montibus Hierosolymæ vinearum plenis, sed multò maior & horribilior. Vel sic: In montibus nõ erit celeusma, nõ erit cantus lætitiæ, sed tristis & queribundus, qui terram & aerem implebit, & omnia occupabit. Eodem modo Ieremias Moabitarum excidium prædi- Ierem.
cens aiebat: Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de terra Moab: & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit. De clamore Esebõsque Eleale & Iasa dederunt vocem suam. Et quoniam cantus ille celeusma vocatus lætitiam & gloriam designabat, capitur etiã pro gloria. Vnde noster interpres vertit: & non gloriæ montium. Et ita habet etiam translatio Theodotionis, quem sequitur R. Ionah doctus inter Hebræos. Quorum verborum sensum in explanatione ostendimus. Paginus habet: Et non echo montium, vt sit sensus: Non stat verus clamor, non autem fictus, qualis est, qui

qui editur repercussu concaui loci, quãdo clamante aliquo inter montes reparabilis assonat vocis reciprocatio. Id volens Brixianus apertius significare, vertit: Et nõ voces montiũ.

Violabunt arcanum meum. Septuaginta habent: visitationem meã: hoc est, sancta sanctorum, vbi deus suos visitabat, ibi eos exaudiẽs, illisque respondens. Pagninus transfert: Violabunt adytum meũ. In hebraico est צפוני tsephuni, à verbo tsaphar, quod significat abscondere. Vt sit sensus: Violabunt locum meum absconditum. In psalmo, vbi nos habe-
Psal. 82. mus: Cogitauerunt aduersus sanctos tuos, est in hebraico, aduersus absconditos tuos, est enim ibi dictio tsephuneca, ab hoc verbo tsaphar. Et rectè profectò septuaginta interpretes sanctos verterunt. Sancti enim dicuntur viri iusti, quos Deus abscondit, & custodit, vt
Psal. 26. sub eius alis delitescãt, & protegantur. Vnde alio in psalmo aiebat regius psaltes: Abscõdit me in tabernaculo suo in die malorũ, protexit me in abscõdito tabernaculi sui. Et illud eius-
Psal. 9. dem diuini vatis: Oculi eius in pauperẽ respiciunt: potest etiã transferri: Oculi eius in paupere abscondunter. Est enim idem verbũ in hebræo. Oculi dei accipiuntur pro gratia & diuino fauore. Et tunc est sensus: Fauet Deus humili seipsum abiicienti, & pro nihilo putanti: at hoc fauoris genus absconditũ est hominibus exteriora tantùm intuentibus. Imò aliquando viri pij à deo negligi & derelinqui existimantur, cùm eos deus maxima beneuolentia prosequatur. Sed homines stulti, veræque pietatis expertes, eos solùm putant protegi à Deo, quos vident nominis celebritatẽ consequi, atque opibus, mundique honoribus abundare.

Angustia veniente. Aquila habet: Calamitas adest. Septuaginta: Propitiatio venit. Molestias & ærumnas vocat propitiationem. Miseretur deus eorũ, quos premit calamitatibus, illisq; se ostendit propitiũ. Contrà verò aduersus eos se maximè ostendit iratum, quibus non irascitur. Ideo per hunc eundẽ prophetam volens ostendere esse se aduersus Hieroesa. 16. solymã magnopere iratũ, ait: Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius. Aspice afflictionis vtilitatem. Vt equi ferociSimilitudo. tate exultantes solent fræni duritia domari, ita efferatæ cupiditates, & indomitæ appetitiones fræno calamitatis cohibentur, & tanquam in gyrum rationis contrahuntur.

ARGVMENTVM CAPITIS VIII.

Describit quemadmodum sibi apparuerit Dei similitudo, eumque in spiritu adduxerit Hierosolymam, vbi Iudæorum flagitia consecrit, qui numine sanctissimo contempto & relicto, vana gentium idola colebant, atque in sidere & ignominia versabantur.

CAPVT VIII.

ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis. Ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me. Et cecidit super me ibi manus domini Dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum ignis, & à lũbis eius & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri. Et emissa similitudo ma- Dani. 15
nus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me spiritus inter cœlum & terram. Et adduxit me in Ierusalem, in visione Dei iuxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, vbi erat statutũ idolum zeli ad prouocandam æmulationem. Et ecce ibi gloria Dei Israel, secundũ visionem, quam videram in campo.

EXPLANATIO.

ET factum est. Dixerat superioribus capitibus propheta euertendam esse Hierosolymam ob eius scelera: nunc explicat particularem quandam huius euersionis causam, quæ erat idolorum cultus. Ostendens autem quo tempore ea viderit, quæ huic capiti mandauit, ait fuisse anno sexto, nimirũ à trasmigratione Ioacim regis Iuda, mense sexto, qui erat Augustus, vt primo capite explicuimus: & die quinta mensis. Ex quo perspicuum est, fuisse hanc visionem anno integro cum duobus mensibus post eam, quæ fuit primo capiti mandata: nam illa fuit anno quinto transmigrationis, mense quarto, quinta die mensis, vt ibi licet videre: hæc autem anno sexto, mense sexto, die quinta mensis.

Sedebam in domo mea. Sedere accipitur aliquando pro principatum tenere, vt in Exodo: Sup. 4.
A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio Exod. 11.
eius, vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam. Hoc est, à primogenito regis, qui inter alios erat præcipuus, & maiorem dignitatem & potentiam obtinebat. Aliquando id-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est quod versari,& familiariter vti, vt in psal-
Psal.15. mo: Non sedi cum concilio vanitatis,& cum iniqua gerentibus non introibo: odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et ita intelligi potest id, quod dicitur primo psalmo: Et in cathedra pestilentiæ non sedit. Ac si diceret: Et hominũ pestilentium cõsuetudinem declinauit. At hoc loco Ezechielis sedere idem est, quod manere & immorari,
Deut.1. quemadmodum in Deuteronomio: Sedistis in Cades Barne multo tempore.

Et senes Iuda sedebant coram me. Venerant enim, vt cum eo conferrent sermones, eumq; de statu Hierosolymæ interrogarent. Vel fortasse vt illi pararẽt insidias. Ezechiel fugiebat hominum frequentiam & consuetudinem, seque in solitudinem recipiebat: at nefarij homines eum ibi quærebant, vt illi, qui eis veritatẽ nuntiabat, perniciem molirentur.

Et cecidit super me ibi manus domini. Manus domini accipitur pro diuina consolatione, &
Sup.3. dei auxilio, vt apud hunc eundem prophetam
Esa.8. capite tertio: Manus domini erat mecum confortans me: & apud Esaiam: In manu forti erudiuit me. Aliquando pro opere, vt in psalmo:
Psa.143 Qui docet manus meas ad prælium. Et in Ec-
Eccle.4. clesiaste: Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Manus complicare est illas ad opera non extendere, sed turpi otio se tradere, carnes autem suas comedere est carnis o-
Rom.8. peribus oblectari, & carnis prudentiam sequi, quam D. Paulus mortem appellat, quòd aduersus deum, qui vita est, feratur: nã subdit statim: Sapientia carnis inimica est deo, vel, vt potest etiam verti ex græco: inimicitia est aduersum deum. Qui non vult operam dare virtuti, manus hoc est opera claudit, & contrahit, & carnibus suis pascitur & oblectatur. Vbi vides
Aggæ.1. manum capi pro opere. Ita capite primo Haggæi prophetæ: Factum est verbum domini in manu Haggæi prophetæ. Hoc est, locutus est dominus Haggæo, qui talia gessit opera, vt illum Deus alloqueretur. Aliquando pro of-
Prou.18. ficio, vt in prouerbijs: Mors & vita in manibus linguæ. Aliquando pro ipotestate, vt a-
Iosu.9. pud Iosue: Et nunc ecce nos in manu tua. Aliquando pro flagello & percussione, vt a-
Esa.1. pud Esaiam: Conuertam manum meam ad te.
Psal.10. Et in psalmo: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat eos, qui te oderunt. Et Iob: Manus domini tetegit me.
Iob.19. Aliquãdo pro spiritu prophetiæ, vt apud hũc eundrm Ezechielem: Fuit super me manus do-
Iusf.37. mini. Et hoc in loco: Et cecidit super me ibi manus domini. Hoc est, sui diuino lumine illustratus, & raptus, & splendore interiore spiritus prophetici repletus. Eam ob causam Pagninus pro manu domini vertit spiritum prophetiæ. Quæ de re ea poteris videre, quæ in prima annotatione primi capitis literis mandauimus, hunc hebraismum explicantes.

Et vidi. Nimirum visione imaginaria & intellectuali.

Et ecce similitudo quasi aspectus ignis. Hoc est, apparuit mihi ignea quædam hominis similitudo, quæ splendebat in star ignis ardentis à parte inferiore: sed à lumbis ad partem superiorem fulgebat instar electri. Hæc hominis similitudo significabat deum fore hominem. Inferior pars significabat humanitatem, superior diuinitatem. Per electrum significatum à seipso habens splendorem. Sunt in Christo duæ naturæ, diuina & humana: & quia vnio verbi incarnati facta est in persona, non autem in natura, credimus & confitemur filium dei vnigenitum non esse in duas personas diuisum, sed vnum & eundem esse dominum nostrum Iesum Christum, in quo duas naturas cognoscimus, vnam autem personam, vnam hypostasim, vnum suppositum. Id quod ait Diuus Cyrillus diuinam naturam esse incarnatam, & Diuus Gregorius Nazanzenus humanam naturam esse deificatam, ita intelligitur, vt ait D. Ioannes Damascenus, vt natura diuina dicatur incarnata, quia est vnita carni personaliter, non quòd sit in naturam carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata non per conuersionem, sed per vnionem ad verbum saluis suis proprietatibus naturalibus, vt intelligatur caro deificata, quòd facta sit dei verbi caro, non quòd facta sit deus. Cùm igitur in Christo sint duæ naturæ nempe diuina & humana, secundum humanam passus, & mortuus est, non autem secundum diuinam: Deus enim quatenus Deus immortalis est, & impassibilis. Eam ob causam erat hæc similitudo in parte inferiore igne succensa, hoc est, in humanitatis tormentis affecta. Quemadmodum superiore parte diuinitas intelligitur, sic inferiore humanitas significatur. Ignis autem dolor est & cruciatus, vt apud Iob: Deuorauit eum ignis qui non succenditur: seu, vt potest verti ex hebræo: Deuorabit eũ ignis nullis follibus excitatus. Ac si dicat: Ignis à quo comburetur, non erit fornacis fabri ferrarij, qui follibus ventilatur, sed fornacis molestiarum & dolorum, opprimetur enim calamitatibus incredibilibus. Et in psalmo, Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Erat tunc Dauid ab impio Saule acerbissimè vexatus, & maximis calamitatibus pressus. Et vt aurum igne exploratur, ita ille igne doloris probatus fuit ærumnarũ facibus incensus. Et rursum: Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti

induxisti nos in refrigerium. Et si Christus in inferiore parte, hoc est quatenus homo, esset vulneratus, & acerbissimis cruciatibus affectus, non tamen in superiore, hoc est, quatenus Deus: quia sic nec mori vnquam potuit, nec pati. Carbunculus gemma est igniti carbonis
Similitudo. similitudinem referens, eximio splendore refulgens, quæ, vt Plinius asserit, ignem non sentit. Si gemmam hanc anulo plũbeo inclusam & vnitam in ignem conijcias, videbis plumbum liquefieri, & consumi, eam autem integram manere: ignis enim in plumbum agit, in carbunculum autem agere non potest. Ita Christus Deus noster in igne tormentorum constitutus passus & mortuus est vt homo, nõ vt Deus: ignis afflictionum & cruciatuum egit in plumbum humanitatis, gemma verò diuinitatis integra permansit. Eam ob causam rectè dicimus fuisse Christũ mortuum in infirmitate nostra, semper autem viuentem in virtute sua. Vt culpas nostras suo sanguine
Philip.2 expiaret, exinaniuit semetipsum, vt verbis vtar diui Pauli, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. At diuinitatis splendor eclypsim non patitur, fuit enim semper Christus æqualis patri secundum diuinitatem. Aduerte. Non ait hic propheta fuisse Christum igne combustum, sed igne inflammatum. Ille enim dicitur igne calamitatum comburi, qui patientiam amittit: at qui iniurias & cruciatus patienter tulerit, qui rerum aduersarum molem, & acerbas ærumnarum angustias æquo animo sustinuerit, qui fuerit animi magnitudine munitus, rerumque humanarum tolerantia septus, ardere dicitur, non autem comburi. Id
Exo.3. significabat rubus ille, in quo Deus erat, qui ardebat, sed non comburebatur: vt enim ignis, ab omni contagio impietatis seuocatus, cuius anima est dei sedes atque domicilium, rubus est, in quo Deus est, quoniam flammis rerum aduersarum expositus, & infinitis calamitatibus pressus, ardet quidem, sed non consumitur incendio, cùm nullæ eum possint calamitates de gradu dignitatis eijcere, nec à virtute abducere, nec ab incœpto honestatis
1.Cor.4. cursu retardare. Diuinus ille Paulus in medio flammarum constitutus aiebat: Maledicimur, & benedicimur, persecutiones patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Et
Rom.8. alibi: Quis nos poterit separare à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? &c. Ac si dicat: Nihil horũ. Nullus est ignis, qui nos possit incendio comburere. Hæc est ratio cur dominus apparuit igne incensus, sed non combustus. Fortasse eam ob causam apparuit Deus in figura ignis, vt suam agilitatẽ & puritatem ostenderet: voluit enim suam celeritatem, hoc est vim omnia penetrantem, & cuncta cœlo, terraque perlustrantem significare.

Vt visio electri. Hoc fuit primo capite explicatum, & in explanatione, & in annotatione.

Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei. Hoc est, ignea illa hominis similitudo porrexit similitudinem quandam manus, qua me apprehendit per intortos & calamistrato crines, & eleuatus ab spiritu per aeremassumptus sum in templum Hierosolymæ, non corpore, sed spiritu: fuit enim visio hæc imaginaria. Nomine manus opera significatur, vt paulò antè ostẽdimus. Aduerte. Spiritus diuinus eum eleuauit, quem manus apprehendebat: imò manus eum etiam eleuabat. Bona opera sunt, quæ nos apprehendunt, & rapiunt in cœlum, viamq; muniunt ad gloriam immortalem consequendam. Eos Deus effert in sublime, qui virtute præditi sunt, qui honestatis opera incumbentes, animos suos à corporis contagio abducentes, & cogitationes à populi temeritate seuocantes se totos ad Christi imitationem contulerunt. Da operam, vt virtus te apprehendat, & trahat ad veram dignitatem: manus enim, hoc est, bona opera in gratia facta, decorata sanguine Christi, ex quibus Christiana nobilitas redundat, & efflorescit, te ad cœlestem patriam, ad mẽtium beatarum sedes eleuabũt. Sequere Christum, adhære illi, eum amplectere, & amore prosequere singulari, & erit etiam viuus à terra eleuatus, & in cœlo mente & cogitatione constitutus. Et dices cum apostolo: Con-
Philip.3 uersatio nostra in cœlis est. Itaque in terra existens, non eris terræ habitator, sed cœli cuius omnia tibi contemplanti præclara & mirabilia videbuntur. Et tunc si ad terram oculos retuleris quibusdam redimitam, & circundatam cingulis, parua tibi videbitur, & instar puncti respectu cœli: & intelliges planè esse humana omnia contemnenda, cœlestia autem semper spectanda. Et mentis acie contemplaberis sedes illas æternas admirabili splendore fulgentes, vbi sancti requiescunt, ad quas illi ascendunt, qui sunt operibus præclaris insignes, in humilitate fundati, charitate conspicui, diuinarum rerum contemplatione præstantes, qui effigiem quandam diuinæ bonitatis in suis moribus & factis adumbrant, & præstantibus ingenijs in vita humana diuina studia sectantur. Hos suscipit virtutũ nubes, & eleuat in cœlũ. Cũ Christus Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

noster ascendit in cœlum, eleuatus est, & vt
Act.1. ait diuus Lucas in Actis apostolorum, nubes
suscepit eum ab oculis discipulorum. Vbiq;
creatura suo creatori præstat obsequium: astra
eum indicant nascentem, obnubunt patienté,
recipiunt nubes ad cœlum abeuntẽ. Ascendit
Christus nõ alieno adminiculo, sed propria
virtute, nam, vt ait in homilia quadam diuus
Gregorius, redemptor noster non curru, non
angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat
omnia, super omnia virtute sua ferebatur. Et
cuius virtute sua eleuatus est, nubes tamẽ eum
susceptt, quam aiunt fuisse lucidam, ab exi-
mio splendore diuinæ maiestatis quasi proce-
dentem. Nos faciamus splendẽtes nubes, quæ
nos erigant in cœlum, quæ exeant à nobis, à
corde procedẽtes. Sint nubes bonorũ operũ,
precationum, ieiuniorũ, eleemosynarũ, & om
niũ deniq; virtutum. Hæ nubes sunt manus,
quæ nos apprehendent, & in cœlum asporta-
bunt.

In visione Dei. Hoc est, non corpore sed spi-
ritu in visione, quam mihi Deus reuelauit: hic
enim Deo illustrante mẽtis oculis aspexi. Por
tasse visionem hanc dei esse dicit, vt eam ma-
gnam esse ostendat: solet enim diuina scriptu
ra, quæ magna sunt, dei appellare.

Iuxta ostium interius. Nimirum templi Sa-
lomonis. Habebat enim templum illud tria
atria, primũ erat immundorũ, habẽs tria ostia,
vnum ad orientem, alterum ad meridiem, ter-
tium ad aquilonem. Secundum atrium erat
mundorum, habens similiter alia tria ostia.
Tertium erat sacerdotum, habens vnum tan-
tùm ingressum, nimirum ad orientem. Loqui
tur nunc Ezechiel de templo Salomonis, non
autem de templo illo, de quo agit capite qua-
dragesimo vsque ad finẽ libri. In primo atrio
prope ianuam aquilonarem erat altare quod-
dam, vbi erat statua Baal, de qua hic loquitur
propheta, dicens, esse ibi statutum idolũ zeli.
Appellatur autẽ idolum zeli, quia Iudæi ob
eius cultum iram dei contra se prouocabant.
Eam ob causam subditur statim: Ad prouo-
candam æmulationem, hoc est indignationẽ
Exo.20. Dei aduersus eos. Est enim Deus zelotes: ita
enim ait in Exodo: Ego sum dominus Deus
tuus. fortis, zelotes, visitans iniquitatẽ patrũ
Exo.34. in filios, &c. Et iterum: Dominus zelotes no-
Deut.32. men eius, Deus æmulator. Et in Deuteronomio: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui nõ erat
Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Vbi
Psal.77. Tharghũ habet: Et iratæi fecerunt me propter
3.Reg.16 idola sua. Pro vanitatibus interpretatur idola.
3.reg.18. Ita in Psalmo: In sculptilibus suis ad æmula-
4.Reg.10 tionẽ eum prouocauerunt. Seruisse autem He
Ierem.32 bræos Baal gentiũ idolo, illudq; pro deo co-

luisse, afferit diuina scriptura multis in locis. Osee.ii

Et ecce ibi gloria dei Israel: Subaudi apparuit mihi. Gloria Dei patris est Christus, qui in templo apparuit, ibi docuit, & miracula fecit.

Secundum visionem, quam videram in campo. De qua capite primo & tertio diximus.

Et dixit ad me: Fili hominis leua oculos tuos ad viam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis. Et ecce ab aquilone portæ altaris ido C
lum zeli in ipso introitu: Et dixit ad me. Fili hominis putas ne, vides tu quid isti faciunt: abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo? Et adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrij: & vidi: Et ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me: fili hominis fode parietem: & cùm fodissem parietem, apparuit ostium vnũ. Et dixit ad me: Ingredere, & vide ab ominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi. Et ecce om nis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Sapham stabat in me- D
dio eorum stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulæ de thure consurgebat. Et dixit ad me: Certè vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: non videt dominus nos, dereliquit dominus terram.

Et dixit ad me. Ostendit Deus Ezechieli sua dæorum abominationes.

Portæ altaris. In atrio immundorum extruxerant Iudæi altare Baal in porta septentrionali, quę eã ob causam porta altaris dicebatur.

Idolum zeli. Hoc est, Baal. In diuinis literis idolum appellatur fornicatio, mendacium, vanitas, abominatio, Baal. Est igitur Baal nomen vniuersale idolorum, etiam si aliquando accipiatur pro idolo quodã singulari. Narrat diuus Hieronymus in cõmentarijs in Oseã, Ninum

Ninum filium Beli in Asia regnasse, & Niniuen vrbem Assyriæ condidisse, fuisseque tan tam nominis celebritatem consecutum, vt patrem suum Belum referret in deum. Ad id dementiæ perductus est, vt vellet filius dei appellari. Hanc ciuitatem Niniuen appellat Prole mæus Niaum in Assyriæ descriptione, de qua vrbe loquitur Plinius libro. 6. & Strabo in principio libro. 16. Et quoniam hic Belus ab Assyriis gentibus pro deo colebatur, & ab Hebræis appellabatur Bel, seu Bal, ideo quodcũque idolum nomen hoc sortitum est. Hæc fuerat anteà Berosi sententia, qui hunc Ninum dixit regnum Babylonicum propagasse, & templum Belo patri erexisse, vnde demanauit ido latriæ principium. Nec solùm Ninus statuam patri suo Belo erexit, sed etiam eius vxor Semiramis vastas statuas & magnitudine mirandas erexit, vt refert libro quarto Diodorus Siculus.

Vt procul recedam à sanctuario meo. Per subtractionem gratiæ & fauoris: nam per essentiam, præsentiam, & potentiam, vbique est deus,
Ioan.14. Ita Christus deus noster apud Ioannem apostolis loquens, ait, Surgite, eamus hinc. Ac si diceret: Recedamus ab ingrata Hierosolyma, à terrena ciuitate, ab vrbe sanguinum, ad construendam ecclesiam, ad ædificandam ciuitatẽ spiritualem, & congregationem fidelium. Exeamus à templo hoc materiali Hierosolymæ ad verum dei templum construendum, in quo colatur deus in spiritu & veritate. Egressus est igitur Christus ex Iudæorum templo, exiuit lux mundi, & cæco populo tenebras reliquit, & noctem perpetuam. Et fuit impletum
Mat.23. id, quod ipse dixerat Iudæis: Relinquetur vobis domus vestra deserta.

Fili hominis fode parietem. Intus erant animalia depicta, quæ illa parte introeuntibus erant propter parietem, qui se oculis offerebat, abscondita. Præcipit igitur deus prophetæ, vt perforet parietem, quo possit imagines idolorum intueri. Per parietem quæ intra domum sebãt occultantem, intelligitur hypocrisis prauas cordis intentiones abscondens. Perfoditur autem paries, cùm hypocrita lacessitur iniurijs, & calamitatibus vrgetur, & malleo molestiarum percutitur: nam statim ostium aperitur, & apparent maledicta, ita, excandescentia, impatientia, intemperantia, & aliæ huiusmodi abominationes. Quemadmodum paries
Simile. totus foris dealbatus nõ cognoscitur, sitne ex lapidibus, an ex luto constructus, nisi malleo concutiatur, sic homo bonis exterioribus, & pulchris cæremonijs foris ornatus, non facilè iudicatur, sit necne tolerantia, charitate, cæteris quę virtutibus munitus, nisi fuerit malleo contumeliarum, arumnarum, & tentationum contusus. Vnde diuus Paulus cuidam, qui scelera nefaria volebat virtutis tegumento cooperire, dixit: Percutiet te Deus paries dealbate. Monetæ, quibus emitur cœlum, longè di-
Actor.23 uersæ sunt ab ijs, quibus emitur terra. Intentio sancta est autem illarum, insignia autem
Simile. sunt exteriora opera, veluti orare deum, eleemosynas facere, frequentare templa, &cæt. huiusmodi. Hypocritæ cudunt monetas, sed adulterinas, sculpunt insignia scutorum aureorum in orichalco deaurato, effingant insignia bonorum operum in orichalco depranati propositi, & intẽtionis corruptę. Nullus est hypocrita, qui non sit monetarius falsus: paries est dealbatus, tegens multa flagitia calce virtutũ: perfora parietem, & apparebit reptilium similitudo. Diuus Gregorius lib. 26. Moralium explicans hunc locum, ait ita, Parietem fodere, est asperis correptionibus duritiam cordis aperire. Et tunc apparet ostium, quia cùm cordis duritia asperis correptionibus aperitur, quasi quædã ianua ostenditur, ex qua omnia, in eo qui corripitur, cogitationum interiora videantur. Hæc ille.

Apparuit ostium vnum. Hoc est, ex foramine factum est ostium quoddam.

Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium. Hæc abominatio ideo erat priore detestabilior, quia erat in loco interiore & sacratiore templi nam statua Baal erat in atrio primo, hæc autem idola in secundo, nimirum in atrio mundorum, vbi erant senes imaginibus reptilium in pariete depictis sacrificantes. Ad id amentiæ & cæcitatis deuenerant Hebræi, Esa. 2. vt omnia gentiũ idola colerẽt, & vt ait Esaias, talpas & vespertiliones adorarent. Quid erant cæci homines nisi cæca animalia culturi? Per Amos. 5 Amos prophetam ait illis in hunc modum de us: Portastis tabernaculum Moloch, & imaginem idolorum vestrorum, sydus dei vestri Rempham, figuras, quas fecistis vobis, adorare eas. Et in libro Sapientiæ ostendit deus Sap.13. magnam hominum in idolorum cultura cæci- & 14.ca tatem. Vnde in epistola ad Romanos ita ait 15. apostolus: Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corrupti- Rom.1. bilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. At si in cordis nostri domicilium fuerimus ingressi, easdem abominationes mentis oculis aspiciemus. Penetremus conscientias nostras, & in cubilibus earum imagines idolorum propè infinitas intuebimur. Ea enim, quæ deo contempto colimus, in quibus felicitatẽ constituimus, idola sunt, quibus sacrificamus. Quidam vanitatem colunt, quidam aurum, quidam voluptatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam omnia hæc, & alia innumera. Qui viris bonis detrahunt, eorumque famam lacerare contendunt, ignescient canes latrantes, & mordentes. Qui se corporis illecebris dediderunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, atque Dei, hominumq; iura violarunt, inuenient sues iacentes in volutabro. Qui levitate & iactatione dycûtur, & populi rumusculos aucupantur, inuenient pauones obiectantes seipsos pennarum in orbem constitutarum pulchritudine, & chamæleontes seipsos aere pascentes. Qui crudelitate gloriantur, inuenient leones: qui pecuniæ sunt cupidi, & auaritiæ serui, inuenient rubetas, & talpas in terra defossas, non audentes se terra satiare: loquaces inuenient tanaï, inuidi viperas, raptores lupos: & ita de cæteris. Vide hominû miserias & ærumnas. Qui deberent nõ solùm se ab omni flagitio abducere, sed etiam omnem animi cogitationem integram castamque seruare, se vitijs coinquinant, & contaminant, & turbulentis ac cõcitatis animi permotionibus agitantur, & violento quodam œstro impetu vitiorum rapiuntur, & nunquam satiantur. Vt mare quamuis in se incurrentium fluminum multitudinem excipiat, nunquam tamen redundat, sic flagitiosi homines nunquam vitijs satiantur, sed quorûdam scelerum stimulis ad alia detestabiliora excitantur: ita vt abyssus abyssum inuocet, quoniam vanis falsorum bonorum simulachris delusi, vera & solida bona contemnunt, & pro nihilo ducunt: scelestibus autem & maleficijs se pascût, licet se illis præ desiderio satiare non possint. Hi si penetralia cordis sui intrauerint: omnem similitudinem reptilium intuebuntur.

Similiter.

Psal. 41.

Et septuaginta viri. Hi fuerunt constituti, ad legem Dei docendum: & ipsi aduersus eã gentium idola colebant. Si hoc faciebant senes, quid facerent iuuenes? si in id impietatis inciderant, qui incumbebant in studium diuinarũ literarum, quid existimas illos facturos fuisse, qui legem ignorabant? Moyses ex consortio sermonis Dei fuit in facie mirabiliter illustratus, & nunc etiam lumine admirabili illustrantur, qui Dei verba, eiusque legem studio intelligendi, beneq; operandi legunt, & in eius meditatione dies atque noctes consumunt: vt animo percipiant Dei voluntatem, ad illã obseruandam, & quas pœnas flagitiosi luant, quæ præmia iusti consequantur. Sed hoc debet esse in monte cum Moyse, in virtutum altitudine, non in perfidiæ, vitiorumque vallis profunditate. Hi senes Dei legẽ legebant, sed quia erant in ima terra, in scelerum valle conflicti, nullam inde vtilitatem reportabant.

Exo. 34.

Et incendiat. Hic eos excitabat ad simulachrorum cultum, erantque princeps impiorum. Ideo appellatur filius Saphan: Saphan enim iudicium tonat & damnationem. Non solùm peccabat, sed alijs ad peccandum persuadebat. Currus erat dæmonis, quo multi vehebantur in infernum. Vide ærorum hominum impietatem: in templo Dei non deum, sed dæmones colebant. O cæcitatem deplorandam!

Et vnusquisque habebat thuribulum in manu sua. Nimirum ad sacrificandum picturis, quas colebant.

Dicunt enim: non videt Dominus nos. Ad id amentiæ & cæcitatis perducti sunt Iudæi illi, vt diuinam negarent prouidentiam. Audierãt quidem, Deum cœlum & terram, & reliqua omnia, quæ amplissimo cœli complexu coercétur, creauisse, omnia aspicere & gubernare, & non solùm hominum actus, sed etiam eorũ cogitationes intelligere: & tamen tantis se vitijs contaminauerant, in tam terra flagitijs inciderant, tam obscuris scelerum tenebris intellectum operuerant, vt quæ de Deo à diuinis vatibus, aliisque viris virtute insignibus, sapientia conspicuis, & sanctimonia præstantibus audierant, & in scriptura diuina legerãt, non curarent, quin potius ea penitus ex animo delerent. Vel sabantur in erroribus intolerabilibus, & vt est in libro Sapientiæ literis mandatum, excæcauit eos malitia eorum. Et, vt verbis vtar diui Pauli: Obscuratum est insipiens cor eorum. Inde euenit, vt vitæ ratio & ordo peruerteretur, essentq; illi omnia plena confusione. Id quidem est, quod ait regius vates: Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Gentes absque fide, lumine naturali illustrate asseruerunt deum omnia videre. Ideo hieroglyphi volentes significare Deum, pingebant sceptrum rectum, & erectũ, cum oculo suprà omnia circunspiciente: innuentes, vt ait diuus Cyrillus libro aduersus Iulianum nono, Deum esse iustum & rectum, & omnia videntem, illiusque nutu & potestate mundum gubernari. Per baculum rectum intelligebant regiam dignitatem, & rectam iustitiam, nulloque modo posse diuinam naturam labefactari: per oculum verò diuinã prouidẽtiam. Imò Deus appellatur græcè theos, à verbo theaome, quod est videre & spectare, quasi omnia perspiciens: quo fit, vt, thea significet visionem. Homines à veri Dei cultu alienati hoc sciebant, Iudæi verò diuinæ legis lacte nutriti illud ignorabant. Aspice Iudæorum excitatem. Colebant idola vana & insensibilia, & existimabant hos falsos & commentitios deos omnia videre, Deum autem verum,

verũ mundi conditorẽ nõ videre. Quæ poterat maior insania excogitari? Hæc fuit falsa & impia stultorum illorum opinio, quos in hũc modum Iob inducit loquentes: Deus nostra non considerat, & circa cardines cœli perambulat. Hi aiebant apud Psalmographum: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Homines nefarij, & errorum tenebris circunfusi, videntes viros iustos, & pietate Christiana præcellentes variijs agitari casibus, aliquando, & in acerbis calamitatum angustijs versari, & magnis cruciatibus interdum torqueri, contrà verò homines impuros, omniumque scelerum maculis coinquinatos opibus circunfluere, dignitatibus extolli, rebus denique secundis abundare, negant etiã nunc prouidentiam diuinam: non intelligentes miseri homines esse aliam vitam, vbi iustis diuinis bonis cumulantur, impij autem torquentur, essèque sempiternas pœnas illas, quæ eorum scelera sequuntur.

Iob. 22.

Psal. 93.

Dereliquit Dominus terram. Hoc est, non curat mortalia.

Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas F. illi faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quę respiciebat ad aquilonẽ. Et ecce ibi mulieres sedebant plangẽtes Adonidem. Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis. Adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus Domini interius. Et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis. Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis. Nunquit leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas, quas fecerunt hic, quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me? Ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

Adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Maiores dicuntur præcedentibus, quia erant in porta atrij sacerdotum, quæ appellabatur porta domus Domini: & quò interiora fiebant, eò maiora vorabantur. Vel ideo maiores dicuntur, quia in præcedente abomination e homines stabant, hic autem mulieres sedebant: per sessionem autem consuetudo intelligitur. Illud autem est absque dubio perspicuum in malis peiorem esse habitum, quàm actum. Magnum malum etiã in paruis est consuetudo. Cùm Plato, vt narrat in eius vita Laertius, quẽdam increparet, illo autem parua ea esse assereret, quæ admittebat, dixit Plato: Nõ est res parua consuetudo. Vt enim qui febre laborat, lenta illa quidem, sed ethica & assidua, si fortè ob aliquam intemperantiam incidit in febrem quandam acutam & perurgentem, facilè eam expellit, & quacunque medicina curatur, manente tamen semper ethica febre: sic actus quidam vitiosus citò curatur, eò suetudo autem peccandi difficillimè. Poteris per sessionẽ hanc turpe otium intelligere, sortem libidinis, & fomentum multorum malorũ. Huic expositioni fauet id, quod sequitur.

Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Adonis, vt aiunt, fuit filius Cinyræ Cypriorum regis, quem ob eximiam pulchritudinem Venus fuit incredibili amore prosecuta. Et cùm eum haberet in delicijs, fuit ille ab apro percussus, & interfectus: quam ob eam rem illa se dedit lachrymis & lamentis. Hanc fabulam tãgit Theocritus, & Ouidius, & multi alij. Tanta autem fuit Hebrææ gentis stultitia, vt mulieres huius Adonidis Amasij Veneris statuam in templo constitutam colerẽt, eiusq; interitum in Veneris honorem lachrymis prosequerentur. Macrobius existimauit Adonidem esse Solem: at ferò omnes eum Veneris amicum esse fatentur. R. Salomon ait idolum hoc fuisse concauum: & quia artificio quodam videbatur plorare, ideo à mulieribus plorãtibus colebatur. R. Moyses Aegyptius ait fuisse quendam maximum idolorum cultorem, qui cùm esset interfectus, triste sui desiderium reliquit. Et quoniam gentes à fide alienatæ existimabant idola cædem eius deplorasse, ideo eum plorantes venerabantur. Sed quoniam Ezechiel ait non eum homines, sed mulieres sedentes deplorasse, credibilius est loqui de Adonide Veneris Amasio.

Ioel. 2.

Inter vestibulum & altare. De quo ait Ioel: Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes.

Dorsa habentes contra templum Domini. Ideo hæc abominatio erat alijs pestilentior, quia erat in loco templi interiore: & quia qui eam perpetrabant, Deum penitus contemnebant. In Deuteronomio prohibuerat DEVS, ne

Deut. 17.

Hebræi

Hebræi in Dei cultu gentes imitarentur, quæ deos suos colentes se conuertebant ad Orientem. At hi Iudæi terga vertebant ad altare, & ad solis ortum respicientes idola colebant. Id plorabat Esaias, dicens: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Quatuor idololatriæ genera numerat hoc loco diuinus vates: primũ fuit statuta Baal, in introitu primi atrij: templi secundum, cultus picturatarum in pariete in atrio secundo: tertium, sessus mulierum colétium Adonidem in atrio tertio: quartum, vultuum conuersio ad orientem aduersus Dei altare in ipso templo, in loco sacratiore & interiore. Prima abominatio est in desiderio flagitij adhuc reipsa nõ commissi, ideo eratidolum in introitu, quoniã turpis cogitatio initium est sceleris: secunda est perpetratio delicti, tertia est peccandi consuetudo, quarta est defensio scelerum cum Dei contemptu & obstinatione. Hæc vltima est abominatio maxima, & vltimus fere gradus excidij. Tria genera flagitiorum condonabit tibi Deus, si ad illum pœnitens confugeris: at quartum quoniam ad Deum non confugies, nequaquam, quoniam est impœnitentia, delicti complacétia, & obstinatio: quamdiu enim tibi in scelere placueris, Deumque neglexeris, qui fieri poteſt, vt remissionem consequaris: Eam ob causam ait Deus per Amos prophetam: Super tribus sceleribus Damasci: & super quatuor non conuertam eum. Ac si dicat: Prima tria scelera tibi remittam, quartum autem minimè. Augustinus ait: Qui creauit te sine te, nõ saluabit te sine te. Potest hic locus Amos prophetæ ita exponi, vt per tria & quatuor flagitia septem intelligat, & pro septem infinita: numerus enim septenarius apud Hebræos rerum multitudinem significat, vt sit sensus: Si semel aut bis in flagitia incidisset, pepercissem illi: at quia peccandi nullum facit finem, luet mihi pœnas omnium delictorum. Si fueris ad Dominum conuersus, & consurgeris ad sacramentalem confessionem, sanctumque hoc pœnitentiæ sacramentum fueris amplexatus, consequeris absque dubio remissionem: sin autem peccandi finem nullum feceris, nunquam gratiam consequeris: & decedens in finali impœnitentia, eris in æternos cruciatus præparatus.

Esa. 1.

Amos. 1.

Ad ortum solis. Solem, cùm oriretur, colebant, verum autem iustitiæ solem pro nihilo putabant. Pharisæi ideo contemnebãt solem iustitiæ, & splendorem gloriæ, quia nominis splendorem, & falsam mundi gloriam & celebritatem cupiebant. Ambiebant opes, honores, magistratus, & vanitates, veram autem amplitudinem, quæ in virtute, diuinique numinis imitatione consistit, aspernabantur. Ideo illis dicebat Christus apud Ioannem: Quomodo vos potestis credere, qui gloriã ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis? Vbi vides huiusmodi gloriæ mundi, potentiæ & opum auiditatem afferre secum perniciem. Non solùm non satiat, & sitim extinguit, sed nocet, & secum detrimentum ducit, & mortem. Vt enim quæ non sunt apta nostræ naturæ, nullamque cum ea habẽt proportionem, veluti ignis & sulphur, & cætera huiusmodi manducata, non modò vtilitatem non afferunt, sed lædunt, & necãt, sic falsæ mundi diuitiæ nimis optatæ, honorum pompa, & vana ostentatio, & reliqua illa, ad quę multi decepti aspirant nimia flagrãtes cupiditate, non solùm animam non alunt ad æternitatem, nec eius impia desideria mitigant & sedant, sed etiam excidium illi sempiternum machinantur. Cibus illi conuenies virtus est, cuius est proprium, Deum summè diligere, illum optare, illi adherere, nihil eximescere, vt ob timorem relinquatur virtus, omnia humana propter Christum contemnere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. Possunt quidem diuitiæ & honores possideri absque peccato, sed sitiens eatum rerum cupiditas, & ambitio, quam diuus Paulus radicem omnium malorum vocat, absque peccato possideri non potest.

Ioan. 5.

1. Tim. 6.

Applicant ramum ad nares suas. In idolorum venerationem & obseruantiam applicabãt ramos statuis, & postea eos osculabantur, & oblaciendos ad nares adiungebant. Vel sic: Non solùm peccant, sed peccatis oblectantur: idololatriæ fœtore seipsos reficiunt. Qui peccãt, & peccasse gaudent, dicuntur herbam fœtidam ad nares applicare.

Simile.

Non parcet oculus meus. Hæc explanata fuerunt capitibus præcedentibus.

Annotationes ex Hebræo in caput octauum.

VBI erat statutum idolum zeli ad prouocãdum æmulationem. In hebraico est: Vbi erat sedes idoli מקנאת המקנה hacinah hamaceneh. hoc est, zeli zelate faciẽtis. Pro quo paraphrasis chaldaica habet: Vbi erat idolum zeli irasci facientis, hoc est deum ad iracundiam prouocantis. Verbũ est קנא cana, quod significat zelare, æmulari, inuidere, irasci. Vnde in psalmo: Noli æmulari in malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Vel vt potest verti ex hebræo:

Psal. 36.

Ne succenseas ob improbos, nec inuideas impiorum prosperitati. Sequitur enim: Quoniã tanquam fœnum velociter arescent. Ac si dicat: Ne grauiter moueatis ob secũdas impiorum res, eorumque successus ad voluptatem fluentes, quoniam nullam habent firmitudinem, nullam perpetuitatem: quin potius fluxæ sunt eorum prosperitates, & instar floscul orũ euanescent. Et alio in Psalmo: Quia zelaui super iniquos pacem peccatorum vidẽs. Vel, vt potest etiam ex hebraico transferri: Quia vrebat me ira & æmulatio propter stultos, cùm impiorum prosperitatem viderem. Ac si dicat: Fuit animus meus vehementer cómotus, cùm aspicerem insanos opibus & dignitatibus florere, & adeò conturbatus, vt parum abfuerit, quin de recta sententia abduceret, & impiorũ infelicitati inuiderem. Vbi aduerte, pro iniquis esse in hebraico stultos: omnis enim improbus est ignorans. Vnde Apostolus optata mala & impia in epistola ad Ephesios desideria erroris appellat. Sed quid mirum, cùm infideles hoc etiam intellexerint? Aristoteles enim peruerti iudiciũ iniquitate ait, omnemq; iniquum stultum esse: & Cicero in oratione in Pisonẽ ita inquit: Sua quenque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate & mente deturbat. Cæterũm hunc Ezechielis locum septuaginta in hunc modum verterunt: Vbi erat statura possidentis. Voluerunt innuere hoc idolum esse Baal, idé enim est Baal, quod possidẽs siue habẽs, authore diuo Hieronymo in lib. de nominibus hebraicis. Sed attende: eum colebant, eius statuã adorabant, qui eos possidebat: sunt enim impij mancipia diaboli, cùm ei seruiant, & obtemperent. Vnde diuus Paulus in epistola ad Romanos: An nescitis, inquit, quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendũ, serui estis eius, cui obeditis? Et diuus Petrus in epistola sua secunda. A quo quis superatus est, huius seruus est. Et Christus Deus noster apud Ioannem: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Diuus Augustinus ita ait: Bonus homo si seruit alicui domino temporali, liber est: malus homo si regnet, seruus est, non vnius hominis, sed quod pejus est, tot dominorũ, quot vitiorum. Brachmanes, vt narrat historia transmarina, & refert Sanctus Antonius quarta parte theologali, verba hæc ad Alexandrum magnum scripsérunt: Tu noster exteriores expolias, vt interiores nutrias: tu homines tuæ seruituti subijcis, & intus tuis appetitibus seruis. Magna profectò, sed laudabilis & philosophica audacia. Seruus præditus virtute, corpore tantùm captiuus est, rex autem vitijs deditus, captiuus est anima. Ex quo colliges multò maiorem esse principis seruitutem, quàm seruoꝝ: quantò enim anima præstantior est corpore, tantò eius seruitus est detestabilior, & deterior. Loquẽs Seneca de viris iustis, qui etiam in vincula coniecti: Errant, inquit, qui existimant seruitutem in totum hominem descendere, pars melior excepta est: corpora dicimus obnoxia, mens sui iuris est. Contrà verò domini impij verè sunt serui, qui peccato eos possidẽti seruiunt.

Psal. 72.

Ephe. 4.

Rom. 6.

2. Pet. 2.

Ioan. 8.

Vnusquisque in abscondito cubilis sui. Potest verti ex hebræo: Vnusquisque in depictis cubilibus suis. Pagninus vertit: Vnusquisque in cubiculis picturæ suæ, Quod in idem recidit. In hebræo est: In abscondito במסתרי מחמיו mascitho, à verbo sacah, quod significat depingere. Vnde Esaiæ illud capite secundo: Super omne quod visu pulchrum est. Potest etiam verti: Super imagines, seu picturas desiderij. Vel, vt habet Tharghum: Super aulas pulchritudinis, hoc est, super palatia pulchra, imaginibus depicta. Fortasse imagines desiderij sunt simulachra vana, quæ in corde nostro collata tanquam idola colimus. De quibus dicitur in psalmo: Velut somnium surgentium domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilũ rediges. Ac si diceret: Similis est impiorũ prosperitas somnio expergiscentis inani & fallaci: Et tu Domine in ciuitate tua ostendes esse contemptibiles, & ad nihilum rẽdactas vanas illas imagines, quas ipsi habent in corde fixas, quas colunt, & venerantur, cùm nihil aliud sint quàm vmbræ, & nugæ, & inania simulachra. Cùm autem cubile excellentibus ornatũ imaginibus & supellectilibus sit clausum & absconditum, rectè noster interpres transtulit: Vnusquisque in abscondito cubilis sui.

Esai. 2.

Psal. 72.

Plangentes Adonidem. In hebraico pro Adonide est תמוז tammu. Est autem tammu nomen mensis cuiusdam apud Hebræos. Et quoniam aiebant fuisse Adonidem Veneris amasium occisum hoc mense, illi mensis nomen imposuerunt: & in eodem mense eius festum celebrabant. Sunt qui dicant esse brutũ quoddam animal: alij principem quendam idololatrarum: alij aliter. At prima interpretatio est diui Hieronymi, aliorumque catholicorum interpretum. Quare eam arbitror tenendam esse. Mulieres amatorijs lenitatibus deditæ, & libidinis facibus inflammatæ, mortem Adonidis dolebant: vt hoc obsequio Venerem sibi haberent propitiam. Fortasse per mulieres non solùm fœminas intelligit, sed homines etiam effœminatos, traditos deliciis, rerum felicitatem in voluptatibus corporis constituẽtes. Huiusmodi homines mulieres aure appellantur, qui Salmaci dant spolia sine sudore & sanguine. Hi sibi ipsis interitum parant, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam animæ languenti nullam voluntadhibere medicinam: nec enim volunt corpus damnare, nec effrænatos appetitus coercere, sed voluptatibus defluentes ad excidium ducuntur. Quemadmodum cùm pars vna non est remedij capax, remedium illud ad alteram applicamus, quam ob causam laborantes graui capitis dolore scindimus venam brachij, quia caput non est capax phlebotomiæ, & venæ percussionis: sic vt medeamur animæ, oportet opprimere carnem. At hebræi illi non castigabant corpora, quia potius se in dies in voluptates ingurgitabant, & Adonidem colebant.

Similitudo.

ARGVMENTVM CAPITIS NONI.

DIxerat Deus in fine superioris capitis esse se supplicium sumpturum de Hebræis, quoniã in templo suo colebant idola, & diuinã negabant prouidentiam: eisque ferrum & flammam minitatus fuerat. Nunc explicat prophetæ terribilem harum minarum effectum. Describit ciuium Hierosolymæ cædes, & vrbis vastitatem: in qua illi solum seruantur, qui sunt thau, hoc est, vltima hebraici alphabeti littera consignati.

CAPVT IX.

A. ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerũt visitationes vrbis: & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonẽ, & vniuscuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Et ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. Et gloria domini Israel assumpta est de cherub,
B. quæ erat super eum ad limen domus & vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramentum scriptoris habebat in lumbis suis: & dixit Dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatẽ
Exod.12 Apoc.7. in medio Ierusalem, & signa thau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.

EXPLANATIO.

Et clamauit in auribus meis voce magna. Hoc est, me audiente: clamauit Deus nõ suppressa voce, sed magna, vt me velati dormientem excitaret, magnaque esse visionẽ hãc ostenderet. Hæc Dei verba audiebat Ezechiel auribus interioribus: fiebant nãque hæc omnia repræsentatione quadã imaginaria intus exhibita, exteriorũ sensuũ vsu suspenso.

Appropinquauerunt visitationes vrbis. Id est, propinquæ sunt calamitates Hierosolymæ. Solet diuina scriptura nomine visitationis cædes, strages, ærũnas, punitiones, & calamitates significare. Ita illud Esaiæ intelligitur: Quid facietis in die visitationis? Ieremias itidẽ Hierosolymæ euersionem & vastitatẽ significare volens, eam appellat ciuitatẽ visitationis. Et paulò pòst: In tẽpore, inquit, visitationis suæ corruent. Et alio in loco: Afferam super eos mala, annum visitationis eorum, ait dominus. Ac si diceret: Eos opprimam calamitatibus, & lacerabo dolore. Annum visitationis appellat, tempus dolorum & molestiarum, quibus erat Iudæos oppressurus. Et Dauid ita Deum inducit loquentem: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Visitare in literis diuinis aliquãdo est implere promissum, vt in Genesi. Visitauit Dominus Saram, sicut promiserat. Hoc est, stetit promissis, & præstitit, quod fuerat pollicitus. Ita potest illud intelligi Zachariæ. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Hoc est, quia impleuit promissum, redimens populum suum, quemadmodum fuerat per diuinos suos vates pollicitus. Eodem modo id, quod Christus dixit, cùm videret Hierosolymã, & fleret super illã: eò quòd nõ cognoueris tempus visitationis tuæ. Ac si diceret: In acerbissimas incidis calamitates, quia nõ cognoscis, hoc esse tempus, quod tibi promisit Deus, in quo erat filium suũ missurus, vt te à peccatorũ vinculis eriperet, & à dæmonũ tyrãnide liberaret. Id intelligẽs virgo Dei genetrix canebat. Suscepit Israel puerũ suũ, recordatus misericordiæ suæ. Hoc est, vt ostenderet memoré se esse promissionis suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abrahã, & semini eius in secula. At hoc Ezechielis loco accipitur visitare pro punire, & ad interitũ & vastitatẽ vocare. Poterat hic locus ita verti: Appropinquauerũt visitatores vrbis, & singuli portabant gladium, quo erant ciues eius occisuri. Erant enim hi viri ad sumendũ de Iudæis supplicij destinati. Id intelligentes septuaginta interpretes verterunt: Appropinquauit vltio vrbis. &c.

Esai.10. Ieremi.
Ieremi.
Psal.88.
Gen.21.
Luc.1.
Luc.1.
Luc.2.

Vsq;

Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Vnusquisque tenebat manu gladiũ ad interficiendum populum. Vas interfectionis periphrasis est gladij. Est autem periphrasis figura autore Quinti. in lib. 8. cum quod vno, aut certe paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur: qua vtitur frequẽter diuina scriptura. Vas accipitur pro quocunque instrumẽto, & supellectile, & mulierum mortibus. Sumitur aliquando pro corpore humano, vt primo
1.Reg.21 Regum: Fuerũt, inquit, Dauid, vasa puerorum sanctu. hoc est corpora impolluta, nullo mulierũ contagio cõtaminata. In hãc significationẽ
2.Thes.4. accipitur à diuo Paulo in prima ad Thessaloni cẽses ait: Sciat vnusquisque vestrum vas suũ possidere in sanctificatione & honore. Et in se
2.Cor.2. cunda an Corinthios: Habemus thesaurum illum in vasis fictilibus. Sed & Marcus Tullius in prima Tusculana quæstiõe, Corpus, inquit, quasi vas est, aut aliquando animi receptaculum. Accipitur etiam vas pro sacculo aut pera, siue mantica, vt apud hunc nostrum Ezechie-
Inf.12. lem capite duodecimo: Fac tibi vasa transmi-
Esai.13. grationis. Esaias hostes, quibus deus improbos affligit, & occidit, appellat vasa furoris
Rom.9. dei. D. Paulus in epistola ad Romanos homines scelerato, ad infernum præscitos appellat vasa iræ, vasa autẽ misericordiæ homines miseri-
Psal.70. corditer ad gloriã prædestinatos. Psalmographus: Confitebor, inquit, tibi in vasis psalmi, hoc est, in musicis instrumẽtis. Et alibi: Arcũ
Psal.7. suũ tetẽdit, & parauit illũ, & in eo parauit vasa mortis, hoc est sagittas ad occidendũ directas, & mortifera tela. Ita hoc loco Ezechiel vasa interitus appellat arma offensiua, nimirum gladios aut secures, quibus hi sex viri erãt ad mortẽ nefarijs ludicris inferendam instructi atque parati. Pro vase interitus ait Diuus Hieronymus posuisse septuaginta interpretes securim, sed translatio græca, qua ego vtor, non habet securim, sed vasa exterminationis. Fortasse fuit librariorum inaduertentia in commentarijs diui Hieronymi, qui pro alio translatore scripserunt septuaginta. Ar quicunque illi fuerunt, qui securim interpretati sunt, rectè quidem fecerunt. Securis enim accipitur pro Dei
Matt.3. ira, & iusta eius vltione: de qua ait Christus apud Matthæũ: Iam securis ad radicem arborũ posita est. omnis enim arbor, quæ non facit bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Non aitiam secat, sed iam posita est ad arboré, vt significet, esse in hac vita tempus huius iræ per pœnitentiam effugiendæ. Nec ait esse securim hanc admotam ad arboris ramos, vt maneat post mortem spes vlla pullulandi, sed ad radicem, vt funditus euellatur, & in ignem in extinguibilẽ præcipitetur. Hæc securi simili &

occisi sunt impij illi Hebræi, de quibus, hoc loco agit Ezechiel, qui deo vero relicto insania gentium idola, earumque portentosas superstitiones colaerunt, qui in perfidia sua decedentes, fuerunt vtraque morte puniti, & præcipites in exitium absque termino à dæmonibus rapti. Tales sunt, qui fraudes inexpiabiles concipiunt, seque monstriferis labibus contaminãt, quibus in lethalibus peccatis à vita migrãtibus est deuium quoddã iter secluſum à cõcilio cœlitum, & ad damnatorum barathrũ, tenebrasque profundas directum, vbi in æternum cruciantur.

Et ecce sex viri. Ministri dei erant ad impios Iudæos interficiendos. Aiunt nonnulli esse Dei angelos, & non esse inconueniens esse eos dei vltores, & impiorum interfectores: nam dei angelus transiens nocte quadam omnes AEgypti primogenitos occidit. Et libro
Exod.12 quarto Regũ sunt hæc verba literis mandata:
4.Re.19 Factũ est in illa nocte, venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorũ centum octoginta quinque millia. Est etiam hæc historia in libro Esaiæ, & in alijs locis veteris testamenti
Esai.37. perpetuis consignata monimentis. Fuerũt aũt
Tob.1. hi viri sex, quia tot futuri erant Chaldæorum
Mach.7. principes, qui erant venturi Hierosolymã oppugnatum, quorum nomina explicat Ieremias
Ierem.39. cap. 39. Et licet ibi plures esse videãtur, vnum tamen sic habeto, solũm sex esse, sunt enim ibi nomina cũ cognominibus. Vel ideo fortasse fuerunt sex, quia sexto die fabricationis mũdi creati sunt homines, quorũ illi scelera puniebãt. Vel quia flagitiosi homines mũdo sex diebus constituto intẽperãter abutebãtur. Vel sex mundi ætates per sex dei ministros significantur. At qui signatos eripuit, lineis vestitus, septimus erat, mundi creator & redẽptor, humana carne opertus, qui toto septimo die, toto sabbato requieuit in sepulchro mortuus pro
Heb.4. nobis, vt nos à mortis faucibus eriperet, & ad cœlestẽ requiẽ die septimo significatã, ad æternũ sabbatismũ perduceret, vbi essemus summa gloria cumulatique sabbatismũ ait D. Paulus relinqui populo dei ad quẽ debemus aspirare, & ad ingrediendũ in illam requiem festinare.

De via portæ superioris. Hæc erat porta septentionalis atrij mundorum, quæ appellabatur superior respectu alterius portæ septentionalis atrij immundorum. Templum erat in monte situm: & hæc tria atria procedebant sursum deorsum ad templum: cùm autẽ hæc porta esset superior, per spicuũ est, secundã esse, aut tertiam. non erat tertia, quia tertii monti vnam duntaxat habebat portam, vt antea ostendimus, quæ erat ad orientem, versus præcipuam templi portam, erat igitur secunda. Tres autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

atria in templo Salomonis, primum immundorum, quod erat inferius, alterum mundorũ, quod erat superius, tertium sacerdotum, quod erat supremum. Hoc vltimum vnum duntaxat habebat ingressum, aliorum verò vnũquodq; tres, vnum ad orientem, alterum ad meridiem, tertium ad septentrionem. Describit propheta diligenter hanc portam, vt ostendat venturos esse hostes ad euertendam vrbem, & templum ab aquilone, hoc est, à Babylonia, quæ erat ad aquilonarem partem respectu Hierosolymæ.

Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis. Vestis linea candorem & puritatem significat. Hic est Christus deus noster veste pontificis indutus: de quo illud psalmi intelligitur: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. vt ait in epistola ad Hebræos D. Paulus. Et in eadem epistola summũ legis sacerdotẽ multis verbis asserit imaginẽ Christi gessisse. Septuaginta pro lineis habẽt poderem: est aũt poderis vna ex octo vestibus pontificis, quæ latinè dicitur talaris. Et diuus Ioannes in Apocalypsi ait vidisse filiũ hominis, hoc est, Christum, vestitum podere. Induit enim filius dei humanitatem nostram, factus homo, vt homines filios dei efficeret. Hæc Christi caro vestis linea ob puritatem appellatur, nam etsi erat in similitudinem peccati, erat tamen absque peccato. Misit deus, inquit, apostolus filium suũ, in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Hoc est, de tota massa, quæ manauit ab Adam, Christus pro corpore suo construendo aliquid suscepit, ad peccati damnationẽ. Totam illam massam à primo homine procedentem appellat peccatum, quòd peccato sit obnoxia, & quòd peccati virus imbiberit. Ideo dixit: in similitudinem carnis peccati, vt verè carnem intelligas, non verè peccatricem, sed similem peccatrici absque peccato, ita puram & sanctam, vt ea indutus, lineis vestitus dicatur. Diuus Cyrillus lib. 5. aduersus Iulianum, Corpus, inquit, Christi non erat peccati corpus, sed similitudo carnis peccati. Scio tamẽ Origenẽ multò aliter hunc apostoli locũ explanare: nã per peccatum intelligit, ostiã pro peccato, vt sit sensus: Misit cœlestis pater in mundum filium suum, vt humanitatem nostram assumeret: & de peccato, hoc est, de Christo hostia pro peccato damnauit peccatum, per holocaustum carnis suæ, quam obtulit pro mundi peccato, damnauit illud. Hanc interpretationem sequitur Augustinus libro tertio contra duas epistolas Pelagianorum: & Primasius Vticensis eius discipulus in cõmentarijs in epistolã ad Romanos, & alij. Et Rectissimè quidẽ in epistola secunda ad Corinthios videtur apostolus eandem sententiam ijs verbis explicare. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in illo. Euertit igitur deus peccatum veteris Adæ. Christo facto victima pro peccato in carne, ab Ezechiele ob candorem & sanctitatẽ lineo indumento comparata.

Pſa.109 Hebr.5. et 7 Hebr.9.

Apoc.1.

Rom.8.

2.Cor.5.

Et atramentarium scriptoris ad renes eius. Qui erat signaturus gemẽtes & dolẽtes litera thau.

Ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. Duo erant altaria, vnum thymiamatis aureum intus, alterum æneum holocaustorũ ante templum in atrio sacerdotum.

Exod.25. 26.

Et gloria domini Israel assumpta est de cherub. In templo dei erat arca fœderis, & propitiatorium, & duo cherubim vtrunque latus propitiatorij tegentes, & expansis alis oraculum cẽtes, quæ nid nodum fuerat in tabernaculo. Ex illo propitiatorio loquebatur deus, & responsa dabat. Hinc dicitur in Psal: Qui sedes super cherubim. Sublata est gloria dei à cherub, & apparuit in limine domus, vnde vocauit eũ qui erat veste linea indutus. Recedens deus à propitiatorio significauit fore, vt ab illo templo recederet: erat enim ecclesiæ catholicæ templum constructurus, vbi semper erit. Vnde ipse ait apud Matthæum: Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Potest hoc etiã intelligi deuotione illa, quæ apparuit Ezechieli in campo, vbi erat deus super cherubim.

1.Reg.4. Hebr.9. Pſal.79

Matth.28

Et signa thau super frontes virorum. In libro Exodi est literis contestatum, transisse dominum, & omnes primogenitos percussisse, præter eos, qui erant sanguine agni signati. Diuus Lucas ait designasse dominus alios septuaginta duos, eosque binos ante faciem suam concionatum misisse. Diuus Ioannes in Apocalypsi ait dei angelum seruis dei in frontibus signum impressisse, & eos, qui fuerunt vitam æternam adepti, fuisse signo notatos. Ex tribu Iudæ erant duodecim mille signati, ex tribu Ruben duodecim mille signati, & ita de cæteris tribubus. D. Paulus Ephesios illos, qui erãt veram religionem amplexati, & in Christiana dignitate constituti, hortari volens, ne animi præstantiam turpi dedecore macularẽt, in hũc modum alloquebatur: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Ac si diceret: Ne admittatis scelera, quibus spiritus sanctus instar hominis molestia affecti vos relinquat: reuocate ad memoriam esse vos in illo signatos in die baptismi. Et noster Exechiel eos tantùm ait fuisse à morte seruatos, qui fuerunt litera thau à viro lineis induto consignati. Omnia hæc in idem recidunt, & vnam eandemque rem meo quidem

Exod.12

Apoc.7.

Ephes.4.

dem iudicio significant. Agnus ille, cuius sanguine Israelitæ signabantur, vt vitam consequerentur, absque macula, & assus igne, cuius ossa non erant confringenda, vt literæ diutinæ in libro Exodi memoriæ prodiderunt, quid nisi Christum adumbrabat? Hoc voluit significare diuus Ioannes, aquila illa cœlestis altissimorum mysteriorum penetratrix, quando narrans non fuisse Christi crura in cruce fracta, subdidit: hoc factum fuisse, vt adimpleretur scriptura dicens: Os non comminuetis ex eo. Hic est agnus ille immaculatus, de quo dixerat Esaias: Quasi agnus coram tondente se obmutescet. Qui ait per Ieremiam: Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. De quo ait Baptista apud euangelistam Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic fuit igne amoris incẽsus, & acerbissimorum cruciatuum flammis assus, immolatus pro nobis in ara crucis, vt scelera nostra suo sanguine expiaret, nosque ad veram terram promissionis perduceret. Qui nõ fuerint eius sanguine insigniti, qui eius mortis nõ habuerint memoriam animis impressam, eam credentes, in eaque remedium nostrum collocantes, qui eius charactere, quem ipse nobis imprimit per baptismi sacramentum, qui character nõ est sicut in subiecto in animæ essentia, sed in eius potentia, non fuerint signati, vitam æternam nequaquam adipiscentur. Demus igitur operam, vt non solùm indelebili characterẽ sacramentali, sed etiam signo gratiæ simus consignati, si voluerimus, vt sic deo gratum obsequiũ nostrum. Huiusmodi erant in, quos seruator noster misit concionaturos, qui ideo erant septuaginta duo, qui erant velut sol mũdum illustraturi: cùm autem sol vigintiquatuor horis orbem suum perficiat, illi autem fidẽ ti quatuor: numera ter vigintiquatuor, moanies septuaginta duos. Hos signauit dominus fidei signo, & spei, & charitatis. Et qui in gratia signati migrant è vita mortali vitã immortalem consequuntur. Hoc signum habebant in anima impressum omnes illi, quos vidit in gloria diuus Ioannes pulcherrimus ornamentis magnificentissimè munitos. Id absque dubio est, quod ait hoc loco Ezechiel, illos solũ fuisse seruatos ad vitã, qui erant litera thau in frõtibus insigniti. Litera hæc thau est vltima hebraici alphabeti velut o mega alphabeti græci. Et quoniã ω est finis literarum, solẽt Græci per hãc literã finẽ significare. Vnde ait in Apocalypsi deus noster: Ego sum, α & ω. principiũ & finis. Et quõd ad modũ apud Græcos hæc litera ω significatur finis, quia est finis eorũ alphabeti, ita quoque litera thau apud Hebræos, quorum eorũ alphabeti est etiam finis. Accedit ad hoc, quòd ipsa litera thau significat finẽ & cõsummationem, vt in libro de nominibus hebraicis asserit diuus Hieronymus: omnes enim literæ hebraicæ suas habent significationes. Cùm autem Christus sit finis iuxta locũ quem modò citaui ex Apocalypsi, & iuxta id, quod ait D. Paulus in epistola ad Romanos: Finis legis Christus est, apertè concluditur eũ esse, quo debemus esse consignati. Hoc ipsum ait ille in Canticis Canticorum: Pone me vt signaculum super cor tuum. Ac si dicat: fige me in corde tuo tanquam scopum, quò tendãt omnia tela tuarum cogitationum, verborum, & operum. Hoc signũ est illud Lamasseach, quod Dauid præposuit vt titulũ multis in psalmis, pro quo septuaginta verterunt, in finẽ, innuentes fuisse psalmum illum compositum & cantatum in honorem Christi, eiusque gloriæ dedicatum, qui Christus finis est scopus, & signum in corde nostro. Si enim cor nostrum fuerit hoc signo impressum, si fuerimus Christi sanguine decorati, si eius mortis memoria ex animo nostra non exciderit, si eius charitatem in animo habuerimus sculptam: si hac imagine, hoc signo, hac litera thau, si denique ipso articulo constituti. Qui fieri potest, vt vitam consequamur, nisi eo, qui est vera vita, simus consignati? Hæc sunt insignia, quibus gloriabatur diuus Paulus, dicens in epistola ad Galatas: Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Hic, qui nos signat: Christus est, ita enim ait apostolus in epistola secunda ad Corinthios. Qui vnxit nos, deus est, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Signat autem nos non solùm character sacramentali, qui nunquam ex anima deletur, sed etiam gratia sua, quæ deleri potest, & amitti per peccatum: est enim gratia in anima sicut quædam forma habens esse completũ in ea, character aũtẽ, vt quædam virtus instrumentalis à Christi sacerdotio deriuata: vt grauiter & sapienter asserit in tertia parte D. Thomas, decus Aquini, & ordinis prædicatorũ fulgentissima gemma. Signat igitur nos Christus sua gratia, sua charitate, seipso, vt nos eripiat ab æterna morte, & vitã nobis muniat ad vitã immortalem consequendam. Ipse est signũ, quo debemus gloriari, etiam si videamus mortales impietatibus imbutos illi repugnare. Hoc enim prædixit apud Lucam iustus ille Simeon, cùm puerum Iesum brachijs tenẽt, in quo spẽ omnem suam locauerat, has voces emisit: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur. Signum est, quo debemus signari, sed

Ioan.19.

Iſai.53.

Ierem.11

Ioann.1.

Apoc.7.

Apoc.1.

Exod.12

Rom.10.

Cant.8.

Ioan.14.

Gala.6.

2.Cor.1.

Luc.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui à mundo contradicitur: ipse enim amat humilitatem, mũdus superbiam, ipse benignitatẽ mundus asperitatẽ, ipse honestatẽ, mundus incõtinentiã, ipse charitatẽ, mundus inuidiã, ipse pacẽ, mundus discordiam, ipse denique virtutem, mundus impietatẽ. Sed peribunt mũdi amatores, ipse vero, cui illi contradicũt, permanebit. Ita enim ait Esaias: Erit dominus nominatus in signũ æternũ, quod non auferetur. Et signũ ipsum æternũ cui cõtradicitur, ait: in psalmo cum patre loquens: Eripies me decontradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Diuus Cyprianus contra Demetriũ tractatu primo signũ hoc ad passionem & sanguinem Christi pertinere asseuerãter affirmat, illumque duntaxat saluum ac incolumẽ reseruari, qui fuerit Christi sanguine insignitus.

Esa. 55.

Psal. 17.

Quod nostram corroborat expositionẽ. Hæc est interpretatio viri lineis induti, & signi thau, & securium in manibus sex virorũ, quã existimo esse veram & germanam. Nos autem studeamus, vt semper simus Christo, eiusque gratia signati, ipsumq; Christũ amplectamur, atque tam firmo proposito teneamus, vt eius amorem nihil à nobis auferat, eiusq; memoriã ex animo nostro nulla vnquam deleat oblitio. Poteris per virũ lineis siue podere vestitum intelligere sacerdotem, qui instrumentaliter absoluit, & sacramenta gratiam conferentia ministrat. Qui etsi vita & exemplo candori lini non respondeat, nõ tamen eius sacrificiũ nocet alijs, sed illis: valet enim illius sacrificiũ ex opere operato, licet non ex opere operantis. Mali bona ministrantes se tantũmodo lædunt. Vt enim sax accensa sibi detrimentũ infert, alijs autem in tenebris lumen præfert: alios illustrat, seipsam verò vrit, & vnde alijs exhibet cõmodum, inde sibi præbet dispendiũ, sic sacerdos, qui fuerit vitijs coinquinatus, & lethalibus criminibus astrictus, sibi exitiũ machinabitur, sacramenta ministrans, alios aũt illustrabit. Et quãuis in sancto missæ sacrificio sieẽ in mortifero peccato celebrat, iudiciũ sibi manducat & bibit, impetrat tamen à Deo, quod pro offerẽtibus petit, similis procuratori captiuorũ, cui eorũ contẽplatione, pro quibus petit, large datur eleemosyna, cùm tamen ipsi pro se petenti nihil detur. Debet tamen sacerdos esse tanta virtute præditus, tanta charitate munitus, vt iudicent alij, quasi lumen aliquod ceteris extinctis eius sanctitatem elucere. Poteris præterea per literam thau mortem intelligere: cùm enim thau finis sit alphabeti, & mors finis sit vitæ, poteris meritò per eam literam interitum significare. Erit igitur sensus, vt moriantur, qui mortem non habent in memoria impressam, & viuant, qui cogitant, & memoria sæpenumerò reperunt, se esse morituros. In mortem incident æternam, qui mortis temporalis obliti ita degũt, ita se labibus peßilentibus contaminant, ac si nunquam essent è vita excessuri. Id vult ecclesia significare, cum feria quarta cinerum nos signat cinere & puluere, dicens: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuertoris. Hic cinis est thau Ezechielis, hæc est memoria mortis, quæ nunquam nobis debet excidere ex mente. In illius diei euangelio ait Christus, vt caput vngamur, & ecclesia nobis illud cinere vngit, tanquam pretioso & odorifero vnguento. Sunt, qui per literam thau intelligant crucem, asserẽtes literam hanc apud Hebræos crucem esse: sed longè fallũtur opinione, nullã enim habet crucis figurã: ita enim scribitur ת. Nisi dicant mutatos esse literarũ characteres apud Hebræos, & mansisse apud Samaritanos, nam diuus Hieronymus asserit sua ætate vsos fuisse Samaritanos cruce quadã loco huius literæ. Sed iam tẽpore diui Hieronymi ijdẽ erant characteres apud Hebræos, qui nunc sunt. Et si locus hic omnes has recipiat interpretationes, tamen prima mihi videtur literæ accommodatior, & diuini vatis instituto conuenientior, & ob diuinarum authoritatum consonantiam præstantior. Quare eam amplector, existimans non esse alias cum illa conferendas.

Simile.

Eimile.

2. Cor. 11

Matth.

Super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus. Hi signantur thau, & seruantur ad vitam, qui mundi scelera aduersus Deũ admissa deplorant, & ob ea mœrore afficiuntur. Væ illis, qui blasphemias in Deum videntes nõ solùm eas prætereunt, sed quod capitalius est, gaudio afficiũtur. Samuel planxit Saulem, & querula voce, qua suum significabat doloré, eius in Deum inobedientiam lamentabatur. Dauid aliorum scelera lachrymis prosequebatur, dicens: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam domine. Ieremias perfusus lachrymis, & totus deditus lamentis aiebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Diuus Paulus afflictionem suam ob Iudæorum cæcitatem, & in Deum impietatem & perfidiam iis verbis in epistola ad Romanos ostendit: Tristitia mihi magna est, & cõtinuus dolor cordi meo: optabã enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et in secunda ad Corinthios: Qui sumus in hac tabernaculo ingemiscimus grauati. Et Christus Deus noster videns ingratam ciuitatẽ, & flagitijs coopertã, quæ erat ob scelera, perfidiam que exitiandã, fleuit

Psal. 17. & 118.

Ieremias.

Similitudo.

2. Cor. 5.

Luc. 19.

fleuit super illã. Si Christus lachrymas fudit, si iniurijs affectus, vulneribus traiectus, ad mortem acerbissimam falsis criminibus vocatus, cum clamore valido & lachrymis preces Deo patri pro nobis obtulit, vt ait apostolus, cur nos non plorabimus? Cur delicias, voluptates, & falsam mundi gloriam quæremus? Pudeat membra, quibus caput suũ exhibetur inglorium, sectari gloriam, pudeat ardenter concupiscere fallacem & fugacẽ corporis pulchritudinem, cùm eius Deus fuerit affixus cruci vsqueadeo vulneratus, vt non esset ei species nec decor, de quo ait Esaias: Vidimus eũ, & non erat ei aspectus, & desideranimus eum: despectum, & nouissimum virorum. Intueamur caput nostrum spinis circundatum, & nõ optabimus membra fieri delicata. Deploremus mundi flagitia admissa aduersus deum nostrũ, vt super nos gementes & dolentes super cunctis abominationibus sit litera thau perpetuò sculpta. At nos contumelias in Deum iactas, & impia aduersus ipsum facinora præterm ittimus, si autem ipsi vel solo verbo vulneremur, statim excandescimus, & stomachamur, & in eos, à quibus sumus iniuria lacessiti, impetũ facimus. O cæcam nostram vanitatem, ò vanam cæcitatem, ò superbiam intolerandam! Christus Deus noster iniurias suæ humanitati illatas tolerantèr ferebat, eas autem, quæ diuinitatem directè respiciebant, nõ præteribat. Hinc effectum est, vt primas duas diaboli tentationes à diuo Matthæo relatas æquo animo ferret, & dæmoni placatè responderet, tertiam verò, in qua diabolus cultũ & obsequiũ diuinitati debitum sibi arrogare & assumere volebat, non tulit, quin potius tentatori durè respondit, dicens: Vade Satana: scriptũ est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Lege diuinas literas, replica annalium memoriam, inquire sanctorum patrum historias, & inuenies passim viros pietate illustres, animi magnitudine præcellentes, & diuina charitate præstantes, ob aliorum scelera, quibus Deus offendebatur, oculos suos conuertisse in viuarum lachrymarum fontes. Vt hydria aut ampulla liquore plena, si fuerit subitò reuoluta, liquoré fundit, sic pium cor lachrymarum plenum, si dolore moueatur ob illatas Deo contumelias, statim veluti à summo ad imum reuoluitur, vimque lachrymarum profundit. Ob iniurias in Deum iactas diluuium ex oculis emittunt iusti, suas autem moderatè & placatè tolerandas ducunt. Hæc est vera humilitas, hæc est Christiana philosophia se demittere & abiicere, Deum autem summis laudibus efferre, & magnificentissimis honoribus pro viribus extollere. Vt qui scaphaum aut cymbam perticis per fluuium ducunt ob flatus prosperi defectum, currunt per eam à prora ad puppim deorsum, vt ascendant sursum: reuertuntur retro, vt vltra progrediantur, sic nos si voluerimus ascendere sursum, descendamus deorsum per cordis submissionem & humilitatem, regrediamur retro per fragilitatis nostræ considerationem, vt in sublime progrediamur. Nam, vt ait Christus Deus noster, qui se exaltat, humiliabitur, qui se humiliat exaltabitur. Non ait: Qui corpus, aut vestes humiliat, sed qui se humiliat, qui cor suum, qui se ipsum abiicit & demittit. Debet enim humilitas esse vera, non ficta, more eorum, qui animi fingunt submissionem, vt alios fallant, & mundi gloriam aucupentur. Quemadmodum feræ prædam inuasuræ se inclinant, vt fortiore conatu in eam irruant, & insiliant, sic superbi & flagitiosi homines vasti & calidi se aliquando demittunt, & supplices gerunt, vt hac virtutis simulatione simplices decipiant, sibi dignitates acquirant, aliis verò excidium machinentur. Id voluit diuinus vates significare, cùm de superbo & impio loquens dixit: Inclinabit se, & cadet, cùm dominatus fuerit pauperum, vel, vt potest verti ex hebræo: Inclinabit se, & supplex curuabitur, vt fortius dominetur in pauperes. Nos non ait, sed veram animi submissionem amplectamur, eamque imitemur, qui ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Detractiones in vitam nostram immissas, ventos in nos excitatos, iniurias innocentiæ nostræ conflatas, quibus improbi contendunt bonorum virorum splendorem maculare, floremque virtutis infringere, dimittamus, & facilè illis condonemus, iniurijs verò Deo factis conemur resistere, easque lachrymarum crebritate deplorare, vt simus insigniti thau, suspiria educentes, & nos ipsos dolore lacerantes super abominationibus aduersus Deum perpetratis: quo mereamur vitam adipisci, vbi nullo dolore simus affecti, sed bonorum omnium copia cumulati. Diuus Augustinus libro secundo contra epistolam Parmeniani ita ait: Cùm idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quã dolor & gemitus, vt per illud signum, quod Ezechieli sancto reuelabatur, illæsi euadere ab eorum vastatione mereantur. Quæ verba sunt in sacros canones relata 23. quæsti. 4. Non potest esse.

Similitudo.

Hebr. 5.

Esa. 53.

Mat. 4.

Deut. 6.

Psal. 89.

Mat. 11.

Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatem sequentes eũ, & percutite. Non parcat oculus vester, neq; misereamini. Senem, adolescẽtulum,

C Sup. 7. 4. audi. 2. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

& virginem, paruulum, & mulieres interficite, vsque ad internecionem. Omnem autem, super quem videritis Thau, ne occidatis: & à sanctuario meo incipite. Cœperũt ergo *Sup. 8.f.* à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt: & percutiebãt eos, qui erant in ciuitate. Et cæde completa remansi ego, Ruíque super faciem meam, & D clamans animo: Heu heu heu, domine Deus: ergóne disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuũ super Ierusalem? Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor. Viam eorum super caput eorum reddam. Et ecce vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci, sicut præcepisti mihi.

Et illis dixit. Nimirum sex viris, qui vasa interitus manibus tenebant.

Audiente me. Pro quo paulò antè dixit: In auribus meis.

A sanctuario meo incipite. Hoc est, ab iis, qui in templo meo idola colũt. Vel à sanctuario, hoc est, à sacerdotibus & leuitis. Grauiùs peccat sacerdos, si in crimen aliquod incidit ob exemplum, & muneris obligationẽ, quàm laicus idem scelus admittens. Ideo diabolus voluit Christum in templum ducere, quia eũ *Mat. 4.* optabat ex pinnaculo præcipitare: maior enim est eorum ruina, qui in templo Dei sunt, hoc est, qui sacerdotio sunt aucti, quàm eorum, qui non sunt sacris initiati. Hunc Ezechielis sententiam profert alijs verbis in prima epistola *1. Pet. 4.* sua beatus Petrus, inquiẽs: Tempus est, vt incipiat iudicium à domo dei: Diuus Hieronymus expõens verba illa Malachiæ: Et purgabit filios Leui ita ait: Tempus enim est, vt iudicium à domo dei incipiat. Et alibi scribitur: A sanctis meis incipite. In filijs autem Leui omnem sacerdotalem intelligit dignitatem, Hæc ille. Quibus verbis per filios Leui, & per domum dei, & per sanctuarium dei sacerdotes intelligit. Habentur verba hæc. 50. distinct. ca. Et purgauit.

Malac. 3.

Cœperunt ergo à viris senioribus. Ideo excidiũ ortũ sunt à senioribus, quia illi non solùm grauiter Deum offendebant, quòd ipsi corrupti essent, sed etiam quòd alios corrumperent, nõ tantum modo peccato, sed etiam exemplo nocentes. Eam ob causam Deus pœnas ab illis ob execrabiliora delicta priùs expetiuit, quàm ab alijs.

Et dixit ad eos. Dixit Deus tenentibus manu secures.

Contaminate domum, & implete atria interfectis. Id est, polluite templum sanguine idolatrarum, & templi atria implete corporibus mortuorum. Hæc sunt tria illa atria, de quibus diximus capite superiore.

Egredimini. Nimirum à templo. Vbi in templo interfecerunt sceleratos idola colentes, præcepit illis Deus, vt egrederentur è templo, & in eos, qui erant in ciuitate, irruerent, & impetum facerent. Quod ita effectum est.

Remansi ego. Fuit enim Ezechiel signatus thau, quia hominum scelera aspiciens dolebat, & vehementer angebatur.

Ruíque super faciem meam. Præanimi dolore, tantæque cædis stupore. Cur ceciderit super faciem suam, non retrorsum, diximus suprà, verba illa capitis secundi explanantes: Et cecidi super faciem meam.

Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde. Sensus est: Ideo Iudæos grauissimè punio, inquit Deus, quia grauissima sunt eorũ flagitia: debent enim pœnæ esse delictis proportionatæ. Ita enim ait Deus in Deuteronomio: Pro mensura peccati, erit & plagarũ modus. Et in libro Sapientiæ: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Et per Esaiam: Ponam iudicium in pondere, & iustitiam in mensura. Vbi vides falsum esse Socratis paradoxũ omnia peccata asserentis æqualia esse, siquidẽ esset peccare tanquã transilire lineas. At perspicuum est, grauius esse patrem optimum vita priuare, quàm seruum pessimũ. In seruo enim occidendo minus peccatur: in patris verò cædæ detestabilius & capitaliùs nam violatur is, qui procreauit, is, qui aluit, is, qui erudiuit, is qui in dignitate constituit, is, qui ad honores & diuitias euexit. Eam ob causam pœna maior vni delicto debetur, quàm alteri. Asserebant tamẽ Stoici omnia crimina æqualia esse, quia existimabant, nullam esse vim, quæ homines magis à minoribus improbitatibus aceret, quàm si putarent, nullum esse in delictis discrimẽ.

Et re-

Et repleta est terra sanguinibus. Sanguines in diuinis literis scelera significant, iuxta illud *Psal. 50* psalmi: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Hoc est, eripe me à peccatis commissis, cui me subieci, & da mihi gratiam, ne illis amplius subiiciar. Vide hominis improbi miseriam, qui se vltra subiicit peccato. Nihil *Genes. 1.* est in mundo nobilius homine ad Dei imaginem & similitudinem creato, nihil vilius peccato, quoniam non est ens, sed priuatio entis. Quæ igitur conuenientia est, esse rem pretiosissimam rei omnium abiectissimæ subiectam? Ideo aiebat Dauid: Libera me de peccatis Deus Deus salutis meæ. Poteris per sanguines eædem intelligere, quam rex per nefarium scelus Vriæ parauit: vt sit sensus: Eripe me domine de flagitio, in quod impiè fateor incidisse, cùm Vriæ interitum machinatus sum: eõdona mihi huius cædis reatum. Vel sic: Libera me domine à pœna ob Vriæ mortẽ mihi debita. Vnde viri sanguinum illi vocantur, qui alios vocant ad interitum, de quibus ait psalmographus: *Psal. 25* Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. Homines humano sanguine cruenti plerunque crudeliter occiduntur. Habere manus sanguine plenas dicitur de homicidis, *Esa. 1.* iuxta illud Esaiæ: Manus vestræ sanguine plenæ sunt, etiam si possit illud rectissimè de Christi sanguine intelligi, quem petierunt *Mat. 27.* Iudæi dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Potest igitur hic Ezechielis locus ita explanari. Repleta est terra peccatis. Vel, repleta est Hierosolyma cædibus & homicidijs. Vel sic: Repleta est Iudæa hominum immanium, interitum innocentibus machinantium. Paraphrasis chaldaica per sanguines intelligit homines dignos morte, quibus Deus & si pro sua singulari lenitate diuturnam sæpenumerò concedat impunitatem, aliquando tamen iram suam ostendit ad iudicia exercenda, atq; ad vim seueritatis suæ apertissimè declarandam. Existimo tamen per sanguines hoc loco homicidia significari, qui bus plena erat Hierosolyma. Manasses enim sanguinem innoxium fudit, & vt verbis vtar diuinæ scripturæ, impleta est Ierusalem sanguine vsque ad os. Sed quid cito locum vnũ? *4. Reg. 21* Lege vetus testamentum, præsertim libros Regum & Paralipomenon, & inuenies passim viros pios & iustos fuisse ab impijs & flagitiosis per summum scelus crudeliter tru- *Mat. 23.* cidatos. Id illis obiiciebat saluator noster dicens apud Matthæum: Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Et diuus Stephanus, vt refert in Actis apostolorum diuus Lucas, in oratione, quam habuit apud Iudæos, ait: Quem prophetarum non persecuti sunt patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti. Et diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Lapidati sunt, secti sunt, *Hebr. 12.* tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Vt aquilarum pennæ aliarum auium pennas suo tactu corrumpunt, sic potentes & magnates Iudæorum, crudelitate & impietate sua debiles & innocentes ad excidium vocabant: & potentia sua impiè abutebantur. *Simile.* Vt magna flumina, cùm extra alueum diffluunt, & propter impetuosam aquarum alluuiem & inundationem diffunduntur, vix possunt agros implere, & vndis obruere, quin illis noceant, & messes euertant, sic magnæ diuitiæ, potentiæ, & dignitates cùm crescũt impetu apud impios, & inundant, vix reipublicæ campos operiunt, quin eos lædant, debillum opes eradicent, & innocentium sanguine fossas impleant, & secum quicquid inuenerint, rapiant: vnde procedunt cædes, clades, itrages, & multorum calamitates & detrimenta. Sed illi præcipuè, qui talia inferunt alijs, sibi ipsis nocent, & nescientes interitum conflant, quoniam cùm alios vulnerant in corpore, suam animam interficiunt. Ipsi ruunt in perniciem voluntariam, & sibi ipsis æternam mortem moliuntur, cùm alios opprimunt iniurijs, innocentes autem, qui eas propter deum toleranter ferunt, æternam gloriæ coronam adipiscuntur. Quemadmodum *Simile.* si quidam ira commotus, & excandescentia perturbatus volens alium occidere, in eum iaceret pretiosas gemmas & margaritas, & ingentis pretij monilia, nullum illi inferret detrimentum, qui pretiosa illa colligebat, sibique obseruabat: ita tyranni volentes viros pietate & charitate præstantes lapidibus obruere, & ferro ac flamma vita priuare, eos calamitatibus & varijs martyrij generibus premunt, quibus rebus illi gloriantur, & diuescunt, & tolerantia muniti, omnes contumelias, quas æquo animo propter deum ferunt, pretiosas & inæstimabiles diuitias esse rectè arbitrantur. Huiusmodi erant Christi martyres, qui cùm raperentur ad supplicium, ita læti progrediebantur, ac si ad excellentissimum variarum epularum conuiuium ducerentur.

Et ciuitas plena est auersione. Hoc est, defectione à deo. Qui idola colunt, à deo deficiunt, seque amore creaturarum à creatoris amore auertunt: & ita se ipsos in anima occidunt. Vnde in prouerbijs ait Salomon: Auer- *Prouer. 2* sio paruulorum interficiet eos. Paruulos vocat defatios homines, qui adeò stulti sunt, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter res fluxas & fugaces velint amittere
Ioan. 14 æternas & immortales, & deum, qui vita est, re
linquentes, in mortem irruant æternam. Po-
test tamen locus ille ita conuerti in Latinum
sermonem ex Hebræo: Otium ignauorum il-
los occidet. est enim turpe otium infinitorum
malorum causa.

Dereliquit dominus terram. Hoc est, mortalia non curat. Hoc dicebant infideles Iudæi, qui à deo defecerant.

Viam eorum super caput eorum reddam. Id est, dabunt mihi pœnas suorum scelerum. Omnis eorum iniquitas & impia viuendi ratio in eorum caput redundabit. Iuxta eorum maleficia eos castigabo.

Et ecce vir qui erat indutus lineis, &c. Hoc est, his gestis dixit Christus deo patri: Mandatum tuum confeci, & opus absolui. Qui occiderant alios, non tale referunt, quia nuntiũ erat mœroris. Christus securim manu non tenebat, non enim venit in mundum vt occideret, sed vt vitã tribueret. Ego veni, inquit
Ioan. 10 ille apud Ioannem, vt vitam habeant, & abun-
Ioan. 12. dantius habeant. Et rursum: Non veni, vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. Id, quod hic ait: Feci sicut præcepisti mihi, ait etiam his verbis apud Ioannem: Ego te clari-
Ioan. 17. ficaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Fuit enim, vt ait apo-
Phil. 2. stolus, obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Si Christus non venerat, vt occideret, sed vt occideretur, vt eius sanguine nos vngeret, & signaret, & redimeret, non decebat portare gladium aut securim, sed atramentarium, quo nobis suum scriberet cha-
Luc. 2. racterem, nosque in libro vitæ describeret. Ideo eo tempore voluit nasci, quo describebatur vniuersus orbis, quia ille veniebat in carne, qui nos in æternitate describeret. Id docuerunt diuini vates, cùm Messiæ aduentum non in rigore & seueritate, sed in misericordia & veritate futurũ esse prædixerunt. Dauid diuino spiritu afflatus dei filium vnigenitum in hunc modum alloquitur: Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Hanc sententiam confirmat Deus pater, dicens in eodem
Psal. 88. psalmo: Veritas mea & misericordia mea cũ
Esa. 16. ipso. Esaias item, præparabitur, inquit, in misericordia solium eius. Vnde Zacharias
Luc. 1. has voces emisit: Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos, ad faciendam misericordiam cũ patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Et virgo dei genetrix: Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Cæterum hoc Ezechielis loco ostendit Deus iustitiam & misericordiam, iustitiam in occisis, misericordiam in reseruatis, iustitiam in securibus, misericordiam in signo thau.

Annotationes ex Hebræo in caput nonum.

Appropinquauerunt visitationes vrbis. Pro visitationibus est in hebraico פקודות pecudduth, à verbo pacad, quod significat visitare, vt in psalmo: Deus virtutũ cõuertere, re-
Psal. 79 spice de cœlo, & visita vineã istam. Significat etiam punire, vt Num. 14. Qui visitãs peccata patrum in filios. Significat quoque recordari. Et ita vertunt nonnulli illud Zachariæ: Visitauit dominus exercituum gregem suum. Pro quo Thargum habet: Recordatus est dominus virtutum populi sui. Eodem modo interpretatur locum illum Geneseos: Visitauit dominus Saram. Significat præterea scrutari, vt apud Iob: Quis poterit scrutari vias domini? Quasi dicat, nemo. Potest etiam verti: Quis super eum visitabit vias eius? Aut dicit: Quis maior deo eum corrigere poterit? Significat demum præficere. Vnde pacid significat præpositum & præfectum, vt 4. Regum 25. Qui erat præfectus super bellatores viros. Ideo pecudduth significat vrbium præfectatus, & ipsos præfectos. Eam ob causam hic Ezechielis locus poterat ita transferri: Appropinquauerunt præfecti ciuitatis. Ita tisitulit Pagninus. Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Appropinquauerunt constituti super ciuitatem. Hi impios trucidarunt, pios autem superstites reliquerunt. Tales debent esse iudices, & prætores, & cæteri iustitiæ ministri: versatur enim iustitia in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, & denique in remuneratione & animaduersione: quam ob causam legislatores præmia proponunt virtutibus, & supplicia vitiis. Hac ratione ductus Solon Athenienſium legislator rempublicam duabus rebus dixit cõtineri, præmio & pœna. Hæc est legum summa. Archidamus interroganti euidam qui nam essent Spartanæ ciuitatis præfecti, respondit: leges, ac legitimi magistratus. Ciconiæ serpentes dilacerat, & animalia venenata excauernis extrahit, & interficit, qua in re hieroglyphicum est iustitiæ, quæ in homines sceleribus imbutos animaduertit, & eos, qui vitus flagitiorum suorum in alios infundunt, grauiter punit. Habet etiam hæc ales proprietatem hanc, vt parentes senectute defectos vicissim alat, & volandi potestate priuatos humeris suis gestet: qua in re pietatis symbolum gerit. Vide de ciconia Plinium libro 10. cap. 23. Isidorum libro de natura auium, & libro 12. etymologiarum cap. 7. Crinitũ li. 4. ca. 13. Pierũ Valerianũ in hieroglyphicis. Quibus in locis huius alitis bellũ aduersus serpentes & venenata reptilia, & pietatẽ erga parentes videbis. Eam ob causam colebãt veteres sapientes super regũ sceptris imaginẽ sculpere ciconiæ, vt refert Suidas, inuentes debere principes, & qui respublicas gubernãdas susceperunt, iustitiã & misericordiam colere, improbos punire, & in viros pietate & virtute præditos beneficia conferre. At nunc multi iudices & rectores, & cæteri iustitiæ ministri, vt ea adipiscantur, quæ cupiunt, iustitiam omnem peruertunt. Quid refert esse regem iustitia præstantem, si eius famuli iustitiæ administratores sunt auari, & iniusti, & immensa cupiditatis stimulis concitati? Vt statua
Simile. Nabuchodonosoris, etsi caput haberet aureum, ruit tamen, & fuit penitus confracta,
Deut. 2. quia pedes habebat luteos, qui cum fuerunt lapide tacti, totam machinam euerterunt: sic iustitia cadit sæpenumero, quia etsi princeps qui recte caput appellatur, sit iustus, & ex auro virtutis veluti conflatus, administratores tamen iustitiæ ficiles sunt, terram & lucrum intuentes, & muneribus ac largitionibus mouentur, ob quarum cupiditatem vendunt sententiam, & præcipitant iustitiam: & tacti lapide aliquo pretioso, monili aureo, vasibus auro fulgentibus, cælato auro, & argento, magna pecuniarum copia, aut alijs huiusmodi muneribus omnia iura diuina atque humana peruertunt. Et quamuis hoc ita se habeat, credo tamen multos esse iustitiæ minis
tros rectos, & iustos, viam ad certam rationem normam dirigentes, momenta officiorum perpendentes, iustitiam vitiorum expulsricem nulla in re violantes. Sed ego in illos inuehor duntaxat, qui veri iuris, germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullã tenent, vmbra tantùm vruntur, quam vtinam sequerentur: sunt enim nonnulli non solùm à iustitia, sed etiam à iustitiæ vmbra alienati. At his, de quibus loco hoc agit Ezechiel, qui appropinquauerunt vt vbi præfecti, iustitiam simul cum misericordia recte exercuerunt.

Et vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Pro vase est in Hebraico כלי cele, quæ dictio præter ea, q̃ diximus in explanatio
Gene. 27 ne arma etiam significat: vt Gen. 27. Sume ar
Gene. 49 ma tua. Et cap. 49. Vasa iniquitatis bellantia. Ideo poterat verti locus hic: Et vnusquisque tenebat manu arma ad interficiendum: sique interfectionis: pro quo est in Hebraico

שבר מחתו maxcheihu, à verbo xachath, quod significat interficere, disperdere, delere, & corrumpere. Id, quod ait Oseas, aut potiùs: Deus per illum: Perditio tua Israel, tantummodò in
Ose. 13. me auxiliũ tuum: potest verti ex Hebræo: Perdidit te ò Israel, & subauditur, vitulus, vt sit sensus: Vitulus quẽ coluistis ò Israel, te euertit, ego sum, qui tibi possum ferre opẽ, & mittere auxilium, non autem idola tua. Hunc locum ita transtulit paraphrastes Chaldæus: vt dicat dominus: Quando tu ò populus Israelitice perdebas opera tua, dominabantur tibi gentes, quando verò reuertebaris ad legis obseruantiam, ego tibi eram auxilio. Colens idola vincebaris, colens meipsum reportabas victoriam. Et vbi ait scriptura libro quarto Regum abstulisse Iosiam idola, quæ erant ad
4. Re. 23 dextram partem mõtis offensionis, pro offen
sione est eadem dictio, quæ hoc loco apud Ezechielem. Et pro offensione poterat verti, perditio, seu interfectio, seu destructio. Ita enim appellabatur mons Oliueti ob idololatriam, quæ ibi exercebatur. Nam explicare volens Thargum, quis esset mons ille perditionis seu offensionis, montem olimarum transtulit, qui hominibus perniciem molichatur, eorum animas perdens ob idolorum cultum. Ita etiam appellat Ieremias Ba-
Ierem. 51 bylonem, quæ erat hominum contaminatrix ob idololatriam, & varia vitiorum genera, quibus se homines coinquinabant. Nam capite 21. vbi diuinus vates inuehitur in Babylonem, vaticinans de eius excidio, & euersione, pro eo quod nos habemus: Ecce ego ad te mons pestifer, est in Hebraico nomen hoc maxchuth: quam ob causam potest etiam conuerti: Ecce ego aduersus te mons perditionis, seu interfectionis, seu corruptionis. Quãquam Babylon erat in planitie sita, teste Strabone libro primo, & Herodoto libro etiã primo, tamen vocatur mons perditionis ob scelerum magnitudinem: quam ob causam eã interpres Latinus montem pestiferum meritò appellauit. Et Esaias eã montem vocauit caligi-
Esa. 13. nosum. Et noster Ezechiel gladios seu secures, quibus scelerati fuerũt interfecti, vasa vocat interfectionis. Et paulò post repetens eandem sententiam ait: Et vnusquisque vas interitus in manu eius, vbi pro interitu non maxchith, vt antea, sed mappatso posuit. Est enim à verbo napats, quod significat conterere, frãgere, dispergere, allidere, vt in psalmo: Beatus
Psa. 136. qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Ac si dicat: Beatus ille erit ò ciuitas Babylõ, qui filios tuos paruulos, qui infantes tuos crudeliter occiderit. Prædixit Psalmographus calamitatẽ, quæ posset fuerãt Babylonij

Universidad de Deusto
Biblioteca

oppressi, cùm eos Cyrus euertit,& occidit,& in acerbissimos cruciatus adduxit,eorum filios à lumbis & pectoribus matrũ auulsos ad duros lapides comminuens,vt ad eos allisi immaniter interficerentur.

Atramentariũ scriptoris ad renes eius. Aquila eodem ferè modo trãstulit:ita enim habet: Atramẽtariũ scribæ ad lõbos eius. Symmachus vertit: Tabulas scriptoris habet in renibus suis. Tabulis quondam pro libro vtebantur scribæ. Hic est liber, quem habet Christus, in quo sunt scripti viri ad gloriam prædestinati. Est enim ex vsu scripturarum perspicuum, esse apud Deũ librũ quendam vitæ,de quo aiebat Moyses: Aut dimitte eis hanc noxam,aut dele me de libro,quẽ scripsisti. Et Psalmographus,Deleantur de libro viuentium,& cum iustis non scribantur. Et Christus Deus noster Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et de hoc libro intelligunt nõnulli id, quod Christus ait in psalmo: In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Et in Apocalypsi ait diuus Ioannes: Qui nõ est scriptus in libro vitæ, missus est in stagnum ignis. Est autem hic liber diuina præscientia. Vt in speculo apparẽt formæ sensibiles,sic in libro relucent veritates intelligibiles. Vnde diuina præscientia, in qua relucent omnes veritates, liber vocatur: in quo legerunt diuini vates, & Christi discipuli, quorum mentes Deus diuinæ scientiæ splendore illustrauit, & diuino amore mirabiliter incendit, vt in corporibus humanis vitam cœlestẽ imitantes futura prædicerent, & in suis moribus & actionibus diuinæ bonitatis effigiem quodam modo adumbrarent. Apparet Christus cum libro, vbi suos scribebat: ideo iuxta Symmachi versionem librum portat, siue tabulas scriptoris, & iuxta nostram editionem atramentarium ad renes. Pro quo septuaginta interpretes habent: Et zona sapphiri super lumbos eius. Est autem sapphirus lapis pretiosus colorie aerij, aureis punctis collucẽs:de quo agit Plinius lidro 37. Et hic lapis erat in ornamẽtis principis sacerdotum vt in Exodo diuinæ literæ testantur, nimirum in rationali quadrato, in quo erant duodecim lapides cum nominibus filiorum Israel. At zona summi sacerdotis legalis non erat sapphirina, sed erat cinctorium quoddam opere plumarij, siue baltheus, de quo in Exodo multa dicuntur. Hic baltheus erat in similitudinem pellis colubri, qua exuit senectutem, polymita arte distinctus, vt asserit diuus Hieronymus in epistola ad Fabiolam de veste sacerdotali. At baltheus hic,quo erat Christus succinctus, sapphirinus est, & longè pretiosissimus: vt ostenderetur multò esse præstantius Christi sacerdotium legali illo & Aaronico:nam legis sacerdos offerebat vitulos, Christus autem obtulit seipsum, nobis corpus suum sacratissimum, & sanguinem pretiosissimum sub speciebus panis & vini relinquens, & se in crucis ara pro nobis hostiã deuouens ac cõstituens. Fuit enim,vt dicitur in psalmo,sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. Significat quippe Melchisedech regẽ iustitiæ, qui rex erat Salem, quæ pacẽ sonat,iustitia enim & pax osculatæ sunt. Et erat sine patre & matre: quæ omnia Christo cõueniunt. Ipse enim est rex iustitiæ & pacis, sine matre secundum generationem diuinam æternitatis,de qua dixit Esaias: Generationem eius quis enarrabit? sine patre verò secundũ temporalem ex immaculata semper virgine Maria absque virili operatione. Adumbrauit præterea Melchisedech Christũ Deũ nostrum, quòd panẽ obtulit & vinũ in signũ sacramẽti eucharistiæ,quod Christus erat cõstituturus. Ideo non zona opere plumarij cõtexta præcinctus apparet sacerdos noster secundum ordinem Melchisedech, sed zona sapphirina pretiosa. Ea illum vidit indutum & præcinctum diuus Ioannes, dicens in Apocalypsi: vidi in medio septem candelabrorũ similem filio hominis vestitum podere,& præcinctum ad mamillas zona aurea. Significat autem zona aurea dignitatem non solùm sacerdotalem,sed etiam regiam, de qua dixerat regius vates: Dominus regnauit, decorẽ indutus est, indutus est dominus fortitudinem,& præcinxit se. Et alibi: Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion monte sanctum eius. Aspicis igitur Christum regem esse & sacerdotem, indutum lineis,& sapphirina zona præcinctum.

Et gloria Dei Israel. Pro Deo est in Hebraico אלהי elohe in regimine. Dictio est elohim,quæ Deum significat, vt Genesis primo: In principio creauit Deus cælũ & terrã. Elohim est in plurali,& ferè semper in eo numero inuenitur, vt trium personarum in diuinis designet distinctionẽ. Significat etiã angelos,vt in psalmo. Minuisti eum paulominus ab angelis. Pro quo quidam verterũt: Minuisti eũ paulominus à Deo. Sed quorsum opus est recedere ab ea translatione, quam sequitur diuus Paulus apostolus in epistola ad Hebræos, vbi hunc locum de Christo interpretatur, qui ratione humanæ naturæ minoratus est ab angelis. quæ translatio est ecclesiæ authoritate confirmata? Imò Dauid Kimhi insignis inter Hebræos commentator sequitur versionẽ septuaginta interpretũ, quã diuus Paulus

citat,& exponit, & quam ecclesia comprobat & confirmat: testatur enim hic rabbinus positum esse hoc loco elohim pro angelis. Eodem modo in alio psalmo: In conspectu angelorum psallam tibi. Præterea significat iudices: vnde id, quod est in libro Exodi: Quòd si dixerit seruus: Diligo dominum meum, & vxorem,ac liberos,non egrediar liber:offeret eum dominus dijs. Poterat verti: Offeret eum dominus iudicibus, & ita habet Chaldæa paraphrasis: nam pro dijs in hebraico est elohim. Eodem modo id, quod est capite sequente: Dijs non detrahes. transferri potest: Iudices non vulnorabis maledictis. Et rectè quidem in versione nostra pro iudicibus posuit Latinus interpres deos, quoniam debent iudices iustum deum in terris modo suo repræsentare: nam iustitia legis vtique finis est, lex iudicis opus, iudex imago quædam Dei est vniuersa gubernantis. Hanc autem imaginem cõsequitur iudex non Phidiæ, & Polycleti industria,sed iustitiæ exercitatione,quæ hominum vitæ apposita veluti fabrile læuigatorium quod rectum est,non contingit, quod verò tumens, & nodosum,& superuacaneum est,recidit. Cùm igitum elohim significet deum,quid mirum si iudicem dei imaginem quandam repræsentantẽ significet? Sed cùm in literis diuinis Deus multis nominibus vocetur, illud est aduertendum,elohim significare Deum iudicem,vt puuit,& flagitiosos vlciscitur: deriuatur enim à verbo alah, quod maledicere, & execratoriè iurare,& vlcisci significat. Quam ob causam hoc loco Ezechiel inducens Deum aduersus Iudæos iratum, præcipientem viris vasa interitus manu tenentibus, vt per mediam Hierosolymam transirent,omnesque interficerent,qui non essent litera thau signati,eũvocat elohim, Sed dices: Qui fieri potest,vt elohim deum significet iudicem, & vindicem, cùm in mundi constitutione Moyses eum asserat sub nomine elohim? Ita enim ait: In principio creauit elohim cœlum & terram. Ibi enim creationis meminit scriptura,non vltionis. Huic obiecti oni respondendum existimo, ideo Moysem deũ hoc nomine appellasse, vt Dei timorẽ & prouidentiam cum creatione conculcaret:ac si diceret: Res, quas videtis, ille produxit,qui non solùm rerum, sed etiam punitionum est author: qui potest malè gesta punire. Ille,qui res omnes creauit, in eos grauiter animaduertet, qui illis fuerint intemperanter abusi. Ita nodum hunc soluit in suis commentarijs in Genesim Hieronymus ab Oleastro, qui elapsis diebus obijt suum diem non sine multorum dolore. Fuit eius mors luctuosa suis,acerba patriæ, grauis viris doctis, cùm viderint è vita migrare virum sapientia, & eruditione & Christiana pietate præstantem, & eximium quoddam ordinis prædicatorum ornamentũ. Primum Dei nomen est El, secundũ Elohu & Elohim, tertium Tsabbaoth,quartum Helion, quintum Aserihie, sextum Adonai, septimum Ia, octauum Iehouah, nonum Saddai. Habet etiam deus multa alia nomina, de quibus vide Martinum Cantapetrensem virũ hac nostra ætate eruditissimum libri secundi capite secundo suarum hypotyposeon,quem librum edidit Salmanticæ,vbi sacrorum bibliorum tribus in linguis primarius est,ac perpetuus interpres.

Ciuitas repleta est auersione. Pro auersiõe est in hebraico משׁתה mũttheh. àverbo נטה natah quod significat auertere,declinare,& peruertere. Hac ratione adductus Pagninus transtulit: Ciuitas plena est peruerso iudicio.

ARGVMENTVM CAPITIS. X.

Repetit visionem,quam primo capiti mandauit,animalium,rotarum viuentium, firmamenti super capita cherubim,& throni sapphirini super firmamentum. Et in signum euersionis Hierosolymæ ait se vidisse virum è medio rotarum & animalium prunas accipientem, quibus erat ciuitas comburenda.

CAPVT X.

ET vidi, & ecce in firmamento, A quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis solij apparuit super ea. Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubim, & effunde ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo: cherubim autem stabant à dextris domus, cùm ingrederetur vir & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper cherubim ad limen domus, & repleta est domus nube. Et atrium repletum est splendore gloriæ domini, & sonitus alarũ cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox dei omnipotentis loquentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO.

Et vidi, & ecce in firmamento. Hæc visio fuit imaginaria: spiritu enim ea vidit, quę sequuntur: nimirum thronum siue solium, quod videbatur constare lapide sapphirino, quemadmodum in fine capitis asseuerat, & firmamento sub throno, &c. quæ in huius capitis discursu licet videre. Et licèt primo capite dictū fuerit esse firmamentum instar aspectus terribilis et ystalli, hic autem dicatur firmamétum super caput cherubim, quasi lapis sapphirus: facilè tamen hic nodus dissoluitur: nam hæc verba: quasi lapis sapphirus, referuntur ad solium, non autem ad firmamentum. Quid autem per firmamentum, & solium, & sapphirum, & animalia & rotas intelligatur, ostendimus copiosè, nisi me fallit opinio, primo capite.

Quod erat super caput cherubim. Quæ primo capite appellat animalia, vocat hoc loco cherubim: vt ostendat animalia illa cœlestia esse, & mysteria per illa significata res omnes naturales superare. Sed quare hic, non autem primo capite appellat ea cherubim? Ratio est, quia hic erat prophęta diuino splendore pleni⁹ illustratus: & quantò propiùs ad visionem accedebat, tantò illi mirabilior videbatur. Quò enim homines magis illuminātur, eò illi Christi mysteria sublimiora videntur. Vt pretiosa monilia ex purissimo auro confecta, magno artificio subtiliter elaborata, quò propiùs accesseris ad illa, & attentiùs atque clariùs aspexeris, politiora & præstantiora iudicabis, ita tibi ad arcana diuina propiùs accedēti, eaque splēdidiore animi puritate, & clariore diuinæ gratiæ luce contemplanti sublimiora in dies & illustriora videbuntur. Opus est quidem diuina reuelatione, nam absque ea nihil proficies.

Simile.

Psal. 118. Id intelligens regius vates canebat: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Nam qui pestilentibus animi labibus contaminatus, vitijs constrictus, & scelenbus imbutus voluerit proprio fretus ingenio, solùm viribus suis diuina mysteria inuesti, & in eorum admirabilem splendorē mentis aciem dirigere, & altissima arcana percipere, & penetrare, operam perdet & industriam, & in erroribus intolerandis versabitur. Ideo aiebat David: A mandatis tuis intellexi. Ac si diceret: Postquam domine madata tua seruaui, maximarum rerum intelligentiam acquisiui. At qui voluerit propriis viribus fisus se altiùs erigere, & efferre, seipsum amittet. Vt enim accipiter tūc perditur, cùm fretus alis vult volare ex celsiùs, & extolli in sublimius, sic vani homines tunc labuntur, cùm volunt solo humano

Psal. 119

Simile.

ingenio alta dei mysteria percipere, ac sempiternas illius maiestatis consilia & dispositiones propriis sensibus, & humanis cogitationibus comprehendere tentant. Ideo ait in epistola ad Romanos diuus Paulus: Noli altum sapere, sed time. *Rom. 11.*

Et quasi species similitudinis solij. Sensus est: Et sapphirus ille referebat similitudinem throni super firmamentum imminens cherubim. Ideo ait: Apparuit super ea: hoc est super firmamentum & cherubim.

Et dixit ad virum. Nimirum ille, qui sedebat in throno sapphirino, per quē deus pater intelligitur, vt primo capite explicuimus. Alloquitur igitur pater filium suū vnigenitū per virum indutum lineis significatum, vt ostendimus capite præcedente. Species gloriæ domini quæ primo capite apparuit Ezechieli in firmamento super capita animalium, fuit superiore capite translata de cherubim ad templi limen: nunc redit ad firmamentum, non multò pòst inde recessura. Cùm autem esset in throno super firmamento, alloquitur virum lineis indutum.

Imple manum tuam prunis ignis. Nam dictū fuit capite primo. Aspectus animalū quasi carbonum ignis ardentium. Et paulò pòst: Hæc erat visio discurrens in medio animalium: splēdor ignis, & de igne fulgur egrediens.

Effunde super ciuitatem. Subaudi, Hierosolymam. Significauit deus esse Hierosolymam incendio flagratoram, & ob eius scelera penitus delendam. Aduerte. Vir ille lineis indutus, & sapphirina zona præcinctus, per quem Christus intelligitur, vetus sacerdos, & vetus iudex, qui capite præcedente signauit thau electos suos, vt eripta à morte vitam immortalem consequerentur, nunc mandatum accipit à patre perdendæ ciuitatis, quoniā qui primo aduentu venit ad vitam tribuendā, in secūdo veniet ad iudicandum, & impios ad ignem inextinguibilem damnandum, vbi in æternum crucientur. De primo aduentu ait ipse Christus apud Ioannem: Nō misit deus filium suū in mundum, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et iterum: Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiùs habeant. Et apud Matthæum: Discite quid est, misericordiam volo, non sacrificium. Id autem, quod ait idē Christus apud Ioannem: Ego in iudicium veni in mundum: Et: Nunc iudicium est mundi, intelligitur nō de iudicio iniquorum, sed iniquitatū: non de damnatione scelcratorum, sed scelerum. De secundo verò aduentu ait Esaias: Ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma

Ioan. 3. *Ioan. 12.* *Matth. 9.* *Esai. 66.*

Psal. 9. flamma ignis. Et psalmographus: Parauit in iudicio thronum suum: ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Et rursus: Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Et diuus Paulus ad Timotheum scribens: Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos. Et si primo aduētu venit in humilitate, tamen in secundo veniet in maiestate: ipse enim ait apud Matthæum, de die vltimi iudicij loquens: Plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientē in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate. Et rursum: Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ad eum omnes gentes. Et paulò pòst: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Aspicis igitur, non esse inconueniēs eundem virum lineis indutum & vitam tribuere, & ad mortem damnare: si ad duos eius aduentus volueris reuocare rationem. Potest etiam hæc duo de primo aduentu intelligere: nam Christo adhærentes vitam receperunt, eum autem subsannantes impegerunt in illum: quam ob causam fuerunt in æternas pœnas relegati. Id prædixerat his verbis Esaias, loquens de Messia: Erit vobis in sanctificationem in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel. Hoc etiam contestatus est apud Lucam pius ille senex Simeon, cùm amplecteus puerum Iesum, tenens eum brachijs, ore, & animo, dixit: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum. Loquens diuus Paulus de Iudæis illis, qui Christum recipere noluerunt, alludit ad hunc Esaiæ locum, dicens: Offenderunt enim in lapidem offensionis. Et Dominus IESVS apud Matthæum: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Dicitur autem Christus petra scandali occasionaliter, vt ita loquar, quoniam impij ex mera malitia sumebāt ex sanctissimis Christi verbis & factis spiritualis ruinæ occasionem. Vt claros sanctiùs oculos habentes à solis splendore lumen recipiant, à quo qui egrotatione laborāt, offenduntur, sic viti pietate præstantes luce illa diuina, quæ ait: Ego sum lux mundi, illuminabantur, qua impij & flagitiosi in maiorē animi excitatem & ægritudine incurrebāt. Calx, & gagates lapis authore Plinio aqua incēduntur, qua omnia refrigerantur. Ita Christo deo nostro, aqua illa cœlesti, de qua ait per Ezechielem deus pater: Effundam super vos aquā mundam, qua pij sitim rerum humanarum extinguebant, & animarum refrigerationem cō-

Psal. 7. *2. Tim. 4* *Mat. 24* *Mat. 25.* *Simile.* *Esai. 8.* *Luc. 2.* *Rom. 9.* *Mat. 21.* *Simile.* *Ioan. 8.* *Simile.* *Isai. 36.*

parabant, impij Iudæi odio inflammabantur. Ardebant in agnum innocētem eorum furiæ, ipsique ira incensi, atque stimulis inuidiæ cōcitati illum ad excidium crudelissimum vocarunt, etusque splendorem penitus extinguere voluerunt. At hæc pernicies in eorum peccata redundauit, nam fuit eorum ciuitas euersa, & igne consumpta, & ipsi in perpetuā ignominiā volatu, & in inferno in æternum sepulti. Intueris igitur posse duo hæc, nimirum vitam & mortem de gratia & obstinatione in primo Christi aduentu explanari: vita significata fuit per signum thau, mors autem per ignem, de quo agitur hoc loco. Poteris nihilominus per hunc ignem charitatē intelligere: ignis enim, quem Christus misit in terram, amor est, quo hominum corda incēdere volebat. Hic est ignis ille, de quo ipse ait apud Lucā: Ignē *Luc. 12.* veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Vaticinatus fuit Ezechiel capite præcedente de salute electorum, quos Christus signauit, nunc vaticinatur de eorum cha-ritate, qua eos Christus incendit, vt possent in obsequio diuino permanere, & variis mundi, dæmonis, & carnis tentationibus fortiter ac firmiter obsistere. Vt olla dulci liquore plena, si vi ignis agitata ferbuerit, muscas abiget, & longius fugabit, tūm autem frigauerit, muscas recipiet, quæ in illam statim ingredientur, sic cor igne charitatis inflammatum tentationes superuolantes non admittit, quin potius propellit, & longiùs amouetur. Languidum & remissum frigescit, est omnibus tentationibus patulum & apertū, & sic muscarum & malarū cogitationum reconditorium & domicilium. Præterea per ignem ira significatur, vt apud Ieremiā: Ignis succensus est in furore meo. Christus autem in corda electorum ignem, hoc est iram aduersus scelera immittit, & vult, vt cōtra illa pugnemus. Ipse enim ait apud Mat- *Mat. 10.* thæum: Non veni pacem mittere, sed gladium. Quid est hoc? Nonne Christus Deus noster docuit pacem? Docuit quidem. Imò ad hoc venit in mundum, vt pacem doceret, vt ait diuus Gregorius, cuius verba sunt sacris canonibus mandata, xxiij. quæst. 1. cap. Nisi bella. Adeò dilexit Deus pacem, vt eam ob causam nec ad Cain, nec ad eius munera respexerit, quia cum fratre nō pacem, sed zeli discordiam habebat. Hac ratione asserit diuus Cyprianus, quæ est in sacros canones relata, dist. xc. cap. Nec ad Cain. Christus est pax nostra, *Ephes. 2.* vt asserit in epist. ad Ephesios Di. Paulus: quæ *2. Co. 13.* in secunda ad Corinthios deum pacis appellat. Qui igitur fieri potest, vt author pacis discordiam doceat? At altè specture si voluerimus, videbimus apertissimè absque ullo discri-

hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

hac euangelicam pacem esse non posse. Fieri nequaquam potest, vt qui pacé habet cum vitijs, concordiam seruet cum virtutibus: distãt enim hæc maximè, toto differunt diametro, & nullo modo cohærẽt. Qui est sceleribus astrictus, mundoq; deditus, oportet, si vult consequi salutem, & adhærere Deo, vt diuidatur à mundo, & conglutinatam cum flagitijs cõcordiam deponens, concitet aduersus ea discordiam, mundoque inferat bellum, vt sit Christi amore inflammatus. Eam ob causam Spiritus sanctus in Christi baptismo apparuit in specie columbæ, & super Apostolos in specie ignis: columba pacem & mãsuetudinem significat, ignis verò discordiam & iram. Pax cum Deo dicit discordiam cum mundo. Id intelligens diuus Ioãnes Apostolus ait in prima sua epistola: Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo, quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et diuus Iacobus: Nescitis quia amicitia huius mũdi inimica est Deo? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei cõstituitur. Si hirundines, vt ait Solinus, in domo minante ruinam non nidificant, imò fugiunt à malè materiatis ædificijs, quantò magis homines debent à mundo recedere, quem sciunt esse caducum, & ruinosum, & sibi ipsis pericula molientem? Quid dico fugere? imò debent illi bellum fortiter inferre. Hanc existimo esse vnam ex causis, quare ex Christi latere sanguis fluxerit, & aqua. Aqua gratiã designauit, gratia pax est & amor, & supernaturalis qualitas in animæ essentia, à Deo infusa, faciens creaturam gratam creatori: sanguis autem bellum dicit, & discordiam: nam verus Christi sectator summa ope niti debet, vt cum Christo pacem habeat, cum mundo verò discordiam: cum Christo sit amore coniunctus, astrictus, & deuinctus, à mundo verò diuisus, auulsus, & sepratus. Hanc mundi discordiã, hoc eius disidium voluit Deus hoc loco nomine ignis significare, quem hic ait Ezechiel à Christo in ciuitatem immissum, hoc est in electorum corda infusum.

Luc. 2. Act. 1.

1. Ioã. 2.

Iacob. 4.

Ioan. 19.

Egressusque est in conspectu meo. Hoc est, me vidente introiuit in medium rotarum. Hæc fiebant in visione imaginaria intellectuali per rerum similitudines menti Ezechielis repræsentatis; quarum significationes Deo intus illuminante intelligebat.

Et nubes implebat atrium interius. Hæc nubes designabat Dei præsentiam, nam ascendẽti Moysi in montem Sinai dixit Deus: Veniam ad te in caligine nubis: & cùm nebula implerẽt templum, dixit Salomon: Dominus dixit, vt habitaret in nebula: vt in tertio Regum, & secundo Paralipomenon literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. In Euangelio etiam scriptũ legimus in Christi transfiguratione, & ascensione nubem apparuisse. Fortasse ideo per nubem Dei præsentia designatur, vt intelligamus nullam mentis aciem esse tam acutam & perspicacem, quæ illum possit intueri: nulla enim humana cogitatione potest eius natura comprehendi. Qui fieri potest, vt in carne positi, in exilio hoc constituti, diuinam intueamur essentiam? Id significabant nubes, quæ montẽ Horebum, & Salomonis templum Deo aduẽtante oppleuerunt. Ideo ait diuinus psaltes: Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et paulò pòst. Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius. Dei habitatio est lux inaccessibilis, vt asserit Apostolus: quam ob causam per lucem tabernaculum eius significatur iuxta Theodoreti, & Theodori Antiocheni sentẽtiam. At huic tabernaculo circunfudit dominus nubem in mundum descensurus, vt ostenderet non posse carnis oculis eius essentiam videri.

Exo. 19.

3. Reg. 8. 2. Par. 5. Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9. Act. 1.

Et eleuata est gloria Domini. Significauit deus se esse locum illum relicturum per gratiæ subtractionem: & ex consequenti venturũ esse excidium illi: nam nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodierit eam.

Et sonitus alarum Cherubim. Subaudi quibus volabant.

Psal.

Quasi vox omnipotentis Dei loquentis. Hoc est, quasi vox omnipotentis Dei, quando loquebatur in monte Sinai. Vel sic: Erat sonus alarum, quibus volabant animalia, tam ingẽs, vt audiretur non solùm in templo, sed etiam vsque ad atrium exterius, quod erat immundorum, & ita resonabat tãquam sonus magnificus atque admirabilis, qualem esse decet vocem dei omnipotẽtis, cùm eam emittit: de qua præcinit diuinus psaltes: Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Capite primo dixit etiam Ezechiel: Audiebam etiam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarũ: quasi sonum sublimis Dei. Quæ verba ibi à nobis fuerunt explanata.

Exod.

Psal.

Cumque præcepisset viro, qui indutus erat lineis, dicẽs: Sume ignem de medio rotarum, quę sunt inter cherubim: ingressus ille steterit iuxta rotã. Et extẽdit cherub manum de medio cherubim ad ignẽ, qui erat inter cherubim, & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiens

piens egressus est. Et apparuit in cherub similitudo manus hominis subtus pennas eorũ. Et vidi: & ecce quatuor rotę iuxta cherubim, rota vna iuxta cherub vnum, & rota vna iuxta cherub alterum. Species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi, & aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rotę. Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes: sed ad locum, ad quẽ ire declinabat, quæ prima erat, sequebantur & cæterę, nec reuertebantur.

C. sup. 1.

Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli, plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit volubiles audiente me. Quatuor autem facies habebat vnum. Facies vna facies cherub, & facies secũda facies hominis, & in tertio facies leonis, in quarto facies aquilæ: & eleuatà sunt cherubim.

Cumque præcepisset viro. Repetitio est eius, quod dixerat suprà: Ingredere in mediũ rotarum. Figura est Epimone in sancta scriptura non infrequens.

Et apparuit in Cherub manus hominis. Explicat versum superiorem: ac si dicat: Ne miteris extendisse cherub vnam manum ad ignem, illumque accepisse, nam cherubim non tantùm habebat alas, sed etiam manus, quibus vnus ipsorum ignem sumpsit, quem porrexit viro alba vestibus induto. Primo capite vocantur animalia, quæ hic appellantur cherubim, vt paulò antea diximus. Quid autem per manus significetur, fuit ibi explicatum.

Et ecce quatuor rotæ. Ex hoc loco colligitur planè, rotas animalium primi capitis quatuor esse, non autem duas tantùm, vt nonnulli existimarunt. Sed ita erant quatuor, vt videretur vna, quia vna erat earum similitudo, & ita erat vna, vt quatuor esse viderentur. Eam ob causam aut hic paulo pòst Ezechiel: Et aspectus earum similitudo vna quatuor. Ac si diceret: Omnes quatuor habebant vnam & eãdem similitudinem: erant enim similimæ, & maximè concordes. Tales debẽt esse fideles per has rotas significati. Quemadmodum in horologio certo rotæ temperatæ, & debita proportione distinctæ circulos suos æquabiliter conficiũt,

Similes.

& mota vna aliæ similiter mouẽtur, & quiescẽ toquiescunt, ita vt cùm multæ sint numero, sint vna tantùm conformatione & consonantia; sic in Christiana republica omnibus debet esse eadẽ voluntas, & tãta cõcordia & animorũ coniunctio virtute conciliata, vt cùm multi sint corpore, sint tamen vnus homo cõsensu, & vnanimitate. Ad hoc venit Christus, vt verbis vtar Zachariæ, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Quam ob causam monet nos diuus Paulus in epistola ad Ephesios, vt simus soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Et ad Rom. Non est, inquit, regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax. At nepharij homines discordiã seminãt, iuxta id, quod est apud Esaiam: Non est pax impijs, dicit Dominus. Eos autem cõnumerat Salomõ in Prouerbijs in catalogo inimicorum Dei, dicens: Sex sunt, quę odit Deus, & septimũ detestatur anima eius. Explicãs aũt hoc septimum, quod est capitalius, inquit: eum, qui seminat inter fratres discordiã. Hi nunquam quiescũt, quin potius illis turbulenta disidia statum animi conuellũt. Nihil esse existimo homine discordiæ amatore dementius, nihil eo furijs odijsque cõcitato detestabilius. Ardẽt eius oculi, toto ex ore crudelitas emicat, portũ quietis & securitatis nõ agnoscit, semper in procelloso mari versatur, fluctibus agitatus, scelere atque furore incensus, & in graui periculo cõstitutus. Quid potest esse discordia turbulẽtius? quid insuauius? quid execrabilius? Cõtrà verò quid potest esse pace suauius, & ad vitæ dulcedinẽ iucundius? quid ad vtilitatẽ accommodatius? quid ad veram animi pulchritudinem elegantius? Hanc nobis Christus in testamento reliquit, dicẽs: Pacem meam do vobis, pacẽ relinquo vobis. Quã ob causam hæreditatẽ domini non poterit adipisci, qui noluerit testamẽtum pacis obseruare. Quemadmodum humanus spiritus nunquam vegetat membra, nisi fuerint coagmẽta, sic Spiritus sanctus non viuificat Ecclesiæ mẽbra, nisi fuerint pace cõiuncta, qui enim non diligit, manet in morte. Diuus Augustin. de verbis Domini in hũc modũ pacem definit: Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Gregorius in pastorali, Qui seruare, inquit, pacem non curat, fructum spiritus recusat. Cyprianus lib. 1. epistolarum. Concordia simul iuncta vinci non potest. Cicero in Philippicis. Nomẽ pacis dulce est, & res ipsa salutaris. Et Silius Italicus libro 2. Pax optima rerum, quas homini nouisse datum est, pax vna triumphis, innocuis melior, pax custodire salutem, &c. Scilurus Scytha homo prudentia præditus, & pacis studio-

Luc. 1. Ephes. 4. Esa. 48. Prou. 6. Ioan. 14. Simile. 1. Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

studiosus cùm vocaretur ad exitum vitę, porrexit singulis filijs suis iaculorum fasciculum, vt ea confringerent: cùm autem singuli recusassent, quòd videretur fieri non posse: ipse iacula diuisit, & ita vnumquodque facilè confregit: filios admoneus, vt amicitiam & concordiam conseruarent: nam si essent pace animique consensu conglutinati & coniuncti, validi & inuicti permanerent, sin autem dissidio & discordia separarentur: essent fragiles & imbecilli, & faciles expugnatu, & quilibet eos posset facilimo negotio confringere. Magnificum profectò apophthegma, & meritò à Plutarcho inter sententias relatum. Sed quid ista homines, cùm habeamus dei doctrinam dicétis, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur? Et alibi: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Et discipulos salutãs aiebat: Pax vobis. Hanc euangelicam pacem, hanc Christianam concordiam voluit deus hac rotarum similitudine & concentu significare: Ostendimus enim copiosè capite primo esse iustos his rotis concordibus significatos.

Matth. 5. *Matt. 12.* *Luc. 11.* *Ioan. 20.*

Rota vna iuxta cherub vnum. Videtur perissologia, hoc est sermonis redundantia: sed nõ est nisi hebraismus: ac si dicat: Singulæ rotæ erant iuxta singulos cherubim, quot illi erant, tot erant illæ.

Quasi visio lapidis chrysolithi. Primo capite dicitur: Quasi visio maris. In hebraico est vnum & idem vocabulum, quod & mare significat, & lapidem chrysolithum. Quæ de re disseruimus in explanatione, & fusè in annotationibus ex hebræo in primũ caput. Chrysolithus est gemma aureo colore refulgens, compositũ nomen à dictione chrysos, quæ aurum significat, & lithos lapidem, quasi sit lapis aureus. Per lapidem firmitudo intelligitur, per aurum charitas, de qua ait Deus in Apocalypsi Ioannis. Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ. Innuit diuina scriptura debere Christianos seruare firmam in charitate constantiam. Ideo fundamenta ciuitatis, quam vidit in Apocalypsi diuus Ioannes, erãt lapidibus pretiosis ornata, quorum fundamentorum septimus erat chrysolithus. Videtur enim gemma hæc scintillas ardenter emittere, quibus Christiani in Ecclesia Christi debẽt ardere, & alios ad amorem Dei & proximi inflammare. Et quoniam gemma hæc purificat intellectum, meritò charitatem designat, quæ non solùm voluntatem accendit, sed intellectum illustrat: vt enim vitium mentem tenebris cooperit, ita charitas eam suo illuminat splendore. Poteris per hanc gemmam aurei coloris intelligere sapientiam, qua solùm præditi sunt fideles: nam de infidelibus ait apostolus in epistola ad Romanos: Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et Socrates in Phedro Platonis animi sapientiã vocat aurum diuinum. Vt nauclerus absque claritate siue solis siue lunæ non potest capere portum terræ, ita homo lumine gratiæ destitutus non potest capere portum gloriæ, & existimans se anchoram iacere in locum tutum, eam iacit in scopulosum, vbi nulla superest spes salutis.

Apoc. 3. *Apoc. 21.* *Rom. 1.* *Simile.* *1. Cor. 6.* *Ad Rom.* *Sup.*

Qui ista fiebant in medio rotæ. Hęc & sequentia fuerunt primo capite explanata.

Et rotas ipsas vocauit volubiles. Id est, vocauit Deus ipsas volubiles rotas, & clamauit ad illas. Eadem dictio hebraica & rotas significat, & volubiles. Ideo poterat verti locus hic: Et rotas has vocauit, dicens: ò rotæ. Deus vocat rotas, & ipsæ eum sequuntur. Iustã Deo vocati eum audiunt, illi adhærent, eum charitate amplexantur. Id significat, quod psalmo pòst sequitur: nimirum rotas secutas esse cherubim. In scuto aureo monetali est virtute centusis argenteus, & obolus cupreus, & nobilius quàm in se: nam in se centussis est argentum, & obolus est cuprum, in nobiliore autem & pretiosiore moneta nẽpe scuto aureo sunt aurum. Ita nos sumus in deo nobiliore modo, quàm in nobis ipsis: nam in nobis sumus caro, in deo aũt spiritus. Qui adhæret deo, inquit Apostolus, vnus spiritus est. Et autem adhæremus, cùm illũ summè diligimus. Et præter hoc sumus etiam in Deo, vt indicat D. Paulus in Actis Apostolorũ, dicẽs: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Bifariam verò in Deo sumus, vno modo quatenus diuina virtute continemur & conseruamur, altero quatenus ab eo cognoscimur, & vt in primo exemplari. Et hoc secundo modo multò nobiliùs sumus in Deo, quàm in nobis: nam vt grauiter & sapienter ostendit prima parte diuus Thomas, viuere Dei est eius intelligere: in Deo autem idem est intellectus, & quod intelligitur, & intelligere: ex quo efficitur, vt quicquid est in Deo vt intellectum, sit ipsum Dei viuere, vel eius vita, cùm autem nos simus in deo vt intellecti, apertè concluditur, esse nos in ipso ipsam vitam diuinam, & ex consequenti esse in illo præstantiùs & illustriùs quàm in nobis, cum in illo vt intellecti simus vita diuina & immortalis, in nobis autem vitam habeamus humanam & mortalẽ, quæ potiùs mors est quàm vita, cùm dicat diuina scriptura: Nos nati continuò desiimus esse. Cùm autem viuere sit desinere esse, desinere aũtẽ esse sit mori, planè ostenditur vitam nostram

nostram mortem esse. Ita intelligitur locus ille Geneseos: In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Nam cùm Adam incidit in crimen, quando eum Eua ad lethales dapes inuitauit, statim mortuus est, & tota eius vita fuit mors quædam dilatata, quoniam statim manifit obnoxius morti, quæ duravit simul cũ vita, quæ quoniam mortalis erat, mors potiùs quàm vita à viris sapiẽtibus appellatur. Diuus Augustinus lib. 13. de ciuitate dei ita inquit: Homo in morte & in vita simul est, in vita in qua viuit, donec tota detrahatur, in morte, quia iam moritur, dum vita detrahitur. Deum igitur audiamus, illi obtemperemus, eum quæ amamus, illius amore inflammati simus, illi adhæreamus, simus cum illo vnus spiritus, vt in illo simus multò melius quàm in nobis, multò illustriùs & præstantiùs.

Genes. 2.

Facies vna facies cherub. Hoc est, prima facies quæ mihi directiùs apparuit, quæ se mihi priùs obtulit oculis, fuit facies cherub, secunda fuit facies hominis, tertia leonis, quarta aquilæ. Primo capite dixit primam faciem fuisse hominis, quia illa apparuit tunc eius vultui directiùs. Sed oritur hinc quæstio, cur hæc facies dicatur hoc loco facies cherub, cùm capite primo dicatur facies bouis? Cherub est in numero singulari, cherubim verò plurali, more Hebræorum. Huic dubitationi respondet D. Hieronymus, ideo Ezechielem hoc dixisse, quia facies cherub est penitus similis faciei vituli, seu bouis, imò esse eandem: & eam ob causam nullam esse dissonantiam inter hæc duo loca. At nonnulli aduersus hanc Hieronymi sententiam magnas excitant tragœdias, dicentes hoc esse falsum, quod probare contendunt authoritate Flauij Iosephi asserentis faciem cherub esse faciem auis nunquam ab hominibus visæ, cuius similitudinem deus ostendit Moysi in Horebo, vbi vidit exemplar omnium, quæ erant in tabernaculo facienda iuxta id, quod est in Exodo scriptum: Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et non vident homines parum considerate loquentes maioris esse authoritatis Hieronymum quàm Iosephum. Præterea multi Iudæorum hoc loco discrepant à Iosepho, nam R. Salomon ait cherub esse puerum elegantem, cuius sententiam sequitur hic Nicolaus Lyranus. Et explicans caput vicesimum quintum Exodi, ait R. Salomonem & alios doctores dixisse cherubim habuisse similitudinem puerorum vel iuuenum habentium alas: quem in hoc sequitur Paulus Burgensis in additione secunda ad postillam capitis vicesimi libri Exodi. Quibus facilè accinunt Pagninus, dicens in Thesauro doctores Hebræorum putasse cherub idem esse quod quasi puer. Sunt igitur de facie cherub tres opiniones, prima diui Hieronymi, altera Iosephi, tertia communis omnium ferè scriptorum: & vnaquæque suas pro se habet rationes: quam ob causam ego nullam earum audeo reprobare. At hoc loco sequens opinionem communem existimo imaginer cherubim fuisse instar puerorum alis & pulchritudine præditorum, quemadmodum eos videmus multis in locis depictos. Respondens autem obiectioni arbitror ideo vidisse Ezechielẽ priore capite faciem bouis siue vituli, quia illic vidit Christũ, qui se erat pro nobis in crucis ara oblaturus, vbi se sacrificium deuouit ac constituit: vitulus enim pro peccato mactabatur, & victimam designabat, vt copiosè primo capite explicuimus. At hic Christum mentis oculis vidit post mortem, ideo non vituli faciem induitur, sed cherub. Nam, vt verbis vtar diui Pauli in epistola ad Romanos, Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Diximus enim per illa quatuor animalia, quæ hic dicuntur cherubim, Christum significari. Et meritò apparet facies cherub pueri alati, vt ostendat diuina scriptura Deum non senescere, sed esse sempiternum & immortalem. Id intelligentes antiqui philosophi aiebant Deum esse pharam absque principio & fine, cuius centrum est vbique, circunferentia nusquam. Hinc effectum est, vt Apellinem, per quem Deum intelligebant, pingerent puerum impuberem, perpetuam illi adolescentiam asscribentes, Aesculapium verò eius filium, per quem res naturales à Deo creatas significabant, barbatum & senectute deficientem: vt significarent Deum esse immortalem, entia verò naturalia caduca. Apparuit etiam facies pueri alati, vt significaret Christi innocentiam, qui vt innocens agnus ad occisionem ductus est, &, vt verbis vtar Esaiæ, oblatus est, quia ipse voluit. Quam ob causam solet diuina scriptura Christum appellare puerum, vt in psalmo, quem & diuus Ioannes capite secundo sui euangelij, & Diuus Paulus in epistola ad Romanos de Christo loquente interpretantur: in hunc modum saluator noster tormẽtis vexatus patrem alloquitur: Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Et Esaias indicit patrem ita cum Christo loquentem iuxta septuaginta translationem: Magnum tibi est, vt voceris puer meus, vt suscitetes tribus Iacob. Et de Christo intelligunt Origenes & Victorinus illud Salomonis in Ecclesiaste: Melior est puer pauper & sapiens

Exo. 25. *Esa. 37.* *Psal. 68.* *Ioan. 2.* *Rom. 15.* *Esa. 49.* *Eccle. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapiens rege sene & stulto. Per bouem significatur labor & laborans. Vnde id, quod ait de-
Deut. 25 ut in Deuteronomio: Non alligabis os boui
trituranti, diuus Paulus de concionatoribus euangelicis in verbo & doctrina laborantibus, in epistola prima ad Corinthios, & in
1. Cor. 9. 1. Tim. 5. prima ad Timotheum, interpretatur. Id vo-
3. Reg. 7. luit significare Salomon, cùm in basibus templi boues sculpsit: in præsulibus enim pondus populi sustinentibus debet resplendere labor. Nec solùm literis diuinis, sed etiam humanis est veritas hæc contestata. Vnde AEgyptij volentes laborem significare, caput bouis pingebant, vt ait in suis hieroglyphicis Pierius Valerianus. Ex quo effectum est, vt antiqui Romani bouis caput corollis redimitum facerent, corymbos & serta inde à cornibus suspendentes: cuiusmodi fascia molem Aeliam, quæ hodie castellum sancti angeli vocatur, ambibat, vt frusta, quæ adhuc Romæ integra permanent, ostendunt. Huiusmodi fascia est nunc in choro cœnobij Bethlehemitici super arcubus molem chori sustentantibus ex parte exteriore, quæ templum respicit, vbi iacent Christianissimi & inuictissimi Lusitaniæ reges sepulti, qui monasterium hoc construxere magnificentissimũ, & in toto terrarum orbe celeberrimum. Capitibus boum significantur labores, corollis verò, & corymbis, fructus ex laboribus dimanantes. Cùm igitur per bouem mors & labor significentur, merito in prima Ezechielis visione facies bouis ostenditur, quando diuinus vates Christum contemplabatur moriturum, & labores acerbissimos subiturum: nunc autem in secunda, quando eum respiciebat post reditum ad vitam, non faciem apparet laborantis bouis, sed cherub volantis, & in cœlum ascendentis. Sed dices: Si quatuor hæc animalia in hoc capite appellantur cherubim, quomodo ait vnũ ex illis esse cherub? Vult propheta significare omnia hæc quatuor animalia alata similitudinem quandam habere cum cherubim, & imaginem quandam eorum præ se ferre, sed vnumquodque eorum quatuor facies habere, nempe faciem cherub, & hominis, & leonis, & aquilæ. Et quia prima facies vnuscuiusque, quæ diuino vati se obijciebat, erat facies cherub, eam ob causam omnia illa animalia appellantur cherubim, quia vnumquodque faciem vnam habebat cherub. Et quanuis aliæ facies in aliquo essent similes cherubim, multò magis erat facies illa quam capite primo faciem bouis appellauit, quæ illi propiùs accedenti, & clariùs contẽplanti sublimior apparebat, & cherub faciem repræsentabat. Imo quò magis accedebat, & illustrabatur, eò excellentiora hæc animalia illi videbantur. Et volent significare cœlestia esse & diuina, vocat ea cherubim, ne aliquis ea esse terrena existimaret.

In quarto facies aquilæ. Tam in primo capite quàm in decimo facies aquilæ vltima est, quoniam ea, vt primo capite ostẽdimus, Christi ascẽsio significatur: vltimum mysteriorum, quæ per alata animalia significatur. Sed dicet aliquis fortasse: Qui fieri potuit, vt hæc aquila ascenderet, & filios suos, discipulos illos, quos tenerè diligebat, de quibus vnus ex illis *Ioan. 13.* ait: Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, Hierosolymæ relinqueret? Huic obiectioni respondet apud Ioannẽ ipse Christus, dicens discipulis suis: Vado *Ioan. 14.* parare vobis locum. Et paulò pòst: Expedit *Ioan. 16.* vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Aquila quandiu pulli non sunt omnibus suis plumis cooperti, non eos sinit egredi è nido, & altè volare: sed postquàm sunt pennis omnibus induti & ornati, ipsa eos projcit è nido, vt se ferant in sublime. Ita Christus deus noster aquila diuinà habuit in nido discipulos suos post resurrectionẽ, donec in die Pentecostes eos spiritus sanctus gratia idimpleuit: tunc enim præcepit illis, vt mundum peregrantes per varias terrarum oras euangelium longe lateque propagarent. Et quemadmodum aquila habens filios in nido inclusos etsi volitet in altum, & aerem penetret excelsum, non tamen abducit oculos ab illis, & illi etiam clamitantes extentis collis eam intuentur: sic seruator noster ascẽdens in cælum respiciebat in discipulos, qui ad illum aspirantes, in eo quoque, oculos suos figebant, nec eum ab intuitu separabant. Et licèt ab eo corpore diuiderentur, animo tamen eum sequebantur. Sed aquila diuina videns accipitrem contra nidum suum venire, vt disperderet illum, descendit aduersus accipitrem, eumque proiecit in terram, humique prostrauit. Hic accipiter erat *Act. 9.* Saulus, qui, vt verbis vtar scripturæ, spirans minarum & cædis in discipulos dominiaccessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum aduersus Christianos. Sed proiecit eum dominus Iesus in terram, eumque ecclesiæ suæ, pullis nidi sui, quos ipse euertere volebat, dedit in cibum, qui Paulus appellatus, totam Dei ecclesiam doctrina sua reficit & recreat. Vide quomodo dominus nido suo consulebat. Vt Elias ascendens curru igneo, reliquit Elisæo discipulo *4. Reg.* suo pallium suum, quo posset Iordanis aquas penetrare, ita Christus curru diuini amoris in cælum ascendens, collegio discipulorum suorum

suorum reliquit vestem, qua possent mundi aquas, hoc est calamitates & labores superare. Hæc est vestis, de qua ait Esaias: Induere *Esa. 52.* vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Quæ est hæc vestis nisi charitas? Hæc est, de qua ait *1. Pet. 4.* diuus Petrus: Charitas operit multitudinem *Rom. 13.* peccatorum. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Induimini dominum Iesum Christum. De qua denique ait Christus apud Mat- *Mat. 22.* thæum: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Fuit Christi ascensio in monte Oliueti, vbi ait diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis, vltima domini vestigia humo impressa tunc demonstrati. Cumque terra eadem cotidie à credentibus hauriretur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuò recipere. Denique cùm templum in illo loco, in cuius medio vestigia erant, rotundo schemate, & pulcherrimo opere conderetur, summum tamen fastigium propter dominici corporis meatum nullo modo potuit contegi & concamerari, sed in signum transitus eius à terra in cœlum mansit semper patulum & apertum. Hæc ille. Eo in loco apparuit di- *Marc. 16. Act. 1.* scipulis suis dominus Iesus, & postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet è dextris Dei. Et vt ait in Actis diuus Lucas, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ob oculis eorum: & ipsi in cœlum intuebantur. O separatio, ò desiderium? O Christe sancte, ò Deus, ò pater, ò domine, ò dulcedo & suauitas mea, quis mihi daret illic esse, vt te aspicere potuissem, & vltimo vale salutassem? Suspiro ad te domine, sed gratuatus nõ ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Vtinam tecum ascenderem, vtinam mũdum relinquerem, vtinam tibi adhærerẽ, vtinam te summè diligerem, vtinam te solũ desiderarem, vtinam essem beatis flammis tui sanctissimi amoris incensus, & totus dulcissima memoria, & admirabili quodam desiderio tui penitus absorptus. Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curram, vt possim tibi in perpetuum adhærere. Tu es aquila diuina, cuius facies fuit Ezechieli ostensa: de qua ipse ait hoc loco: Et quartò faciet aquilæ, &c.

Ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar. Cumque ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea, & cùm eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non recedebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant. Stantibus illis stabant, & cum eleuatis eleuabantur: spiritus enim vitæ erat in eis. Egressa est gloria domini à limine templi, & stetit *Sup. 2.* super cherubim. Et eleuantia cherubim alas suas exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus rotæ quoq; subsecutæ sunt. Et stetit in introitu portæ domus domini orientalis, & gloria Dei Israel erat super ea. Ipsum est animal, quod vidi subter deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi, quia cherubim essent: Quatuor per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuiũ Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorũ ante faciem suam ingredi.

Ipsum est animal. Hinc colliges quatuor illa animalia vnum esse animal, quo Christus significatur, vt primo capite copiosè ostendimus. Nec est inconueniens significari Christum per animal hoc, quod habeat similitudinem quatuor cherubim, & per vtrum indutum veste sacerdotali, quoniam idem Christus significabatur per propitiatorium, quod erat *Exo. 25.* in sanctis sanctorum: nam ipse est, ait diuus *Exo. 27.* Ioannes, propitiatio pro peccatis nostris. Et *1. Ioan. 2.* significabatur per ostium, nam ipse ait: Ego sum ostium. Et significabatur per summum *Ioan. 10.* sacerdotem, qui per ostium ingrediebatur ad propitiatorium: vt asserit apostolus in epistola ad Hebræos. Nam cùm in prius tabernaculum ingrederentur cotidie sacerdotes, vt sa- *Hebr. 9.* crificiorum officia consummarent, in secun- *Exo. 30.* dum tamen, hoc est in sanctum sanctorum, vbi *Leuit. 16* erat propitiatio, solus pontifex semel in anno, & non sine sanguine introibat. Quod significabat fore, vt Christus assistens pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius tabernaculum non manu factum, hoc est cœlum, & vera sancta sanctorum, per proprium sanguinem æterna redemptione inuenta, ingrederetur. Eodem modo apud diuum Ioannem, vbi Christus loquitur de ouili & *Ioan. 10* pastore, ait se esse ostium ouilis, & illius pastorem. Quare non est inconueniens hic per duas res significari.

Sed & illæ iuxta erant. Id est, Sed *rotæ ipsæ* prope cherubim erant.

Cùm eleuatis eleuabantur. Cum cherubim eleuarentur, eleuabantur etiam rotæ cum illis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc est viri iusti, & charitate excellētes Christum sequuntur, & existentes corpore in terra, habent in cœlo animum assixum, Margaritæ lapilli illi candidi & splendentes, qui nascuntur in mari intra conchas marinas, sunt in hoc admirabiles, quòd cùm in mari nascantur, & procreentur, nullam tamen habent cum eo similitudinē: mare est ceruleum, margaritæ verò candidæ: mare triste & horribile, illæ lætæ, & aspectu adeò pulchræ, vt oculos moueant, & ad se alliciant: mare amarū, illæ amabiles absque vlla amaritudine. Quin potius claritate & splendore cœlum quodammodo repræsentant: cuius rei causa est, quia ex cælo influentias accipiunt. Huiusmodi sunt viri claritate insignes, & christiana religione præstantes, qui in mundo nati & educati nullam cum eo habent similitudinem, nullam repræsentationem animo sunt ab eo abstracti, cogitatione diuisi, verbis differentes, operibus discrepantes. Quin potius cælum suo modo referunt, vnde illis influit gratia. In Apocalypsi narrat diuus Ioannes vidisse ciuitatem sanctam, descendentem de cœlo, cuius duodecim portæ erant duodecim margaritæ. Ciuitas hæc est ecclesia catholica: duodecim portæ sunt duodecim apostoli, per quos deo adiuuante gentes ad ecclesiam introibant: quos ideo vocat margaritas, quia cùm fuissent in mundi mari procreati & nutriti, non ex mundo, sed ex cœlo esse videbantur. Hæ sunt portæ illæ Sionis, de quibus ait regius psaltes: Diligit dominus portas Sió super omnia tabernacula Iacob. Chariores enim sunt deo portæ ecclesiæ, quam fuerit vnq; vniuersa synagoga. Cùm autem eos miris laudibus diuus Ioannes extollat, quòd essent portæ ecclesiæ militantis, quantò maioribus laudibus efferenda est virgo illa Dei mater, quæ est porta ecclesiæ triumphantis? & non qualibet, sed felix cœli porta: ita enim in eius hymno canit ecclesia. Multò purior margarita cæteris sanctis, multò pretiosior, multò fulgentior & præstantior. Vnde exclamat diuus Hilarius: O virgo benedicta super omnes fœminas, quæ angelos vincis puritate, sanctos superas pietate? Nos verò virginem hanc sacratissimam quibus laudibus efferemus? quibus studijs prosequemur? qua charitate amplexabimur? Nulla est tanta dicendi vis, tantaque copia, quæ possit eius merita non dicam exornate, sed ne narrare quidem. Si iusti in hac vita constituti rotæ sunt, quæ Christū sequuntur, quantò magis rota illa admirabilis Maria semper virgo Dei genitrix, quæ in terra collocata in cœlo versabatur?

Similitudo.

Apoc. 21.

Psal. 86

Spiritus enim vitæ erat in rotis. Hoc est, spiritus Christi de se ipso dicētis: Ego sum resurrectio & vita, Alij vertunt: Voluntas animalis erat in eis. Sed eadem est sententia, nam per animal hoc cœleste Christus intelligitur. *Ioan. 11.*

Et steterūt in introitu portæ. Nimirum cherubi. Alij vertunt: Steterunt, vt intelligamus checherubim. Et ita habent Septuaginta: Steterunt in vestibus. Itaque cherubim steterunt in introitu portæ orientalis, quæ erat in atrio, vbi populus orabat ad occidentem: quam ob causam ostium erat ad orientem. Illud est aduertendum hæc animalia modò à diuino nostro vate appellari quatuor, modò vnum, nūc cherubim in plurali, nunc cherub in singulari: qua de re capite primo disseruimus, cū per hoc animal Christum significari ostendimus.

Quod vidi subter deum. Primo capite dixerat, super throno similitudinē esse quasi aspectus hominis, vbi per illum hominem nos diximus intelligi deum patrem: quod hoc loco apertissimè ostenditur: illum enim, quem illic Ezechiel vocauerat hominem, hic Deum vocat. Diuina scriptura seipsam interpretatur, locus vnus alterum explanat.

Et intellexi, quia cherubim essent. Primùm videbantur illi animalia, sed propiùs intuens intellexit esse cherubim. Forsasse in hac visione priùs vidit vultum illum, quem capite primo appellarat faciem hominis, & hic intellexit esse cherub, & existimauit alios vultus esse animaliū: ideo dixit: Facies vna facies cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilæ. Sed cùm postea attentius & propius vidisset alios vultus, essetque maiori splendore illustratus, intellexit omnia illa esse quatuor cherubim, sed ita quatuor, vt vnus cherub dicipos set, & ita vnus, vt quatuor essent. Et eam ob causam ait: Et intellexi, quia cherubim essent.

Quatuor per quatuor vultus vni. In codicibus correctis est: Quatuor vultus vni. In alijs verba hæc, per quatuor, scripta sunt, sed notata obelo.

Et similitudo vultuum. Hoc est, licèt apparentia vultuum videretur mutata, vultus tamē erant ijdem, quos videram iuxta fluuium Chobar. Quorum visionem primo capite narrauit.

Annotationes ex Hebræo in caput decimum.

Et dixit ad virū, qui indutus erat lineis. Pro lineis est in hebraico בַּדִּים baddim. Nomen est בַּד, quod significat linum. Septuaginta verterunt: Et dixit ad virum, qui erat indutus stola. Et paulò pòst: Qui indutus erat stola sancta. Stolam sanctam vocant vestem sacerdotalem, de qua scriptum legimus libro primo Machabæorum: Stola sancta induit se Ionathas. Et Ecclesiasticus loquens de Aarone, eiusque vestibus sacerdotalibus, ait: Induit eum dominus stolam gloriæ. Volunt significare septuaginta, hunc virum esse Christum summum sacerdotem. Significat etiā dictio hæc baddim fortitudines: ideo poterat verti locus hic: Qui indutus erat fortitudine, vel fortitudinibus. Significat etiā ramos, & filios, quòd sint veluti rami arboris. Vnde id, quod ait Oseas: Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, poterat verti: Cœpit gladius in vrbibus eius, & interficiet filios eius, vel fortes eius. Est enim ibi idem nomen baddim, quod vestes lineas, fortitudines, fortes, filios, & electos significat. *1. Mac. 10* *Eccl. 45.* *Ose. 11.*

Quæ sunt subtus Cherubim. In margine codicum correctorum pro cherubim est cherub in singulari, & ita est in Hebræo. Nihilominus tamē septuaginta habent cherubim in plurali. Sed eadem est sententia, cùm idem significetur per cherub ac per cherubim, vt in explanatione ostensum fuit.

Quasi visio lapidis chrysolithi. Aquila habet eodem modo. Symmachus: Quasi visio lapidis hyacinthi. Hyacinthus cum aere mutatur, nā in sereno est perspicuus, in nubilo sub obscurus. Tales esse debent doctores & concionatores, omnibus auditorum moribus, ætatibus, & qualitatibus se attemperantes. Diuus Paulus qui in epistola prima ad Corinthios aiebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, eisdē Corinthijs imperfectis aiebat: Nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. Et iterum: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Quemadmodum non omnibus ægrotantibus vna atque eadem medicina adhibetur, sed variæ pro morborum varietate, sic non omnibus auditoribus vna atque eadem conuenit doctrina: sed eorum varietati est oratio accommodanda. Vt diligens & peritus medicus priusquā adhibeat ægro medicamen, non solùm morbum eius, cui vult mederi, debet inquirere & cognoscere, sed mores, consuetudinem, & corporis naturam, & qualitates, sic sapiens & ingeniosus concionator, disertus & cordatus præsul dare is operam, vt ægritudines, mores, & ingenia subditorum animo percipiant, vt possint medicamina vnicuiq; apta opportunè adhibere. Sed de Symmachi versione hactenus. Septuaginta locum hunc ita transtulerunt: ὡς ὅρασις λίθου ἀνθρακος. Hoc est, quasi visio lapidis carbunculi. Carbunculus est gemma fulgentissima inter ardētes gemmas obtinēs principatum, sic dictus, quod vt ignitus carbo resplendeat, cuius nec nocte vinctur fulgor: lucet enim in tenebris, adeò vt flammas vibret ad oculos. Per hunc lapidem significatur gloria virtutū, quam ob causam Ecclesiasticus eum cum auro copulatum in auri ait cedere ornamētum, auro enim sapientia significatur, quæ virtutum splendore fit illustrior & præstantior. Et quemadmodum carbunculus in tenebris splendorem nō amittit, ita vir virtute præditus in calamitatū nocte, inter medios calumniatores patientiam ostēdit & tolerantiam, & veluti cæteris luminibus extinctis ipse micat radijs, cùm nihil magis conducat ad eximiæ virtutis gloriam excelsiùs extollendā, quàm calamitas ipsa, qua viri sapientia insignes, virtute admirabiles, & vera nobilitate præcellentes iniustè aliquando opprimuntur. Merito igitur species rotarum erat quasi visio carbunculi, splendidissimæ gemmæ, quoniam his rotis, vt diximus, fideles significantur, qui debent virtutum claritate micare, cùm infideles in cæcarum tenebrarū obscuritate & caligine versentur. Quā ob causam ait Paulus apostolus: Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. De hyacintho & carbunculo vide Plinium libro 37. naturalis historiæ. *Similis.* *1. Cor. 2.* *1. Cor. 3.* *1. Cor. 9.* *Simile.* *Simile.* *Ecclē. 32.* *Simile.* *Ephes. 5.*

Et iuxta vim eorum, & impetus singulorum. Potest verti ex Hebræo: Et aspectus eorū, & ipsi singuli. Hoc est, non solum eorum aspectus, sed eorum substantia. Pagninus habet: Aspectus earum, & ipsamet, vt totum hoc ad facies referatur.

ARGVMENTVM CAPITIS XI.

Absoluit visionem, quam inceperat capite octauo, eorum, qui Hierosolymæ remanserant euersionem prædicens. Aduersus eos præsertim vaticinatur, qui ciuitatem gubernantes, eam impiè seducebant. Nam Deo vero relicto, suisque prophetæ Ieremiæ vaticinio contempto, clauum vrbis tenere, & gubernacula reipublicæ tractare in maximo cursu, & sauissimæ procellæ posse arbitrabantur. Prædicit futurum captiuorum reductionem per Cyrum regem Persarum & Babyloniorum, adumbrans redemptionē humanæ mysterium per Christum Deum nostrum. Eos denique ait liberandos, qui sunt virtute præditi, & in vera dignitate constituti, eos verò exercendos, qui corporis voluptatibus ducuntur, & sceleribus oblectantur.

Caput

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XI.

A ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum. Et ecce in introitu portæ viginti quinque viri. Et vidi in medio eorũ Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Benaiæ, principes populi. Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, dicentes: Nõne dudum ædificatæ sunt domus? Hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis: vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me: Loquere. Hæc dicit dominus. Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis.

EXPLANATIO.

Et eleuauit me spiritus. Nimirum angelicus. Ac si dicat: Fui eleuatus à quodam angelo. Vel per spiritum intelligit spiritum sanctum: vel suum propriũ spiritum, vt sit sensus: Ego non corpore, sed spiritu fui raptus, & cùm essem corpore in Chaldæa, fui spiritu leuatus Hierosolymam. Ex quo colliges fuisse hanc eleuationem spiritualem, & imaginariam, non autem corporalem. Sed aduerte. Qui spiritu reguntur, eleuantur ad aspicienda mysteria diuina, qui verò ducuntur carne, deprimuntur, & in semetipsis sepeliuntur: viui enim mortui sunt. Ideo ait apostolus: Si secundum carnem vixeritis, morieuini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Septuaginta habent: Assumpsit me spiritus. Qui enim propter Deum à mundo ejicitur, ab ipso Deo assumitur. *Rom. 8.*

Ad portam domus domini orientalem. Hoc est, ad portam atrii interioris templi Salomonit, quæ respicit ad orientem. Spiritus non ad ostium ducit orientale, hoc est, ad Christum, qui ait apud Ioannem: Ego sum ostiũ, si quis per me introierit, saluabitur. Est autem ostiũ orientale, quia de illo ait Deus pater apud Zachariam prophetam: Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem. Vnde alius Zacharias apud Lucã dixit: Visitauit nos Oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Non tamen inficior posse verti ex Hebræo locum illum prophetæ: Ecce ego breui adducturus sum seruum meum, nomine germen. Idem enim vocabulum Hebraicum & orientẽ significat, & germen: & est per spicuum, multis diuinatum literarum locis appellari Christum germen. Esaias eum capite quarto germen domini vocat, & Ieremias trigesimo tertio germen iustitiæ. Quibus locis Chaldæus paraphrastes vertit Messiã. Nihilominus tamen rectissimè vertit interpres noster, quemadmodum capite sexto Zachariæ: Ecce vir, Oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. Vbi septuaginta, quemadmodum etiam capite tertio, Orientem interpretantur. Eleuatus igitur Ezechiel ad portam orientalem, vbi diuini solis radijs illustratus est, ea mysteria mentis oculis aspexit, quæ huius capitis literis mandauit. *Luc. 1.* *Esa. 4. Ierem. 33* *Zach. 6*

Iezoniam. Alij codices habent: Iechoniam. Hic non est ille, de quo locutus fuerat capite octauo: nam ille erat filius Saphan, hic autem Azur, nisi fortè pater eius binomius fuerit, dictus Saphan, & Azur, quemadmodum multi alij, quorum multis in locis meminit diuina scriptura.

Et Pheltiam Hi duo erant præcipui, qui publicè populum à vera fide auertere conabantur. Eam ob causam hic eorum nomina ponũtur: publici peccatores publicè nominantur: quod de occultis non fit.

Hi viri cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe illa. Pro iniquitate poterat verti ex Hebræo vanitas. Idẽ vocabulũ & prauitatem significat, & vanitatem. Hi igitur hortabantur populum ad sumptuosa ædificia extruenda, ac si nunquã esset ex vrbe migraturus: & consilijs suis vanis & perniciosis homines seducebant, & ad scelera perpetrãda excitabant. Cor hominis est veluti prunarium, siue thuribulum prunis refertum, paratum ad recipiendum quicquid conieceris in illud. Et quemadmodum si in prunariũ conijcias aromaticos pastillos, tota domus suaui replebitur odore & suffimento, sin autem immiseris sulphur, tota horribili odore contaminabitur, sic si in cor alicuius salutaria consilia immiseris, si hominẽ vtilibus instruxeris consilijs, illiq; fontem aperueris veritatis, efficies, vt ex eius corde odoris suauissimi fragrantia producatur: sin autem illum deprauaris consilijs contaminaueris, si impietates, odia, scelera, & cæteras huiusmodi pestes in eius

in eius cõsiliũ adhibueris, eris causa profectò intolerandi fœtoris, egredietur ex illius corde fœtidus fumus, qui non solum ipsius cor, sed totam domum, totam rempublicam corrumpat. Aspicis, bona consilia esse odoratorios pastillos, mala autem sulphurea & fœtida suffimenta. Vide consiliorum differentiam, & attende, à quo illa suscipias. Hi duo homines, de quibus hoc loco agit Ezechiel, magnates erant, & docti, & in lectione legis domini versati; & nihilominus eopiam alijs pessuferorum consiliorum faciebant. Vt ex myropolio, ex pharmacopolæ officina, vbi salutaria medicamenta, & pretiosa vnguenta venduntur, exit aliquando toxicum, & mortiferum venenum, sic ex hominibus scientia exultis pessiferum interdum egreditur consilium. Ideo ait Ecclesiasticus: Consiliarius ti bi sit vnus de mille. Et iterum: Cum extraneis consiliũ non habeas: Hoc est ab hominibus à virtute alienis nõ capias consiliũ. Et rursum: A malo consiliario fuga animam tuam. Ille te rectè consilio instruet, qui animã tuã fuerit amore prosecutus, eiusque salutẽ optauerit. Vnde Gregorius libro primo Registri: Nullus fidelior tibi ad consilium potest esse, quàm qui non tua, sed te diligit. Opus est consilio, sed iniuere consiliarijs. Consiliorum gubernaculũ, inquit Cyprianus, est lex diuina. Domus, quæ huiusmodi consilijs regitur, omnibus est instructior, & apparatior rebus, quã ea, quæ temerè, & nullo consilio administratur. *Simile.* *Ecclc. 6. 8. & 37*

Nonne dudum ædificatæ sunt domus? Vaticinatus fuerat Ieremias euertendos esse eos, qui Hierosolymæ remanserant, nolentes in Chaldæam migrare cum Iechonia & Ezechiele. Et ita euenit, nam pro Iechonia fuit in regia dignitate cõstitutus Sedechias, qui anno vndecimi sui regni fuit captus à Babylonijs, & fuit eius dignitas ablata, & tota Hierosolyma sunditus euersa. At hoc nõ credentes Iudæi, qui Hierosolymæ remanserant, insana ædificia sub struebant, impio Iezoniæ, & Pheltiæ consilio adhærentes, qui Ieremiæ vaticinationem subsannantes aiebant: Nonne dudum post Ieremiæ oracula ædificatæ sunt domus? Ac si dicerent: Nullã debemus prophetiæ Ieremiæ fidem adhibere de ciuitate hac delenda, nam postquam ille hoc asseruit, non solùm ciuitas non fuit euersa, sed etiam aucta, quoniam per spicuum est nos ædificia construxisse. *4. Reg. 24.*

Hæc est lebes, nos autem carnes. Hæc ciuitas est lebes, seu olla, nos autem inclusæ carnes in illa. Et quemadmodum carnes conseruantur in olla vsque ad earum perfectam decoctionem, sic Hierosolyma nos conseruabit vsq; ad extremam senectutẽ. Hoc dicebant illi, qui Dei prophetis fidem nullam adhibebant. Fortasse alludebãt ad verba Ieremiæ primo capiti suæ prophetiæ mandata, vbi ille Hierosolymæ afflictionem sub metaphora ollæ incensæ à Babylonia prouenientis prædixerat: in qua olla Iudæi igne calamitatum afflicti continerentur. Cùm igitur Ieremias Babylonem vocaret incensam ollam, quæ Iudæos affligeret, & concoqueret, aiebant illi non ita esse, sed Hierosolymam esse ollam, in qua illi erãt semper conseruandi. Ita potest intelligi locus ille Dauidis: Moab olla spei meæ. Hoc est, spes mea conseruabitur in Moab. Nam ex Moab fuit Ruth, ex qua processit Christus secundum carnem, vt non solùm ex veteri testamento, sed etiam ex euangelio constat. *Ierem. 1.* *Psa. 59.* *Ruth. 4.* *Mat. 1.*

Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me. Ex hoc loco cũ multis alijs colligit Chrysostomus sanctissimæ trinitatis mysterium tomo tertio, sermone de trinitate. Si Deus dixit, ergo per suum verbum: hoc ille dixit, cùm in eum irruit domini spiritus. Per Deum intelligit patrẽ, per verbum, filium, per spiritum domini, spiritum sanctum.

Cogitationes cordis vestri ego noui. Vnde primo Regum ait Deus: Non iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ parent, dominus autẽ intuetur cor. Hinc Iob, Scio, inquit, domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. In tertio Regum alloquitur ijs verbis Salomon Deum: Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum. Quæ verba sunt etiã secundo Paralipomenõ literis cõsignata. Vnde diuus Augustinus de definitionibus ecclesiasticorum dogmatum, Interras, inquit, animi cogitationes diabolum non videre certi sumus. Sed motu eas corporis ab illo, & affectionum indicijs colligi, experimento didicimus. Secreta autem cordis solus Deus nouit, cui dicitur: Tu solus nosti corda filiorum hominum. Hæc ille. Quẽadmodum atrũ dinem manu tenentes, escaque hamatili in obscuro & turbulento pelago piscantes, etsi piscem nõ videant in escã irruisse, intelligunt tamen esse illum hamo absque dubio captum, quòd corticula lineæ piscatoriæ bolis appellata, submergatur: sic dæmones piscatores subtilissimi etsi cogitationes nostras in profundo cordis nostri gurgite nõ aspiciant, signis tamẽ exterioribus eas sæpenumero cognoscunt: motu bolidis, & actione corporis, & verborũ modo eas explorãt & intelligunt. Exire autem è corde cogitationes malas asserit apud Matthæũ Christus Deus noster. Et Salomon in Prouerbijs inter mala Deo odibilia numerat cor machinãs cogitationes pessimas. Vnde colligitur non omnes nostras malas cogitati- *1. Re. 16* *Iob. 42.* *3. Reg. 8.* *2. Par. 6* *Similiter do.* *Mat. 15.* *Prou. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ones forinsecus aduenire, dæmonis instinctu excitatas, sed emergere aliquãdo ex motu arbitrij humani. At cùm eas diabolus cognoscit, statim accendere illas ad vitia conatur: intimis visceribus stimulos conturbat, & cõmouet, ortum inflammat ardorem, & faces admouet tẽtationum. Vt faber ferrarius prunas non efficit in officina, sed follibus ignis excitatoribus eas accendit, sic diabolus cogitationes malas in animo cõceptas follibus tẽtationum sufflat, & inflammat, & incendium conflare nitens vitijs pabulum subministrat. Cor nostrũ est ferraria officina, cogitationes malæ sunt prunæ, diabolus sufflator. Dolendum quidem est, & acerbè ferendum, nutriri in anima cogitatus pestilentes, qui instar filiorum viperæ eam miserè occidãt, aut certè polluant & contaminent. Anima nostra est viridis smaragdus, gemma translucida, exigui pretij in regione mortalium, sed in seipsa pretiosa, & immortalis: quam margaritarius ille cælestis Deus noster summa sapientia sua perpolijt, & anulo plumbeo corporis nostri copulauit. Et quemadmodum peritus margaritarius premitur dolore, aspiciens pretiosos lapillos sua industria elaboratos, quos ipse magno ingenio & artificio excoluit, & perpolijt, in manibus puerorum, & hominum agrestium, qui cùm eos nec cognoscant, nec magnificant, illos contaminant, sic Deus cum videt animas nostras, quas ipse ad imaginẽ suam creauit, in potestate vanorum & immundorũ cogitatorum esse coinquinantium & contemnentium, ægre fert, & veluti id grauiter sentiens, exclamat: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? fit hoc loco: Cogitationes cordis vestri ego noui. Et paulò pòst illis ferũm minatur dicens: Gladium metuistis, & gladium ducam super vos. Heli audiens scelera, quæ eius filij admittebant, lenitèr eos reprehendit, cùm æquum esset, vt eos durè castigaret. Quã ob causam illum ita alloquutus est Deus: Magis honorasti filios tuos, quàm me. Propterea ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuũ, & brachium domus patris tui. Et paulò pòst narrat diuina scriptura, filios eius in prælio corruisse, ipsumque Heli cecidisse de sella retrorsum, & fractis cervicibus animam efflasse. Filij nostri nostræ cogitationes sunt, quas debemus grauiter punire, si modũ trãsemtes, imperiũ rationis repudiauerint, Deũq; offenderint: alioquin à Deo grauiter punientur.

Similitudo.

Similitudo.

Mat. 9.

Mar. 2.

1. Reg. 2.

1. Re. 4.

Plurimos occidistis. Nimirum iniustè, præsertim sub rege Manasse, qui se flagitiorum ministrum constituit, & in vrbe peruertenda dolos pestilentes concepit, & iura diuina & humana per summum scelus violauit.

B Propterea hæc dicit dominus Deus Israel: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, hæc est lebes: & educam vos de medio eius. Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, dicit dominus Deus. Et eijciam vos de medio eius: daboque vos in manum hostiũ, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis, quia ego dominus. Quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iudicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt C estis operati. Et factum est, cùm prophetarẽ, Pheltias filius Banaiæ mortuus est. Et excecidi in faciem meam, clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu, domine Deus, consummationem tu facis reliquiarũ Israel? Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis fratres tui, viri propinquitatis tui, & omnis domus Israel, vniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalem: longè recedite à domino: nobis data est terra in possessionem, propterea hæc dicit dominus Deus: Quia longè feci eos in gẽtibus, & quia dispersi eos in terris, ero eis in sanctificationem modicã in terris, ad quas venerunt. Propterea loquere: hæc dicit dominus Deus.

Interfecti vestri. Id est, ij, quos immaniter interfecistis.

Hi sunt carnes, & hæc est lebes. Dicitis, vos esse intrà ollam securos & conseruatos instar carnium, sed longè fallimini opinione: eritis enim summis calamitatibus oppressi. Contrà verò innocentes, quos crudeliter occidistis, hi sunt carnes seruatæ, quoniam in gratia ẽ vita migrauerunt: & Hierosolyma est lebes, vbi sepulti sunt. De huiusmodi decedentibus ait psalmographus: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Beati mortui, qui in domino moriuntur. Vel sic. Hi quos dolore lacerastis, & tandẽ sæuè occidistis, sunt carnes confractæ, hos cõcidistis tãquã carnes, quas solẽt secare, cùm eas volũt in lebetẽ cõijcere, vt coquantur. Eodem modo loquitur Michæas, cùm inuehi-

inuehitur in tyrannos, dicens: Ossa eorũ cõfregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Sunt igitur viri innocentes carnes à vobis laceratæ, & Hierosolyma est olla calamitatum, vbi eos cõpressistis. Prima tamen expositio mihi magis placet, propter id, quod sequitur: Educam vos de medio eius. Est enim sensus: Non est Hierosolyma olla, in qua vsque ad extremam senectutem conseruemini: nam ego vos abstraham ab illa, & tradam Babyloniis, qui vos in vincula conijciant, & in Chaldæam captiuos abducant, vbi immensis calamitatibus occidamini, & trucidemini.

Ieremi. 9. 4. Re. vl.

Gladium metuistis. Timuistis, ne à Babylonijs occideremini, ideo confugistis ad Aegyptum: sed nihil vobis prodesit, occidemini namque gladio Babyloniorum.

Faciam in vobis iudicia. Id est, sumam de vobis pœnas, debitas illas quidem, & iustas.

In finibus Israel iudicabo vos. Hoc est, in Reblatha, quæ est in terra Emath. Ibi Nabuchodonosor occidit filios Sedechiæ regis Iudæorum coram eo, ei autem oculos eruit, eumq; in vincula conijcit, vt licet videre apud Ieremiam capite nono, & quarto libro Regum capite vltimo.

Hæc non erit vobis in lebetem. Id est, non remanebitis Hierosolymæ vsque ad senectutem, vt existimatis, sed in alienam terram captiui ducemini.

Quia in præceptis meis non ambulastis. Hoc est, quia præcepta mea non custodistis. Hebraismus est, in sacris literis frequens, vt in psalmo: Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. Tertio Regum: Ambulemus in decretis eius. Quarto Regum: Ambulauit in via regum Israel. Hoc est, seruauit rationẽ viuendi regũ Israel. Ambulare in cõsilio scelératorum, est eorum consiliũ sequi: vt psalmo primo: Beatus vir, qui non abiit in cõsilio impiorum. Ambulare coram domino, est ita vitam degere, vt facta omnia ad deum dirigantur, illiq; sint grata. vt Genes. 17. Dixit dominus ad Abraham: Ego dominus omnipotens: ambula coram me. Hoc est, da operam vt inculpatè viuas, & ad me tanquam ad scopum dirigas, quicquid egeris, dixeris, & cogitaueris. Ambulare aliquando idẽ est, quod viuere. Vnde apost. in epist. ad Romanos: In nouitate vitæ ambulemus. Et iterum: Non secundũ carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Et ad Ephesios: Vt filij lucis ambulate. Nec est mirum ambulare idem esse, quod vitã degere, quoniam tota hæc vita via est, & deambulatio quædam ad alteram vitam. Si in præceptis dei ambulauerimus, finita via in patriã ingrediemur æternam, si in operibus carnis, in pœnas semper duraturas.

1. Reg. 8. 3. Re. 16. Psal. 118 Genes. 17 Psal. 1. Rom. 6. Rom. 8. Ephes. 5.

Iuxta iudicia gentium. Id est, iuxta mores & constitutiones gentilium.

Et factum est, cum prophetarem. Pheltias, &c. Ezechiel erat corpore in Chaldæa, & raptus spiritu vidit ea, quæ fiebant Hierosolymæ, & quemadmodum hic Pheltias diuino iudicio fuit vita priuatus. Quæ omnia Iudæis in Chaldæa commorantibus narrauit, vt in fine capitis fatetur. Et fuit exploratum & perspectum, eadem die, & hora, qua Ezechiel dixit, excessisse ẽ vita Pheltiam, collatis dictis prophetæ cum dictis nuntiorum, qui à Iudæa in Chaldæam veniebant.

Et excidi in faciem meam. Nimirum affectu compatientis, & vt supplex deum orarem, ne clades multiplicaretur.

Consummationem tu facis reliquiarum Israel? Hoc est, Nunquid domine omnes, qui supersunt ex Iudæis, tua vltione consumes? Suspicabatur fortasse Ezechiel, reliquias Israelis, quæ videbantur superesse, esse ad interitum vocandas, & penitus delendas. Nam cũ Pheltias fonet salutem domini, existimauit forsitan vident eum moriturum, fore vt etiam liberatiã domino tunc morerentur.

Esa. 1.

Amos 5.

Fratres tui. Hucusque vaticinatus fuit de excidio eorum, qui remanserant Hierosolymæ nunc eorum consolationem prædicit, qui Ieremiæ obtemperantes se Babylonijs tradiderant, & in Chaldæam migrauerant. Solet Deus lata tristibus miscere, vt apud Esaiam capite primo: Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, &c. Desolabitur sicut in vastitate hostili: & derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Et paulò pòst: Lauamini, mundi estote. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Eodẽ modo Amos capite quinto: Leuo super vos planctũ domus Israel. Cecidit, & nõ adijciet vt resurgat virgo Israel. Et paulò pòst: Hæc dicit dominus Deus: Quærite me, & viuetis.

3. Reg. 13

Matt. 23.

Fratres tui. In nonnullis codicibus nõ sunt verba hæc nisi semel: at in correctis bis posita sunt, Pallilogia est, figura satis frequens in diuinis literis, cùm repetitur idem verbum, vt tertio Regum: Altare altare hæc dicit dominus Deus. Et Christus deus noster apud Matthæum: Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas. Hãc figurã vocãt nõnulli epizeuxim.

Qui vos dixerunt habitatores Ierusalem. Existimãtes se esse felices, & possessores esse quietè Hierosolymam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Longè recedite à domino. Quasi indigni eius ciuitate. Reputabant eos esse à Deo dejectos, & derelictos, qui se tradiderant Babylonijs.

Ero eis in sanctificationem medicam. Hoc est, dabo eis diuinos vates, qui eos possint mœrore aliqua ex parte leuare, & ab idolorum cultu auertere. Et qui ob peccata abducti sunt à patria, ob pœnitentiam redibunt ad illã. Vel sic: Ero eis in sanctificationem, sanctos reddam illos, sed non omnes: non enim ero eis in sanctificationem magnam, vt omnes sancti fiant, sed in sanctificationem paruam, vt pauci salui fiant. Illos saluos faciam, quorum spem videro in me fitam, qui veram gloriam concupierint, eam autem contẽpserint, quæ incerta est & caduca, posita non in virtute, sed in populi temeritate. Esse autem Christum quibusdam in sanctificationem, alijs autem in ruinam, asserit Esaias, dicens: Erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel. Qua de re capite superiore diximus: verba illa explanantes: Effunde super ciuitatem.

Esa. 8.

Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis: daboque vobis humum Israel, & ingredientur illuc. Et auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in

Iere. 23. f. Inf. 36. f.

viscera eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneũ, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in deum. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponã, dicit dominus Deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria dei Israel erat super ea. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, steritque super montem, qui est ad Orientem vrbis: & spiritus leuauit me, adduxitq; in Chaldæam ad transmigrationem in visione, in spiritu dei. Et sublata est à me visio, quam videram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba domini, quæ ostenderat mihi.

Congregabo vos de populis. Suadet Deus Iudæis, qui in Chaldæa captiuitate detinebantur, vt quanuis in varijs calamitatibus versentur, in eo tamen spem omnem suam fixam habeant atque locatam. Promittit enim illis se esse eos ad patriam reducturum. Quod factum fuisse tempore Cyri Persarum regis literæ diuinæ in libro Esdræ testificantur. Nec solùm hoc loco, sed multis alijs Ezechiel, & alij diuini vates de hoc reditu Babylonicæ captiuitatis post annos septuaginta vaticinati sunt. Sed quis non videt per hanc liberationem intelligi redemptionem humanam per Christũ verum saluatorem? Ipse genus hominum in vincula dæmonis coniectum, in mundi captiuitate retentum, in carnis operibus tanquam in carcere, vinculis scelerum compeditum, sanguine suo liberauit, & ad spiritus libertatem, ad verum decus, ad summam amplitudinem illustrissimis virtutum ornamentis decoratam perduxit. Seruitus Babylonica erat infidelitas, carcer peccati, & confusionis mundi captiuitas, vnde nos Christus abstraxit, & ad veram religionem, ad ecclesiam catholicam, ad veram Hierosolymam perduxit. Ipse est enim rex ille cœlestis, qui iuxta diuinorum vatum oracula erat homines dispersos in vnam ecclesiã congregaturus. Audi Esaiam dicentem: Congregabit filios Israelis, dispersos Iuda colliget à quatuor partibus terræ. Ieremias de hac congregatione vaticinans inducit Christum ita loquentem: Congregabo eos de vniuersis terris, & reducam ad locum istum, vt habitẽt confidenter. Vnde Oseas, Congregabuntur, inquit, filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponent sibi caput vnum. Et psalmographus: Ædificans Ierusalem dominus, dispersiones Israelis congregabit. Et idem Christus apud Ezechielem: Assumam de medio nationum filios Israel, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & erunt mihi populus. Et hoc loco: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboq; vobis humum Israel. In omnibus his locis, & multis alijs promiserat Deus se esse congregaturum homines ex omnibus mundi regionibus in vnam ecclesiam. Erant dispersi mortales, & per tenebras inextricabiles vagabantur. At non tulit Deus eos diutius errare, sed venit in mundum, induit humanam formam, & à cœli summitate descendens terras illustrauit, & hominũ oculos aperuit, qui veluti Agar & Israel errabãt in solitudine, & aquæ veræ doctrinæ penuria laborabant, & ostendit illis fontẽ vitæ, vt errantibus illis ac vagis, vitã consequendæ immortalitatis aperiret, eosque sitientes reficeret, & cœlo exules, verisque bonis

1. Esd. 1. & 2.

Esaiæ. Ieremiæ 31.

Osee 1.

Psal. 146.

Ezech. 37.

Inf. 34.

bonis prorsus expulsos, ac varijs sectis diuisos in vna ecclesia catholica cõgregaret. Hæc ecclesia in diuinis literis appellatur Ierusalẽ: est enim ecclesia visio pacis, id nanque sonat Ierusalem. Hæc est mons Sion, specula illa, ex qua deum fide contemplamur. Hęc est domus Iacob, dæmonis supplantatrix, vitiorumque mũdi, & carnis expultrix, quæ aduersus hostes animæ lucta contendit, vt veram animę pacem conseruet. Hæc est templum Salomonis, vbi habitat dominus, viuis lapidibus, hoc est fidelibus charitate præstantibus extructũ, qui cùm prius essent toto terrarum orbe dispersi, varia idola & monstra colentes, fuerunt sub vno Christo congregati in vna ecclesia, vna religione Christiana, vna fide vno baptismo cõiuncti. Christi saluatoris nostri prædicatio & cognitio sic omnium gentium oras peragrauit vt repudiatis superstitionibus, & dijs falsis ac commentitijs, homines etiam agrestes & inculti eum huius vniuersitatis effectorem & moderatorem intelligerent, & pro eius fide & honore se morti deuouere non dubitarent. In ecclesia hac regnat Christus, cuius regnũ erit sempiternum. De hoc Christi regno in ecclesia cecinit diuinus psaltes: Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Et Esaias: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret à modo, & vsque in sempiternum. Daniel: Regnum eius regnum sempiternum: & potestas eius in generatione & generationem. Micheas: Regnabit super eos in monte Sion, ex hoc nunc, &, vsque in æternum. Id explicuit deus dicens per Gabrielẽ angelũ Mariæ semper virgini: Dabit illi dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Domus Iacob est ecclesia, quæ semper durabit, de qua ait Christus: Portæ inferi non præualebũt aduersus eam: in qua ipse Christus regnabit in æternum. Vnde colligitur, non conuenire Salomoni ea dei patris promissio, quæ est libro secundo Regum literis mandata: Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius: ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius in sempiternũ. Cùm thronus Salomonis defecerit eiusque regnum esse desierit, qui fieri potest, vt regnum, quod à deo, qui est ipsa veritas, asseritur sempiternum, illi possit conuenire? Est igitur hæc Dei promissio ad verum Salomonem, ad Christum regem, pacis amantissimum, cuius Salomon vmbram gerebat, referenda. Salomon ex mortuis lapidibus templum instruxit, Christus ex viuis animis ecclesiam ædificauit. Dauid sanguinis fusor tẽplum ędificare non potuit, sed Salomon, hoc est pacificus, idem enim sonat nomen Salomonis, quoniam rex pacificus erat venturus, qui non alieno fuso sanguine, sed proprio erigeret ecclesiam, pacis adeò amans, vt ne quisquam periret, ipse per sanguinẽ suũ nos eripere à morte, mortem toleranter ferens, vt nos immortalitate donaret: & vt verbis vtar diui Pauli ad Colloſſenſes, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Quam ob causam ab Esaia fuit meritò princeps pacis vocatus: qui vt pacem doceret, ecclesiam constituit, in qua regnat in æternum. Vnica est ecclesia, militans & triumphans, militans finietur quatenus militans, sed eius ciues in gratia decedentes, erunt in triumphantem translati, quæ nullum vnquam habebit finem, cuius rex Christus est, cuius habitatio semper est duratura, cuius ciues cantica Sionis perpetuò concinentes, ipsum regem in æternum laudabũt. Id intelligens diuinus psaltes præcinebat: Beati qui habitãt in domo tua domine, in secula seculorum laudabũt te. Sed quoniam ad hanc triumphantẽ ecclesiam ascendere nemo potest, nisi sit ecclesiæ militãtis mẽbrum, instruxit deus ecclesiam hanc catholicam, quæ est apud diuinos vates regnum Dauid, vera Hierosolyma, mons Sion, domus Iacob, populus Israelis. Quicunque enim veram Christi dei nostri fidem habet, Israelita est, siue genus ducat à gentibus, siue ab Hebræis. Ideo voluit per se, & per apostolos suos sanctissimum nomen suum per cunctas nationes fama celebrare, & castissimam, plenissimamque pietatis religionem longè lateque propagare, vt aspernimam diaboli tyrannidem funditus euerteret, & ecclesiam hanc constitueret, in qua fideles congregaret. Hoc quippe est, quod hic ait per Ezechielem: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel, hoc est Hierosolymam, qua ecclesia significatur.

Psal. 144.

Esa. 9.

Dani. 3.

Mich. 3.

Luc. 1.

Matt 16.

2. Reg. 6

Et auferent omnes offensiones. Idest, omnia scelera.

Cunctasque abominationes. Hoc est, omnia idolorum simulachra.

Et dabo eis cor vnum. Idem ait deus infrà apud hunc prophetam capite. 36. & apud Ieremiam trigesimosecundo. Id impletum fuisse in ecclesia primitiua asserit diuus Lucas, dicẽs in Actis apostolorum: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et non solùm tunc, sed nunc etiam in rebus de fide, & semper,

Infr. 36. Iere. 32. Actor. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper, fidelium cor fuit, & est vnum: vna est enim fides omnium, vnus ecclesiæ in credendo consensus. Sed hæc dei verba non tantùm de fidei consensu, sed de animorum congregatione & coniunctione intelligenda videntur. fuit enim summa inter Christianos pax & cõcordia: de qua dixerat regius vates: Orietur *Psal.71.* in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Et *Psal.75.* iursum. Factus est in pace locus eius. Huius Christianæ pietatis meminit Aggeus, qui cùm *Agg.2.* diceret: Veniet desideratus cunctis gentibus, adiecit ex Christi persona: Implebo domum istam gloria, & in loco isto dabo pacem. Nec *Esa. 57.* hoc silentio præteriuit Esaias Christũ in hũc modum faciens loquentẽ: Creaui fructũ labiorũ pacẽ, pacem ei, qui longè est, & qui propè. Vnde Malachias: Pactum vitæ & pacis *Mala. 2.* fuit cum eo, & lex veritatis in ore eius. Sed pax hæc spiritualis est, quæ nos inter nos con- *Philip.4.* iungit, & Deo connectit & conciliat. Denique est pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, quã carent homines flagitiosi. Ait enim *Esai. 57.* Esaias: Non est pax impijs, dicit dominus. Etsi enim impij sint aliquãdo pace contũcti, ea tamẽ pax mundi est, & vitiorum interdum propagatrix. Eam ob causam ait Christus: Pa- *Ioan.14.* cem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Mundi pax quærit propriam vtilitatem, & corporis oblectationem, pax verò Christi cõstitit in vera animorum concordia inter se, & inter se & deũ, cuius gloriam quærit. Hanc pacem, hanc reconciliationem inter deum & hominẽ adduxit Christus Iesus, quam ob causam ait *Colos. 1.* apostolus in epistola ad Colossenses esse nos per ipsum reconciliatos: eumque in epistola ad Romanos propitiatorem appellat, dicens: *Rom.3.* Præposuit eum deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et diuus Ioannes in pri- *1.Ioan.2* ma sua epistola: Ipse est propitiatio pro pec- *2.Ioan.4* catis nostris. Et iterum: Misit deus filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Hoc fuerat in legis veteris tabernaculo adumbratum, vbi erat arca fœderis, super qua erat propitiatorium ex auro purissimo, quod duo che- *Exod.25.* rubim tegebant alas expassas habentes, seque *36.37.* mutuò contemplantes. Super propitiatorium erat oraculum, ex quo dominus responsa dabat, seque propitium ostendebat. Arca illa ecclesiæ Christi gerebat imaginem, quæ erat tecta propitiatorio, quo Christus figurabatur, ecclesiam protegens & gubernans. Duo cherubim se mutuò respicientes sunt duo testamẽta inter se admirabili cõcentu cohærentia, nullaque in re discrepantia. Id quod indicat nomenclatura, cherubim enim idem est quod plenitudo scientiæ. Respiciunt enim hi cherubim ad propitiatorium, quia vtrunque testamentum Christum intuetur, de illo loquitur, eum ostendit, ita vt vetus sit veluti vaticinium noui, nouum verò expositio veteris. De super erat oraculum, vnde deus loquebatur, ostendens misericordiam suam, quoniam dominus noster Iesus Christus, propitiator noster Deũ patrem nobis reddidit propitium & benevolũ nosque illi reconciliauit, & in concordiam cũ illo reduxit, qui ab illo ob impia scelera nostra eramus diuisi, & penitus alienati. Hanc pacem conquirere debemus, & amplecti, eaque summè oblectari. Si hominum pax à gentium philosophis veluti numen quoddam celebratur, qui fieri poterit, vt Christianæ philosophiæ cultores dei pacem sine scelere nefario contenant? In monte Palatino fuit quondam Romæ templum Concordiæ dicatum, vt ait Blondus libro secundo de Roma instaurata, quod templum ait Suetonius fuisse à Tiberio imperatore constructum: tametsi alij contendant fuisse à Liuia Germanici matre ædificatum. Et prope montem Palatinum, vbi quondam via, quæ sacra dicebatur, erat, fuit à Vespasiano imperatore instauratum templum pacis, cuius ruinæ hodie apparent, facilè ostendentes magnificentissimum ædificij apparatum. Nullum enim fuit tunc in tota vrbe ædificium sumptuosius, nullum admirabili pretiosarum rerum amplitudine præstantius. De eo ait ita Diuus Hieronymus in Ioelis prophetæ commentarijs. Vespasianus & Titus Romæ templo pacis ædificato vasa templi Hierosolymitani, & vniuersa donaria in delubro illius constituerunt: quæ græca & Romana narrat historia. Sæpius infideles pacem colebant, quantò magis nos eam colere debemus qui legem pacis, qui pacis præceptoris euangelium seruare gloriamur? Cùm Neptunus & Minerua de dignitate contenderent, & Neptunus, vt antiqui scriptores literis mandarunt, allegaret se esse aquæ, rei vtilissimæ inuentorem, Minerua autem pro se adduceret, se oliuam fructiferam plantam inuenisse: Cecidit causa Neptuno, fuitque pro Minerua sententia lata, quia oliua arbore fructuosa significabatur pax, qua nihil esse dicebant iucundius, nihil vtilius, nihil ad securitatem & tranquillitatem consequendã accommodatius. Voluerunt homines illi, qui tunc sapientes dicebantur, hac fictione significare esse pacem vtilissimã, eamque ob causam auidissimè quærendam & conseruandam. Proclus Platonicus vnum vni esse dicebat: significans dandam esse operam, vt omnes vni essemus deo, qui erat vnus. Hæc sunt eius verba in libro de anima & angelo. Per intellectum nostrum diuinum attingimus intellectũ: sic & primum

primum vnum, à quo omnibus inest vnio per vnum, per quod sanè nostrum vnum diuino maximè iungimur. Et paulò pòst: Diuini per vnitatem efficimur, quando omnem multitudinem fugientes, in ipsam vnitatem nostrã cõfugimus, vnumq; efficimus & conformiter agimus. Titus Liuius libro 10. Deca. 5. Melior est, inquit, cutior pax, quàm sperata victoria. Et Salustius in Iugurtha: Cõcordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Si gẽtiles tot laudibus efferunt pacem, quid nos agere debemus, quibus Deus noster illam dedit? Ipse est enim, qui hoc loco ait apud Ezechielem: Et dabo eis cor vnum.

Et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Hoc petebat regius vates, cùm diceret. *Psa. 50.* Cor mundum crea in me Deus, & spiritũ rectum innoua in visceribus meis. Hæc spiritus nouitas seu renouatio est animi puritas, & vis illa, per quam nihil nisi rectum & sanctum desideratur. Acquiritur autem instauratio hæc *Simile.* lachrymis & pœnitentia. Quemadmodum aquila, vt aiunt, renouatur aquis, ita anima lachrymarum abundantia. Vt oliuæ vbi sunt *Simile.* pertices concussæ, & virgultis omnibus cõfractis amittunt pulchram amœnitatem, nisi pullulauerint, & nouis furculis atque ramulis germinauerint, & denuò fronduerint, infructuosæ manent, sin autem syluescent, & germina emittunt, spem tribuunt vberrimos fructus producendi, sic homines post peccatum, nisi instaurentur spoliantes veterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouum, steriles iudicantur: sin autem spiritu nouo germinauerint, & per pœnitentiam floruerint, fuerintq; in Christo renouati, pulcherrimos virtutum fructus ferent, & vberrimarum bicerarum copia exornabãtur. Aspice oliuam illam post peccatum adulterij & homicidij per pœnitentiam virescentem, lætissimorumque fructuũ *Psal.51.* pulchritudine abundantem, quomodo dicebat in psalmo: Ego sicut oliua fructifera in do- *Eccl.50.* mo Dei. Et Ecclesiasticus virum iustum comparat cum oliua pullulante. Hanc pullulationem & instaurationem promisit hoc loco deus, dicens se esse fidelibus suis spititum nouum tributurum.

Auferam cor lapideum. Id est, abducam abilis cor durum, & dabo illis cor tenerum, vt ve luti blanda cera impressionem meæ doctrinæ facilè recipiãt. Cordi lapideo ex diametro opponitur cor carneum, hoc est pium, docile, & *2.Cor. 3.* quod diuino amore mollescat. Id voluit diuus Paulus in epistola secunda ad Corinth. significare, dicens: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Appellat Apostolus Corinthios epistolam suam, quòd eos scriptos haberet indelebiliter in corde, & epistolam Christi, quòd illi Christum haberent in cordibus suis scriptũ. Et ideo ait hãc Christi epistolam esse à seipso scriptam non atramento, sed spiritu Dei viui, vt significaret inter seipsum & Moysem differentiam: Moyses enim tabulas lapideas adornauit, vt in illis lex vetus scriberetur; Paulus autem Corinthiorum animos parauit non instrumento corporeo, sed spiritu Dei viui, quẽ ipso Deo largiente in illis sculpserat: nõ in tabulis lapideis duris, vt quòdam lex, sed in cordibus mollibus, & ad recipiendam euangelicã doctrinam ab eo paratis. Sed heu, quot sunt hodie, qui cor habeat lapideum rapibus multò durius! Horũ cor est petra illa, de qua ait *Luc. 8.* Christus: Aliud semẽ cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Vide petram illam, de qua ait diuina scriptura: Induratum est cor Pharaonis. Talis est homo *Exod. 7.* impius & obstinatus, de quo ait Iob: Cor eius indurabitur quasi lapis. Et Deus per Ioelẽ *Iob. 4.* prophetam: Conuertimini ad me in toto cor- *Ioel. 2.* pe vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Ac sidicat: Corda vestra volo, sed non indurata, volo corda mollia & contrita. Diuus Bernardus in lib. de Consideratione ita ait: Cor durum est, quod contritione non scinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis obduratur. Vt lapis tendit ad centrũ, ita cor- *Simile.* de induratus descendit ad infernum. Ita dicitur de obstinatis Ægyptijs: Descenderunt in *Exod. 15.* profundum quasi lapis: Corpora descenderũt in profundum maris, animæ in profundũ infernorum. Ideo ait Ecclesiasticus: Cor durũ malè habebit in nouissimo. At de seipso ait *Eccle. 3.* Iob. Deus mollivit cor meum. Et diuina scri- *Iob. 23.* ptura in lib. Exodi, & Numerorũ narrat fuisse *Exo. 17.* à Moyse petram percussam virga, & fluxisse a- *Num. 20* quarum abundantiam. Ad quod alludit his verbis Psalmographus: Percussit petrã, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Vti- *Psal. 77.* nam deus virga crucis, & memoria passionis suæ percutiat cor meum lapideum, cõterat duram cordis mei petram, vt fundantur lachrymarum flumina, & conuertat petram in stagna *Psa. 109.* aquarum, & rupem in fontes aquarum. Diuus Augustinus libro de gratia & libero arbitrio ad Valentinum cap. 14. ita ait: Liberum hominis arbitriũ pulsatur, vbi dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed otiũ posset Deus etiam durũ cordis *Psal. 94.* auferre,

Universidad de Deusto
Biblioteca

auferte,nõn diceret per prophetam: Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum.
2.Cor. 3. Quod de nouo testamento fuisse prædictum filijs Apostolus ostendit,vbi ait: Epistola nostra vos estis scripta non atramento: sed spiritu Dei viui,non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictum putemus, vt carnaliter viuant,qui debẽt spiritualiter viuere: sed quia lapis sine sensu est,cui comparatum est cor durum,cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Hæc ille.

Quorum autem cor post offendicula. Hoc est, eos grauiter puniã, qui peccatis,quibus deus grauiter offenditur, pascuntur, & idolorum cultum relinquere nolunt. Ponere eorum viam in capite suo,est in eos iuxta scelera sua animaduertere. Sensus est: Eos, qui Ieremiæ prophetæ,meæque voluntati obedientes se Babylonijs tradiderunt, & fuerunt in Chaldæã translati,consolabor,& in pristinam dignitatẽ restitutam,eos autem,qui Hierosolymæ manserunt,qui falsis voluptatibus ducuntur,& in sceleribus versantur, acerbissimis opprimam calamitatibus. Illi mihi pœnas suis flagitijs debitas persoluent.

Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis. Significauit subtractionem protectionis diuinæ. Id etiam significauit Christus dicens apud
Ioan.14. Ioannem: Surgite,eamus hinc. Et apud Lucã.
Luc.13. Relinquetur vobis domus vestra deserta. Narrat Iosephus cuisse in templo vocem angelorum audita in dicentium: Abeamus ab his sedibus. O ingrata ciuitas, quæ illum,qui in te contulit innumera beneficia,ad crudelissimum interitum vocasti! O ciuitas infelix,quã Deus meritò reliquit per gratiæ, suæque protectionis subtractionem! O impij & nefarij Iudæi,qui Messiam vestrum,quem expectabant antiqui patres, cuius aduentum optabant patriarchæ,de quo vaticinati sunt prophetæ, affereutes esse illum humanam formam induturum, eiusque misericordia esse mundi maculas abluendas, acerbissimis cruciatibus affectum, scelere & inuidia incitati interfecistis! Qui erunt homines tam barbari,tam agrestes, tam inculti,qui vestram impiam crudelitatem & perfidiam non detestentur,qui Christi Dei nostri immensam pietatem, summam misericordiam non immortalitatis memoria prosequantur! Dereliquit vos, quia vos eum dereliquistis. Ideo ascendit gloria Domini de medio ciuitatis.

Stetitque super montem. Chaldæus paraphrastes ait montem hunc esse Oliueti. Distat abAct.1. vrbe vno miliario, vt habetur Actorum Apostolorum primo. Ex hoc monte ascendit Christus ad patrem, vt ex eodem capite colligitur. Eam ob causam existimo voluisse hoc loco Ezechielem ascensum Christi in cœlum significare.

Et spiritus leuauit me. Erat realiter in Chaldæa,sed spiritu fuit ductus Hierosolymã,vbi ea mẽtis oculis aspexit,quę huic capiti mãdauit. His autem gestis videbatur sibi imaginaria visione à Iudæa in Chaldęam reuerti ad Iudæos,quos hic transmigrationem vocat.

Omnia verba. Id est,res omnes. Narrauit Iudæi omnia,quæ viderat spiritu,& eorum significationem. Accipi autem verbum pro re quacunque præter hunc locum ostẽdit Esaias Esai.39. capite 39. vbi volens significare ostendisse Ezechiam regẽ nuntijs Babyloniæ omnia, quæ habebat,ait: Non fuit verbum, quod non ostenderet ei Ezechias in domo sua. Et in hanc Deut.8 significationem sumitur Deuteronomij capite octauo. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Quem locum citauit Christus apud Matthęũ Matth.4 & Lucam,significans quacunque re,qua deus Luc.4 voluerit,posse hominem sustentari. Id, quod dicitur in psalmo: Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos Psal.111 in iudicio, potest verti ex hebræo. Iucundus vir,qui confert in alios beneficia, & dat mutuò, & distribuit res suas recto iudicio. Pro sermonibus suis poteris transferre verba sua, & per verba sua substantiam, opes, & omnes alias res suas intelligere: vt sit sensus eum esse iucundum & beatum virum, qui propẽsus est ad homines iuuandos, qui de re sua familiari inopia laborantibus impartitur, sed iudicium adhibet in bonorum suorũ distributione,omniaque rectè atque prudenter ministrat.

Annotationes ex Hebræo in caput vndecimum.

Noone dudum ædificatæ sunt domus? Septuaginta interpretes habent: Nonne nouiter ædificatæ sunt domus? Eadem est sententia,quam in explanatione expositimus. Pagninus vertit: Non in propinquo est contritio,ædificemus domos. Brixianus eodem ferè modo. Non est propinqua vastatio, ædificemus domos. In hebraico nõ est contritio, nec vastatio. Ideo alij transferunt: Non est propè,ædificemus ædes. Quod in idem recidit. Horum versionum hic est sensus: Id, quod dixit Ieremias, esse citò vrbem hanc vastandam, non est verum: nam non est propè eius euersio & vastatio. Ideo non timeamus, quin potius constituamus ædificia. In hebraico est לֹא בְקָרוֹב בִּנוֹת בָּתִּים Lobecarob benoth bat tim. Quę verba possunt ita verti: Nõ citò: ædificemus filios. Ac si dicerent impij homines: Nihil nos moueat vanum Ieremiæ vaticinium de vrbis euersione, sed voluptatibus ducamur,& filios generemus. Dictio benoth est à verbo banah,quod significat ædificare,& filios suscipere. Cap. 16. Geneseos,vbi Gene.16. vulgata editio habet: Si fortè saltem ex ea suscipiam filios,est in hebraico: Si fortasse saltem ex ea ædificer. Inde deriuatur ben,quæ dictio filium significat, quòd sit veluti ædificium parentum. Vnde benoni idẽ est quod filius doloris mei,& beniamin filius dextræ,hoc est,filius dilectus: solebant enim antiqui nomine Gene.35. dextræ ea significare, quæ magnoperè diligebant. Ideo Iacob filium suum secundum, quẽ habuit ex Rachaele, quam incredibili complectebatur amore, vocauit Beniamin,hoc est filium charissimum, quòd illum genuisset in senectute, quã ob causam eũ admirabili amore prosequebatur. Cùm eum pareret Rachel summis oppressa doloribus,eum filium doloris sui appellauit interruptis ac morientibus vocibus, quibus prolatis,efflauit animam, & obitus sui triste viro suo charissimo desiderium reliquit. Pater autem pueri nomine mutato,ne cùm illud audiret, memoriam illius lachrymabilis mortis renouaret,& graui tam tristis recordationis dolore, etiam ipsa,quæ iam consenuisse viderentur, recrudescerent,impo fuit ei nomẽ Beniamin, vt amorem filij & matris se esse semper conseruaturum declararet.
Gene. 15. Significat præterea dictio hæc ben multa alia
Iob.41. adiunctis substantiuis. Gene. 15. Filius do-
Thren. 3. mus mex,id est, vernaculus meus. Iob. 41. Filius arcus,id est,sagitta. Thren.3. Misit in renes meos filias pharetræ suæ. Hoc est,sagittis
Esa. 21. me vulnerauit. Esa.21. Filius areæ meę,id est,
1.Re.20. frumentum. Primo Reg.20. Filius mortis, id est,dignus morte. Illud psalmi.101. vbi nos iuPsa.101. xta translationẽ septuaginta habemus: Vt tolleret filios interemptorum, potest verti ex he
1.Reg.9. braeo: Vt è vinculis eripiat filios mortis, hoc est homines morti addictos. Primo Regũ 9. Filius vnius anni erat Saul. Id est, innocens instar infantuli. Quibus verbis vult significare Saulis virtutem,& morum integritatẽ, priusquam fuisset in regia dignitate constitutus. At cùm ad principem euectus est, scelera impia perpetrauit. Vbi vides quàm periculosa sit
1.Re.14. magna potentia, & opum abundantia. Exem-
1.Re.16. plum sit etiam tibi Dauid, qui subditus inimi-
2.Re.11. co pepercit,& vitam tribuit, rex autem amicum per summum scelus interfecit.

Et cogitationes cordis vestri ego noui. Septuaginta habent: Cogitationes spiritus vestri

ego scio. In hebraico pro cogitationibus cordis vestri est: Vemaaloth ruacem. Hoc est, & ascensiones spiritus vestri, Verbũ עָלָה alah ascendere significat,vt Gen. 19. Vidit ascendentem fauillam de terra. Ideo vertit Pagninus: Quæ ascendunt in spiritu vestro nouo. Et quoniam cogitationes cordis ascendunt,meritò vertit interpres nostri cogitationes. De huiusmodi ascẽsionibus in corde humano ait regius vates: Ascensiones in corde suo dispo-Psa.83. suit. Et Christus Deus noster apud Lucam: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt Luc. 24. in corda vestra? Eodẽ respicit,quod ait in prima epistola ad Corinth. diuus Paulus: Nec in 1.Cor. 2. cor hominis ascendit. Hoc idiomate vtitur Esa. 65. Esaias capite 65. Ieremias. 13. Ezechiel. 38. Iere. 13. Ascendere autem super labium linguæ apud Inf. 38. Hebræos est in fabulam traduci, quãdo in ali quẽ conijciuntur opprobria. Hebraismus est, Inf.36. quo vtitur Ezech.cap.36. Significat etiã verbum hocalah euanescere. In hãc significationẽ potest accipi id, quod est apud Zachariam: Zach.14. Et conseretur manus eius super manum proximi sui, vt sit sensus: Si quis tempore illo petierit opem ab amico suo ad oppugnandam Hierosolymã, frustra id faciet: nihil vires humanæ aduersus diuinũ consiliũ valebũt: nam si apprehenderit quispiam manũ proximi sui, euanescet manus eius in manu opem illi pro mittentis. Eam ob causam poterat etiã locus hic Ezechielis ita trãsferri. Ea, quæ euanescũt in cordibus vestris, sunt mihi satis perspecta, impij enim,vt ait diuus Paulus in epist. ad Ro-Rom. 1. manos, euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.

Ero eis in sanctificationem modicã. In hebraico est: Ero eis. מִקְדָּשׁ מְעַט Lemicedd ax meat. Id est,in sanctificationem paruulam. Pagninus transfulit: In sanctuarium paruum. In Thesauro verò ait מעט hoc meat significare paucitatem. Ideo potest verti: Ero eis in sanctuarium paucitatis, siue paucorum,vt sit sensus. Eos paucos in Chaldæa audiam, perinde atque in templo celebri Hierosolymæ: ero illis paucis loco templi, vbi populi celebritatẽ audire solebam. Nihilominus tamen cõmunis trãslatio rectissima est,cuius sensum in explanatione ostendimus. & ita vertersit septuaginta dicentes: εἰς ἁγίασμα μικρόν.

Consummationem in facis reliquiarum Israel. Pagninus eodẽ modo vertit, sed cum interrogatione. Et ita manet altera sententia: aliud est enim rẽ asserere, aliud interrogare. Aliquãdo enim eadẽ oratio quæ affirmat, si interrogatiuè proferatur,& admirativè, negat. Verba illa Michææ: Et tu Bethlehem Ephrata parua es in principibus Iuda, longè diuersum sensum

Universidad de Deusto
Biblioteca

videntur prima facie habere apud Matthæum illa in hunc modum citantem: Et tu Bethlehé terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. Apud Michæam asserunt Bethlehem paruulam esse in principibus Iuda, apud Matthæum asseueranter ostendunt non esse paruulam. At si hæc verba legeris apud Michæam interrogatiuè, & admiratiuè, quemadmodum profectò legi debent, videbis nullam esse inter prophetam & Euangelistam dissonantiam. Ita enim ait Michæas: Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in principibus Iuda? Quasi dicat, non. Et asserés negationis causam, ait: Ex te enim egredietur, &c. Et id quidem est, quod ait Matthæus: Nequaquam minima es. Nec in eo discrepāt, quòd Michæas ait, Ephrata, Matthæus verò, terra Iuda, nam vtroque modo appellabatur Bethlehé. Præterea Ephrata significat fructiferam, Iuda verò confessionem: at ex confessione producitur vberrimus fructus. Nihil est fructuosius confessione, siue eam accipias pro laudatione diuina, siue pro peccatorum confessione. Cōfiteri de peccatis, est nuntiare virtutes. Quid est sacramentalis culparum confessio, nisi sanctitatis præconium? Aspicis igitur nullam esse inter hos duos locos discrepantiam, quin potius vnum esse alterius expositionem.

Mich. 5.

Matt. 2.

ARGVMENTVM CAPITIS DVODECIMI.

Parabola vasorum transmigrationis prædixit diuinus vates modum captiuitatis regis Sedechiæ, eorumque, qui illum sequebantur, quos sciebat esse Dei immemores, & sui oblitos, contra verò in scelere vigilantes, & in rebus nefarijs diligentes. Studebat hortari Iudæos varijs argumentis, vt prophetarum oraculis fidem adhiberent, seque repudiatis idolis ad verum Deū conuerterent, in quo spem omnem suam collocarent.

CAPVT XII.

A. ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident, & aures ad audiēdum, & non audiunt: quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa trāsmigrationis, & trāsmigrabis per diem coram eis. Transmigrabis autē de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes foras vasa tua, quasi vasa transmigrationis per diem in conspectu eorum. Tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans ante oculos eorum. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis, in caligine efferis. Faciem tuam velabis, & non videbis terram, quia portētum dedi te domui Israel. Feci ergo, sicut præceperat mihi dominus. Vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diē, & vespere perfodi mihi parietem manu, & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorū. B.

EXPLANATIO.

Et factus est sermo Domini ad me. Parabola est rerum dissimiliū similitudo, quā Cicero collationē vocat, quòd illę res inter se conferantur & comparentur. Est autē duplex, altera verborum, quando quibusdam dictis alia intelliguntur: altera factorū, quando per quędam facta alia significantur, quemadmodū in præsenti. Vtraque est in diuina scriptura frequentissima. Nō solùm Iudæi Hierosolymæ habitatores, sed etiam plerique eorū, qui erāt in Babylonica captiuitate detenti, irridebant Ieremiæ consiliū & vaticinationem. Instruxerat Ieremias suo consilio Iudæos, vt se traderent Babylonijs, & vaticinabatur in maiores ærumnas incursuros esse eos, qui Hierosolymæ manebāt, quàm qui in Chaldæam trāsmigrabant. Cùm aūt trāsmigrati se captiuos aspicerent, eos autem, qui in patria remanserant, liberos, inuehebantur in Ieremiam, asserētes falsum esse eius vaticiniū, eiusq; dignitatem maledictis violantes. Sed postea experti sunt vera esse omnia, quæ Ieremias prædixerat. Eā ob causam voluit Deus, vt Ezechiel ostenderet Iudęis fore, vt rex Sedechias, & omnes, qui cū eo erant, magnis cruciatibus afficerētur, & in Chaldæam ignominiosè ducerentur captiui, qui crudelem cædem euaderent: nam rex erat oculis priuādus à Nabuchodonosore, & eius filij coram eo trucidandi, & omnes simul incredibilibus calamitatibus opprimendi. Ex quo efficiebatur, vt vero infallibilique Ieremiæ oraculo fides adhiberetur. Et ita omnia euenerunt, quemadmodum Ezechiel vaticinatus fuit, quæ in hac prophetica parabola continentur.

In medio domus exasperātis tu habitas. Hoc est in medio Hebræorum contumacium, deum ad iracundiā prouocantiū. Quam ob causam ita in eos inuehitur Baruch propheta: In ira dei ad iracundiam prouocastis dominum: traditi estis aduersarijs, exacerbastis enim eum, qui fecit vos, Deum æternum. Aduerte. Non ait, cum exasperantibus habitas, sed in medio domus exasperantis: vt ostendat diuina scriptura, tantam esse Ezechielis virtutem, vt cæteris luminibus extinctis, ipse refulgeat, & in medio inquinatorum purus ipse permaneat. Inter nefarios honestatem seruare fortis animi magnique ducendum est: eorum autem contumelias ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedat, nihil à dignitate sapientis, virtutis est insignis, admirabilisque constantiæ. Vt Speculum quanuis mundum & splendidum sit, contaminato tamen flatu circunstantium inficitur, sic vir quanuis honestate præditus, virtutumque splendore conspicuus, impiorum tamen consuetudine & familiaritate contaminatur. Vnde ait Ecclesiasticus: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. Si contigerit, vt placens alioquin benevolus & salutaris alijs astris maleuolis & malè influentibus fuerit coniunctus, malam mutet influentiam: ita vir pius si impio nimia familiaritate comprehenderit, impius efficietur. Vnusquisque denique eorum mores, quibus familiariter vtitur, plerunque imitatur: nisi eam habuerit animi firmitudinem, & virtutis constantiam, qua erat munitus Ezechiel: fueritque ea veluti muro fortissimo vndique septus. Ezechiel enim cùm esset Hebræorum concionator, & præsul, quem illis Deus, vt suprà vidimus, speculatorem constituerat, meritò in eorum medio habitabat, etiam si supenumero se, vt antea diximus, in solitudinem reciperet. Cùm quidam gymnosophista nomine Calanus viseret quondam Magnum Alexandrum, attulit secum, vt narrat Ioannes Monachus, eorum bouis durum admodum, & siccum, quod in terrā proiecit: cùm autem super visam eius extremitatem pedes poneret, erigebatur corium ex altera: & in omnibus extremis partibus similiter eueniebat: cùm autem se in medio illius collocaret, & pedes figeret, constitit corium, & ex omni parte quieuit. Volvit hac re insignis philosophus persuadere Alexandro, vt medium eligeret, si vellet regnum suum in tranquillitate seruare. Colūna in medio domus sustinet eius pondus, sin autem in alteram partem declinat, ruit totum ædificium. Cor hominis est in medio corporis, sol in medio astrorum errantium, centrum in medio sphæræ, virtus in medio extremorū. Ideo Aristoteles libro quarto Politicorum, Quantò magis, inquit, aliquid accedit ad medium, tanto melius est. Horatius ita ait: Est modus in rebus, sunt certi denique fines, quos vltra citraque nequit consistere rectum. Et Ouidius secundo Metamorphoseos: Medio tutissimus ibis. Sed quid cito authores humanos, cùm habeamus sactos? Diuus Bernardus libro secundo de consideratione, Medium, inquit, tene, si non vis perdere modum. Et diuus Ioannes Chrysostomus homilia duodecima in Acta apostolorum: Mediocritate secluſa vbique malum est. Arbor vitæ fuit in medio paradisi. Christus in medio discipulorum. Stetit enim, vt ait diuus Ioannes, in medio, & dixit, pax vobis. Nascitur in medio animalium, inuenitur in medio doctorū, stat in medio discipulorum, mortur in medio latronum. Medius vestitum stetit, dicebat Diuus Ioannes, quem vos nescitis. Quare Christum in medio inuenies docentem nos, vt medium teneamus. Quemadmodum motis elementis sola terra quiescit, quia est in medio mundi constituta, sic alijs perturbatione concitatis, nullaque firmitudine consistentibus tu firmus & constans permanebis, si medium tenueris, ab eoque nō declinaueris. Ex extremis procedit peccatū, ex peccato instabilitas. Audi Ieremiā dicentem: Peccauit Iesusalem, propterea instabilis facta est. De hac instabilitate dicebat Esaias: Quasi pilam mittet te Deus in terram latam & spatiosam, Et Dauid: Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Vis non moueri, non fluctuari, non duci varietate, non agitari inconstantia? Amplectere mediū, & nullatenus ab eo abstineris: & ita ratio coercebit temeritatē, & eliges potiùs à vita, quàm à virtute dimoueri: dabisque operā, vt ipsa virtus te trahat adverū dignitatem. Id efficiebat diuinus noster vates, qui vt medium doceret eligendum, non in domo Hebræorum, sed in medio domus dicitur esse constitutus. Et quanuis virtus sit habitus electiuus in mediocritate consistens, vt ait Aristoteles secundo Ethicorum, eiusque bonum cōsistat in adæquatione ad mensuram rationis, & ita in medio, hoc tamen non intelligitur de virtutibus theologicis, sed de moralibus, & intellectualibus etiam, nam virtus intellectualis suam habet mensuram, & per conformitatem ad ipsam accipitur in ipsa medium. At cùm in omnibus, in quibus consistit virtus in medio, contingat peccare per excessum, sicut per defectum, circa deum autem, qui est obiectum virtutis theologicæ, nō contingat peccare per excessum, iuxta id, quod ait Ecclesiasticus: Benedicentes deum exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude: perfici nō est.

Simil. Exod. 4. Simil. Ecclesiast. 31. Simil. Sup. 3. Genes. 2. Ioan. 20. Luc. 2. Ioan. 20. Ioan. 19. Ioan. 1. Simile. Thren. 2. Esa. 22. Psal. 83. Eccle. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutem theologicam in medio non consiste re. Fieri non potest, vt homo tantum deum diligat, quantum ipse diligi meretur, & tantum credat, & speret in ipsum, quantum debet. Ex quo apertè concluditur non posse hic excessum esse, sed tantò melius est hatum virtutum bonum, quantò magis accedit ad summum. Ideo aiebat diuus Bernardus, amandi dei modum esse amare eum sine modo. Quædã glossa de pœnitentia distin. 2. cap. Charitas est aqua in verbo, sunt itaque gradus, asserit in charitate non habere locum id quod dicitur de mediocritate virtutum, quia ei vnum solum vitium opponitur, scilicet odium, supra distin. 1. Omnis, qui non diligit. Esse autem medium spectandum ostendunt multa iura, Cap. Cùm tu. extra de testi. & xlv. disti. Disciplina. & ca. Sunt nanque: Et. ff. de Pœ. respiciendum. cum multis alijs. Quæ de re ea poteris vi dere, quæ suprà annotauimus, verba illa primi capitis explanantes: Cùm essem in medio captiuorũ: Et illa: In terra Chaldæorũ iuxta fluuiũ Chobar.

Sup. 1.

Qui oculos habent ad videndum, & non vidẽt.

Et si oculos habent corporis, mentis tamen oculis, se ipsi priuarunt. Tales sunt omnes impij homines, & sceleribus contaminati, qui in rebus fluxis, vanis, & tetris immersi, intellectũ non erigunt ad diuina consideranda. Et licèt hoc omni scelerato conueniat, multò magis ei, qui est in insigni dignitate constitutus: in quem Zacharias propheta in hunc modum in

Zach. 11. uehitur: O pastor, & idolum. Idolum eum vocat, qui oculos habens non videt, & aures habens non audit. Nam, vt ait idem propheta eo dẽ capite: Oculus dexter eius tenebrescens obscuratur. Oculus capitur aliquando pro intention

Eccle. 11. tione, vt apud Salomonem in Ecclesiaste: Sapientis oculi in capite eius: intẽtio enim sapientum est in Christo capite nostro: intentio autẽ

Psal. 16. stultorum in terra, qui iuxta psalmographi sententiam, Oculos suos statuerunt declinare in terram. Vnde apud Matthæum ait Christus: Si

Matth. 6. oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuũ lucidum erit. Et ita intelligitur id, quod est a-

Zacha. 6 pud Zachariã: Hæc est amphora egredieus: & dixit: hæc est oculus eorum. Amphora est mẽsura, & sumitur pro intentione impiorum, qui omnia non iuxta dei iudicium, sed iuxta eorum cupiditatem & appetitum metiũtur: ideo subdit statim: sedere impietatem in amphora illa, vt impiam nefariorum hominum intentionem significet. Et volens apertè ostendere amphoram illam esse impiorum intentionem, asserit esse oculum eorum. Eam ob causam potest hic locus Ezechielis de intentione explanari, vt sit sensus: Flagitiosi Iudæi depraua-

tã habent intentionem: ideo habentes oculos carnis dicuntur cæci, quis qui intentionem habent corruptam, in tenebris versantur. *Matt. 6.* Nam iuxta dei nostri sententiam apud Matthæum: Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus ruum tenebrosum erit. Cùm autem impia esset Iudæorum intentio, erant ipsi tenebris circunfusi, & videntes non videbant: Dixerat enim deus per Esaiam: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionẽ, *Esai. 6* & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius. Hoc est, annuntia ésse ob eius impietates obcæcandum. Non enim deus homines obcæcat, cruens illis oculos, aut rationem, sed non dando gratiam, qua illi sunt indigni, quia nec eam quærunt, nec petunt: sed contemnũt, & pro nihilo putant: & circunfundentes se tenebris, à vita dei se abducunt, iuxta id, quod *Epist.* ait in epistolo ad Ephesios diuus Paulus: Alienati à vita dei per ignorãtiã, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis eorũ. Cæci in rebus diuinis lynceos sæpe oculos habent in rebus humanis. Hi significantur per noctuam, vt ait Diuus Basilius, quæ cùm nocte videat, interdiu tamen cæcutit. Ideo præcipiebat deus, ne *Leui.* hanc auem quis in lege comederet, eos enim detestatur, qui cùm in rebus prophanis sint periti, in spiritualibus sunt penitus obcæcati. Non tamen me latet Hesychium Hierosolymitanum asserere, per noctuam eos significari, qui cùm legem veterem se intelligere glorientur, quæ obscura est, euangelicam claritatem ferre non possunt.

Et aures ad audiendum, & nõ audiunt. Habẽtes aures corporis, sunt auribus cordis ob sua scelera priuati. De ijs auribus spiritualibus aiebat Christus: Qui habet aures audiendi au- *Luc. 8.* diat. Audire enim hoc loco est intelligere. Vnde capite Quadragesimo secũdo Geneseos, *Genes.* vbi nos habemus: Nesciebant enim, quod intelligeret Ioseph, est in hebraico: Ignorabant enim, quòd audiret eos Ioseph. Itaque videre & audire hic apud Ezechielem est per sensus in animum inducere, & sibi persuadere. Hoc autem dicit ob verbi dei contemptũ, nec enim Ieremiæ, nec ipsi Ezechieli credebant captiui, quin potius in eos inuehebantur, & inter se non cohærere asserebant. Iosephus libro decimo capite decimo ita inquit: Ezechiel apud Babilonem eo tẽpore quo Ieremias apud Hierosolymã vastationẽ templi prædicebat: idque vaticinium Hierosolymam trãsmisit. Sed his oraculis non credebat Sedechias, quia etsi hi duo vates in omnibus conuenirent, quod ciuitas caperetur, & Sedechias captiuus adduceretur, in hoc tamen discrepare videbantur, quòd Ieremias assereret Sedechiam intraturũ esse Babylonem, Ezechiel autẽ asseuerabat eũ non

non esse Babylonẽ visurũ. Quæ cùm hic repugnãtia dicere eos videret Zedechias, ne illa quidem vera putabat, in quibus consentiebãt. Hæc ille. At postea experimento didicit iniustus rex, verum esse vtrunque vaticinium, nam iuxta Ieremię oraculũ ingressus captiuus Babylonẽ, & iuxta Ezechielis prophetiam nõ eam vidit, quia fuit Reblatha oculis priuatus *4. Re. vl.* à Nabuchodonosore, & intrare ciuitatem eã non vidit.

Quia domus exasperans est. Id est, quia populus est rebellis, & Deũ prouocans ad iram. Notat Iudæorum pertinaciam, & obstinationem.

Fac tibi vasa transmigrationis. Hoc est, instrumenta apta viatoribus, qualia sunt baculus, pera, mantica viatoria, sacculi à collo ad vtrem lumbosq; pendentes. Et sume omnia ijs necessaria, qui aliò sunt transmigraturi. Postea explicat huius parabolæ sensum.

Si forte aspiciant. Subaudi, quæ facis, vt credant, & pœnitentiam agant. Quoniam Iudæi verba prophetæ non curabant, præcipit ei Deus, vt sacculos viatorios accipiat, & transmigret de loco ad locum, & parietem fodiat, vt admirati Iudæi hac rerum nouitate, eum interrogent, quid hæc significent: & instruantur factis, qui verbis institui nolebant. Videbatur extra propositum se ad viam præparare illum, qui erat in captiuitate detentus, & parietem domus aperire, vt per illum transiret, cum ostium haberet apertum. Sed faciebat hoc diuinus vates, vt homines hac admirabili nouitate excitaret ad quærendum, quid hoc esset. Cum volumus homines mouere, vt aduertãt, nosq; diligentèr attendant, aliquid agimus insuetum & portentosum, quo alij in nos oculos coniciant, & nouitatis causam inquirant. Et ita id, quod fieri extra propositum videbatur, est optimè propositum: vt eo homines aliàs obliti, ad Dei propositum intelligendum *Mat. 21.* animam intendant. Eodem ferè modo Chri- *Luc. 19.* stus Deus noster Hierosolymam proficiscens cum admirabili hominum applausu & lætitia, canentibus alijs, & viam ramis sternentibus, in medio triumphi cœpit plorare, & vim lachrymarum profundere, vt Iudæos ad causam tanti mœroris in festo tanti gaudij inquirendam excitaret. Quo ploratus causam intelligentes, se à peccatis ad virtutes conferrent, & eas opes acquirerent, ex quibus intelligerent, posse illustrem laudem efflorescere, veramque dignitatem redundare. Offerebãt Deo vestes exteriores, & nõ corda interiora, ramos arborum, non autem truncum & radicem, tradebant ei verba, non autem voluntatem: nam qui eum tunc filiũ Dauidis vocabãt, postea eum malefactorem appellarunt, & qui eum tunc miris laudibus extollebant, non *Ioan. 18* multò post eum intolerandis opprobrijs affecerunt: & lignis tamorum, quibus illi sternebant viam, eum postea percutiebant & vulnerabant. Intuere hominum scelera, & mundi varietatem & commutationem.

Per diem. Id est, interdiu, vt planè & perspicuè videatis ab illis.

Sicut egreditur migrans. Hoc est, mœstus, & affectus dolore, instar eorum, qui in exilium ducuntur.

Perfode tibi parietẽ. Subaudi, domus tuæ.

In humeris portabis. Nimirum sacculos, & sarcinulas. Alij codices habent: Portaberis: vt sit sensus: Tui te famuli in humeris suis asportabunt instar hominis defessi, magnoque dolore vexati.

In caligine efferetis. Id est, nocte. Interdiu to ad iter præparabis, sed migrabis aduentante nocte. Vel in caligine, hoc est, oculis clausis, & velato capite: sequitur enim: Faciem tuam velabis.

Portentũ dedi te domui Israel. Hoc est signũ admirabile & stupendum captiuitatis & rerũ earum Sedechiæ, & eius sequacium. Hæc ratione volo significare, quid illis accidet.

Fecit ergo. Vide prophetæ obedientiã etiam in re, quæ portentosa & extra propositum videbatur.

Et factus est sermo domini manè ad me, dicens, Fili hominis numquid C non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans: Quid tu facis: Dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem: & super omnem domum Israel, quæ est in medio eorum. Dic: Ego portentum vestrum. Quo modo feci, sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatem ibunt, & dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur: in caligine egredietur. Parietem perfodient, vt e- D ducãt eũ: facies eius operietur, vt nõ videat oculo terram. Et extendã rete meum super eum, & capietur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem, in terram Chaldæorum, & ipsam non videbit: ibique morietur, & omnes, qui circa eum sunt. Præsidia eius, & agmina eius dispergam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnem ventum. Et gladium euaginabo post eos. Et scient, quia ego dominus, quando dispersero illos in gẽtibus, & disseminauero eos in terris. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia, vt enarrent omnia scelera eorum in gẽtibus, ad quas ingredientur. Et scient, quia ego dominus.

Et factus est sermo domini mane. Id est, & postridie locutus est mihi dominus.

Nunquid non dixerunt ad te. Ad hoc illud faciebat, vt alios ad interrogandum, quid illud innueret, excitaret.

Die ad eos, Hæc dicit dominus. Id est, explica illis parabolam, doce eos, quid ego velim illis hoc vaticinio significare.

Super ducem onus istud. Vaticinium triste, nũtians futuram calamitatem, appellatur onus.

Esa. 13. Esa. 15. Sic Esaias: Onus Babylonis, onus Moab. Vbi septuaginta modò orasin, hoc est, visionẽ contra Babylonem, modò rhima, hoc est, verbum contra Moab. Hesychius ait tũc prophetiam appellati onus, cũ dominus graue quippiam comminatur, plenum ponderis & laboris, quemadmodum hoc loco aduersus regẽ Sedechiam, & Iudæos eum sequentes. Est igitur sensus: Hæc prophetia grauem calamitatẽ denunciãs, est aduersus Sedechiam ducẽ atq; regem Hierosolymæ, & contra populum Iudaicum ibi commorantem.

Ego portentum vestrum. Ita illis dicet: Ego sum figura & typus asumnarum, quibus Iudæi misere opprimentur. Iuxta id, quod foci, eueniet illis. Et ita factum fuit. Nã Ezechiel ostendit se mitti in exilium sumens vasa transmigrationis, & proficiscẽs mœstus, & dolore laceratus: Significans Sedechiam, eiusque sequentes migraturos esse ex Iudæa in Chaldæam: & in acerbum exilium & duram captiuitatem ducendos. Aperuit parietem, per quem fugeret, ostendens id Sedechiæ euenturũ: qui cum esset miser Babyloniorũ obsidione vndique septus, & incredibilibus calamitatibus exagitatus, fugit noctu ex ciuitate, non valens hostium viribus resistere, & perfodit parietẽ sui viridarij & hortus, vt exiret loco abscondito, & via subterranea, ne à Babylonijs videretur. *Iere. 39. 4. Reg. vl.* Est apud Iesemiam capite 39 & quarto libro Regum capite vltimo. Et tamen captus est ab illis, & varijs iniurijs affectus. Nã in campo solitudinis Ierichontinæ fuit ab exercitu Chaldæorum comprehensus, & ductus ad Regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath, vbi Babylonius eius filios coram eo occidit, eumque oculis priuauit, & compedibus vinxit, atque captiuum in Chaldæã adduxit: & omnes Hebræos partim ferro trucidauit, partim in vincula coniecit. Et fuit aula regis igne combusta, & tota vrbs direptioni commissa incendio flagrauit.

In humeris portabitur. Quia mœstus & debilitatus non poterit se sustinere. Id vaticinatus fuit Ezechiel, quando se humeris famulorum fecit asportari. Ideo id quod paulò antè scriptũ est in nõnullis codicibus In humeris portaberis, rectius videtur, quàm id, quod alij codices habent: In humeris portabit.

In caligine egredietur. Id est, noctu: Id quod Ezechiel significauit egrediens noctu.

Facies eius operietur, vt nõ videat oculo terrã. In signum scilicet ignominiæ. Vel designatur excæcatio Sedechiæ.

Extendam rete meum super eum. Rete & sagenam appellat exercitum Chaldæorum. Cõcedẽte enim domino fuit Hierosolyma à Babylonijs expugnata, & penitus deleta. Iudæos illos tanquam pisces in profundo flagitiorum pelago voluit deus capere sagena quadã, & in terram Babyloniæ mittere, & pro sagenæ vsus est exercitu Chaldæorum.

Et ipsam non videbit. Indicat apertè Sedechiæ excæcationem. Ductus est Sedechias Babylonem, in qua erat, & ipsam nõ intuebatur. Babylonia regio est Asiæ maioris, sic dicta à Babylone vrbe amplissima, olim totius Chaldææ capite, & metropoli, à qua etiam magna Mesopotamia, Assyriaq; pars fuit Babylonia appellata, vt libro sexto asserit Plinius. Fuisse vrbem hanc Babylonem à Semiramide cõditam ostendit Strabo, Iustinus, Solinus, & multi alij. Berosus verò ait Belũ secundũ Assyriorum regem fundamẽta Babylonis iecisse, postea Semiramidem auxisse eam, & ex oppido vrbem fecisse. Primum huius vrbis nomen fuit Babel, hoc est confusio, à cõfusione linguarum, quæ in eo accidit loco, vt in libro Geneseos diuinæ literæ testantur. Huius confusionis meminit Sibylla ijs verbis: Cùm omnes mortales vna lingua vterentur, quidam ex ijs altissimam turrim ædificarunt, cælũ per eam cupientes scandere: Deus verò turbines mittens euertit turrim, & propriam ac diuersam vnicuique tribuit linguam. Vnde contigit vrbem quoq; appellari Babylonẽ. Hæc refert Iosephus ca. 9. primi antiquitatum. Itaq; vrbs appellatur Babylõ, regio verò Babylonia. Ad hanc ciuitatẽ fuit ductus miser Sedechias Iudæorum rex, quam incolens nõ videbat. Eodem modo populus Iudaicus in babylonica captiuitate cõstitutus, suam perfidiam, causam calamitatis suæ, non videt, & legem vete-

Exo. 34. veterem manu tenent non intelligit, quoniã velamen, quo operiebatur Moyses, vt eius faciem non aspicerent Hebræi, manet hodie illis in lectione veteris testamenti, &, vt ait diuus Paulus, velamen positum est super cor Iudæorum. Cùm autẽ conuersi fuerint ad Christum verum Deum, verum hominem, verum Messiam, auferetur velamen. Nunc cæci sunt, & in Babylonica suæ infidelitatis captiuitate detenti, à qua nolunt miseri homines liberari, nec eum recipere, qui eos liberaturum venit. Legem Moysi secum portant, existimantes eã esse vitam illis tributuram, & non vident insipientes homines, inde sibi ipsis mortem conflari, vnde vitam consequi arbitrantur. Eadem enim lex æternum illis minatur excidium, qui Christum recipere noluerint. Quemadmodum Vrias literas Dauidis secum portãs, quibus rex duci exercitus præcipiebat, vt ipsi Vriæ eædem moliretur, existimans magnum aliquid literis afferre, in illis mortem sibi portauit: sic perfidi Iudæi secum literas dei portant, quibus ipsi damnantur, & ad mortẽ sempiternam ducuntur. Lex, & prophetæ, & omnis denique sancta scriptura, qua Iudæi gloriantur, ostendunt venisse Messiam, esseque Christum saluatorem nostrum, quem ipsi Iudæi ob eorum inuidiam, & superbiam, & auaritiam, & alia nefaria scelera occiderunt. Id quod fuerat antea à diuinis vatibus prædictum: qui illis, qui Christum recipere nolũt, æternum interitum minantur. Illud est præterea aduertendum, & magnoperè dolendum, multos esse hodie non solùm ex Iudæis, sed etiam ex Christianis, qui in medio Babylonis collocati, eam non vident. Babylon mundus est, qui, vt verbis vtar diui Ioannis, totus est positus in maligno. Quid est superbia, auaritia, gula, incontinentia, quid denique mundus & congesti malorum, nisi Babylon, & detestanda confusio? Quot hodie in mundo versantur, qui illum non agnoscunt? Quot mundi confusione circunfusi, ipsam confusionem minimè intuentur? Mundus est veluti calculorũ ludus, vbi sunt varia latrunculorũ genera. Et quẽadmodum hoc in ludo euenit sæpe, vt ipsi ludentes veluti oculis capti ob nimiam confusionem non videãt, quomodo latrunculos mouere debeant, vt pro eis stet ludus, cùm illi, qui extra ludum sedent, ipsum foris considerantes, id rectè perspiciant: sic qui inextricabilibus mundi negotijs implicantur, & sceleribus imbuuntur, cæcutiunt mentis acie tenebris cooperta, cùm illi, qui animum à mundo separarunt, seque in solitariam quietè receperũt, mundi dolos, labores, calamitates, vanitates, & confusiones acutè intueantur. Vt aliquid videamus, oportet esse aliquod interuallum inter oculos & obiectũ, sic vt intueamur mundum, necesse est, esse aliquam distantiam inter nos & illum. Cùm autem homines nefarij, flagitijs imbuti sint mundus ipse, qui fieri potest, vt mundum perspiciant, si inter eos & illum nullum est interuallum? Quemadmodm oculus palpebras suas perspicere non valet, quia nullum est inter eum & illas medium interiectum, ita flagitiosi mundum non vident, quia nulla distantia ab illo separantur. Eam ob causam in medio Babylonis eam intueri non valent, quia ab illa fugere nullatenus volunt: sed obcæcati à Nabuchodonosore, à diabolo, à principe huius mundi, in tenebris versantur. De ijs ait regius vates: Supercecidit ignis, & nõ viderunt solem. Hic ignis est amor sui inordinatus & corruptus, qui obfundit tenebras, quibus cooperit intellectum, si se homo ei totum tradit. Hic autẽ sol est ille, de quo est libro Sapientiæ mandatũ. Sol intelligentiæ nõ est ortus eis. Est igitur illius psalmi sensus: Homines seipsos nimio amore prosequentes in magnis erroribus versantur: nõ enim sunt sole sapientiæ illustrati, qui igne amoris proprij incenduntur. Comparatur amor cũ igne quia vt ignis est primum quatuor elementorum: sic amor est prima quatuor passionum. & quemadmodũ vehemens ignis in sinu celari non potest, vt verbis vtar Salomonis, sic nec vehemens amor potest abscondi. Hic est ignis, qui oues & pueros Iob incendio consumpsit, hoc est, qui innocentes cogitationes comburit, & pios affectus concremat, & deuorat. Si iusto Iob materialis ignis opes reuera absumpsit, quid mirum si peccatori ignis proprij amoris animi diuitias comburat? Hic proprius amor, hæc blanda philautia est Dalila illa, quæ Samsonẽ, hoc est quemlibet parũ cordatum hominem tradit Philisteis, id est appetitibus & desiderijs, qui eum penitus oculis mentis priuent. Et quoniam ex hoc deprauato amore sui procedit nimia erga varia mũdi negotia solicitudo, ait diuina scriptura fuisse Sedechiam obcæcatum in Reblatha, quæ sonat multitudinẽ. Qui enim Hierosolymã, qui pacis visionẽ, qui spiritus vnitatẽ dereliquerat, seque in Reblatha, in multitudinẽ, in mundi negotia, in varia flagitia cõtulerat, quid aliud quàm mentis & corporis excitatẽ sperabat? Proclus philosophus in libro de anima & angelo has voces literis mãdauit: Plato & Pythagoras iubẽt fugere multitudinẽ, vt veritatẽ simplicissimã cõsequamur, nõ solũ multitudinẽ exterioris populi, sed etiã interioris, quæ magis distrahit atq; fallit. Hæc illeq; bus

Similitudo. *Cæcitas.* *Similia.* *Similia.* *Psal. 57.* *Sap. 5.* *Pro. 6.* *Iob. 1.* *Iud. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendit veterum philosophorum sententia debere nos non solùm hominum frequentiã, sed etiam inutilium cogitationum multitudinem vitare, si volumus summum bonum adipisci. Sed si relicta Hierosolyma nos in Reblatha contulerimus, erimus à Nabuchodonosore captiui, & obcæcati, & in vincula cõiecti, & ingressi Babylonem eam nequaquam intuebimur. Dæmon nomine Nabuchodonosoris intellectus, est etiam per regem Ammonitarum, qui vocabatur Naas, rectè significatus. Voluit enim dextros oculos eruere viris Galaaditis. Hoc est dæmonis officium homines obcæcare, id quod efficit omni ei, qui se illi committit. O miserum illum, qui se cæcum intelligens non deponit cæcitatem, misériorem qui non intelligit, & tam tetris flagitijs corruptus est, vt ipsam cæcitatem colat, & reputet acutissimum visum. Nescis, inquit in Apocalypsi diuus Ioannes, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Dic igitur cum psalmista. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Tu qui Hierosolymam colis, qui mentis acie diligenter perpolita oculos tollis ad cœlum, diumaque mysteria contemplaris, caue ne descendas in Reblatha, vbi oculis captus Babylonijs traderis. Nam si contempta vnitate fueris in varias turpesque cogitationes distractus, obtenebrabit voluntas effræuato appetitui, corruet constantia, erit splendor honestatis extinctus, & denique in medio Babylonis constitutus eam haud quaquam intueberis.

1. Reg. 1.

Apoc. 3.

Psal. 37.

Dispergam in omnem ventum. Id est, in omnes quatuor mundi plagas. Nam fugerunt multi ad diuersas partes, regemque Sedechiã reliquerunt: quorum multi se contulere in Aegyptum, vbi fuere à Babylonijs interfecti, qui Aegyptum expugnarunt. Ideo ait Deus: Et gladium euaginabo post eos. Noluerunt Iudæi Ieremiæ consilio acquiescere, illis suadenti, ne confugerent ad Aegyptios, vt ipse narrat capite quadragesimo tertio.

Iere. 43.

Vt enarrent omnia scelera eorum. Vt videntes homines eorum flagitia, prædicent iustitiam diuinam in eorum punitione.

Et scient, quia ego dominus. Hoc est, meam iustitiam & potentiam experimento cognoscent.

E Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis panem tuũ in conturbatione comede, sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit dominus Deus ad eos, qui habitant in Ierusalem in terra Israel. Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitatẽ omniũ, qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitabantur, desolatæ erunt: terraque deserta: & scietis quia ego dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quod est prouerbium istud in terra Israel dicentium. In longum differentur dies, & peribit omnis visio? Ideo dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Quiescere faciam prouerbium istud, nec vulgo dicetur vltrà in Israel. Et loquere ad eos, quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. Nõ enim erit vltrà omnis visio cassa, G nec diuinatio ambigua in medio filiorum Israel: quia ego dominus loquar, & quodcunque locutus fuero verbum, fiet. Non prolõgabitur amplius, sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud, dicit dominus Deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: Visio quã hic videt, in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus, Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus. Verbum, quod locutus fuerit, complebitur: dicit dominus Deus.

F

Panem tuum in conturbatione comede. Ponit aliam parabolam, qua significat famis & sitis calamitatem, qua erant Iudæi Hierosolymæ habitantes opprimendi. Nam in grauissima obsidione constituti ob inopiam victus incredibili fame & siti laborarunt: & ob perpetuam fatigationem & laborem in defensione ciuitatis nec tẽpus, nec facultas illis dabatur comedẽdi. Hoc significauit Ezechiel comedẽs in conturbatione & tremore, & bibens festinanter. Docebat eos Deus per hæc signa, imagines, & portentis, vt no solùm auditu, sed etiam visu futuram suam recognoscerent calamitatem. Non solùm diuinorum vatum dicta, sed etiam facta oracula erant. Id volens Deus

Ose. 12. Deus significare ait per Oseam prophetam. In manibus prophetarum assimilatus sum. Hoc est in eorum operibus nomine manus significatis. Adã dormiens fuit Christi imago in cruce dormientis, ex cuius latere fuit Eua, hoc est ecclesia formata. Dauid Goliam baculo & quinque lapidibus vincens adumbrauit Christũ, qui baculo crucis, & quinq; vulneribus suis de dæmone triumphauit. Et Ionas de tertio die egrediens de ventre coti Christi reditum ad vitam futurum ostendit. Eam ob causam paulò antè vocatus fuit Ezechiel portentum. Et apud Zachariam inducitur dei angelus ita loquens magno sacerdoti: Audi tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt: vel, vt potest transferri ex hebræo: quia viri portentorum sunt: id est, viri, qui signis & factis suis ventura prænuntiant.

Genes. 2.

1. Reg. 17

Ionæ. 2.

Zach. 3.

Vt desoletur terra à multitudine sua. Per multitudinem intelligit diuitias & opes: vel hominum frequentiam.

Et ciuitates, quæ nunc habitantur. Nimirum ab Hebræis in terra Iudææ.

Fili hominis, quod est prouerbium istud? Prædictarum calamitatum accelerationem prædicitur. Impij Iudæi asserebant, nunquam, aut post tempora ferè infinita implendas esse Ieremiæ & Ezechielis vaticinationes. Et eas irridentes aiebant: In longum differentur dies: & peribit omnis visio. Ac si dicerent: In mundi fine euentent, quæ à diuinis vatibus prædicuntur, aut omnino peribit eorum prophetia, quam ipsi visionem appellant. Traducebant in prouerbium, & velut in fabulam diuinã oracula. Sed multò aliter ac putabant omnia illis cuenere.

In longum differentur dies. Hæc longitudo non refertur ad tempus, sed ad numerum, nõ vt longi sint dies, sed multi. Ita in psalmo: Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Psal. 92

Quiescere faciam prouerbium istud. Id est, brevi eos calamitatibus opprimam, eorumq; cupiditatem eluctam. Et tunc intelligent falsum esse eorum prouerbium, veras autem esse diuinorum vatum prophetias.

Non enim erit vltrà omnis visio cassa. Non erit prophetia vanam nõ frustrabitur effectu suo.

Non prolongabitur vltrà. Ostendit oraculum hoc citò effectum suum habiturum, iamque imminere Hierosolymæ vastitatem.

Annotationes ex Hebræo in caput duodecimum.

F *Ac tibi vasa transmigrationis.* In hebraico est: Fac tibi כלי גולה cele golah. Prima dictio significat vas, instrumentum, & suppellectilia. Primo Regũ capite 17. vbi nos habemus: Misit Dauid manũ suam in peram, est in hebraico hoc nostrum vocabulũ. Quã ob causam quidam vertunt. Misit Dauid manum suam ad vas. Primo Paralipomenon 16. vbi nostra translatio habet: Et omnia musicorũ organa, habet littera hebræa: Et omnia cantorum instrumenta. Illud Esaiæ. In vasis papyri super aquas: poterat verti: In nauigijs ex papyro. Asserit Plinius lib. 13. fuisse antiquos construere naviculas ex papyro. Est autem papyrus arbuscula, in Aegypti paludibus nascens, in cuius foliis olim scribere solebant: vnde chartas nostras papyrum vocamus. In Genesi, vbi editio vulgata habet: Scruta ras es omnem suppellectilem meam: est hoc idem vocabulum: vnde quidam vertunt: Contrectasti omnia vasa mea. Dictio altera est golah, quæ & trãsmigrationẽ significat, & captiuitatem: verbum enim galah migrare significat, & captiuum duci. Eam ob causam septuaginta transtulerunt: Fac tibi vasa εἰς μετοικεσίαν, hoc est captiuitatis: vt sit sensus: Sume quæcunque vtensilia captiuis accommodata.

1. Reg. 17.

1. Par. 16

Esa. 18.

Genes. 31

In humeris portabis. Septuaginta habẽt: Super humerum portaberis. Et ita habet cõmunis editio Complutensis: In humeris portaberis. Codices Latini variant, quidam habẽt actiue, quidam passiue. Vtrunque potest esse: sed sensui prophetæ magis cõuenire videtur, portaberis, in signum, quod Sedechias captiuus in humeris portaretur.

Panem tuum in solicitudine comedent. Codices latini correctiores habent, in solicitudine. Dictio hebraica solicitudinem significat & trepidationem.

Neque diuinatio ambigua. Pro ambigua est in hebræo חלק chalac, à verbo חלק, quod significat blandiri. Id, quod nos habemus capite 29. Prouerbiorum: Homo qui blanditur amico suo, rete expandit gressibus eius: poterat ita ad verbum transferri ex hebræo: Homo qui blanditur proximo suo, extendit rete gressibus eius. Quasi dicat: Officium adulatoris est, dare operam, vt blanditiis suis hominem capiat, & vinctos teneat. Vnde ait Chrysostomus: Quemadmodum oratoris finis est dictione persuadere, & medici medicina sanare, ita adulatoris finis est suauiloquio decipere. Et Seneca, Malum, inquit, hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse. Ab hoc verbo chalac est id, quod impij dicebãt diuinis vatibus apud Esaiam: Loquimini nobis placentia. Ac si dicerent: Desinite nos illecebris, & verbis blandis, audituque gratis:

Pron. 29

Esa. 30.

V Nolu-

Nolumus verbum istud, quia nobis asperum videtur: Significat quàm verbū hoc diuidere & separare, quoniam qui blanditur homini, eumque decipit adulationibus, à seipso separat & diuidit, vt seipsum nec videat nec cognoscat. Ipse à seipso separatus & alienatus qui fieri potest, vt seipsum cognoscat? Eam ob causam Plato in Phædro adulatorē appellat ferā humani generis pestilentem, similemq; esse asserit impuro dæmoni animos indignos funestis epulis fouenti, & fœdissimis noxijs coinquinanti. Et tam Menexeno cum cum prestigiatore comparat & venefico. Est quidē adulator omni latrone deterior & capitalior, quo niam non solum pecuniam, sed rationis iudicij surripit & aufert. Eam ob rationem prohibebat Deus in lege vetere offerri mel in sacrificijs, quia per illud dulcis adulatio significatur. Qui enim blandimentis & adulationum dulcedine perfunduntur, mysteriorum dei dulcedinem non sentiunt. Quam ob rem pascha comedebatur cum amaritudine, quòd sit austera districtio veritatis. Duo sunt genera persecutorum, inquit Augustinus, vituperantium & adulantium, sed plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus persecutoris. Diuus Hieronymus, Nihil est, inquit, quod tam facilè corrumpat mentes hominū, quàm adulatio. Et rursum: Nos ad patriam festinantes mortiferos syrenarū cantus surda aure transire debemus. Et rectè quidem, nulla est enim musica auribus dulcior & suauior, quam adulatio, sed nulla pernicioſior & pestilentior. Id intelligens Dauid aiebat: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleū autem peccatoris non impinguet caput meū. Explicans diuus Gregorius verba hæc, ait: Tunc oleum peccatoris caput alicuius impinguat, cùm demulcet mentem fauor adulantis. Quemadmodum olcum flammam ignis accendit, sic adulatio erroribus fomentum administrat. Ne credas adulatori, quoniam suauissimi personā est acerrimus inimicus. Vt speculum quicquid obijcitur, imitatur, & intuentium imagines repræsentat, sed vice versa, nam dextrum repræsentat sinistrum, sinistrum verò dextrum, & respicientem ostentem versus refert ad occidentem, sic adulator voce, & gestu, te imitatur, si rides, cachinnatur, si ploras, lachrymas fundit, si detrahis de aliquo, eundem ille vulnerat maledictis, si te laudas, mirificis teipsum laudibus effert. Vt ersatili ingenio tuo huc atque illuc teipsum torquet & flectit. Cùm tristibus agit severè, cùm remissis iucundè, cum senibus grauiter, cum iuuentute comitet, cum facinorosis audacter, cum libidinosis turpiter. Habet denique permulta magnæ non expressa signa amicitiæ, sed dubitata. Sed omnia versat & deludit, & retrorsum agit, & retrorsum cōuertit. Si orientem intueris, te representat, sed ad occasum intuentem. Te præsentem laudat, absentē irridet. Huic soli accommodari potest vetus illud vetustate prouerbium natū ex apologo. Asina mixta eodem ore calidum & frigidum affiatur. Refert libro secundo Plinius fontem esse in Dodona, qui faces extinctas accendat, accensas extinguat, sic adulator bilinguis modò laudibus extollit, modò iniurijs deprimit. Id intelligebat diuinus ille vates Esaias, cùm deū ita loquentem inducebat: Populeus, qui te beatum dicant, ipsi te seducunt. Et iterum: Væ qui dicitis bonū malū, & malum bonum. Et Psalmographus: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autē in cordibus eorum. Et alibi: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Vel, vt vertit paraphrastes Chaldæus: Lætatur impius super concupiscentia animæ suæ, & qui benedicit hominē raptorē, reiicit Deū. Et Salomō in Prouerbijs: Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis. Nam quem coràm prædicat, eūdē vituperat. Vnde ait diuus Paulus: Nec aliquādo fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. Hanc adulationem & fallaciam reprehendit his verbis in epistola sua diuus Iacobus apostolus: Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Hæc apostolus Christi in adulationis vituperationem, quæ audientes seducit, eisq; iudicium eripit. Ex quo effectum est, vt verbum hebraicū chalac blandiri seu adulari significet, & diuidere, atque dubitare, est enim adulator diuisor, & dubius atque ambiguus, quoniam seipsum eū tempore mutat, ille autem qui adulationibus delinitur & capitur, à seipso est diuisus & alienatus. Id quod est apud Oseam: Diuisum est cor eorum: est enim ibi verbum hoc chalac. Ex hac verbi æquiuocatione fluxit interpretum varietas in hoc Ezechielis loco: nam communis translator vertit: Nec diuinatio ambiguæ. Pagninus autem: Nec diuinatio blandientis. Alijs: Nec diuinatio blanda. Poterat verti: Nec vaticinium adulatorium. Septuaginta habēti καὶ μαντευόμενος τὰ κρὸς χάριν. Hoc est: & diuinant quæ ad gratiam. vt sit sensus: Nō erit vltrà prophetia aliqua falsa, nec erit propheta, qui ea, quæ ad hominum gratiam aucupandam dicuntur, vaticinetur.

ARGV-

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMITERTII.

Increpantur in hoc, qui verbis dulcibus seducebant populum, tantumque sibi assumebant & arrogabant, vt se esse diuinos vates falsò & impudenter asserent, cum nullam à Deo haberent visionem, nullam reuelationem, nullum oraculum. Quin potius verorum prophetarum oracula nullam esse adhibendam fidem affirmabant. Arbitrabantur sibi esse præsidium, quòd posse dicendo tenere hominum animos, etiam contra diuina præcepta, mentes allicere, voluntates impellere quò vellent, mala autem vellent dedocere. Promittebant se opem laturos esse supplicibus, iustis leuaturos calamitate retenturos. At cuncta hæc vana erant, & fallacia, & arcendis ijs ea interitum machinantes: nam totam harum cogitationum sternem acerbissimæ calamitates se fefellerunt.

CAPVT XIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo. Audite verbum domini.

Infr. 14. c. Hæc dicit dominus Deus: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Vident vana, & diuinant mendacium dicentes: Ait dominus, cùm dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? Et dicitis: Ait dominus: cùm ego non sim locutus. Propterea hæc dicit dominus Deus.

B

EXPLANATIO.

VT diximus ad prophetas Israel vt est, arguit & omnes vaticinationes tuas falsos prophetas, qui blandicijs Israelitis fata illis & gratia nuntiant, cum à Deo spiritum non habeant vaticinandi. Prophetas falsos appellat prophetas, non quòd propheta sine, sed quòd vulgo prophetæ vocarentur quemadmodum in variis diuinarum literarū locis prophetæ Baal. Et diuus Paulus in epistola ad Titū, Epimenidem Cretensem poetam vocat prophetam, dicens: Dixit quidam ex illis propriis ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Non desunt tamē, qui prouerbium hoc esse tantū ait Callimachi Cyrenæi. At veri & proprie prophetæ illi sunt, de quibus ait apostolorum princeps in secunda epistola sua: Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. *Tit. 1.* *2. Pet. 1.*

Et dicet prophetantibus de corde suo. Explicat de quibus prophetis loquebatur, nimirū de illis, qui nec diuina reuelatione, nec inspiratione, sed propria cogitatione & voluntate ex varijs rationibus, quæ desiderant suisque sensibus proueris oraculis obtrudunt. De quibus ait Ieremias: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. *Ier. 23.*

Qui sequuntur spiritum suum. Non Dei. De quibus per aquam fideles significantur, dixerat primo capite in rotum quæ ducebat. Et cuncta quæ ambulabant animalia, ambulabant per singula latera ea, quocunque ibat spiritus, illuc pariter & ea gradiebantur, sequentes eum: spiritus enim vitæ erat in rotis. Hic rotæ spiritum vitæ, voluntatemque Christi sequebantur: ideo & eleuabantur à terra, & ferebantur in sublime. Hi autem, in quos inspirabat noster vates, non Dei spiritus sequebantur, sed proprium & sibi facem; quam ob causam terræ adhærebant. Felices illi, quorum Christus dux est, qui sequuntur spiritum eius, qui ait: Ego sum rectus & vita. Spiritus tuus dominе, inquit regius vates, deducet me in terram rectam. Et rursum: Deduc me, domine, in semitam rectam. Cupiebat Deum habere ductorem, vt omnes suas viuendi rationes ad normam diuinæ legis ipse Deus dirigeret, cuius ab omni scelere impetrum prorsusque conseruato, quo posset ad cælestem patriam eadem peruenire. Id adumbrabat columna Dei, quæ populum ducebat, vt Aegyptum relinquens, posset ad veram promissionis terram penetrare. Qui enim heri potest, vt absque Deo duce eluctemur? Eam ob causam aliquando Moyses Deum aiebat: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. Et Esaias iustos in huius modum alloquitur: Præcedet vos iustitia vestra, & gloria dei colliget vos. Nos igitur nec spiritum hostium, sed Christum sequamur, qui ait: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. *Exod. 33.* *Esa. 58.* *Iean. 8.*

Et ni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et nihil vident. Id est, nihil illis reuelat Deus, quod populo annuntient. Dicit prophetis visionem vltimus capite primo. Vel nihil vident, hoc est, tenebris flagitiorum circumfunduntur. Qui fieri potest, vt spiritualiter videant, qui lucem diuinam amiserunt, de se dicentem: Ego sum lux mundi?

Quasi vulpes in deserto. Appellat eos fallaces, omnia mendacijs ac fraudibus peruertentes.

Similia. Vt vulpes insidiantur suibus domesticis, sic illi familiares suos decipere conabantur. Quidam vertunt: Quasi vulpes in tugurijs. Latent enim vulpes in vinearum macerijs, vt inspectato prodeuntes eas vastent. Eodem modo hypocritæ malitiam suam sub virtutis tegumento operiunt, vt cum vires & tempus habuerint, in cautis alijs inferant detrimentum. Vipera quamuis pestilens, dum tamen frigore torpet, tuto tractatur, non quod desit venenum, sed quod illud nõ possit exercere.

Similitudo. Sic hypocritis perniciosis ad impia facinorum suorum executioni mãdata tempus deest aliquãdo & potestas, non voluntas, quæ in dies crescit. Ideò danda opera est, vt statim in principio capiantur, ne eorum flagitia in immensum augeantur. Id quippe est, quod ait sponsus in Canticis: Capite nobis vulpes paruulæ, quæ demoliuntur vineas. Viro sapienti vita sua vinea sua est, plena vitibus virtutum, & botris bonarũ actionum: vinea impij tota spinis sylueſcit. Pessima vulpes hypocrita est, & blandus adulator. Dabit autem vir iustus operã vt illos Deo capiat monitis salutaribus, precibus feruentibus, beneficijs præstãtibus, ne spirituales vineæ, culteæ, & fructiferæ deuastentur.

Cant. 2.

Similitudo. Vt pellis vulpis in pretio est, cato autẽ nihil valet, sic exteriora hypocritæ magni æstimantur, interiora autem nihili pendũtur. Volęs Carbo prudens homo Syllam crudelẽ & fallacem vocare, aiebat, vt refert Plutarchus, eũ leonem esse & vulpem. Et Lysander addendam esse dicebat vulpinam pellem, si leoninam satis esset, hoc est addendam esse calliditatem & fraudem, quando vires deessent. Itaque omnes veteres per vulpẽ intelligebãt hominem vafrum, & versipellẽ, & dolos sub virtutum tegumento conflantem, & vt vno verbo compreheudam, hypocritam. Vnde fluxit vetus prouerbium: Vulpes annosa haud capitur laqueo. Explicans diuus Cyrillus locum illum euangelij: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quæ verba Deus dixit cuidam dicenti velle eum sequi, intelligit per vulpem hypocrisim, per auem iactantiam. Ac si diceret Christus: Cùm vulpes & volatilia in corde tuo habeãt mansionem, qui fieri potest, vt in te Christus requiescat? hoc cum sequitur hypocrita, nec arrogans. Hypocrita est pomum foris pulchrum, intus verò corruptum, & eorum labe factatum. Arrogans est populus arbor protera, quæ sortur in sublime, sed nullam fructum producit. Cùm Herodes vellet per summum scelus Christum occidere, & flagitium hoc virtutis specie occultaret, dixit Christus illis, qui hoc ad illũ referebant: Ite, & dicite vulpi illi, &c. Et discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. De his ait apostolus in epistola secũda ad Timotheum: Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Et in secunda ad Corinthios: Satanas transfigurat se in angelum lucis: non ergo est mirum, si ministri eius transfigurentur, veluti ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera eorum. Sper. in quit hypocritæ peribit: non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Et rursum: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Et psalmographus: Mollita sunt sermones eius super oleum, ipsi autem sunt iacula. Eam ob causam sunt magnoperè cauendi. Vnde aiebat Christus: Attendite à fermento pharisæorum, in quo est hypocrisis. Pythagoras non ob aliam causam aiebat: non esse ea gustanda, quibus nigra erat cauda, nisi vt nos doceret esse hypocritarum insidias declinandas. Etsi enim candore & animi puritatem prima facie habere videantur, cauda tamen & finis tetra est, & propositum depranatum. Dulces sunt verbis, sed ita dediti vitijs, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Infelices homines, furijs depranatæ conscientiæ cruciati: induunt personam sanctorum, intus autem aluut alta mente dolos, quibus ipsi torquentur. At magna voluptas est æqualem ac parem verbis & cæremonijs vitam agere, atque ita viuere, vt omnis oratio moribus consonet, & exteriora cum interioribus cohæreant. Qui ita vitam degunt, cum quibus possunt comparari, non autem cum vulpibus, quemadmodum hypocritæ, de quibus hic ait noster Ezechiel. Quasi vulpes in desertis.

Similia.

Luc. 13.

Mat. 7.

2. Tim. 3.

2. Cor. 11.

Iob. 13.

Sper.

Psal. 140.

Luc. 11.

Mat. 8.

Luc. 9.

Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel. Nõ increpastis populum: noluistis eius sceleribus resistere, quibus Deus offendebatur: nec opposuistis vos tanquã murum Deo irato, ne populum vastaret. Loquitur cum falsis prophetis munus verorum prophetarum non exercentibus: Est autem officium viri iusti, qui à Deo habet spiritum vaticinandi, eos, qui in errore versantur, arguere, & pro illis preces fundere ad dominum, præsertim si est eorum præsul, & in dignitate constitutus. Esaiæ dicebat Deus: Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et diuus Paulus Timotheo: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quòd autẽ se debeat opponere pro muro iræ diuinæ, vt in se potius recipiat ictus, & ignea machinarum iacula, indicat Moyses, qui deo iratã suam aduersus rebellem populum ostendenti aiebat: Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Et paulò post: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Et Diuus Paulus: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Cùm iudæi ob impia scelera sua incendio flagrarent in deserto, & ingratitudinis suæ pœnas luerent, cucurrit Aaron ad mediam populi multitudinem, qui igne à Deo misso consumebatur, & obtulit thymiama, stansque inter mortuos & viuos precationes ardentes pro populo ad dominum fundebat. Et ita plaga cessauit. Posuit enim se pro muro, & iræ domini detinuit, eumque lachrymis profusis placauit. Ad hãc historiam alludit his verbis liber Sapientiæ: Properans homo sine querela deprecatus est pro populis, præferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationẽ allegans restitit iræ, interstetit, & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos viã ducebat. Feruentes preces dominũ mouẽt & quasi ligãt. Vnde ille dicebat Moysi pro populo orãti: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. Et Ieremiæ: Ne obsistas mihi. Hoc intelligens mittebat: Non est domine, qui inuocet nomẽ tuũ qui cõsurgat, & teneat te. Possunt etiã hæc Ezechielis verba referri non ad falsos prophetas, sed ad vrbis præfectos & gubernatores, qui falsa prophetantes non puniebant. Est quę metaphora sumpta à re bellica: cùm enim hostes partem muri euertunt, oportet, vt ciuitatis custodes se ponãt in nauti ruptura, sintque loco muri obsessi. Et tunc est sensus: Pseudo prophetæ irruerunt in murum, impetum fecerũt falsas vos autem, qui ad omnes eorum impetus authoritatem vestram veluti munitissimũ murum opponere debebetis, tacuistis, illis resistere nolentes. Diuus Gregorius in Pastorali, secunda parte, cap. 4. ita ait. Ex aduerso quippe ascẽdere, est pro defensione gregis voce libera huiusmodi potestatibus cõtraire: & in die domini in prælio stare, est prauis decertãtibus ex iustitiæ amore. Pastorem enim recta ti-

Similia.

Esa. 58.

2. Tim. 4.

Exod. 32.

Ierem. 7.

Esai. 64.

muisse dicere quid est aliud, quàm tacendo terga præbuisse? Qui nimirum si pro grege se obiecit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hæc ille, quę sunt in sacros canones relata 43. dist. cap. 1.

Vt staretis in prælio. Precibus dimicantes, & dei iræ obsistentes. Vel non pugnantis contra pseudoprophetas.

In die domini. Dies domini appellatur tempus illud, quo ille inimicos suos grauiter punit, ostendens iustitiam suam. Eam ob causam dies vltimi iudicij in dies Christi à D. Paulo epistola ad Philippẽses appellatur: quoniã impij in pœnas æternas relegabuntur. Vocatur etiam in diuinis literis vastitas, grando, turbo confringens, ventilabrum, aqua diluuij, flagellum inundans, & alijs eiusmodi nominibus.

Philip. 1.

Videntes vana. Mutat personas more prophetæ: nunc alloquebatur eos, modo loquitur de illis.

Ait dominus. Hic erat modus loquendi diuinorum vatum, quem falsi prophetę sibi assumebant, & arrogabant.

Et perseuerauerunt confirmare sermonem. Hoc est, permanent in fraudibus suis, persuadentes populo vera esse quæ dicunt.

Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus: & erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium. In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis, quia ego dominus Deus: Eò quod deceperint populum meũ dicẽtes: pax, & non est pax. Et ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quòd casurus sit. Erit enim hymber inundans, & dabo lapides pergrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem: siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur vobis: vbi est litura, quam linistis? Propterea hęc dixit dominus Deus. Et erumpere faciam spiritum tempestatũ in indignatione mea, & hymber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in consummationem. Et destruã pariẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

parietem, quem liniſtis abſque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius & cadet, & conſumetur in medio eius: & ſcietis, quia ego ſum dominus, & coplebo indignationem meam in pariete. & in his, qui liniunt eũ abſque tẽperamento, dicamque vobis: Non eſt paries, & non ſunt, qui liniunt eum. Prophetæ Iſrael, qui prophetant ad Ieruſalem, & vident ei viſionẽ pacis, & non eſt pax: ait dominus Deus.

Quia loculi eſtis vanæ, & vidiſtis mẽdacium. Hoc eſt, quia vos ô pſeudoprophetæ ſeduxiſtis populum, & vaticinati eſtis mendacium.

Ideo ecce ego ad vos. Qui dixiſtis: Dominus loquitur nobis, modò me audietis vobis loquentem, ſed longè diuerſo modo. Id enim, quod vobis dico eſt, eſſe vos mihi daturos pœnas flagitiorum veſtrorum. Vel ſic. Ecce ego ad vos, ſubauditur: venio, vt in vos animaduertam. Apoſiopeſis figura eſt, quam Latini reticentiã vocãt: cùm intra nos ſupprimimus ea, quæ dicturi videmur. Paraphraſis Chaldæa habet: Miſſurus ſum iram meam aduerſum vos.

Erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana. Hoc eſt, grauiter caſtigabo falſos prophetas. Ponere manum ſuper aliquem hebraiſmus eſt, quo punitio ſignificatur: vt in pſalmo: Eleuauit manum ſuam ſuper eos. Et apud Sophoniam. Extendet manũ ſuã ſuper aquilonẽ, & perdet Aſſur. Qua de re alibi diſſeruimus. Ideo Pagninus vertit: Erit percuſſio mea ſuper prophetas.

In conſilio populi mei non erunt. Id eſt, delebuntur de cœtu populi Iſraeliti. Erunt interfecti, & luent morte ſua pœnas fraudũ ſuarũ. Vel, nõ erunt in cœtu beatorum: erit illis interclusum à concilio ſanctorum.

In ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur. Quando Iudæi redierẽt à Babylonica captiuitate, fuerẽque ſe ptiſſimam illam dignitatem reſtituti, quam animo retentam, longo interuallo interciſſam reuocarunt, ſcripſerunt nomina ſua in catalogo quodam, & familias & progenies, vt poſſet vnuſquiſque maiorum ſuorum hæreditatem recuperare, vt eſt in libro Eſdræ literis mandatum. Voluerunt etiam omnibus illis ſcribere, vt eſſent venturæ poſteritati monimenta illa conſignata. Et quoniam ſciebat Ezechiel falſos illos prophetas eſſe à Babyloniis interficiendos, & non eſſe in patriam redituros, ideo ait nõ eſſe ſcribendos in libro Hebræorum. Vel ſic: Non erunt in libro iuſtorum: de quo dicebat Moyſes: Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Hic eſt liber vitæ, de quo ait regius vates: Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Et Diuus Paulus in epiſtola ad Philippenſes: Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorũ nomina ſunt in libro vitæ. Et Chriſtus Deus noſter diſcipulis ſuis. Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Qui Chriſtũ ſequũtur, ſcripti ſunt in cœlo; qui abſtrahuntur ab illo, in terra. Vade ait Ieremias conterens cũ Deo ſermones ſuos: Recedentes à te domine in terra ſcribentur.

Nec in terram Iſrael ingredientur. Nimirum, poſt reditum à Chaldæa. Poteris per terram hanc intelligere cœleſtem patriam, veram promiſſionis terram. De qua ait regius vates. Credo videre bona domini in terra viuentium. Et Diuus Paulus: Feſtinemus ingredi illam requiem. Et Chriſtus apud Matthæum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Hæc eſt cœleſtis regio mentium beatarum domicilium, quam illi incolunt, qui in gratia migrarunt ex hoc mundo, qui cum vere viuunt, cum è corporum vinculis euolant, noſtro enim quo dicitur vita, mors potiùs eſt. Hanc patriam appetebant antiqui patres, ad hæc cœleſtes miſſiones, & æternas illas ſedes ardenter aſpirabant viri iuſti, de quibus ait Diuus Paulus in epiſtola ad Hebræos: A longẽ eas aſpicientes & ſalutantes, & confitentes peregrinos ſe eſſe & hoſpites ſuper terram. Qui hoc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem illius meminiſſent, de qua exierant, habebant vtique tempus reuertendi. nunc autem melioremappetunt, id eſt, cœleſtem. Hæc diuinus Paulus: quibus ſignificat, veteres illos patriarchas fide & charitate præſtantes ſpem habuiſſe poſt huius vitæ calamitates & labores migrandi aliquando in oras illas beatiſſimas, vbi dulciſſima concordia, placidiſſima tranquillitas, & iucundiſſima voluptas vigent, vbi numẽ illud ſanctiſſimum non guttam & ſtillã, ſed admirabilem fluuiorũ abundantiam, & fluuios æternorum gaudiorum dulciſſimos ſanctis eo fruentibus ex vberrimo ſuæ bonitatis fonte perfundit. Hoc perſpicies animo diuinus ater regius pſaltes concinebat: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Dicentes: pax pax, & non eſt pax. Dicebant populo falſi prophetæ: Erit vobis pax: quia nõ venturi ſunt Babylonij oppugnatum vos. Et licet venerint, nihil illis proderit. at multò aliter euenit. Ideo ait propheta: Et nõ eſt pax. Eodẽ modo apud Ieremiã: Pax pax: Et nõ erat pax.

Exod. 32.
Pſal. 58.
Philip. 4.
Luc. 10.
Hebr. 4.
Matth. 5.
Pſal. 35.
Pſal. 77.
Pſal. 150
Sophon. 2
Eſai. 2.
Ier.

Et ipſe ædificabat parietem. Populus ipſe deceptus promiſſionibus pſeudoprophetarum ædificabat muros & domos, ac ſi nulla ei ætas eſſet ſine allatura. Fidebant Iudæi muro vrbis, loci natura, & hominum ingenio munitæ, dei autem oracula contemnebant. Pſeudo autem prophetæ liniebant eum luto abſque palea, hoc eſt, vanis & blandis verbis populo plaudebant, eum in errore ſuo confirmantes. Hũc locum explicans diuus Gregorius in Moralibus, ait: Paries quippe nomine peccati duritia deſignatur. Ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſè agentes ædificant, ipſi adulãtes quaſi mitidum reddant. Hæc ille. Quæ ſunt in ſacros canones relata, 46. diſtinctio. capite. Sunt nonnulli. Significari autem per parietem peccatũ indicat id, quod ait Eſaias: Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum. Ac ſi dicat: Cõgeries ſcelerum veſtrorum eſt durus paries vos ſeparans à Deo veſtro. Hic eſt paries, ad quem Ezechias faciem ſuam conuertit, vim lachrymarum profundens. Conſiderans enim peccata ſua lachrymas cõtinere nõ potuit. Hic eſt paries, qui ſuper filios Iob fimul cecidiſſet, eoſque oppreſſiſſe legitur. Hic eſt paries, quem Ezechiel perfodere iubetur, quem debemus mentis oculis intueri, & cogitatione penetrare, vt cognoſcentes flagitia noſtra, Deum ad iram prouocantia, ea lachrymis & lamentis deleamus. Hunc parietem ædificabant Hebræi nõ acquieſcentes conſilio Ieremiæ, ſed ſcelera ſceleribus accumulantes. Cùm autem pſeudoprophetæ homines adulatores, & diuitiarum cupidi eos toto ore laudarent, merito dicuntur hoc loco à propheta parietem luto lenire. Lutum eſt depranatũ propoſitum totum terrenum, nequaquam cœlum aſpiciẽs. Eſt igitur ſenſus: Populus incidebat in grauia flagitia, & eius falſi prophetæ ei blãdiebantur, comprobãtes ejus impia facinora, eiuſq; perfidiam laudibus mirificis extollentes. Qui ex luto conſtruunt parietem, ſolent prius ligna diſponere, & plicare, & poſtea lutũ adhibere. Hæc lignorum ordinata congeries appellatur paries hoc loco. Et eſt ſenſus: Populus figebat & diſponebat ligna; falſi autem prophetæ adhibebant lutum. Populus peccabat, illi autem peccata confirmabant, aſſerentes veram eſſe doctrinam ſuam, firmam & ſtabilem. Volens autem Ezechiel oſtendere eã eſſe vanam, fragilem & fluxam, ait eos ædificare luto abſq; paleis: ruit enim ſtatim paries lignorum & luti abſque paleatũ miſtura. Aſpicis iuſte flagitiorum ædificia terrena eſſe & lutea, atque nullæ perpetuitatis: cuiuſmodi illæ erant, quæ Hæbræi in Ægypto ſub Pharaone conſtruebant. Poteris per linire parietem luto, intelligere, illum iam effectum, luto complanare & incruſtare. Sed eadem manet ſententia. Theophylactus in Lucam capite 5. Qui, inquit, ad gratiam loquuntur, & arguunt peccata populi tantum in ſuperficie, liniunt peccata populi veluti parietem quendam. Exod. 1. & 5.

Dic ad eos, qui liniunt abſque temperatura. Id eſt, qui in ædificando non miſcẽt luto paleas. Senſus eſt: Dic falſis prophætis, non eſſe eorũ ædificium permanſurum: nam breui venient Babylonij, qui eos calamitatibus incredibilibus lacerabunt, crudeliter occident, & totam Hieroſolymam funditus euertent.

Erit enim imber. Calamitatem, qua erant opprimendi Iudæi ab exercitu Chaldæorum, cõparat cum imbre, & grandine, & vento procelloſo omnia conuellente.

Siquidem ecce cecidit paries. Quandoquidem caſurus eſt paries, & murus eſt à Babyloniis euertendus, quem vos perpetuum fore aſſertis, nonne irridebimini? Tũc apparebit falſitas inanis veſtræ vaticinationis. Tunc dicetur vobis: Vbi eſt pax, & ſecuritas, quam nobis promittebatis falſi adulatores?

Et cõſumetur in medio eius. Subauditur populus. *In pariete, & in iis, qui liniunt eum abſque temperamento.* Hoc eſt, euertam ædificium, & ædificantes: diruã vrbem, & habitatores. Delebo populum, & magnates: perdam falſam doctrinam & falſos magiſtros. Oſtendam eſſe pſeudoprophetas totos ex adulationibus & mendacijs conflatos.

Et tu fili hominis, pone faciem tuã contra filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo, & vaticinare ſuper eas: & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ ijs, qui cõſuunt puluillos ſub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas. Et cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentiẽtes populo meo, credẽti mẽdacijs. Propter hoc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos veſtros, quibus vos capitis animas volantes, & dirũpam

cos

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos de brachijs vestris, & dimittã animas, quas vos capitis animas ad volãdum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra: nec erunt vltrà in manibus vestris ad prædãdum. Et scietis, quis ego Dominus. Pro eò quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quẽ ego non contristaui, & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret, propterea vana non videbitis: & diuinationes non diuinabitis amplius: & eruam populum meum de manu vestra. Et scietis, quia ego Dominus.

Pone faciem tuam contra filias populi tui. Hoc est, vaticinare contra falsas prophetissas, quæ somnia sua, & meras nugas vaticinantur. Tanta fuit tunc temporis audacia, vt nõ solùm viri, sed etiam nefariæ fœminæ se à Deo spiritũ prophetandi habere affirmarent. Vel fortasse viros ipsos effœminatos mulieres vocat. Ponere faciem contra aliquem apud diuinos vates est aduersus eum venturas calamitates prædicere. Accipitur enim facies pro oculo, oculus pro visione, visio pro prophetia, vt hoc loco, & capite 20. Pone faciem tuam contra viam austri. Et 21. Pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humũ Israel. Capitur etiam facies pro terrore, ira, & vltione absq; prophetia, vt in psalmo: Vultus autem Domini super faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriã eorum. Loquitur more humano; nam homines irati solent vultu toruo & truculento inimicos suos aspicere. Et rursum: Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et apud nostrum Ezechielem, Deus, Ponam, inquit, faciẽ meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum, & prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei. Accipitur quoque facies pro fauore, vt in psalmo: Vsquequo auertis faciem tuam à me. Et rursum: Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. In hũc sensum interpretantur nonnulli locum illũ psalmographi: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiã in corde meo. Lumen vultus vocat faciem lucidam & lætã. Et est sensus: Fauore tuo Domine nos prosecutus es, respiciens nos vultu hilari instar amãtis, dilectum suum suauiter intuẽtis. Hinc effectum est, vt respicere, & oculos figere in aliquem, significet cum prosequi benuolentia & fauore. Ira intelligitur Geneseos illud: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et Leuitici illud: Respiciam vos, & crescere vos faciam. Hoc intelligens regius vates clamabat: Respice in me, & miserere mei. Et alibi: Oculi Domini in pauperem respiciunt. Ac si diceret: Eum Deus amore complectitur, erga eum benignitatem suam ostendit, qui animi submissione seipsum abijcit & contemnit, nihil de se altum cogitans, nihil magnificum. Ita verba illa Dei apud Esaiam intelliguntur: Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu. Vbi septuaginta pro pauperculo tapinon, hoc est, humilem transtulerunt. Nec solùm in literis diuinis, sed etiam in humanis oculi significãt fauorem, & beneficentiæ signũ. Vnde Latinus poeta de suo Ioue loquens, aiti Constitit, & Libyę defixit lumina regnis. Et licet respicere, figere lumina, ponere faciem, & aliæ huiusmodi locutiones multas habebant significationes, hoc tamen loco ponere faciem est ærumnas venturas vaticinari.

Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus. Hoc est, Væ illis, qui componunt & coniungunt mollia ceruicalia plumis delicatis referta, eaq; nõ solùm in lectis subijciunt capitibus dormientiũ, nec solùm in sellis & scamnis, vt mollior sit sessio, sed etiã ea sub cubitis manuum ponunt, vt brachia molliùs, ac blandiùs quiescãt. Trãslatio, cui D. Hieronymus adiecit cõmentaria, habet: Væ illis, quæ consuunt puluillos: vt referatur ad falsas prophetissas. Sed parum refert, dicatur ne de viris, an de fœminis, dũmodò intelligatur esse aduersus adulãtes. Illi cõsuunt pulvillos sub omni cubito manus, & ponunt ceruicalia sub capite aliorũ, qui eos adulationibus, illecebris, falso amore, & sermonibus blandis seducũt, vt illis quicquid velint, persuadeãt. Hunc locum ijs verbis enarrat in Moralibus D. Gregorius: Quisquis malè agẽtibus adulatur, pulvillum sub cubito, vel ceruical sub capite tacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat.

Sub capite vniuersæ ætatis. Volebant enim omnes decipere, cuiuscunque essent ætatis, siue adolescentes, siue iuuenes, siue senes.

Ad capiendas animas. Id est, ad decipiẽdos homines dolis & fallacijs.

Viuificabant animas earum. Id est, promittebant illis vitam, & perpetuã quietem. Vel sic. Cùm animas aliorum seducebant, tum animas suas viuere existimabant. Eorũ vita erat aliorum vitam consumere. Huiusmodi sunt modò multi, qui vitam sibi acerbam ducunt, nisi aliis perniciem machinentur. Vt ignis faculæ cereæ tamdiu viuit, quamdiu ceram cõsumit, consumpta verò cera ille confestim extinguitur, sic tota maleficiorum pestilentiumq; hominum vita, tota eorum voluptas in aliorum morte & calamitate consistit. Hæc est eorum lætitia aliorum mœror, hæc eorum salus aliorum pernicies. De illis ait in Prouerbijs Salomon: Lætantur, cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed væ illis, quoniam interitus, quem alijs moliũtur, in eorum caput redundabit. Qui ruina lætatur alterius, inquit Salomon, non erit impunitus.

Et violabunt me. Hoc est, Persuadebant populo, me illis voluptatibus oblectari.

Propter pugillum hordei. Hoc est, ideo, adulatores hominibus blandiuntur, vt ab illis aliquid accipiant. Qui falsis laudibus ducũtur, adulatores suos muneribus fouent, illi verò eos spoliant & diripiunt. Quemadmodũ ligna ignem nutriunt, ignis autem ea incendio deuorat, sic adulari sustentãt adulatorem, adulator autẽ eos absumit. Quãdo viri illi prisci, qui eruditione habebantur insignes, fictis fabulis memoriæ prodiderunt, fuisse Actæonẽ à canibus suis, quos alebat, deuoratum, significare voluerunt, vt ait Phauorinus philosophus, eum, qui laudum suarum illecebris, & adulationum blanditijs delinitur, ab illis deuorari & consumi, quos ipse sępenumerò educauit. Et non sentiunt miseri adulatores ęternas esse pœnas, quæ eorum scelera sequuntur. Sed intuere ob quam paruam rem amittunt cœlestem gloriam, ob pugillum hordei, & fragmentum panis. Quid est enim quicquid lucrari possunt, nisi paruum quippiam, fluxum, & caducum, quod breui consumitur, eripitur, & euanescit? Vera virtus est illa, quæ nec consumi potest, nec dureptioni exponi, nec vi tempestatum euelli, nec temporum cõmutatione labefactari: qua qui præditi sunt, soli verè diuites à sapientibus appellantur. Hanc contemnunt insipientes homines, & æternam illam beatitudinem, quam ea poterant adipisci, pro nihilo ducunt. Commutant & relinquunt cœlum pro terra, animam pro corpore, spiritum pro carne, Deum pro mundo, virtutem pro vitio. Nihil est illis magis in optatis, quam consequi mundi diuitias & dignitates, & voluptatibus perfundi: eas inquirũt, illarum se ministros præbent, atque Dei hominumque iura violant & peruertunt. Et existimantes se esse magnum aliquid cõsecutos, perdunt seipsos, & omnia pariter amittunt. Simile. Construit architectus magnificum quoddam templum sumptuosum, industria elaboratum, magnoque artificio substructum. Et volẽs vltimam illi manum imponere, fastigium consummare, & superbam fornicem clauc conclu-

dere, ruit totum ædificium, & euertitur tota machina, & artifex incredibili dolore obstupescit. Talis est mundi lætitia, quam longo tẽpore quæ fuistis cùm enim existimas, te esse rebus secundis & ad voluntatem fluẽtibus abũdantem, nihilque tibi deesse ad perfectã prosperitatem præter vltimam clauem, ruit & labefactatur omnis illa lætitia, & cadit atque euertitur totum ædificium falsæ mundi voluptatis. Et, vt ait Salomon in Prouerbijs, Extrema gaudij luctus occupat. Quam ob rem clamat in Ecclesiaste idem sapiens: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ maior vanitas esse potest, quàm pro pugillo hordei, pro re caduca velle amittere æternam felicitatẽ? Mũdi opes & diuitias appellat Ezechiel pugillũ hordei, & buccellam panis. Vide quàm paruis rebus ea comparet diuinus vates, quæ homines summa arbitrantur, ad quæ auiditate inflãmati rapiuntur. Sed dicunt adulatores se non ob diuitias acquirendas, nec ob fauorem aucupandum blanditijs vti, sed vt amicitiam foueant & conseruent. Videte errorem intolerãdum. Nulla in amicitijs pestis maior est, quàm adulatio, delet enim veritatẽ, sine qua nomen amicitiæ valere nõ potest. Ego in ea sententia sum, vt in amicitia comitas adsit, sed assentatio procul amoueatur, est enim adiutrix vitiorũ, expultrix virtutũ, illis absque dubio perniciosa, qui ea vtuntur, & qui eã recipiũt, eaque delectãtur. Eam ob causam dicebat quidã sapiens, melius esse in coruos, quàm in assentatores incidere, quoniã coruus mortuos, adulatores verò viuos exedũt. Corui tãtùm mortuos impetunt, adulatores etiam viuis insidiantur. Quare falsum est, quod aiunt, se assentationibus vti ad amicitiæ confirmationẽ, cùm id efficiant, ad gratiam eorum aucupãdam, quibus blandiuntur, vt ab illis aliquid acquirant.

Vt interficerent animas, quæ non moriuntur. Id est, volebãt occidere suis adulationibus & falsa doctrina aliorum animas quæ suapte natura immortales sunt: proptijs autẽ animis suis mortuis per peccatum vitam tribuere; tunc enim viuere existimabant, cùm alios decipiebant. Apertè asserit esse animas immortales ex natura, sed mori per peccatum. Anima enim absque gratia gratum faciẽte dicitur mortua. Anima dat vitam corpori, gratia autem animæ, est enim gratia veluti anima animæ. In libro de spiritu & anima ait diuus Augustinus: Vita animæ Deus est, mors animæ peccatum: anima namque, quæ peccauerit, ipsa morietur, quæ autem iudicium fecerit & iustitiam, viuet, & non morietur. Ita immortalis est anima, vt mori possit, ita mortalis, vt mori non possit: immortalis per naturam, mortalis

Inf. 20. c. 21. Psal. 33. Psal. 67. Inf. 14. Psal. 12. Psal. 79. Psal. 4. Genes. 4. Leuit. 9. Psal. 85. Psal. 118. Prou. 2. Prou. 17. Simile. Prou. 14. Eccl. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per peccatum. Hæc ille. Animæ immortalitatem asseruerunt non solùm fideles, sed etiam philosophi à fide alienati. Nam Pythagoras, vt ait diuus Augustinus libro tertio contra Academicos, cõmotus Pherecidæ Syri philosophi rationibus, immortalé esse animã credidit. Quod posteà Socrates apertissimè docuit, & Plato multis argumentis confirmauit: quorum nonnulla sunt à Cicerone nostro literis Latinis illustrata, & in librum sextum de republica, in Senectutem, in primam quæstionẽ Tusculanam grauiter & eleganter relata. Sed minimè mirandum est asseruisse Platonem animæ immortalitatem, cùm fuerit vsque adeò in lege Moysi versatus, vt dicat Eusebius libro nono de præparatione euangelica bona eius dogmata fuisse à lege vetere desumpta. Quod approbat Aristobolus in primo ad Philometora. Et diuus Ambrosius libro de bono mortis accepisse ait Platonem hortos suos à Canticis Salomonis. Et si Plato secutus fuerit in physicis Heraclitum, in moralibus Socratem, in mathematicis, Theodorum Cyreneum, in metaphysicis Pythagorã, tamé illud est perspicuum, in diuinis nonnulla ex Dei lege deprompsisse. Quid autem senserit de animæ immortalitate Aristoteles, non est omnino perspicuum: nam Gregorius Nissenus, Plutarchus, & Alexander Aphrodisæus contendunt sensisse Aristotelem, animam esse mortalem: contrà verò diuus Thomas, Theophrastus, Aristotelis discipulus. Hammonius, Philoponus, Simplicius, Sophonius, Theodorus Metoclites, & alij propè infiniti, qui ex Aristotelis fontibus hortulos suos irrigarunt, asseueranter affirmant, credidisse Aristotelem animi immortalitatem. Quæ opinio cùm cõmunior est, tum etiam credibilior. Demosthenes, cùm fugeret Antipatrum, vt refert Bessarion pro defensione Platonis, respondit Archiæ pollicẽti sibi vitam verbis blandissimis, si rediret: Absit, vt viuere turpiter malim, quàm honestè mori, postquàm Xenocratem & Platonẽ audiui de animi immortalitate differẽtes. Mercurius ille Trismegistus, hoc est ter maximus, ita enim eũ vocarunt, quòd diceret eũ esse maximũ regẽ, maximũ sacerdotẽ, maximũ philosophum, in primo dialogo Pymãdri ex vniuersis terrenis animantibus solum hominem ait duplicis esse naturæ, mortalis propter corpus, immortalis propter animam. Et paulò pòst de animo iusti viri differens, ait, eum harmoniæ motione exutum ad cœlum ascendere, vbi vnà cum cœtu mentium beatarum laudat Deum, quo omnes illic fruuntur. In eadem sententia erãt prisci Romani, qui in funere imperatoris tabernaculum extruebant, à quo aquilam cum igne quodam mittebant ætherem petituram, quæ ab illis animam defuncti ad cœlos vehere credebatur, vt æternitatem beatitudinis cõsequeretur. Tradit hoc Herodianus, & refert Blondus libro secundo Romæ triumphantis. Et si veteres illi viã immortalitatis ignorabãt ob fidei defectum, res tamen ipsa eos non fugiebat. Nam nisi multorum præceptis, multisque literis sibi ab ineunte ætate persuasissent esse aliam vitam, vbi iustorum animæ in æternum quiescẽtes summis gaudijs redundarent, pro qua obtinenda, erant omnia pericula pro nihilo putanda, nũquam se pro salute patriæ in tot ac tantas dimicationes, atque in nefariorum hominum tã terribiles impetus obiecissent. Est enim memorię proditum, non solum Romanos duces, sed vniuersos etiam exercitus ad non dubiam mortem cucurrisse. Nec est credendum eos hæc pro fama solùm fecisse, moros vanæ tantummodò nominis celebritate, quæ de nullo vnquam perennis fuit, sed pro fama simul, & animæ immortalitate, quæ nec obruitur hominum interitu, nec obliuione posteritatis extinguitur. Hinc fluxit opinio Elysiorum camporum, quos canit Vergilius li. 6. AEneidos, quos Homerus in extrema ponit Hispania, vbi Zephyri spirant: & alij in insulis Fortunatis. Plato in Phædone in cœlo stellato regionẽ esse describit admirabili pulchritudine decoratã, eximijsque gaudijs effluentẽ, quam ait esse mentiũ beatarũ domicilia, quæ ex hac vita sanctè migrarunt. Alij in cauo lunaris globi, vt Seruius refert, vbi purus est æther, nullis tempestatibus agitatus: quam ob causam Vergilius aeris cãpos appellat. Proclus in libro de anima & angelo apertè inquit iustorum animas à corpore separatas in cœlo quiescere, improborum autem in tartaro. Valerius Maximus capite de miraculis, & de somnijs multa dicit, quibus approbat animæ immortalitatẽ. Didymus ille, qui inter Brachmanes obtinuit principatum, in epistola quadam ad Alexandrum Magnum ita ait: Non sumus huius mundi incolæ, sed aduenæ: nec ita in orbem terrarum venimus, vt in eo libeat cõsistere, sed transire, properamus enim ad larem patriam. Seneca philosophus insignis in epistola quarta & quinta, & in libro de morte immatura, & multis alijs in locis: Macrobius in somnium Scipionis, Galenus libro de spermate, Apuleius in libro de Deo Socratis, & omnes deniqs philosophi sapientia exculti, & insigni laude celebrati animæ immortalitatis se asserores, vindices, & patronos exhibuerunt. Et fuit hæc assertio omnium prudentium hominum assensu & authoritate confirmata.

Nam

Nam cùm in omni natione, religione, & ætate constet inter omnes homines doctos pariter & indoctos Deum esse iustissimum, apertè concluditur, eum nullum bonum relinquere irremuneratum, nullum malũ impunitum. Atqui hoc nõ est in hac vita, est igitur in alia. Videmus namque in hoc mundo magnos viros pietate cõspicuos, virtutibus exaggeratos, sapientia admirabiles, iniurijs acerbissimis affici, incredibilibusque calamitatibus lacerari: contrà verò homines pestilentes, ab omni honestate relictos, summis infinitæ cupiditatis stimulis cõcitatos, rebus prosperis & ad volũtatem fluentibus abundare. Oportet igitur esse animam immortalem, vt in alia vita sit plena remuneratio & punitio. Præterea cùm nõ inueniatur corruptio, nisi vbi contrarietas inuenitur, in animã autem intellectualẽ nulla sit contrarietas, cùm etiam contrariorum eadem sit scientia, necessariò colligitur, animam intellectualem esse incorruptibilem, & ex consequenti immortalem. Si anima in corpore colligata non ad corporis exiguitatem contrahitur, sed sæpe corpore in lecto iacente ipsa viribus suis excubat, corporisque transgreditur conditionem, cœlestia spectat, & immortalia contemplatur, qui fieri potest, vt eadem à corpore absoluta non habeat excellentiorem immortalitatis cognitionẽ? Si antea corpori colligata ab ipso veluti seiuncta extra illud vitam degebat, quantò magis cùm fuerit à corporis vinculis separata? Nihil omninò mortale potest immortalia intelligere, cùm autem anima intelligat immortalia, apertè cõcluditur eam nõ esse mortalem. Vt corpus mortale suis sensibus corruptibilia inruetur, ita anima immortalis æterna cogitat & contemplatur. Eam ob causam Sacratici philosophi duas esse vias asseruerunt animarum è corpore exeuntium. Nam qui se humanis vitijs contaminant, & se totos flagitijs dedunt, ijs deuium quoddam iter est: secludum à concilio beatorum. Qui autem se integros impollutosque seruant, quibus est minima cum corporibus contagio, his ad cœlum, ad sanctorum domicilium facilè patet aditus. Qui enim rectè & honestè curriculum viuendi à natura datum consciunt, gloriam sempiternam consequuntur. Hæc habui nunc, quæ dicerem de animæ immortalitate ex philosophis deprompta aduersus eos, qui diuinas literas cõtemnunt, & sola humana philosophia ducuntur. In sacra scriptura sunt innumera testimonia, quorum tria tantùm citabo. Prophera Daniel ijs verbis hãc asseruit veritatem: Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper, Christus Deus noster, veritas illa sempiterna ita ait apud Matthæum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quibus verbis asserit corpus nostrum mortale esse, animã verò immortalem. Et rursum de impijs & iustis ait: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Sanctorum doctorum authoritates adducere superuacaneum esse existimo, & laborem infinitum: pleni enim sunt eorum libri, plenę sunt eorum voces hac veritate: plena est præsens consensio, & plena antiquorum vetustas. Multi sunt & propè infiniti Christiani doctores, qui veritatem hanc testantur, quos idcirco nõ nomino, ne mea oratio, si nimis de aliquo dixero, ingrata, si satis de omnibus, infinita esse videatur, cùm nullus sit, qui vnquã de hac veritate dubitauerit. Eã asseuerat hoc loco Ezechiel, dicens: Vt interficerent animas, quæ nõ moriuntur. *Matt. 10* *Matt. 25.*

Ecce ego ad puluillos vestros. Subaudi, missurus sum iram meam. Aposiopesis est. Ac si dicat: Ego perdam omnia instrumenta, quibus seducitis populũ. vos & adulationes ac fraudes vestras delebo.

Quibus vos capitis animas volantes. Comparat falsas prophetissas retibus aues capientibus, ipsas autem animas illis credentes passeribus volantibus, qui retibus capiuntur. Vel animas volantes, nimirum à corporibus. vt sit sensus: Perdã assentationes & dolos, quibus capitis animas, quæ cum corpore non moriuntur, sed à corpore separatæ volant ad locũ suorum meritorum. Vel sic: Quibus blanditijs capitis animas liberas, quæ poterant volare, nec à vobis caperentur. Quemadmodum aues vt aucupum retia fugiant, in altum volant, *Simile.* sic homines vt tẽtationum vincula declinẽt, debent ad Deum confugere, & in sublime se efferre. Et quemadmodum volatilia, quæ descendunt ad grana aucupum capienda, capiũtur, sic qui dæmonis, mundi, & carnis suggestionibus acquiescunt, in eorũ vincula incidũt, vbi miserè occiduntur. Quemadmodum triplex est vita, nempe naturæ, gratiæ, & gloriæ, sic triplex est mors, nimirum naturæ, culpæ, & gehennæ. Volemus igitur animo ad deum, ne in hostium laqueos conijciamur, &, vt verbis vtar diui Bernardi, studeamus furari aliquando nosmetipsos, & pessimis cogitationibus surripere vel ad horam. *Simile.*

Et dirumpam eos. Subaudi pulvillos.

Pro eo quod mœrere feciſtis cor iusti mendaciter. Hoc est, quoniam multa prædixistis, quibus cor iusti affecistis dolore, asserẽtes dolos vestros esse diuina vaticinia, cùm ego noluerim premere mœrore viros iustos: & quoniã

Dan. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

impios lætitia extuliſtis, cùm illis proſpera & læta vaticinaremini, ex quo effectum eſt, vt illi non relinquerent flagitia ſua, propterea ego vos perdam, & acerbis calamitatibus afficiam. Et ita populum meum à manu veſtra liberabo. Cùm autem mihi dederitis pœnas ſcelerum veſtrorum, erit mea iuſtitia vobis perſpecta, & me eſſe Deum cognoſcetis. Intuere quàm graui pœna ſint digni, qui iuſtos mœrore vrgent, nefarios autem afficiũt voluptate. Quid eſt enim crudelius, quid ſceleſtius, quid deteſtabilius, quàm dare operam, vt viri pij, & virtutibus exaggerati luctus percipiant, & in ærumnis verſentur, flagitioſi autem ex omnium ſcelerum colluuione nati, lætitia geſtiant, & gaudio perfundantur? Illud eſt aduertendũ, iniquos plerunque proſperitate fieri deteriores, & in vitioſitate confirmari, diuitias enim & potentiam comitatur ſuperbia, ſuperbia exit in tyrannidẽ, dum fœnum migrat in cornua. Ideo ait hoc loco Deus: Confortaſtis manus impij, vt non reuerteretur à via ſua mala, & viueret. Nam confirmati in ſceleribus ſuis præcipitantur, & in ſempiternum exitium rapiuntur.

Propterea vana non videbitis. Hoc eſt, non prædicetis poſt hac vanitates.

Annotationes ex Hebræo in caput XIII.

Non aſcendiſtis ex aduerſo. In hebraico eſt: Nõ aſcendiſtis בְּפִרְצוֹת ba peratſoth, à verbo בָּקַע parats, ſiue pharats, quod ſignificat diuidere, & euertere. vt. 2. Regum. 5. Diuiſit dominus inimicos meos coram me. Quod poterat etiam verti. Diſſipauit ſeu euertit Deus inimicos meos coram me. Cùm Thamar geminos filios in vtero haberet, & in partu priùs appareret manus eius, qui vocatus eſt Zara, & tamen Phares priùs natus eſſet, dixit illi obſtetrix: Quare diuiſa eſt propter te materia? Ac ſi dicret: Cur diuiſiſti tibi ſecundas? Cur rupiſti membranam, qua operiebaris, vt prodires ante fratrem tuum? Mẽbrana illa, qua infantulus in vtero matris coopertus eſt, quã Latinus interpres materiam appellauit, hebraicè dicitur pheres, hoc eſt, diuiſio ſeu ruptura, quòd rupta illa prodire ſoleat infans. Tharghum ita hunc locũ vertit: Quàm magna fortitudo fuit tibi, vt præualeres? Ideo infans ille vocatus eſt Phares, hoc eſt, diuidens, ab hoc verbo pharats. Vnde phariſæi, hoc eſt diuiſi, quia erãt ab alijs hominibus ſeparati. Ideo poterat verti locus hic Ezechielis: Non aſcendiſtis ex diuiſo. Sed quoniam qui diuiſi ſunt & diſcordes, aduerſi ſunt, ideo meritò Latinus interpres tranſtulit: Non aſcendiſtis ex aduerſo. Pagninus vertit: Non aſcendiſtis in fracturas. Brixianus: Non aſcendiſtis per interruptiones. Poterat verti: Non aſcendiſtis per diuiſiones. Et omnes hæ tres verſiones in eandem recidunt ſententiam. Vt dicat Deus: Falſi prophetæ veluti vulpes ruperunt maceriem, vt vineam meam deuaſtarent, vos autem vrbis gubernatores non poſuiſtis vos in rupturis & diuiſionibus parietis, ne vulpes in vineã introirẽt: ſed omnia vaſtare permiſiſtis. Septuaginta habent οὐκ ἔστησατε τεῖχος. Hoc eſt, non ſteterunt in firmamento. Ac ſi diceret: Non fuerunt conſtantes in virtute, non habuerunt ſtabilitatem, nec firmitatem. Huiuſmodi ſunt qui non ædificarunt domum ſuam ſuper petram, de qua ait Apoſtolus: Petra autem erat Chriſtus: ſed ſuper arenam, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & cecidit domus illa. At de viro iuſto & conſtante ait dominus apud Matthæum: Aſſimilatur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram. Hic poterit canere cum Dauide: Statuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Proprium autem conſtantiæ eſt, ferre ſapienter caſus aduerſos, retinere in rebus ſecundis temperantiam, & in aſperis dignitatem, mortem propter Chriſtum contemnere, eſſe ad omnes dolores paratum, nullam ob cauſam à virtute dimoueri, nihil quod homini accidere poſſit intolerandum putare. Qui hæc conſtantia munitus migrauerit è vita, gloriam immortalem conſequetur. nam vt ait apud Matthæum Chriſtus Deus noſter. Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.

Illi autem liniebant eum luto abſque paleis. In hebraico eſt: Ipſi autem liniebant eum luto טָפֵל taphel. Dictio hæc ſignificat inſulſum, vt apud Iob. 6. Nunquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum? Quaſi dicat: Si homo comedere non poteſt rem inſulſam, & inſipidam, qui fieri poteſt, vt comedam dolorem, quo premor? In Threnis ait ita Ieremias: Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta. Vbi in hebraico pro ſtulta eſt dictio hæc taphel. Ideo poterat verti locus ille: Vates tui vaticinati ſunt tibi falſa & inſulſa. Poterat igitur locus hic Ezechielis ita verti: Illi autem liniebant eum luto inſulſo, hoc eſt abſque firmitudine: pro quo paraphraſis Chaldaica habet luto ſine palea, & verſio cõmunis, luto abſque paleis. Septuaginta interpretes explicãtes quid per lutum abſque paleis intelligeretur, tranſtulerunt: Et iſti liniunt eum ſtultitia. Cæterùm verſio

verſio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, non habet liniebant, ſed linebant, & rectè meo quidem iudicio, nam verbum hoc ſignificat complanare & linire. Linire ſignificat vngere, mulcere, & tenuiter fricare: linere verò incruſtare & complanare, quòd eſt eorum proprium, qui luto parietes cooperiunt.

Quibus vos capitis animas volantes. Pro volantibus eſt in hebraico לְיַדְרְחוֹת lephorchoth: quod verti poteſt: ad volandum. Verbum eſt parach, quod ſignificat volare, & fluere, & germinare, vt in Numeris: Inuenit germinaſſe virgam Aaron. Et apud Oſeam: Florebit ſicut Lilium. Paraphraſtes Chaldæus vertit: Quibus vos venamini animas, vt pereant. Tunc enim animæ pereunt, cùm ſe per vanas & turpes cogitationes diſpergunt, & latè diffundunt, illis aſſentientes, & per aerem vanitatis volantes.

Num.17. *Oſe.14.*

ARGVMENTVM CAPITIS XIIII.

Permittit aliquando Deus, vt ſuorum verborum contemptores à pſeudoprophetis decipiantur. Impij obſtinati ſuent ſuorum ſcelerum iuſtas pœnas, tametſi inſti pro illis fundant ad dominum precationes. cõſolatur Ezechiel eos, qui in Babylonica captiuitate detinentur.

CAPVT XIIII.

A ET venerũt ad me viri ſeniorum Iſrael, & ſederunt coram me. Et factus eſt ſermo domini ad me dicẽs: Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam. Nunquid interrogatus reſpondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Homo homo de domo Iſrael qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciẽ ſuã, & venerit ad prophetã, interrogãs per eũ me: ego dominus reſpõdebo ei in multitudine immunditiarũ
B ſuarum: vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis. Propterea dic ad domum Iſrael: Hæc dicit dominus Deus: Conuertimini, & recedite ab idolis veſtris, & ab vniuerſis contaminationibus veſtris auertite facies veſtras. Quia homo homo de domo Iſrael, & de proſelytis quicunque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad prophetam, vt interrogaret per eum me, ego dominus reſpondebo ei per me, & ponam faciem meam ſuper hominem illum: & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & diſperdam eum de medio populi mei, & ſcietis, quia ego dominus.

EXPLANATIO.

Et venerunt ad me. Quemadmodum pſeudoprophetæ Hieroſolymæ exiſtentes deciperent eos, qui ibi remanſerant à tranſmigratione Babylonica, fuit ſuperiore capite explicatum. Nunc eorum dolus & perfidia oſtenditur, qui erant in Chaldæa, eorum præſertim, qui cæteros ætate anteibant. Narrat enim Ezechiel veniſſe ad eum nonnullos ex ſenibus eum interrogatum multa, grauia fortaſſe, & digna tanto viro: ſed quoniam ea iniquo animo interrogabant, & prophetæ dignitatem deformare cupiebant, volentes eum capere in ſermone, erant enim idolorum cultores, & ſcelerum maculis notati, ideo eos Deus grauiter per prophetã reprehendit, oſtẽdens non eſſe illos dignos reſponſione. Qui idolorum ſuperſtitioni adhærebant, dolis & fraudibus conſtabant, & flagitijs delectabantur, nullam habebant veram ſapientiam: erãt vera doctrina deſtituti, quia illi eam repellebant: & nec ſcire volebãt, nec diuini vatis reſponſionem merebantur.

Viri ſeniorum Iſrael. Duabus rebus eorum ſcelera exaggerat, & quòd eſſent ſenes, & quòd eſſent Iſraelitæ. Pari gradu ſceleſtius eſt & indignius peccatum ſenis, quàm iuuenis: quoniam ſenex rerum experientia & ſapientia præſtat, & debet alios non ſolùm conſilio inſtruere, ſed etiam vita & exemplo. Incidens autem in flagitia non ſolùm obeſt, quòd corrumpitur, ſed quòd corrumpit: pluſque aliquando exemplo quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccato nocet. Ideo ait Ecclesiasticus: Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum: pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum & luxuriosum. Quare est eius crimen grauius, & nonnunquã periculosius, quemadmodum apparet in auaritia & cupiditate. Vt incendium periculosius est in veteribus ædificiis, quàm in nouis, sic flagitium plus nocet in senectute, quàm ætate efflorescente. Primum igitur, quod eorum peccatum aggrauabat, erat ætas, secundum, genus: erant namque filij Israelis, quos Deus lege sua instruxerat, & ad terrã promissionis adduxerat, & in summa amplitudine & dignitate collocauerat. Hoc intelligens Ionas propheta, interrogatur à nautis, quod sceleris admisisset: Hebræus, inquit, ego sum, & dominũ deũ cœli ego timeo. Non solũ peccatum, sed peccati circunstantiã cõfitetur. Eã ob causam ait hoc loco Ezechiel. Venerunt ad me viri seniorum Israel. Sed nõ ait, omnes seniores Israel, ne existimemus omnes eos in errore, & deorum commentitiorum superstitione versari, sed indefinitè, vt nonnullos intelligamus impios fuisse, non omnes.

Ecclc. 25

Simile.

Ion. 1.

Et sederunt coram me. Prius quàm aliquid quærerent à diuino vate, sederunt, & sedentes causam aduentus sui silentio prætexere videbantur. At Deus, qui eorum calliditatem, malitiam, & iniquas cogitationes intelligebat, eorum propositum Ezechieli reuelauit.

Posuerunt immunditias suas in cordibus suis. Hoc est, immundis cogitationibus, deprauatis propositis, & turpibus sceleribus corda sua maculârunt. In animo suo firmiter statuerunt esse se idola culturos.

Scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Id est, iniquitatẽ suam, qua præbent alijs occasionem peccandi, decreuerunt habere semper ante oculos, tanquam rem sibi charã & dilectam. Solent enim homines ea, quæ amore prosequũtur, ante oculos ponere, vt ex illis capiant voluptatẽ. Quo fit, vt aspicere accipiatur aliquando pro oblectari, vt in psalmo: Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Hoc est, si ego in animo meo delector iniquitate, non exaudiet Deus preces meas. Ita intelligitur Geneseos illud: Dixit Deus: Fiat lux: & facta est lux: & vidit deus lucẽ. Et paulò post: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Hebraismus est, quo frequenter vtitur diuina scriptura: vbi videre idem est quòd delectari. Vnde non videre, seu facie auertere, est iratũ se ostendere, vt apud Iob: Quare faciẽ tuã abscondis, & arbitraris me inimicũ tuũ? Cæterũ pro scandalo habent septuaginta tormentũ. Et ita est sensus: Ante oculos intellectus habent ruinam & tormentum, & ærumnarũ angustias, in quas inciderant ob impia facinora sua, & nihilominus decreuerũt à flagitijs suis non recedere. Parati sunt ad omnia supplicia potius ferenda, quàm studeant pietati. Volũt potiùs in calamitatibus versari, quàm vero deo obedire. O impiam pertinaciam! ò deplorandum flagitium! Potest accipi scandalũ iniquitatis pro idolo, vt sit sensus: Corã oculis suis collocant idolum suum, vt illud summè venerentur. Id quod est flatiorum causa, scandalum iniquitatis appellatur.

Psal. 65.

Genes. 1.

Iob. 13.

Nunquid interrogatus respondebo eis? Hæc interrogatio vim habet negandi: ac si diceret Deus: Etsi me interrogent, tamen non respõdebo eis: sed cognoscent esse me suarum malarum cogitationum perspectorem. Interrogant enim non voluntate sciendi, nec animo se à sceleribus separandi, sed curiositate quadã inutili & vana commoti, & vt me tentent, & videant, possint ne oracula meorum vatum obiurgare. Quemadmodũ dum peritus mercator non ostendit merces suas ijs, quos intelligit non esse eas empturos, qui ad officinam veniunt, vel vt nimis curiosi, vel vt exploratores & proditores, non animo emendi, eos autem vocat, quos intelligit velle emere, ita Deus non ostendit alta mysteria sua, iis, quos scit vanè ea & curiosè inquirere, vel animo deprauato inuestigare, vt ea proterãt & conculcẽt: eos verò vocat ad eorum intelligentiam, eos instruit & docet, quos scit esse sibi, aliisq; profuturos. Hoc videbis plerunque. Vnde Christus Deus noster apud Matthæum, Nolite, inquit, sanctum dare canibus, nec proijciatis margaritas vestras ante porcos. Iam ob causam ligatus coram impio Herode desiderãte miraculũ aliquod ab eo, de quo multa audierat, curiosis oculis aspicere, tacuit omnino, nolens illi ostium, officinæ suorum mysteriorum & miraculorũ referare. Et Iudæis dicẽtibus: Volumus à te signũ videre, respondit: Generatio mala & adultera signum quærit, & signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. & coram discipulis suis & alijs vtilis pijs miracula magna edebat, ea ipsa nõ petẽtibus. Petebãt Iudæi signa, & postea vtilis multis ait: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Sed aduerte. Nõ dicũt: Magister volumus cõuerti miraculis tuis, sed volumus ea videre. Exploratores erant, & curiosi indagatores, volentes Christũ capere vel in verbis, vel in factis. Ideo aiunt: Volumus à te signum videre. Sed insipiẽtes homines prius deberẽt petere à Christo

Matth.

Luc. 8.

Matth.

Ioan.

Christo oculos, quibus viderent. Qui enim fieri potest, vt viderent, qui visu carebant? Cæci erant, & duces cæcorum: &, vt est in libro Sapientiæ litteris mandatum: Excæcauit eos malitia eorum. Erant talpis cæciores, & leberide inaniores. Vt enim pellis illa sicca, quã serpens exuit ad ætatem renouandam, effigiẽ habet oculorum, & membranã tenuissimã, qua oculi anguis præteguntur, oculos tamen verè non habet, sic impij Iudæi oculos habere videbantur, cùm tamen cæci essent, & pelles inanes, & in hominum figura homines non essent. Christi miracula specula erant diuinat: cùm autem Iudæi illi cæci essent, quomodo illa absq; visu videre volebant? Et, vt dicitur in prouerbio ab Stobæo ex Epicarmo recitato: Quid cæco cum speculo? Si speculũ nõ videbant, quomodo se poterant in speculo videre? Ait euangelista, eos ad dominum accessisse, vt eius mysteria perspicerent. Et dicebãt: Hic vnde sit nescimus. Sed quoniã pedibus ad eũ ibant, animo autem ab illo longè recedebant, quoniam fictè, vanè, curiosè, fraudulenter accesserunt, fuerunt à Deo grauiter obiurgati: & id quod petebant, non impetrarunt. In libro Sapientiæ sunt hæc verba monimentis consignata: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærite illum, quoniã inuenitur ab ijs, qui non tentant illum, apparet autem his, qui fidem habent in illum. Et Esaias, Quem, inquit, docebit dominus scientiã, & quẽ intelligere faciet auditũ? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Ac si dicat: Eos instruet deus altissima doctrina sua, illis arcana cælestia referabit, qui spirituales fuerint, cibisque solidi capaces. De illis qui solũ attingũt rudimenta & incunabula virtutis, ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Facti estis, qui bus lacte opus sit, non solido cibo. Nos verò Christũ rectè quæramus, dũ inueniri potest, & vt ait diuus Paulus, Accedamus ad eũ cũ vero corde, in plenitudine fidei. Ingrediũtur multi templum verbum Dei à concionatore audituri: omnes illi præbent aures, sed non omnes vtilitatem capiunt, quia non omnes recto animo illuc accesserunt. Vt ex multis auri fictis officinam introeuntibus hic emit catenã aureã, ille anulum pretiosum, quidam accipit monile elaboratum industria, & emblema te pictum, alius vas elegans & pulchrum: sed quidam nigrum tantùm carbonem sumit ex pauimento, quem manu tractat, & atterit, & nihil aliud vult ex officina, quàm carbonem illum, quo inquinatur: sic cum multi eant ad concionẽ, & vnusquisq; documentũ aliquod animæ suæ vtile, & cõscientiæ aptum accipiat, non deest tamen, qui terrum aliquid quærit, attendens diligenter vtrum concionator aliquid stultè, vel minus sapienter dicat, aut verbis aliquibus barbaris vtatur, vt illud irrideat, contemnat, & damnet. Et non considerat miser homo, cùm vult atterere concionatorem, seipsum cõtaminare. Est quidẽ concio euangelica officina aurarij ditissima, excellentibus monilibus plenissima, diuinarũ literarũ, sanctorumq; doctorum sententijs vberrima. Sed oportet sancto proposito accedere ad illam, animoque pio, sciendi & proficiendi percupido. Qui ita ad dominũ accedunt, ex discunt, quæ ad animæ pertinẽt salutẽ. Eos Deus docet, & instruit, & reficit, & amore rerũ diuinarum mirabiliter inflãmat. Contrà verò eos dimittit, qui ab eo animo fugientes, eũ corpore quærere videntur, pleni dolo, imbuti sceleribus, contaminati flagitijs, & malitia obstinati. Tales erãt hi, de quibus hoc loco agit Ezechiel, qui cùm eum viderent, vt per eum interrogarent dominum, suamq; malitiam specie pietatis occultassent, non meruerunt responsionem. Quam ob causam ait Deus Ezechieli: Nunquid interrogatus respondebo eis? quasi dicat: nequaquam.

Matt. 15.

Sap. 2.

Simile.

Mat. 2.

Ioan. 9.

Sapi. 1.

Esa. 28.

Heb. 5.

Heb. 10.

Simile.

Homo homo de domo Israel. Id est, quilibet homo Israelita. Exaggerat eorũ crimina, quoniam in ea incidissent, cùm essent non solùm homines, sed homines ex genere Israelis, ex populo Dei, vbi erat fides & ratio, ipsi autem nec haberent fidem nec rationem.

Qui posuerit immunditias. Explica vt supra.

Ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. Hoc est, respondebo ei, prout eius scelera merẽtur. Ac si dicat: Ei nõ respondebo: quoniam flagitia sua non sunt digna responsione mea. Vel sic: Respondebo ei, sed ita obscurè, ac si non respondissem. Vel sic: Respõdebo ei nõ ad interrogationem suã, sed suam increpans malitiam. Vel sic, & clarius meo quidem iudicio: Ego ei respondebo, etiam si veniat plenus multitudine idololatriarum suarũ. Huic expositioni fauet paraphrastes Chaldæus ita hunc locum vertens: Respondebo illi, licet veniat ad me refertus idololorum cultu.

Vt capiatur domus Israel in corde suo. Hoc est, vt decipiatur in cogitationibus suis. Sed particula, vt, non accipitur causaliter, sed consecutiuè: Deus enim non est causa mali culpæ. Est quidẽ author mali pœnæ iuxta id, quod est apud prophetã Amos: Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecerit? Et apud Esaiã: Faciens pacẽ, & creans malum. Et apud Michæam: Descendit malũ à domino in portam Ierusalẽ. Autor aũt peccati nequaquam. Ipse enim est, de quo ait Esaias: Iniquitatem non

Amos. 3.

Esa. 45.

Mich. 1.

Esa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fecit, nec dolus fuit in ore eius, quũ sen-
1.Pet.2. tentiam repetit diuus Petrus prima sua epistо-
Sapi.1. la canonica. Et, vt ait liber Sapiẽtiæ, deus mor-
tem non fecit, nec lætatur in perditione viuo-
rũ. Sed cùm Iudæi illi obstinati in erroribus
& flagitijs versarentur, & Deus illis aut nõ re-
sponderet, aut obscurũ responsum daret, hinc
efficiebatur, eos in erroribus suis permanere.
Potest hoc ita explanari. Ita domui Israel re-
spondebo, vt eam capiam in cogitationibus
suis, vt videant apertè me eius dolos intellige-
re. Ostendam nefarijs Hebræis nihil eos lo-
qui, aut agere, aut cum animo suo cogitare,
quod ego nõ intelligam. Et hoc modo partic-
ulo, vt, accipitur causaliter.

Conuertimini, & recedite ab idolis vestris.
Aspice Dei clementiã & misericordiam. Eos,
quos suæ legis contemptores videbat, qui eo
relicto deos falsos & commentitios colebant,
vocat, & hortatur, vt conuertantur. Intueris
hic quàm verum sit, quod de eo dixerat regi-
Psa.29. us vates: Ira in indignatione eius, & vita in
voluntate eius.

Auertite faciei vestras. Hoc est, non solùm
scelera non admittatis, sed ne ea quidem vide-
re velitis.

Et de proselytis. Proselytus idẽ est quod ad-
uentitius & peregrinus. Propriè autem in li-
teris diuinis accipitur pro eo, qui ex ethnicis
ad Iudaismum veniebat.

Ego dominus respondebo ei per me. Respondе-
bo ei operibus, vt eius flagitia merentur. Re-
sponsio erit eius punitio. Vel respondebo ei
propter me, vt reuelem ei secretum suarum ma-
larum cogitationum.

Et ponam faciem meam super hominem illum.
Hoc est, eum castigabo. Dabit mihi pœnas
suorum scelerum. Metaphora est sumpta à
pugnantibus, cum enim quidam eorum cadit,
& alter eum opprimit & percutit, qui superi-
or est dicitur ponere faciem suam super victũ.
Quid significet facies in literis diuinis, expli-
cuimus copiosè capite præcedente.

Factam eum in exemplum & in prouerbium.
Hoc est, tam atrũnosus erit, tot calamitatibus
opprimetur, vt traducatur in maledictionem,
ita vt cùm aliquis inimico suo dira precatus
fuerit, dicat: Deus tibi det ærumnas illius.

Et scietis, quia ego dominus. Calamitas vehit
hominem ad cognitionẽ Dei. Ista enim ait Esa-
ias: Vexatio dat intellectũ auditui. Ideo nos
Esa.28. castigat dominus, vt eũ cognoscamus, à vitijs
abducamur, & à propria voluntate nostra sepa-
3.Re.10 remur. Obsidente Ioab Israelitarum ducem vr-
bem Abelã, dabat exercitus operam, vt muros
fortiter concuteret: quod ciues obsessi ægrè
ferebant: & vehementer solliciti in cõmunibus
periculis summis doloribus angebantur. Et
clamanti nomine ciuitatis cuidam prudenti
mulieri, de oppugnatione illa conquestæ re-
spondit Ioab, se vrbem ideo oppugnare, quia
intus receperat Sebam filium Bocri magnum
proditorem. Sed si eum ex vrbe proijceret, da-
bat fidem, esse eam statim relicturum, & obsi-
dionem soluturum. Ciuitas hæc vnusquisque
nostrũ est, vbi debet ratio dominari, & sensus
obedire. Sed si in hac republica habitat phi-
lautia, proprius amor nostri, traditor ille, cæle-
stis regis inimicus, obsidet nos Deus, & oppri-
mit doloribus, ferit & concutit muros nostri
corporis varijs molestijs, ægrotationibus &
cruciatibus, & calamitatum machinis nos for-
titer oppugnat. Omnia hæc efficit, vt amorem
proprium deijciamus, nos ad Dei odiũ & ex-
ecrabilia vitia excitantẽ. Vult Deus, vt simus
ab omni impuritatis cõtagio abstracti, & bea-
ta diuini sui amoris flãma incensi. Non igitur
nos affligit, vt perdat, sed vt nos à nobis ipsis
eripiat, & ad seipsum conuertat. Duo amores
cõdidere duas ciuitates, vt ait diuus Augusti-
nus, amor Dei Hierosolymã, id est, visionem
pacis, amor proprius Babylonẽ, hoc est, confu-
sionẽ mũdi. Desiderat Deus esse nos Hieroso-
lymam, nõ Babylonem. Ideo nos affligit, vt à
nobis amorẽ nostrũ inordinatum in odiũ dei
rendentem euellat, suumque inserat & confir-
met. Ait Strabo, & nonulli alij authores, esse Simile.
genus quoddã lapidis lines, quod in lanæ mol-
litiem contusum netur in vsum intimarum ve-
stium: pannus huius lapidis seu lini si fortè in-
quinatur, mittitur in ignem, & manens illæsus
incendio mundatur. Sic qui ob inordinatum
sui amorem vitijs polluuntur, igne calamitatũ
perpurgantur: non eos lædit aduersarum rerũ
flamma, quin potius detergit. Ita enim dicitur
in libro Numerorũ: Omne quod potest trã- Numer.31.
ire per flammas, igne purgabitur. Eodem mo-
do multi ærumnarũ igne deteguntur. Et ma-
nentes rusti ideo aliquando affliguntur, ne ite- Simile.
rum in vitia labantur. Vt enim myrrha corpo-
ra incorrupta conseruat, & præseruat à putre-
dine, vt ait Plinius libro duodecimo, ita cala-
mitas æquo animo tolerata, multum prodest
ad animas præseruandas à scelerum corruptio-
ne, & incontaminatè custodiendas. Confugi-
unt enim afflicti ad Deum singulare refugiũ
suum, diuinã implorantes clementiã, & ad iu-
cundam diuini numinis cogitationem recur-
runt. Quãquam exules ærumnosos, abiectos,
expulsos ab hominum cœtu, & vastas atq; in-
cultas solitudines peragrantes se videant, nõ
deponunt tamen ex mente memoriã Dei. Ver-
satur illis ante oculos diuina bonitas & pie-
tas & eorũ calamitas in suauissima ca lestium

rerum

rerum memoria conquiescit. Premuntur, sed
non opprimuntur in luctu & mœrore triumphant gaudio: laborant paupertate, & possi-
dent omnia: cotidie resecantur, sed redundãt
& reflorescunt: affliguntur, sed recreantur.
Quo fit, vt erga clementissimum numen admi
rabilis illis exardescat amoris & obseruantiæ
magnitudo. Intelligunt enim ideo se in ærũ-
nis versari, vt ad diuinum consolatorem tan-
quam ad arcẽ tutissimam confugiant, & à pec-
Tob.3. catis auertantur. Id intelligés Tobias aiebat:
Cùm iratus fueris domine, misericordiam fa-
cies, & in tẽpore tribulationis peccata dimit-
Iob.5. tis ijs, qui inuocant te. Iob, Deus, inquit, vul-
nerat, & medetur, percutit, & manus eius sana-
Psa.31. bunt. Regius vates: Tu es refugiũ meũ in tri-
Psal.33. bulatione, quæ circũdedit me. Et iterũ: Iuxta
Ose.2. est dominus his, qui tribulato sunt corde, &
humiles spiritu saluabit. Per Oseam ait Deus:
In tribulatione sua manè consurgent ad me.
Ipse autem solet afflictis diuinam consola-
Ioan.16. tionem implorantibus opitulari. Ideo ait
apud Ioannem: Tristitia vestra conuertetur
2.Cor.1. in gaudium. Et diuus Paulus in epistola se-
cunda ad Corinthios: Sicut socij passionum
Actо.14. estis, sic eritis & consolationis. Et in Actis
Apostolorum: Per multas tribulationes opor-
Apoc.7. tet nos intrare in regnum Dei. Et diuus Ioan-
nes in Apocalypsi de sanctis in cælo Deo fru-
entibus: Hi sunt, qui venerunt de tribulatio-
ne magna. Vnde diuus Augustinus in Ioãné
ait: Quòd te dominus permisit pati, flagellum
corrigentis est, non pœna damnãtis. Et diuus
Hieronymus in epistola ad Heliodorũ: Quis
non tribulari velit, quis se non maledici desi-
deret, vt mereatur laudari Christi voce, & ca-
lesti copiosaque mercede muneratis? Hi, & ce-
teri viri sapientia & charitate præstantes in ne-
dijs calamitatibus se homines esse recorda-
bantur ea lege natos, vt omnibus telis ærum-
narũ esset obnoxia vita, nec esse recusandum
quò minus ea, qua nati fuissent conditione vi-
tam degerent: euentisq; aliorum memoria re-
petendis nihil sibi noui accidisse cognosce-
bant. Erat enim dolorem communis quasi
legis, & humanæ conditionis recordatio. Sed
quod præclarius est, cùm se aspicebant pro-
pter Christum iniurijs affici, & calamitatibus
vrgeri, tum se beatos esse arbitrabantur. Et nõ
solum viri sanctitate excellentes, sed multi
qui se flagitijs dediderant, fuerunt afflictione
cerati, tanquam cælesti quadam medicina.
O diuinam bonitatem, o summam clementi-
am, o infinitam Dei nostri misericordiam?
Quis nõ admirabitur benignitatem tuã Deus
sancte, qui ideo nos affligis, vt reficias, ideo
nos premis, vt consoleris, ideo permittis, vt
in varias calamitates incidamus, vt nostrã mi-
seriam cognoscamus, & iustitiam ac misericor-
diam tuam contemplemur. Ita enim hoc loco
ais per Ezechielem: Ego vos tot ærumnis exa-
gitabo, vt in Prouerbium calamitosorum tra-
ducamini, ita enim postulat iustitia mea, & mo-
rentur flagitia vestra. Sed hoc faciam, non
vt vos euertã, nolo enim mortem peccatoris,
sed vt me cognoscatis, quo ad me ipsum con-
uertamini. Non igitur nos perdere vis, sed ad
gloriam tuam perducere.

Et propheta cum errauerit, & lo- C
cutus fuerit verbum, ego dominus
decepi prophetam illum. Et exten-
dam manum meam super illum, &
delebo eum de medio populi mei Is-
rael, & portabunt iniquitatem suam.
Iuxta iniquitatem interrogantis, sic
iniquitas prophetæ erit, vt non erret
vltrà domus Israel à me, nec pollua-
tur in vniuersis præuaricationibus su
is, sed sit mihi in populũ, & ego sim
eis in Deum, ait dominus exercituũ.
Et factus est sermo domini ad me, di D
cens: Fili hominis, terra cum peccaue
rit mihi, vt præuaricetur præuaricãs,
extendam manum meam super eam,
& conterã virgam panis eius, & im-
mittã in eam famem, & interficiã de
ea hominem & iumentum. Et si fu-
erint tres viri isti in medio eius, Noe,
Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua libera-
bunt animas suas, ait dominus exer-
cituum. Quod etsi bestias pessimas in
duxero super terram, vt vastem eam,
& fuerit inuia, eò quòd nõ sit pertrã-
siens propter bestias, tres viri isti si fu
erint in ea, viuo ego dicit dominus E
Deus, quia nec filios nec filias libera-
bunt, sed ipsi soli liberabuntur: terra
autem desolabitur.

Et propheta cum errauerit. Intelligitur de fal- 3.Re.22.
so propheta. Nolente rege Achab audire Mi
chæam verũ prophetam, sed acquiescente cõ-
silio & exhortationi pseudo prophetarum, di-
xit Michæas, se vidisse dominũ sedentẽ in so-
lio, & spiritum quendam erroris se obtulisse
ad decipiẽdum regem, & dixisse: Ero spiritus
mendax in ore prophetarum regis. Qui præ-
ualuit, falsos vates seducẽs. Permisit Deus, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

rex Achab decideretur per suos vates, quoniã
3. Reg. 22 impiur erat, & nefarius, & verorum propheta-
rum oracula contemnebat. Ex quo effectum
est, vt rex ipse in prælio occideretur, & sangui-
nem eius canes lingerent. Magna Dei ira ostẽ-
ditur, cum ipse permittit, vt aut rex, aut popu-
lus non veram doctrinam, sed falsam amplecta-
Prou. 3. tur. In Prouerbijs ait de Deo ita Salomon: Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gra-
tiam. Hoc est permittet, vt diuini verbi illu-
sores illudantur.

Ego dominus decepi prophetam illum. Nõnul-
li mon hoc loco ab illis perperam intellecto
asseruerunt Deum nonnunquam homines de-
cipere, etsi non per sẽ, ministerio tamen vel
humano vel angelico. Ego verò firmiter asse-
ro Deum non esse deceptorẽ, quin potius eos
deceptos esse, longeque opinione falli, qui ex
istimant deum fallere, aut falli. Quod autem
Gene. 27 asserunt de Iacob, quem dicunt ex diuina re-
uelatione patrem suum Isaac mendacio fefel-
lisse, cùm illi diceret, se esse primogenitum
suum Esau, vt ab eo acciperet benedictionem,
nihil pro illis facit. Nam etsi Iacob mendaciũ
diceret, non tamen inde sequeretur, Deum es
se mendacem. At nos dicimus Iacob non fu-
isse mentitum, quin potius eius dicta & facta
Gentilium fidem adumbrasse, & futuræ veri-
tatis imaginem habuisse. Nam diuus Paulus
Rom. 9. in epistola ad Romanos, volens ostendere ex
emplo Ismaelis & Isaac, Iacob & Esau, fuis-
se præfiguratam abiectionem populi Iudaici,
qui maior erat, Gentilici verò, qui minor e-
rat assumptionem, ait duo esse genera filiorũ
Abrahæ. Non enim omnes, inquit ille, qui ex
circuncisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ, nec
qui semen sunt Abrahæ, omnes filij. Sed in I-
saac vocabitur tibi semen. Id est, non qui filij
carnis, hi filij dei sunt, sed qui filij sũt promis-
Gene. 25 sionis, æstimantur in semine. Et paulò pòst:
Malac. 1. Rebeccaex vno concubitu habẽs Isaac patris
nostri, &c. Ac si diceret: Cùm concepisset ex
Isaac, habuerétque m vtero Esau & Iacob, di-
ctũ est ei: quia maior seruiet minori. Quibus
verbis Apostolus semen Abrahæ appellat po-
pulum Gentium, eumque filium ait esse Isa-
ac, & fratrem minorem respectu Esau, qui e-
rat ipsi minori seruiturus. Quemadmodum
igitur absque mendacio gentium populus ve-
ra Christi fide munitus, & Iudæorum hære-
ditatem consecutus dicere potest: Ego sum
semen Abrahæ: Ita & Iacob quoniam scie-
bat se ius habere ad sibi debitam primoge-
nituram, in quam fuerat ex diuina voluntate
substitutus, dicente Deo: Iacob dilexi, Esau
autem odio habui, verè absq; dubio dixit: E-
Malac. 1. go sum primogenitus tu⁹ Esau. Quid? Nõne
Christus dixit, Ioannem Baptistam Eliam es-
set? Quis negat. Non quòd esset Elias natura, Matth. 11.
sed officio. Quare igitur Iacob quẽ Deus ele-
gerat, qui ex diuino proposito erat primoge-
nituram, patrisq; benedictionem consecutu-
rus, non potuit eodem modo se esse primo-
genitum absq; mendacio affirmare? Sed quo
niam sunt, qui doctorum authoritate potiùs
quàm rationibus moueantur, citabo nonnul
los, qui Iacob aiunt non fuisse mentitum. Hi
sunt, Augustinus, quæstione 74. super Gene-
sim. Chrysostomus homilia sexta in epistolã
ad Colossenses. Ambrosius libro secundo
de Iacob & vita beata. Glossa græca in ca-
put 27. Geneseos. Et ibi Lyranus. Innocentius
de diuor. c. Gaudemus. Magister sententia-
rum. 3. Gratianus vigesima secũda quæst. 1. c.
Quæritur. Diuus Thomas secunda secundæ
quæst. 110. arti. 3. Alexander de Ales. 2. parte,
quæst. 139. Gabriel. 3. distinct. 38. quæst. vnica.
cum alijs asserentibus Iacob non decepis-
se patrem suum, quin potius verum dixisse.
Nec obstat id, quod aduersarij adducunt ex Iob. 12.
Iob dicente: Qui immutat cor principum, &
decipit eos, & errare eos facit quasi ebrios. Et Esa. 63.
illud Esaiæ: Quare errare nos fecisti domine
de vijs tuis. Et illud apostoli in epistola ad Rom. 1.
Romanos: Tradidit illos Deus in reprobum
sensum. Et hoc loco per Ezechielẽ: Ego do
minus decepi prophetam illum. Nam omnia
hæc loca intelliguntur concedendo & permit
tendo, non autem efficiendo & operando.
Non enim Deus aliquem decipit, sed iusto iu
dicio permittit, vt decipiatur. In epistola sua Iac. 1.
ait diuus Iacobus: Deus intentator malorum
est: ipse autem neminem tentat, vbi de ea tenta-
tione loquitur, quæ est ad peccatum solici
tatio. Et tamen Christo docẽte Deũ oramus, Matth. 6.
ne nos inducat in tentationem. Hinc verba Zach. 13.
illa Dei patris literis à Zacharia consignata:
Percutiam pastorem, & dispergentur oues gre Matth. 26.
gis. Quæ Christus apud euangelistas de sei- Matth. 14.
pso percutiendo interpretatur. Non percussit
pater filium suum, sed percuti permisit. Cle- Matth. 16.
mens Alexandrinus libro Strom. 1. explanans
Matthæi illud: Ideo in parabolis loquor, &c.
Non, dominus, inquit, præbet ignorationem,
hoc enim sentire est nefarium, sed ipsam, quæ
inerat, prophetice arguit, Sic etiam hominem
tradit Deus in reprobum sensum, & passio-
nerignominiæ, nimirum permittendo. Di- Psal. 1.
mittit eos, inquit Psalmographus, secundum
desiderta cordis eorum: hinc in admonitioni-
bus suis, Ira intelligũtur verba illa scripturæ: Exod. 4.
Indurauit Deus cor Pharaonis. Et, Quẽ vult Rom. 9.
deus, indurat. Hoc est, iusto iudicio permittit,
vt induretur, tuxilium alioquin nõ debitum
subtra

subtrahendo. Ita patres veteres, ita doctores
antiqui, ita viri sapientia & sanctimonia præ-
stantes, ita omnis interpretum chorus, ita
omnes recentiores, ita tota eorum theologo-
rum schola, qui quæstiones tractarunt, ita de-
nique omnes catholici huiusmodi locutiones
indurationis, excitatis, erroris, flagitiorũ,
quæ Dei actionem sonare videntur, interpre-
tantur: solùm permissionem cognoscentes,
deum autem semper iustum & misericordem
esse affirmantes. Est ille quidem prima causa,
quod Gentium philosophi etiam fatentur, &
generali naturalique concursu cum omnibus
causis agentibus operatur: at causam esse mor-
talem erroris aut sceleris nullo modo admit-
timus. Qui fieri potest, vt à sole sempiterno
oriatur cæcitas? à fonte sapientiæ dimanet
error? à centro bonitatis deducatur linea fla
gitij? ab arbore vitæ fructus mortis produ-
catur? Quare id, quod hoc loco ait Deus, se
propheram decipere, intelligitur permisisse,
exigẽtibus illud populi peccatis. Tunc Deus
dicitur aliquem decipere, cùm illi non dat
scientiam, & veritatis cognitionem, quia nec
ille eam meretur, nec ad eam adipiscendam
animum disponit. Quemadmodum aer solis Simile.
splendore illustratur, sed occidente sole ma-
net tenebris coopertus, sic animus diuina sa-
pientiæ claritate splendescit, sed cum est à
vera illa luce destitutus, caligine circunfun-
ditur, & in cæcarum tenebrarum obscuritate
versatur. Tales erant falsi prophetæ, de qui-
bus hoc loco loquitur Deus, qui diuini solis
absentia, in vmbra terræ collocati, nefariis sce
leribus imbuti, non solùm erant errorum ca-
ligine coperti, sed alios etiam eadem cali-
gine cooperiebant. Cyrillus in Ioan. cap. 7.
ita ait: Longè à veritate aberrant, qui nõ eru-
bescunt deũ seductoré appellare, qui meritò
audient: Væ qui dicitis bonum malũ, & malũ
bonum: qui putatis tenebras lucem, & lucem
tenebras. Seducebantur igitur falsi prophe-
tæ, quia sceleati erant, & seducebatur flagi-
tiosus populus, quia veros Dei prophetas
contemnebat, falsos verò & impios ample-
ctebatur.

Extendam manum meam super eum. Hoc est,
illum puniam. Hebraismus est, de quo alibi
disseruimus.

Portabunt iniquitatem suam. Tam fictè in-
terrogans, quàm falsò respondẽs luent iustas
suorum flagitiorum pœnas.

Et non erret vltrà domus Israel à me. Subaudi
recedendo & falsis vatibus adhærendo.

Terra cum peccauerit. Ponit Deus differen-
tiam inter punitionem terræ gentibus, & ter-
ræ Iudæorum. Nam si vna ex quatuor cala-
mitatibus hic explicatis inferatur alicui ciui-
tati Gentiũ, eam penitus euertet, & ad vastita
tẽ reducet absq; vlla instauratione, vt euenit
Sodomæ & Homorrhæ. Sed etsi omnes hę ca- Gene. 19.
lamitates premãt Hierosolymam, eamq; euer
tant, aliqui tamen reseruabuntur ad futuram
ciuitatis instaurationẽ. Hoc fuit Ezechielis
vaticinium, & ita euenit: nam euersa Hieroso
lyma à Babyloniis fuerũt nõnulli ex Iudæ- 1. Esd. 2.
is reseruati, qui postea è Babylonica captiui- Cap. 2.
tate redierunt cum Zorobabele nepote Iecho
niæ, & Esdra & Nehemia, sub quibus fuit tẽ
plum erectũ, & vrbis mœnia in pristinã digni
tatẽ restituta. Voluit hac vaticinatione Eze-
chiel reficere & cõsolari Hebræos in captiui-
tatẽ Babylonicã cõiectos, eosq; ex parte ali-
qua luctu leuare. Est autẽ metonymia figura,
nam accipitur terra pro terræ habitatoribus, &
cõtinens pro eo, quod cõtinetur: vt apud Esa Esa. 1.
iam: Audite cæli, auribus percipe terra. Et ite- Esa. 23.
rum: Vlulate naues Tharsis. Et apud Lucam: Luc. 13.
Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas.

Et conteram virgam panis eius. Hebraismus
est, Hoc est, auferam ab ea panem: castigabo eã
fame. Sic apud Esaiam: Auferet à Ierusalem
omne robur panis. Et apud nostrum Ezechi- Esa. 3.
elem: Conterã baculũ panis in Ierusalẽ. Virga
panis, robur panis, baculus panis, idem sunt. Sup. 4.
Appellatur ita panis, quia eo vires sustẽn-
tantur.

Interficiam de ea hominem & iumentum. Id
est, nullum terrenum animans viuum euader,
siue sit rationis particeps, siue expers. Poteris
per hominem cum intelligere, qui vtitur ra-
tione, per iumentum autem hominem immã-
nem, sceleratum, insanum, qui in hominis fi-
gura vitam bruti imitatur. Ita enim ait diui-
nus vates. Homo cùm in honore esset, nõ in- Psal. 48
tellexit, comparatus est iumentis insipiẽtibus,
& similis factus est illis. Quando Deus præ-
cepit, ne iumentum ascenderet in montem Si- Exod. 19
nai, quid voluit significare, nisi diuinam
scripturam esse mõtem excelsum, quò si quis
accederet gerens in hominis figura vitã bel-
luæ, nolens superbiam, cæteraſque funestas
animi labes relinquere, mortem sibi esse para-
turum, vnde poterat vitam sibi comparare?
Diuus Ioannes Baptista impios homines pro Matth. 3.
geniem viperarum vocabat. Chaldæorũ sen-
tentia fuit in hominis nefarij corde bestias ha
bitare: appetitus enim effrænati, qui longiùs
euagantur, & à ratione minimè retinentur,
bestiæ vocantur. Hinc effluxit illud eorum
apophthegma: Vas impij inhabitant bestiæ
reliquæ. Vnde AEgyptij veteres per cerastem ser
pentes ex cauernis, cruentum iudicem intelli-
gebant, impios homines castigantẽ. Id voluit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pythagoras significare, cùm dixit scelerator homines migrare in bruta, hoc est, effici belluas ob impios mores. Hinc orta est fabula, Circes homines in varia animalia transformantis. Vnde Theocritus, Illi, inquit, quos virtus & sapientia aspexerint, nō potuerunt ceteris poculis labefactari. Quando AEschylus dixit, non esse leonem in republica alendum, quid per leonē nisi homines immanes & superbos, & raptores intellexit? Et quoniam sæpe in republica huiusmodi homines, & alij belluinis moribus imbuti alūtur, dixit Plato in republica sua, nos habere domi diuersa genera brutorum. Aristoteles in Politicis hominem à lege & iustitia separatum, esse ait pessimum omniū animaliū. Diuus Ioannes Chrysostomus in Matthæum de homine improbo loquens, ait: Quælibet bestia vnum habet & proprium malum: homo autē omnia. Quare iumentum hoc loco Ezechielis meritō appellatur, imò iumentum immanissimum.

Noe, Daniel, & Iob. Hos præcipuè nominat, quoniam fuerunt charitate feruentissimi, & pro alijs ardentissimas ad dominum preces fuderunt. Chrysostomus homilia 43. in Genesim ita ait: Vide minarum grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit: quoniam & illi suis temporibus etiam alijs salutis causa fuerunt.

Nec filios suos, nec filias liberabunt. Si in sceleribus permanere decreuerint.

Quod si & bestias pessimas. Quatuor plagis punit Deus terram peccatricem, fame, serpentibus, gladio, peste.

Eo quòd non sit pertransiens propter bestias. Quòd nemo per eam transeat ob metum ferarum.

Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio: trāsi per terram, & interfecero de ea hominem & iumentum, & tres viri isti fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus Deus, non liberabunt filios nec filias, sed ipsi soli liberabuntur. Si F autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum. & Noe & Daniel, & Iob fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: quoniam hæc dicit dominus Deus. Quòd etsi quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalē, vt interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ecce ipsi egre G dientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinuentiones eorum: & cō solabimini super malo, quod induxi in Ierusalem in omnibus, quæ importaui super eam. Et consolabūtur vos, cùm videritis viam eorū, & adinuēntiones eorum, & cognoscetis, quòd non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait dominus Deus.

Vel si gladium induxero super terram illam. Subaudi, quæ in me graviter peccauerit. Sensus est. Si adduxero hostes, qui gladijs suis interficiant huius terræ habitatores me suis maleficijs ad iram prouocantes, & ibi fuerint Noe, Daniel, & Iob, viri charitate insignes, & sanctimonia clari, non poterunt alijs subuenire, etiam si filij sint sui. Seipsos tantū liberabunt, alijs autem, si à peccatis desistere noluerint, opem nullam ferent, nec salutem impetrabunt.

Ipsi soli liberabuntur. Propter iustitiam suā.

In sanguine. Id est in vita, quæ est in sanguine, vt constat ex Leuitici capite 17. vt sit sensus. Si ostendero iram meam auferens eorum vitam. Vel sic: Si effudero furorem meū super habitatores illius terræ corrūpendo eorum sanguinem aere pestilente: nam corrupto sanguine, totum corpus corrumpitur. *Leui. 17*

Quatuor iudicia mea pessima. Id est quatuor effectus vltionis meæ. Flagella, quibus homines castigat, appellat Deus pessima respectu pœnæ. Ideo calamitates & supplicia mala pœnæ appellantur.

Tamen relinquetur in ea saluatio. Vastantibus quatuor plagis Hierosolymam relinquā in ea nonnullos homines ob misericordiam meam, qui è Iudæa abducant filios suos in Babyloniam, quo venient captiui, vt vos qui hic estis, eorum scelera & calamitates videntes intelligatis, me esse iustum, & gaudeatis quòd obtēperaueritis consilio Ieremiæ, vosq; Babyloniis tradideritis, nō manētes Hierosolymæ in similibus ærumnis versaremini. Et tūc cognoscetis, me nō frustra, nec immeritō, sed iusto iudicio afflixisse Hierosolymam.

Egre-

Egredientur ad vos. Hoc est, adducentur Babylonem.

Et videbitis viam eorum. Id est, & cognoscetis eorum flagitia ex effectu calamitatum, quibus ego illos laceraui. Via flagitiosorum hominum est vitiosus viuendi modus. Illa enim vita est hominibus nefarijs & sceleribus imbutis via non solùm ad ærumnas temporales, sed etiam ad obscuras inferorum tenebras, & exitium æternum. Hæc est turpis illa ratio vitæ, de qua ait diuinus psaltes: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Ille dicitur nō stare in via flagitiosorum, qui etsi incidat in aliquod peccatum, statim tamen surgit, & ad rectū vitæ cursum redit. Nihil est huic homini felicius, nihil bonis omnibus affluentius, quàm nō ingredi viam improborum, sed proximum est, in ea diu non consistere, sed summoperè studere, vt ad vitam iustorum, è qua fuerat digressus, quàm celerrimè reuertatur. Vnde ait Diuus Hieronymus: Nomen iusti non amittit, qui per pœnitentiam citò resurgit. Quemadmodum in ludo pilæ, non solùm dicitur bona pila, & aptus globulos lusorius, cùm expeditè volat, & fertur altiùs per aerem, sed etiam si attingat pauimentum cadens in terram, dummodò statim ob terræ reuerberationem saliat, ferens se in sublime, & reciprocetur: sic nō solùm dicitur iustus, qui nunquam cecidit in terram peccati, sed ille etiam, qui etsi aliquando cadat, confestim tamen resurgit. Per actum criminis mortiferi amitti gratiam & iustitiam, nomen tamen iusti non amittit, si celerrimè ad gratiam redit. Cæterùm multi sunt, qui etsi resurgant, non tamen statim. Cecidit Dauid, & ob crimina aduersus dominum admissa in terram ruit: & non resurgebat, donec Nathan vir singulari virtute præditus eū graviter reprehenderet, asserens Deum tam turpia scelera nequaquam impunita esse relicturum. Et deplorans Dauid maculas suorum scelerum, easque lachrymarum fluuio deles, aiebat: Adhæsit pauimento anima mea. Ac si diceret: Cecidit pila mea, adhæsit terræ, nō pulsabat per pœnitentiam, non se per contritionem in altum ferebat. Nec est magnoperè mirandum: nam omne graue naturaliter tendit deorsum, nos autem terreni sumus. Vnde Iob aiebat: Memento domine, quòd sicut lutū fecisti me. Sed dicet: Ego cadam, sed statim resurgam. Ne decipiaris: vnū sic habeto, multos hac fiducia grauia crimina admisisse, à quibus non surrexerunt, vt ipsi existimabant. Pilæ saltatur minuūtur, & paulatim decrescūt, donec pilæ omnino quieuerit in terra. Sic si peccaueris multoties, & toties per pœnitētiam surrexeris amittes sensim feruorē virtutis, & postea tepidiùs resurges, donec assuetus vitio omninò nō resurgas, sed in terra sacens, scelere delectatus, non solùm eris à charitate, & iustitia, & Christiana pietate, & pura religione destitutus, sed quod detestabilius est, & omnis improbitatis caput, eos, qui hæc colunt irridebis, & alios pestifero exemplo & deprauatis moribus, & pestilenti doctrina corrumpes. Huiusmodi fuerunt Hebræi illi, qui Hierosolymæ manserunt, præsertim magnates, qui & depraui erant & alios deprauabant. Hunc eorum detestabilem vitæ cursum appellat hoc loco Ezechiel viam illorum, & adinuentiones eorum: scelera enim, quibus se contaminabant, non res erant diuinæ, sed inuentiones humanæ. Vnde ait Deus per psalmographum: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibūt in adinuentionibus suis. Magnum est profectō supplicium, pati Deum, vt eo relicto cupiditatibus nostris pareamus, nostrisque inuentis, quibus nobis ipsis perniciem molimur, obtemperemus. Contrà verò magna Dei misericordia est, cùm punit scelera nostra. Quod intuens regius vates canebat. Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Frequens est in literis diuinis hominum peccata adinuentiōes humanas appellari, vt apud Esaiam: Adinuentiones eorum contra dominum. Et apud Oseam. Propter nequitiam adinuentionum suarum. Et alijs in locis.

Psal. 80

Esa. 3.
Ose. 9.

Et consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem. Quoniam videbitis felices vos fuisse respectu eorum. Vel lætabimini, non eorum ærumnis insultantes, sed videntes gloriā Dei illustrari: illustratur enim impiorum punitione, quoniam multi dū vident improbos dare pœnas suorum scelerum, Dei iustitiam celebrant, & à maleficijs deterrētur. Vnde ait psalmista. Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Psal. 57.

Et cognoscetis, quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea. Erit vobis mea iustitia perspecta & explorata: & cognoscentes me ipsum ad me conuertemini: videbitis effectū meæ iustitiæ & potentiæ. Quemadmodum amara potio nō dicitur inutilis, & spe frustrata, si sequitur sanitas, etiā si fomenti acerbitas emattulerit, sic nec aspera calamitas, qua Deus nos exercet, appellatur ioanis, & frustra recepta, cùm sequitur inde animarum sanitas, vt cùm diuina iustitia ostenditur, multi corriguntur, multi etiam ob patientiam & tolerantiam illustrātur. Nihil enim magis conducit ad eximiæ virtutis gloriam nobilitandā, quàm calamitas ipsa æquo animo propter Christum tolerata.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annotationes ex Hebræo in caput XIIII.

Posuerunt immunditiat suas in cordibus suis.

Pro immunditijs suis est in hebraico: גלוליהם gillulehem, à galal, quod significat reuoluere, & reuelare, vt psalmo 36. Reuela domino viam tuam. Vel, vt ex hebraico transtulit Diuus Hieronymus. Volue super dominum viam tuam. Hoc est, committe domino, & commenda illi institutũ vitæ tuæ, & omnes tuas deliberationes & actiones: atq; projice super ipsum omnem tuam curam, sollicitudinem, & ponderis sublevationem. Vel vt transtulit Felix: Circumuolue secus dominum viam tuam Id est, quicquid egeris, dixeris, & cogitaueris, nõ recedat à domino, & quocunque ambulaueris, semper permane cũ deo, ne discedas ab ipso, adhære illi, & ita securus permanebis. Quandiu enim circa eum circũuolueris viam tuam, in tuto eris. Quemadmodum pulli securi sunt ab accipitre, quandiu circunuoluunt circa matrem viam suam, ab ea autem longiùs discedentes facilè capiũtur, sic qui à Deo non discedunt, sed circa ipsum ambulant, ab eò custodiuntur, ne à dæmone rapiantur, sin autem Deum relinquunt, & ab eo se longiùs separant, incidunt in voracẽ illum accipitrem tartareum, qui circuit quærens quem deuoret. Eandem sententiam habent verba illa Salomonis in Prouerbijs: Revela domino opera tua. Est enim ibi idem verbum galal. Vnde galil significat reuolutionẽ, circulum, rotam, & globulum, quòd super terram voluatur. Et eodẽ modo galal. vt in psalmo: Deus meus pone illos vt rotam, id est, permitte vt instabiles sint, & agitati instar rotæ. Eodem tropo vtitur Ecclesiasticus fluitorũ inconstantiam notans: Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Permittit enim Deus aliquando impios homines in circuitu instar globulorum ambulare, nullamq; in deliberatione suarum impietatum habere firmitudinem, ne pios homines perdant, Ita intelligitur id, quòd ait regius vates: In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Ac si dicat: Instabiles sunt immanes & scelerati homines, nõ habent in suis deprauatis cõsilijs constantiam, quibus de euertendis viris iustis cogitabant: nam tu domine, quæ tua est altitudo, & potentia, & iustitia, & bonitas, seruas homines, qui cùm se filios Adam cognoscãt fragilesque esse & caducos, totos sese tuæ tuelæ committunt. Hebræi tamen aiunt ira postremum hunc ex hebraico transferri: In circuitu impij ambulãt, cùm exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum. Et ita habet translatio Diui Hieronymi ex hebraico. Et tunc potest esse sensus: Impij insaniunt more eorum, qui in orbem longo temporis intervallo voluuntur, eamque ob causam afficiuntur insania, quia vident pios homines à Deo efferri in sublime, & honore ac fama extolli, quos ipsi vilissimos filiorum hominum cõtẽpserunt. Paraphrastes Chaldæus habet: Circumcirca impius obambulat sicut sanguisuga, quæ fugit sanguinem filiorum hominum. Et tunc ambulare in circuitu est circumire & obsidere, vt sit sensus: Impij circumueniunt, & vndique cingunt pios homines, cùm ipsi principatum & tyrannidem obtinuerint, qui inter filios hominum perditissimi. Significat etiam hoc nomen galal excrementum & sordes, vt apud Sophoniam: Et corpora eorum sicut sordes. Vnde effectum est, vt idola appellarentur sordes immunditiæ. Qua ratione ductus vertit ità Pagninus hunc Ezechielis locum: Ascendere secerunt idola sua super cor suum. Et Brixianus, Posuerunt idola sua. Symmachus & Theodotio idola etiam verterunt. Nec est mirum, nam multis in locis diuinarum literarum immunditiæ pro idolis accipiuntur. Ita libro quarto Regum 3. Manasses peccare fecit Iudam in immunditijs suis. Ac si diceret: Manasses fuit in causa, vt tribus Iuda coleret idola. Libro primo Machabæorum capite 13. scriptum legimus Hebræorum ducem Simonem expugnasse ciuitatem Gazam, & idola confregisse, eaque ex vrbe eiecisse. Subdit statim scriptura: Et ejecta ab ea omni immunditia collocauit in ea viros, qui legem facerent. Aspicis igitur hoc loco Ezechielis immunditias accipi posse pro idolis. Sed quoniam iniquæ cogitationes peccatorum, quibus se homines delectant, in quibus felicitatem constituunt, sunt quædam idola & simulachra in altaribus cordium constituta, ideo septuaginta interpretes pro immunditijs, pro quibus alij idola posuerunt, verterũt τὰ διανοήματα αὐτῶν, hoc est, cogitationes suas, siue imaginationes suas.

Psal. 36. *Similes.* 1. *Pet.* 5. *Pron.* 16. *Psal.* 82. *Eccles.* 33. *Psal.* 17. *Soph.* 1. 4. *Reg.* 23. 1. *Macha.* 13.

Conuertimini, & recedite ab idolis vestris.

Septuaginta habent: Conuertimini, & recedite ab inuẽtionibus vestris. Idola vocãt Iudæorum inuentiones, quoniam cõdidie noua idola inueniebant, quæ adorarent. Pagninus vertit: Conuertimini, & convertì facite alios ab idolis vestris.

Et ponam faciem meam super hominem illum,

Panim apud Hebræos significat faciem: & quia ira apparet in facie, ideo etiam significat.

Eam

Eam ob causam R. David in libro Radicum hunc locum ita vertit: Et dabo iram meam super hominem illum. Vnde illud Exodi: Non habebis deos alienos coram me, potest verti ex hebræo: Nõ habebis deos alienos in iram meam. In hebraico est: Nõ habebis deos alienos על פני al panai, hoc est in faciem meã, vel in iram meam. Et tunc est sensus: Nulli me idolis prouocetis & concitate ad iram. Quemadmodum in Deuteronomio: Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Et paulò pòst: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Idolum appellatur in diuinis literis abominatio, immunditia, sordes, vanitas, fornicatio, adulterium, lignum frondosum, mendacium, trũcus ligni, & alijs nominibus, quæ frequenter in sacra scripturas reperiuntur.

Exod. 20. *Deut.* 32.

Sed sit mihi in populum, & ego sim illis in deũ.

Pro Deo est in hebraico אלהים elohim, quæ dictio Deum significat, vt in libro Geneseos. Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Pro filijs Dei, est in hebraico filij elohim. Vnde orta fuit difficilis quæstio, qui sint hi filij Dei, qui pulchras mulieres ardente amore fuerint prosecuti: qui ita Deum offenderunt, vt diceret: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Lactantius Firmianus libro secundo de falsa religione capit. 15. existimat fuisse angelos, deceptos opinione aliquorum hominum parum in literis diuinis versatorũ. Hanc opinionem confirmat Iuhannes apostata in libro, quem aduersus Christianos edidit, quem Cyrillus sapienter refutat libro nono contra eundem Iulianum. Reddẽs autem huius loci intelligentiam ait, tempore Noe homines qui ex sanguine Enos suam ducebant progeniem, dilexisse mulieres pulchritudine ornatas, quæ erant ex genere Cain, quas duxerunt, vt totos sese dederent voluptatibus, quarum se ministros præbuerent, & quibus se contaminarunt: & ea ob scelera & multa alia Deum vitiorum vltorem immisisse diluuium. Theodoretus hunc enarrans locum ait: Filios Dei quidam Angelos malè intelleverunt, nec enim caro sunt, nec terminus vitæ eorum definitus eis. Attẽtè ergo scriptura diuina legi debet, quæ sint ex Adã Seth, ex Seth Enos natum esse: deinde addit iuxta interpretationẽ Aquilæ: Tunc cœptum est vocari in nomine domini: Id est, Enos primus ob insignem pietatem Dei appellatione dignus est habitus. Vnde ex illo tuti, filij Dei dicti sunt. Filij etiã Seth dicti sunt, quòd virtutem colerent, ea ratione, qua principes & iudices dij in psalmis & Moyse dicuntur. Qui quidem genus Cain à deo maledicti nulla ratione se auferuntur per multos annos. Longò tamẽ post tempore pulchritudine mulierum ex stirpe Cain delectati sunt, & musicis instrumentis, quæ à Iubal è generatione Cain prò inuenta sunt, atque its illis se immiscuerunt. Hæc Theodoretus. Intelligi aũt per filios Dei homines, & non angelos, indicat id, quod statim sequitur. Et dixit dominus Deus: Nõ permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est. Priùs vocauit eos scriptura filios Dei, postea homines & carnẽ. Spiritu Dei sanctã fuerãt filij Dei: sed cùm se turpibus inquinassent voluptatibus, & humanis vitijs tradidissent, homines vocãtur nominæ naturæ, nõ gratiæ. Intelligi hoc aũt de filijs Seth assent diuus Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei, Chrysostomus in explanatione sexti capitis Geneseos. Gennadius, Lyranus, & alij. Aquila pro filijs Dei, vertit filios deorum, per deos viros iustos intelligens, qui erãt ex genere Seth procreati. Cùm enim in genere Cain vigerent homicidia, supra, veneficia, & cætera huiusmodi scelera, in genere tamen Seth vigebat pietas, honestas, religio, & summa Dei veneratio. Quare filij Cain filij hominum, filij verò Seth filij dei vocabantur, & filij iustorum. Symmachus transtulit: Videntes filij potentum filias hominum. Vt hoc de magnatibus tantùm intelligatur. Sed hæc non videtur germana expositio: nam hæc causa particularis est diluuij, quæ ad nobiles solùm & potentes: at litera aitromnẽ carnem viã suam corrupisse: nisi dicamus innuisse diuinam scripturam, non esse mirum, esse populum depravatum, omniumq; hominum cœtus sceleribus imbutos, cùm principes & magnates essent impijs facinoribus implicati, nefarijsq; flagitijs irretiti. Corruptis enim principibus, facilè reliqui corrumpuntur, in quos principum impuritas derivatur. Huic explanationi assipulatur paraphrasis Chaldaica, quæ filios principum habet. Sunt igitur huius loci duæ præcipuæ explanationes, vna vt per filios dei viros iustos intelligamus, filios Seth, altera vt per eosdem principes & potentes explanemus. Has duas sententias tangit Pagninus in Thesauro in verbo banah: & in verbo alah ait elohim significare Deum, iudicem, & Angelum. Vnde locus hic Ezechielis poterat ità verti: Sed sit mihi in populum, & ego sim illis vt princeps, sive vt iudex. Vt sit sensus: Quemadmodum populus obtemperat suo principi, sic domus Israel pareat mihi, & ego eam gubernabo, & tanquam iustus & clemens princeps eam protegam, & ad veram ampli-

Gen. 6. *Gen.* 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amplitudinem perducã. Nam si hoc facit rex terræ, qui iustitiam colit & pietatem, quantò magis cœlestis princeps, rex regum, & Dominus dominantium? De hoc nomine elohim, quid significet, & quàm variè accipiatur, diſſeruimus suprà copiosè, nisi me fallit opinio, in annotatione quadam in caput nonum.

ARGVMENTVM CAPITIS XV.

IN toto hoc opere visionum Ezechielis prædicitur varijs similitudinibus euersio Hierosolymæ. Et in hoc capite comparatur hæc ciuitas viti aridæ & inutili, quæ nihil prodeſt, nisi ad comburendum, ad significandum verbis incendium & exitium. Si Hebræi conſiderauiſſent, quæ eſſet hominum dignitas & amplitudo, eorum præſertim, quos Deus signis & miraculis à magnis ac imminentibus periculis eripuit, intelligerent, quàm turpe eſſet relinquere Deum, diſſluere voluptatibus, molliter atque inuſtè viuere, quamque honeſtum, Deum summè diligere, continenter at ſobriè vitã degere, omnium officiorũ momenta graviter perpendere. Sed quoniam hoc nec intellexerunt, nec intelligere voluerunt, tradiderunt ſe vitijs, conteperunt frandes ieterrimas, & infinitis deniq; flagitijs ſe contaminarunt. Quam ob cauſam comparantur vitibus aridis, infructuoſis, igne cemburẽdis: quia futurum erat, vt eſſent à Babylonijs vincti, & interfecti, & incendio traditi: & qui viui manerent, eſſent afflicti, in vincula conijcti, & ad ignominiam traduẽti.

CAPVT XV.

A. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs: Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Nunquid tolletur de ea lignũ, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni datum eſt in eſcam, vtrãque partẽ eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillã. Nunquid vtile erit ad opus? Etiam cùm eſſet integrum, non erat aptũ ad opus, quantò magis cùm illud ignis deuorauerit, & combuſſerit, nihil ex
B eo fiet operis? Propterea hæc dicit dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarum, quod dedi igni ad deuorandum, ſic tradam habitatores Ieruſalem, & ponam faciem meam in eos. De igne egredientur, & ignis conſumet eos. Et ſcietis, quia ego Dominus, cùm poſuero faciẽ meã in eos, & dedero terram inuiã & deſolatam, eò quòd prævaricatores extiterint, dicit dominus Deus.

EXPLANATIO.

ET *factus eſt ſermo Domini ad me.* Hoc eſt, locutus eſt mihi Dominus.

Quid fiet de ligno vitis? Quaſi dicat nihil. Non prodeſt vitis ſterilis, infœcunda, & exciſa. Hæc interrogatio vim habet negationis. Appellatam fuiſſe domum Iſraelis vineam domini, eſt omnibus incumbentibus in ſtudium diuinarum literarum ſatis perſpectum & cognitum. Eſaias ait: Vinea Domini exercituum *Eſai. 5.*
domus Iſrael eſt. Deus apud Ieremiam cũ He- *Iere. 2.*
bræorum populo loquens: Ego, inquit, plantaui te vineam electam. Et pſalmographus cũ *Pſal. 79.*
illo: Vineam de AEgypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam. Gentes verò erãt veluti ſyluæ ſteriles, & nemora arborum agreſtiũ nullum religionis fructum producẽtium. Sed Iudæa, quæ vinea Dei electa appellabatur, quę ſalutares vuas producere deberet, tulit labruſcos, & conuerſa eſt in vites infructuoſas, quæ cùm non ferrent fructum, fuerunt in ignẽ conjectæ, quoniam nulla ex illis prouenieba vtilitas. Aliæ plantæ etſi ſteriles ſint, prosunt tamen ad trabes, ad naues, ad haſtas, ad vaſa, & ad plurima ædificiorum genera: at vitis infructifera, ad nihil prodeſt, niſi ad ignem. Quẽ admodum inter omnes plantas nulla eſt iucũdior vite frondoſa & fructuoſa, nulla gratior, nulla vtilior: ita ſi exareſcat, nulla eſt triſtior, nulla deformior, nulla inutilior. Gentes idolorum cultrices etſi ſteriles erãt in rebus fidei & religionis, & arbores infructiferæ, erant tamen multarum vtilitatum vſibus accommodatæ at Iudæi infructuoſi, qui Deo vero relicto vanis gentiũ ſuperſtitionibus adhęſerunt, & in republica violanda ſcelera inexpiabilia perpetrarunt, ad nullum penitus vſum prodeſſent, niſi ad ignẽ. Ideò fuerunt euerſi à Chaldæis, & poſtea à Romanis, & in vtraque vaſtatione incendio flagrarunt. Hanc eorum vaſtationem per Chaldæos, hoc horribile verbis incendium vaticinatur hoc loco Ezechiel ſub figura vitis, quæ erat ab igne deuoranda.

Ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum. Hoc eſt, ex omnibus plantis in

inſtructaoſis. Eſſe arborem inter ligna ſyluæ, more linguæ hebrææ eſt eſſe ſterilem, & agreſtem, nullaque lætiſſimorum fructuum vtilitate exornatam.

Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus? Quaſi dicat, non. Senſus eſt. Ex omnibus lignis infœcundis nullum eſt inutilius vite infœcunda: nam ex ea non poteſt fieri opus aliquod. Non tolletur ex ea lignum aut materia, nec ad ſtatuas, nec ad ædificia, nec ad vaſa. Ne paxillus quidem fiet ex ea. Paxillus eſt clauus ligneus infixus parieti, in quo aliquid ſuſpendatur.

Viramque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius, &c. Vitis arida in ignem conjecta ſtatim tota conſumitur, nam & extremitates & medium, & tota denique illa in fauillam redigitur. Hoc totum eſt Iudææ accõmodandum, quæ duas extremitates habebat, & medium vnumquodq; extremitas erat ad Samariam, altera ex illa parte, vbi erant ſita oppida Iudæorum, medium erat Hieroſolyma. Significat propheta & Hieroſolymam, & totam denique Iudæam eſſe deuaſtandam, & igne comburendam.

Ponam faciem meam in eos. Hoc eſt, iratus eos puniam. De hoc hebraiſmo diſſeruimus capite ſuperiore in explanatione, & in annotationibus. Vult Deus ſignificare euulſurum ſe eſſe populum Iudaicum tanquam arborem ſterilem, eamque in ignem miſſurum. Exciduntur arbores inutiles ne terram fruſtra occupent, vt de ſicu infructuoſa apud Lucam. *Luc. 13.*
Oſtendit ſimilitudo hæc animæ detrimẽtum, quæ eſt exciſa à Deo: nam cùm nullum edat virtutis fructum ſecatur, & in ignem æternum projicitur variis cruciatibus torquenda. Intuere quid ſecum detrimẽti afferat peccatum: offendit Deum & hominem, & ſecum affert æterna tormenta. Sed tam turpe eſt, vt etſi Deum lateret & homines, tamen propter eius deformitatem eſſe vitandum. Debet enim nobis eſſe perſuaſum, ſi creatorem & creaturas celare poſſemus, nihil tamen auarè, nihil pernitioſè, nihil impudicè, nihil iniuſtè eſſe faciendum. Cùm autem peccatum per ſe ſit tetrum & turpe, & præter hoc offendat Deum & homines, & pariat mortem ſempiternam, quis non videt vitandum eſſe, & fugiendum, & penitus deteſtandum.

De igne egredientur, & ignis conſumet eos. Id eſt, ex vna calamitate incident in aliam: nullus erit dolor, quo non premantur: nulla ex parte luctu leuabuntur, nec tam miſerum erit quicquam, quin in eorum calamitoſam vitam cadere videatur. Exiliunt nonnulli ex ciuitate obſeſſa, dabunt ſe fugæ, vt verbis tormenta euadant, ſed incident in hoſtes, qui eos capient, & incredibilibus cruciatibus afficient. Hoc dicit propter Sedechiam regem, eiuſq; ſectatores, qui fugientes ab vrbe, fuerunt capti à Babylonijs, & immaniſſimis cruciatibus lacerati. Et propter Iohannam filium Careæ, & alios, qui poſt vrbis euerſionem ſe in AEgyptum contulerunt, vbi fuerunt à Babylonijs crudeliter trucidati, & templa AEgypti incendio conſumpta. Lege Ieremiam, & quar- *Iere. 43.*
tum Regum, ſi hoc volueris copiosè intueri. *4. Re. 25*
Poteſt etiam hoc ita explanari. De igne concupiſcentiæ carnis exibunt per mortem, & ad ignem cruciatuum æternorum relegabuntur. Ignis præter communem acceptionem ſignificat aliquando carnis concupiſcentiam, vt in Prouerbijs: Nunquid poteſt homo abſcon- *Prou. 6.*
dere ignem in ſinu ſuo? Aliquando pœnam æternam, & ignem inferni, vt apud Eſaiam: *Eſa. 66.*
Ignis eorum non extinguetur. Et apud Matthæum: Diſcedite à me maledicti in ignem *Mat. 25.*
æternum. Accipitur præterea pro charitate, *Luc. 12.*
vt apud Lucam: Ignem veni mittere in ter- *Deute. 4.*
ram. Pro ipſo deo, vt in Deuteronomio: Deus veſter ignis conſumens eſt. Pro Euangelio, vt apud Ieremiam: Dedi verba mea in ore tuo *Ierem. 5.*
in ignem. Pro calamitate, vt apud Malachiam: *Mala. 3.*
Ipſe enim quaſi ignis conflans. Pro Angelis, *Pſal. 103*
vt apud pſalmographum, & diuum Paulum: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros *Hebr. 1.*
ſuos flammam ignis. Pro auaritia, vt apud *Mi. b. 6.*
Michæam: Adhuc ignis in domo impij. Pro iracundia, vt in pſalmo: Supercecidit ignis, & *Pſal. 57.*
non viderunt ſolem. Pro tentatione dæmonum, vt apud diuum Paulum: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia *Epheſ. 6.*
tela nequiſſimi ignea extinguere. Hoc autem loco Ezechielis pro calamitate meo quidem iudicio accipitur. Non eſt enim infrequens capi ignem pro dolore & moleſtia, etiam apud authores humanos. vnde natum eſt tritum illud Prouerbium: Ignem igni ne addas. Et illud: Ignis non extinguitur igne. etiam ſi in hoc ſecundo prouerbio ignis poſſit accipi pro ira, vt ſit ſenſus: Ira non curatur ira, ſed lenitate, exacudeſcentia vincitur manſuetudine & tolerantia.

Eò quòd prævaricatores extiterint. Quoniam legem meam violauerunt, & pro nihilo putarunt. Populus Iſraeliticus cùm Deo obtemperabat, cùm in illo diuinum quoddam fidei & religionis lumen mirabiliter elucebat, fuit magnam nominis celebritatem conſecutus, & in ore hominum cum gloria & dignitate verſatus. At poſtquam virtuti nuntium remiſit, & diuina lege penitus repudiata & contempta idolorum Gentium cultui adhæſit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seque omni vitiorum genere contaminauit, fuit à Deo acerbissimis calamitatibus oppressus, & ab omnibus irrisus, & in fabulam traductus. Viderunt infelices illi Iudæi ciuitatem suam euersam, domos suas funditus deletas, templum suum incendij flammis consumptũ, opes suas direptioni commissas, corpora sua cruciatibus infecta, filios suos, parentes, amicos, & propinquos passim interfectos, vias plenas sanguine, & in illis montes cadauerum, viduas deplorantes, & virgines ac matronas sparsis capillis aërem lamentis, gemitibus, tristibusque lachrymis adimplentes. Versabantur in gemitu patriæ suæ, & in afflictorum miserrimis querelis. Oculi augebant dolorem, quia ea, quæ cæteri audiunt, intueri cogebantur, nec auertere ab ærumnis, & cladibus, & incendijs, & lachrymis cogitationem sinebãt. His miserijs lacerati, in vincula confecti fuerunt, & in Chaldæam traducti, exceptis his, qui fugerunt in AEgyptum, vbi fuerunt gladio Babyloniorum traditi, & immanissimè interfecti. Et qui in sua perfidia & impietate migrarunt è vita, fuerunt in horribiles tenebras relegati, & in inferno sepulti, vbi in æternum cruciabuntur. Aspice peccati pœnam, & scelerum aduersus Deum admissorum terribilem effectum. Deus ille, qui se Iudæis pium
Exod. 4. ostenderat, qui eos per mare rubrum mirabi-
Exo. 14. liter euexerat, qui eos filios vocauerat, fueratque summo fauore prosecutus, postea so illis
Ose. 11. *Esa. 1.* iratum ostendit, & fururem suum in illis exercuit. Sed dices: Nonne Deus est immutabilis? Est quidem: ipse enim ait per diuinum suum vatem Malachiam: Ego Dominus, &
Mal. 3. non mutor. Sed cùm Deus dicitur mutare voluntatem, vt quibus lenis erat, verbi gratia, reddatur iratus, illi potiùs mutantur, quàm ipse, & eum quodammodo mutatum in ijs, quæ patiuntur, inueniunt. Quemadmodum sol, qui sanis oculis gratus erat, ipsis morbo laborantibus molestus efficitur, cùm ipse apud se-
Simile. ipsum maneat semper idem, qui fuit, sic deus, qui benignis benignus ostendebatur, & misericordibus misericors, ipsis in flagitia incidẽtibus, & immanitatis ægritudine laborantibus iratus apparet, cùm ipse sit idem Deus immutabilis, qui antea erat. Vides igitur talem se Deum gerere erga homines quales sunt ipsi. Id intelligens regius vates aiebat. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, &
Psal. 17. secundum puritatem manuum mearum in cõspectu oculorum eius. Cùm sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Ac si diceret: Iustus es Domine, nam bonos beneficijs afficis, improbos verò dignis pœnis. Et licet alij aliter hunc psalmum interpretentur, tamen diuus Athanasius, & Theodoretus asserunt, voluisse Dauidem ijs verbis significare, qualem quisque se ostenderit, talem aduersus eũ se Deum ostendere. Quare in illum, qui iustitiam coluerit & pietatem, confert Deus magna beneficia, in eum verò, qui iura diuina & humana peruerterit, seuerus ac acerbus existet, ita vt peruersus existimet Deum aduersus se peruersè agere, cùm tamen iustissimè agat. Vt speculum, quicquid obijcias, re- *Simile.*
ferat, si te placidum & benignum illi ostendis, placidum & benignum se tibi ostendit, si verò iratus es, & exagitatus excandescentia, vultum speculi sentis similiter trucem, & furore commotum, cùm tamen speculum sit vnum atque idem: sic cùm deus sit vnus semper idem, immutabilis, & sempiternus, & vt dicitur in li-
bro Sapientiæ, speculum sine macula, modò *Sap. 7.*
comparatur agno mansueto, modò leoni terribili. De eo ait Esaias: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tondente se obmutescet. Et diuus Ioannes Baptista: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata *Esa. 53.* *Ioan. 1.*
mundi. Et ipse de seipso: Discite à me, quia *Matth. 11.*
mitis sum, & humilis corde. Vide eius mansuetudinem. At de illo ait Esaias: Iratus est fu- *Esa. 5.*
ror domini in populum suum. Et paulò pòst: Rugitus eius vt leonis. Et Amos: Leo rugiet, *Amos. 3.*
quis non timebit? Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Vicit leo de tribu Iuda. Esse deum misericordem erga misericordes asserit ipse, dicens: Beati misericordes, quoniam misericor- *Matth. 5.*
diam consequentur. De immanibus autem asserit diuus Iacobus: Iudicium sine misericor- *Iacob. 2.*
dia illi, qui non facit misericordiam. Nonne aspicis quàm variè se Deus ostendat, nimirum misericordibus misericordem, crudelibus seuerum. Apud Matthæum ait Dominus *Matt. 25.*
dicturum se esse bonis in vltimo iudicio: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Impijs verò. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Eam ob causam Christus deus no- *Ioan. 10.*
ster se in euangelio cum varijs rebus compa- *Matt. 13.*
rauit: aliquando se pastorem vocat, aliquan- *Luc. 8.*
do agricolam, modò hominem, modò pa- *Matt. 21.*
trem familias: nunc regem ponentem rationem cum seruis suis, præmio afficientem fi- *Luc. 14.*
deles, damnantem verò ingratos, nunc regem omnes ad nuptias & prandium inuitat item. Ita *Mat. 22.*
enim ipse ait apud Matthæum: Simile factum *Matt. 22.*
est regnum cælorum homini regi, qui fecit *Matt. 25.*
nuptias filio suo. Rex hic ideo vocatur homo, vt eius benignitas, & misericordia ostendatur,

Matt. 22 datur, sed paulò pòst dicitur: Rex aũt cùm audisset, iratus est. Modò vocatur benignus, modò iratus, & quando ostenditur iratus, non dicitur homo rex, vt antea, sed rex tantummodò. Præterea aeppllatur Christus in literis diuinis admirabilis, germen, iustus, decorus, speciosus forma, Iesus, Messias, saluator, salus, salutare, petra, lapis angularis, consiliarius, fortis, sol, dilectus, dux, gygas, sponsus, oriens, princeps pacis, pater futuri seculi, dominus, pontifex, medicus, Emanuel, Aquila, mediator, fons aquæ viuæ, fructus terræ, panis vitæ, via, veritas, vita, lux, radix Iesse, velox spoliator, & alijs nominibus se passim offerentibus ijs, qui sacras literas attentè scrutantur. Intueris igitur eundem esse Deum semper immutabilem, qui populum Hebræorum ad magnam dignitatem adduxit, & ad summã ignominiam adiecit. Idem est ille, qui eum in terra promissionis collocauit, & qui eum in Babylonicam captiuitatem coniecit: quibus in rebus Deus & misericordiam suam ostẽdit & iustitiam, semper vnus atque idem. Qua de re ea poterit videre, quæ supra diximus capite quinto, verba illa explanantes: Et complebo furorem meum.

Annotationes ex Hebræo in caput XV.

Vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Pro vtraque parte vertit Aquila, duo nouissima eius. Symmachus, duas summitates eius. Quem sequitur Paguinus. Alij vertunt, duas extremitates. Quod in idem recidit. Vult significare propheta, Iudæam instar ligni tres partes habuisse, nimirum duo extrema, & vnum medium, quod erat Hierosolyma: quæ partes omnes instar vitis ad id coniectæ in ignem erant simul absumendæ. Septuaginta verò interpretes habent: Annuam purgationem eius consumit ignis, & dimittit in finem. Quorum verborum hic est sensus: Quẽ admodum autem purgatur igne, ita populus Israelis afflictione, non breui & parui temporis sed longa & annua. Quæ afflictio ideo eos igne reputat, vt ad finem, hoc est, ad Deũ mittat, qui est finis, ad quem debent dirigi non solùm actus nostri, sed mentis cogitationes. Ad hunc finem dirigebat regius vates hymnarum suorum, quibus loco tituli præponebat lamnatseach, pro quo septuaginta transtulerunt,
Rom. 10 εἰς τὸ τέλος, hoc est, in finem. De eo ait Diuus Paulus in epistola ad Romanos: Finis legis Christus est. Hebræi illi Deum offendere conabantur, Deus autem eos calamitatibus premebat, vt scelus suum cognoscentes illud detestarentur, seque ad dominum conferrent.

Quomodo lignum vitis inter ligna syluarum. Pro ligno est in hebraico: עץ ets, quod significat idolum, vt apud Oseam: Populus meus in ligno suo interrogauit. Hoc est, populus Israeliticus ab idolo oracula quæsiuit. Significat crucem, vt apud Ieremiam: Mittamus lignum in panem eius. Ac si decerent Iudæi: Ponamus crucem in humeris eius, qui ait se esse panem vitæ. Accipitur pro incarnata Dei sapientia, vt in Prouerbijs. Lignum vitæ ijs, qui apprehenderint eam. Capitur pro arbore, vt in libro Geneseos: Lignum vitæ in medio paradisi. Et in psalmo: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Hoc est, erit vir iustus instar arboris fœcundæ satæ ad vbertimos fontes, rigatus sacræ doctrinæ fluminibus, & vbertimos vitutum fructus producens. Solent diuinæ literæ homines cum arboribus comparare, vt apud Ezechielem: Ego dominus humilians lignum sublime, & extuli lignum humile. Et hoc loco, vbi per ligna & Iudæos intelligit, & gentiles. Et apud Matthæum: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quemadmodum fœcundus arbor sit, fructiferæ iusitus in trunco & stipite arboris agrestis eam trahit ad naturam suam, vt iã alia folia, & alios fructus ferat, sic Christi doctrina insita in anima nostra sterili, eam mutat, & ad seipsam trãducit & conuertit, vt iam alia verborum folia, alios vitturum fructus producamus. Sed necesse est, vt ramos peccatorum nostrorum amputemus, quò in nobis Christus ioferatur: & ita lætissimos fructus feremus. Arbor bona quatenus bona non potest malos fructus ferre, nec mala quatenus talis bonos. Nemo simul & turpibus voluptatibus oblectatur, & cœlestibus gaudijs perfunditur: nemo simul est rerum diuinarum contemplationi deditus, & carnis prudentiæ intentus: non simul miscentur vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias, quæ sursum sunt, & quæ super terram, vt pariter seras fructum bonum & malum, vt pariter sis sterilis, & fœcundus. Si mundum diligis, infructuosus es, si Deum, fructuosus: ipse enim ait: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Qui autem vitturis fructum non tulerit, dabitur, vt hoc loco sit Ezechiel, igni ad deuorandum, vt non solùm igne calamitatum in hac vita, sed igne æterno rum cruciatuum in altera torqueatur.

Matt. 7.

Simile.

Ioan. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI SEXTI.

ENarraturus diuinus vates tudæorũ flagitia, primum Dei erga eos beneficia commemorat. Inuehitur in eorum ingratitudinem, perfidiam, & impiam superstitionem, qui Deo vero contempto, qui in eos summa contulerat beneficia, falsos ac commentitios Gentium Deos colurerunt. Minatur eis ferrum & flammam, vaticinans de instis pœnis, quas erant daturi suorum scelerum, quæ indicat esse cum grauia, vt eorum comparatione impia Barbarorum in Deum facinora iustificentur. At in fine capitis aperit mysterium instaurationis humanæ per Christum Deum nostrum, qui à cœli fastigio delapsus, ad terram descendit, humanam induit formam, vt hominũ animos, qui in caligine versabantur, diutno lumine illustraret.

CAPVT XVI.

A. ET factus est sermo domini ad me dicẽs: Fili hominis notas fac Ierusalem abominationes suas, & dices: Hæc dicit dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus & mater tua Cethæa. Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua nõ es lota in salutẽ, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in obiectione animæ tuæ, in die, qua nata es. Transiens autem per te vidi te conculcatam in sanguine tuo: & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo: viue. Dixi inquã tibi in sanguine tuo: viue. Multiplicaram quasi germẽ agri dedi te, & multiplicatae es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem. Vbera tua intumuerũt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confusionis plena. Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus animantium. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iurani tibi, ingressus sum pactum tecum, ait dominus Deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, calciaui te hyacintho: & cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamento. B Et dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito, & multis coloribus. Similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis. Et profecisti in regnum, & egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit dominus Deus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. Et sumens de vestimentis tuis fecisti tibi excelsa hinc inde consuta, & fornicata es super eis, sicut non est factum, nec futurum est.

EXPLANATIO.

Notas fac Ierusalem abominationes suas. Hoc est, explica populo Israelitico, eiq; in memoriam reuoca flagitia sua. Eodem modo dicebat Deus Esaiæ: Annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Per populum suum & per domum Iacob apud Esaiam, & per Ierusalem hic apud Ezechielem idẽ intelligit. Vbi aspicis munus esse cõcionatorũ clamare, & populi scelera reprehẽdere. Ideo Christus cor comparat cum sale dicẽs: Vos estis sal terræ. Et Salomõ in Ecclesiaste: Verba Sapientiũ sicut stimuli. Quẽadmodũ in omni sacrificio ponebatur sal, vt est Leuitici literis consignatũ, ita in omni cõcione debet esse aliqua reprehensio cum debita proportione. Id intelligens Chrysologus aiebat: Omnium ciborũ sal est salubre condimentũ, nisi desit mẽsura: alioquin si sine modo est, & ipse perit, & quod salierit, perdidit: amarat enim

Esai.58.

Mat.5.
Eccle.39.
Leuit.

enim nimietas, quod condiret mẽsura. Sed sal non erit, qui ea reprehenderit vitia, quibus ipse est imbutus & inquinatus. Sal conficitur ex aqua maris, sed quandiu est in mari, nõ est sal. Oportet egredi è mari, & penetrare terrã, vt in fossis marinis existens, radijs solis superuenientibus, & flatu aeris spirante, aqua illa condensetur, & in salem conuertatur. Mundus hic mare est: quãdiu in mundo versamur, tumidis suæ superbiæ fluctibus traditi, æstibus suę mutabilitatis accedentibus & recedẽtibus exagitati, amatissimis suorum scelerum vndis submersi, sal adhuc nos sumus. Egressuri sumus è mundo, & terram, hoc est, nos ipsos penetraturi, nostram imbecillitatem & miseriam considerantes, & ita interueniente radio solis iustitiæ, & spirante diuina gratia, erimus fauore splendoris diuini illustrati, & in salem admirabilem conuersi. Et tunc in aliorum scelera inuehemur, moderatè tamen, vt par est, sed exclamantes, & aduersus crimina præsertim aperta vocem extollentes. Ita

Ioel. 2. enim ait per Ioelem prophetam Deus: Canite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ. Et

Esa. 58. per Esaiam: Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Hoc vult diuina scriptura significare, cum asserit præcepisse Deum Moysi,

Num. 10 vt faceret duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocaret multitudinem, cùm esset castra mouenda. Incitabatur enim populus illarum sonitu ad bellum, & ad festos etiam dies celebran los, quibus Deo sacrificia offerebãtur. Eodẽ modo cõcionator vocare debet peccatores ad amouenda castra sua à mũdo, lãguẽtem labentemque populum ab errore deduce

Esai. 55. re, & ad decus excitare, dicens cum Esaia: Derelinquat impius viã suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum. Et

Apoc. 18. cum Ioãne in Apocalypsi: Fugite populę meus de medio Babylonis, ne participes sitis delictorum eius. Ac si diceret: Amouete & separate vos à rebus mundi caducis & vanis, relinquite eius flagitia, & castra vestra per sanctam cogitationem, piumque animi affectum in cælo collocate. Debet enim euangelicus cõcionator auditores aduersus animæ hostes

Ephe. 6. præparare, & exemplo suo incitare. Ita diuus Paulus in epistola ad Ephesios. Induite vos, inquit, armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus mundi carnem & sangui-

Rom. 13. nem, sed aduersus principes & potestates, ad uersus mundi rectores tenebrarum harũ. Et in

1. Cor. 9. epistola ad Romanos. Induamur arma lucis.

2. Cor. 10 Et in prima ad Corinthios: Ego sic pugno, non quasi aerẽ verberans. Et in secũda: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum. Et iterum ad Timotheum: Hoc præceptum cõmendo tibi, vt milites in illis bonam militiam. Est enim, vt verbis vtar Iob, vita hominis militia super terram. Debet itaque prudens concionator auditores ad pugnam inuitare, & eorum etiam animos desiderio cœlestis patriæ incendere exemplo Christi, & sanctorum, qui bona illius miris laudibus extulerunt, de quibus ait Paulus in prima ad Corinthios: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt ea, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Et in epistola ad

Hebr. 4. Hebræos: Festinemus ingredi in illam requiem. In primis tamen dabit operam concionator verbi Dei, vt vitia vituperet, & ex animis auditorum quantum potuerit, radicitus euellat. Quemadmodum prudens agricola

Simile. priùs carduos, sentes, & venenosas atque sylueſcentes herbas ex agris extrahit, & radicitus euellit, & postea illis semina mandit, sic sapiens doctor priùs vitia extirpare debet, & animos colere, atque ex illis pro viribus scelera radicitus extrahere, vt illos præparet ad fructus accipiendos, eaque seminet, quæ adulta, fructus vberrimos ferant. Et licet virtus improbis hominibus videatur horrida & amara, cùm ipsa sit pulchra & suauis, nihil tamen est tam asperum & difficile, quod dicendo nõ fiat lene & facile, nihil tam obscurum & incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Si hoc ita se habet in rebus incredibilibus, quanto magis in rebus certissimis, ipsius sempiternæ veritatis testimonio combrobatis? Excitent igitur concionatores populum ad virtutes, & notas ei faciant abominationes suas, quemadmodum hoc loco Deus Ezechieli illius temporis concionatori faciendum præcepit. Accipitur hic Hierosolyma pro habitatoribus eius metonymicos

Mat. 23. vt apud Matthæum: Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas.

Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Id est, origo tua & patria tua est terra Chanaan: ex qua velut è radice prodiuisti. Nam in regione illa habitauit Abraham, ibi

Gen. 12. 17. 21. 25 & 35. natus est filius eius Isaac, & nepos eius Iacob pater duodecim patriarcharum.

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Hoc est, tanta est iniquitas tua, vt videaris genita ex parentibus infidelibus, omniumque scelerum colluuione cõtaminatis. Amorrhæi & Cethæi fuerunt immanitate barbari, à veri Dei culto penitus alienati, & incredibilibus flagitijs polluti. Harum nationum vocat deus filiam synagogam Iudæorum, non quòd ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset per naturam, sed per imitationem. Eodé
Matt. 3. modo phariseos appellat Christus genimina viperarum. Et gloriantibus illis se patrem
Ioan. 8. habere Abraham dixit: Vos ex patre diabolo estis. Eum locum explicans Cyrillus, ait: Consuetudinis est sacræ scripturæ ex imitatione vel similitudine filios appellare, vt hic. Quia enim Iudæi imitati fuerant iniquitates Amorrhæorum, & Cethæorum, inde parentes eos habuisse dicūtur, de quibus per scelerum propaginem nascerentur, & cum quibus pro simili scelere damnarentur. Hæc ille. Vides igitur quemadmodum dominus Iudæorum gloriam inanem illam, & inutilem confregit, qui se vanè iactabant ab Abrahamo omni sapientia & virtute præstanti genus suum ducere. Quid prodest riuulo fluere ex puro & salutari fonte, si ipse est spurcitia plenus, corruptus, & omni ex parte cōtaminatus? Eodē modo quid prodest filio nobilitas patris, & stemma maiorum, si ipse est vitijs omnibus imbutus, & veneno flagitiorum infectus? Qui nō est ob facta sua cognitus, qui ex operibus suis nulla est laude celebratus, quam claritatem & nominis amplitudinem putat adipisci, si aliorum res gestas, & præclaras virtutes sibi iactabunde arroget? Quemadmodum Aesopi
Simile. cus graculus pulchris aliarum auiū plumis indutus, pulchritudine sibi vanè assumebat, sed exutus mansit irrisus, & propria nigredine affectus, cùm quælibet auium suam ab eo penam sustulisset, sic qui maiorū suorum rebus præclarè gestis gloriantur, aliorum bonis sese venditant, & nobilitatem alienam sibi vsurpant, cùm nulla sint propria virtute muniti, exuunt ignominiosè in foro aliena indumenta. Et, vt verbis vtar Horatij, moueat cornicula risum, furtiuis nudata coloribus. Illustrius est proprijs virtutibus & rebus gestis florere, quàm maiorum opinione niti. Ex terra fertili producitur aliquando cicuta venenosa, & ex terra sterili nascitur pretiosum aurum. Qui maioribus suis honestate propria prælucent, vt si prius noti non fuerint, ab illis accipiant initium memoriæ suæ, sunt magnis laudibus efferendi: contrà verò qui vita turpiter acta magnas suis obfundunt tenebras, vt etiam si nobilitate floruerint, veniant in oblivionem, sunt acriter vituperādi.
Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis, dicebat Christus Iudæis stirpe sua gloriantibus, opera Abrahæ facite. Erant quidem illi natura filij Abrahæ, sed imitatione filij Amorrhæi & Cethæi. Amorrhæi & Cethæi terram illam Chanaan quondam coluerant, & Iudæi eorum impietatem imitari voluerunt. Poteris per Chanaan mundum intelligere, Chanaā enim idem est quod commutatio, & mundus nunquam in eodem
Iob. 14. statu permanet: Amorrhæus, qui amarum sonat, diabolus est, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum: qui imitatione patet
Sap. 2. dicitur impiorum. Huius domus est mūdus,
Isai. 22. cuius ille princeps appellatur. Hæc est do-
& 26. mus illa, de qua dicitur in Psalmo: Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Ac si
Psal. 44. dicat sponsus sponsæ suæ, hoc est Christus animæ sibi deuotæ: Trāsfunde in me omnē amorem tuum, omniaque illa delect obliuio, quæ antea vano prosequebaris affectu. Obliuiscere populū impiorū, excidat tibi ex animo memoria mundi, qui est domus Amorrhæi, quō dam patris tui. Cethæa, quæ sonat confractā, affectio est corrupta, quæ hominem confringit, & intra seipsum variis appetitibus cōscindit, ex qua perturbationes propè infinitæ dimanant. Vt enim ex luna, vt ex philosophorū
Simile. sententia constare videmus, procedunt maris æstus, & perpetui fluctus, & procellæ, sic ex deprauata affectione producuntanimi commotiones, cōtentiones, impiæ cupiditates, & turbidi inquietudinum fluctus. Hanc Cethæam improbi homines sequūtur, quam ob causam eius filij vocantur.

Non est præcisus vmbilicus tuus. Solent obstetrices præscindere vmbilicū infantulis nascentibus, eorum corpuscula repurgare à sanguine & sordibus aqua tepida, vt facile eorū membra componantur: & cutem sale solidaro, & pannis inuoluere. Comparans autē Deus synagogam cum infantula nuper nata, ait omnia hæc ei defuisse, sed ipsum eā vt infantulam expositam & eiectam, iacentem in terra suo sanguine inuolutam, & pedibus cōculcatam, eripuisse, & nutriuisse, & in magna dignitate collocasse. Iacebat populus Iudaicus in Aegypto abiectus & contemptus, & Deus eum inde mirabiliter eripuit, & sanctis legibus, atque insignibus victorijs de infidelibus reportatis, aliisque immortalibus beneficijs illustrauit, & ad summam amplitudinem perduxit. Cæterùm negatione excisionis vmbilici significat propheta populum illum nō fuisse penitus ab idolorum cultu separatum, nam statim post transitum maris rubri coluit vitulum, & impijs Gentium superstitionibus
Exo. 32. sæpenumero adhæsit. Dicens non fuisse synagogam lotam aqua, significat eius duritiem, quæ insignes flagitiorum maculas & sordes animo conceptas lachrymarum abundantia non delebat. Dicens non fuisse sale conditam, innuit, fuisse multoties salutari sapientia destitutam, quia ipsa eam repellebat. Et si enim aliqui essent ex Iudæis sapientia & charitate præstantes, frequens tamen populus

pulus sæpenumerò in errores incidebat. Dicens non fuisse indutam pannis, indicat, fuisse sæpe virtutum indumentis nudatam. Poteris per negationē præcisionis vmbilici Iudæorum incontinentiam intelligere, iuxta id,
Iob. 40. quod de fœmina dicitur in libro Iob: Virtus illius in vmbilico ventris eius. Per lotionem aquæ baptismum, quem Iudæi recipere noluerunt. Per vestem charitatem, de qua ait Esaias: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem.
Esai. 52. Et diuus Paulus: Induimini dominum Iesum
Rom. 13. Christum. Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus
Apoc. 12. eius. Hic sol Christus est, sol iustitiæ, deus noster.

Non pepercit super te oculus. Offenso à te deo nō inueniebatur, qui te oculo pietatis aspiceret, vt in te aliquod ex ijs beneficiis cōferret.

In abiectione animæ tuæ. Id est, in contēptu vitæ tuæ. Ac si dicat: Eras penitus spreta.

Transiens autem. Loquitur scriptura de deo more hominis transeuntis, qui videns infantulam eiectam & expositam in via miseretur
Malac. 3. eius, cùm tamen Deus non moueatur de loco ad locum: ipse enim ait: Ego dominus & non mutor. Fortasse alludit hoc loco Deus ad ver
Exod. 12. ba illa Exodi: Transibit enim dominus percutiens Aegyptios: cumq; viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transcendet ostium domus. Sed aduerte. Si Deus tot beneficia cōfert transiens, quid faciet sedens?
Matth. 9. Vide quid dicat euangelium: Cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Transibat, & hominem oculis misericordiæ suæ aspiciens, eum vocauit.

Vidi te. Subaudi oculis pietatis.

Viue. Non solùm loquitur de vita naturæ, sed etiam gratiæ.

Multiplicatam. Id est, auctam prole, opibus, & dignitatibus.

Ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem. Id est, accessisti ad ætatem, qua solent puellæ nubiles ornari. Mundus muliebris est ornatus fœminarum, veluti speculū, inaures, anuli, armillæ, gemmæ, monilia. Sensus est: fuisti infantula eiecta, & pauperrima, sed meo beneficio creuisti, & peruenisti ad annos pubertatis, quando iā puellæ maturæ viro solēt ornamenti: muliebribus muniri. Et facta es nobilis, & versata es in omnium ore cum gloria & dignitate: & duxi te in sponsam. Et tu me reliquo, à quo innumera acceperas beneficia, multa eo amissis adulteria, adhærens idolorum cultui. Quot enim deos coluisti, tot adulteria perpetrasti. Hac metaphora explicat Deus suam erga synagogā pietatē, eiusq; erga eum ingratitudinem. Symmachus habet: Peruenisti ad ornamentum mulierum. Pagninus: Ingressa es ad ornamentum ornamentorum.

Et eras nuda. Hoc ideo ait, vt intelligant Iudæi à deo fuisse omnino bona, quæ habuerunt. Nudi erant, sed Deus eos induit virtutibus, & bonis spiritus, & corporis. Quid habes, inquit Paulus, quod non accepisti?
1. Cor. 7.

Tempus tuum tempus amantium. Quūdo puellæ solent amatorijs leuitatibus deliniri. Veneras ad ætatem nuptijs aptam.

Expandi amictum meum super te. Hoc est, te nudam texi pallio meo.

Et iuraui tibi. Id est, iuraui me ipsum esse te ducturum: & inij tecum fœdus.

Et laui te. Eras ô synagoga contaminata sanguine, hoc est, cōtaminata peccatis, & ego te ablui ab illis. Capi sanguinem pro peccato indicat Dauid, dicens: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Ita appellat exdis & adulterij scelera detestabilia, quæ commiserat, cùm stuprum Bersabee, eiusque viro mortem tulit. Aqua hæc, qua Deus lauit synagogam, est infusio spiritus sancti. Ita enim
Ioan. 7. ait Christus apud Ioannē: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. Interpretans autem euangelista, quid per hāc aquam significaretur, ait: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Vel laui te aqua, hoc est scientia legis, dans tibi sacram scripturam. Accipi autem aquam pro legis sapientia indicat Ecclesiasticus, dicens: Aqua sapientiæ
Eccle. 15 salutaris potabit illum. Vel laui te aqua, id est afflictione, in quam significationem accipitur
Psal. 68. à psalmographo dicente: Intrauerunt aquæ
Psal. 143 vsque ad animam meam. Et iterum: Libera me de aquis multis.

Vnxi te oleo. Subaudi gratiæ meæ. Oleum lætitiæ est diuina gratia, vt in psalmo. Vnxit
Psal. 44 te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos de Christo interpretatur:
Hebr. 1. qui secundum humanitatem habet participes, quorum ipse caput est, quibus gratiam impertit, quam præ omnibus habet opulentissimā. At secundum diuinitatem tales participes non habet, cùm Deus sit, & Deus vnus solus sit. Etsi in diuinis tres sunt personæ, tamē vna est essentia, vna diuinitas, vna substantia. Vel sic: Cùm esses in Aegypto inter barbaros & immanes homines nutrita, eras etiam immanitate affecta, à qua ego te abduxi, vngens te oleo pietatis & misericordiæ, vt esses mitis & lenis, effetque humanitas tua omnibus perspecta & explorata. Oleum enim pro misericordia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordia sæpè accipitur: superfertur nanque cæteris liquoribus, atque supernatat: ita misericordia superemineat dei operibus, & plus cæteris in homine eluceſcit. Ita intelligitur locus illæ psalmistæ: Et miserationes eius super omnia opera eius. Ideo dicebat idē propheta: *Psal.144* *Psal.22.* Impinguasti in oleo caput meum. Vbi Didymus ait accipi caput pro mente. Et tunc est sensus: Tu domine animam meā oleo misericordiæ pinguem fecisti. Quemadmodū oleū lucem nutrit, & faciem exhilarat, sic misericordia lumen animi fouet, & alios reficit & lætificat. Eam ob causam præcipiebat Deus, vt altare holocausti, & omnia vasa oleo consecrarentur: vult enim, vt omnia opera nostra misericordia condiantur. Reddens Christus causam apud Matthæum, cur iusti cœlestē gloriā consequantur, opera misericordiæ connumerat. Id voluit diuina scriptura significare, quando ait, fecisse Salomonem in ingressu oraculi duo ostia de lignis oliuarum. Oraculū illud, & sanctum sanctorum figura erat cœlestis patriæ, vt asserit in epistola ad Hebræos diuus Paulus. Portæ autem, quibus ad illam ingredimur opera misericordiæ sunt in charitate conflata: quæ ideo oliuarum dicuntur, quia per oleum & oliuam misericordia significatur. Quo oleo Deus hoc loco ait synagogam olim vnxisse. Quidam ita hunc locū interpretātur: Laui te aqua in baptismo, & mundaui te à sanguine peccatorū, & vnxi te oleo chrismatis. Tunc ornata fuisti auro gratię, & argento præclaræ famæ, & virtutum ornamentis ac monilibus decorata: quibus gloriā cōsequereris æternam. Hæc sunt beneficia, quæ Christus Deus noster contulit in Hebræos, quæ nonnulli ex illis acceperunt, etiam si pleriq; ea contēpserunt, & pro nihilo putarunt.

Simile. *Exo.40.* *Matt. 25* *3.Reg.6.* *Heb. 9.*

Vestiui te discoloribus. Id est, vestibus acu pictis. Ac si diceret: Ego te induī varijs virtutū ornamentis. De ecclesia dicitur in psalmo: *Psal.44.* Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietate: vbi per aurum & pretiosas ac varias vestes præclaræ, multæ ac variæ virtutes significantur. Vel per hos varios pannorum colores intellige cortinas tabernaculi, quæ erant pluribus coloribus ornatæ, & per partem totum tabernaculū, vt sit synecdoche figura, veluti quando ait scriptura diuina. Erant omnes animæ eorum, qui egressi sunt de fœmore Iacob, septuaginta, vbi capitur anima pro homine, pars pro toto. Et aliquando caro pro toto homine. vt Verbum caro factum est. Vult Deus significare dedisse synagogæ post cultum vitulo conflatilis tabernaculum fœderis & reconciliationis.

Exo.1. *Isaiæ.1.* *Exo.40.*

Et calciaui te hyacintho. Id est, dedi tibi calciamenta ex hyacintho pretioso. Quasi dicat: Calciaui te pace. De ijs calceis ait diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Et calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Qui habet pacem calciatus est: sed pax hæc debet esse dei, non mundi: pax cum virtute, non cū vitio. Ideo non ait: Calciaui te corijs animalium mortuorum, nam talia calciamenta pacē mundi & amorem rerum caducarum significant, sed hyacintho pretioso cælum quodam modo referente. De calciamentis mortuorū animalium dicebat Deus: Solue calciamentū de pedibus tuis. Hoc est, solue mortiferas cogitationes ab affectibus tuis: auser à desiderijs tuis, ab anima tua, libes mortuorum pecorum, crimina mortem animæ inferētia. Per pedes, quibus corpus mouetur, intelliguntur affectus, quibus anima ambulat, & mouetur. Eam ob causam dicebat Christus discipulis suis: Nolite portare calciamenta. Non enim hoc solùm de pedibus corporis intelligitur, sed etiam de animæ affectibus. Prohibebat Deus illis animalium mortuorum, non autem hyacinthi calciamenta, vel accipitur hic calciamentum hyacinthi pro toto ornamento sacerdotis: erat nanque hyacinthus in veste sacerdotali, vt patet ex libro Exodi. Et tunc est sensus: Dedi tibi vestes sacerdorales, & sacerdotes, qui pro populo funderēt ad me preces. Hyacinthus est gemma colorem habens amethysto non absimilem, hoc est rubeum. Capitur etiam pro flore quodam, quē appellant violam, purpureī, sed subobscuri coloris. Philo Platonicus ait per hyacinthū significari cælū, seu cælestia. Ideo potest esse sensus, vt dicat Deus. In pedibus tuis in affectibus animæ tuæ posui cælestia, quæ cogitares, ad quæ aspirares, quorum amore incenderēris. Fortasse per calciamina hyacinthina intelligit calceos colore hyacinthino affectos. Sunt tamen nonnulli qui per hyacinthum hoc loco, nec gemmam intelligant, nec floreni, nec colorem, sed eorum taxi: est autē taxus animal quoddam syluestre, infestum alueatibus, cuius pellem aiunt esse ad calceos accommodatissimam: quod à Lusitanis appellatur texugo.

Ephes.6. *Exo.2.* *Luc.10.* *Exo.28.*

Cinxi te byſſo. Hoc est, præcinxi renes tuos zona byssina. Quasi dicat: Dedi tibi castitatem. Iuxta illud: Sint lumbi vestri præcincti. *Luc.12.*

In ſui te ſubtilibus. Dedi tibi acutissimum intellectum. Quidam per byssum & subtilia intelligunt vestes pontificis, quæ erant ex byſſo subtiliter cōfectæ: vt patet ex li. Exodi. *Exo.28.*

Dedi armillas in manibus tuis. Per armillas in manibus intelliguntur bona opera. Seruus Abrahæ

Abrahæ inueniens Rebeccam ad fontē, aquā haurientem, eamque tribuentem hominibus & camelis, dedit ei armillas brachiorū & inaures. Et hæc fuit sponsa Isaac filij domini sui. *Luc.1.* Missus est Gabriel angelus à deo patre ad quærendam sponsam filij sui Isaac, & inuenit eam largientem aquas, hoc est gratiam impetrantem, eamq; inter homines & camelos, hoc est, inter iustos & peccatores diuidentem. Inuenit prope fontem diuinæ bonitatis dispensatricem gratiæ, per aquam illam significatam, de qua dixerat Esaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. De qua dicebat Christus: Aqua, quam ego dabo, fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam. Et in Apocalypsi: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Hæc virgo sacratissima fuit sponsa & mater Christi, veri illius Isaac, qui humeris tulit lignum, quo erat immolādus. Hæc est gratiæ impetratrix, cui debemus offerre brachialia & inaures, hoc est, opera & preces.

Esa.11. *Ioan. 4.* *Apoc.21.* *Genes.22*

Et torquem circa collum tuum. Per torquem circa collum significatur abstinentia, per monile super os silentium, per circulos aurium preces, & auditus verbi Dei, per coronā decoram in capite victoria aduersus vitia, & præmium virtutis. Sed omnia hæc amisit synagoga ob suorum scelerum magnitudinem: vt est apud Esaiam capite tertio.

Esa.3.

Et ornata es auro & argento. Id est, charitate & eloquentia. Est enim charitas aurum illud, de quo ait Deus apud Ioannē in Apocalypsi: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, Eloquentia autē est numus ille argenteus Deo oblatus, de quo loquebatur Deus libro primo Regum: & tuba argentea ductilis, de qua agitur libro Numerorum decimo.

Apoc. 3. *1.Reg.3.* *Num.10*

Vestita es byſſo & polymito. Pro quo antea dixerat: Cinxi te byſſo, & indui te subtilibus. Vestis polymita est varijs coloribus affecta. Dicitur polymita, id est, multis licijs cōtexta. *Gen.27.* Tali veste indutus erat Ioseph, vt in Genesi proditum est memoriæ.

Similam & mel. Similia est flos farinæ tritice. Hoc est, dedi tibi rerum omnium abundantiam, non solum earum, quæ pertinent ad vestium ornamentum, sed earum, quæ pertinēt ad victū, & deliciatas epulas. Omnia tibi in terra promissionis affluenter suppeditaui.

Et profecisti in regnum. Fuisti in regnū constituta, habens reges ditissimos & potentissimos, Dauidem, Salomonem, & alios.

Et egressum est nomen tuum in gentibus. Id est, fama tua per omnes orbis oras vagabatur. In omni hominum cœtu celebrabaris. In omnibus regionibus versabatur nominis tui gloria & amplitudo. Nulla erat natio, quæ non admiraretur pulchritudinem tuam, quæ de tuis rebus conticesceret. Regina Saba venit è regno suo Hierosolymam visum celsitudinem & sapientiam Salomonis, vt est literis diuinis contestatum. Et de populo Israelitico dixit diuina sapientia: Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Tanti æstimabatur Salomonis sapientia, vt eius epistolæ ad regem Tyri scriptæ seruarentur à Tyrijs etiam tēpore Flauij Iosephi, vt ipse asseris libro primo aduersus Apionem Grammaticum. *3.Reg.10* *Eccle.24*

Fornicata es in nomine tuo. Coluisti varia idola, exposita es omnibus idololatriæ generibus, & hoc ex vitiositate tua, ex nomine tuo, nō autē ex nomine meo: tu ita voluisti, nō autem ego. Vel ex nomine tuo, id est, propter famam tuā, qua gloriabaris. Fiducia tuæ pulchritudinis & celebritatis te extulit, & vt me relinqueres, atque cōmentitios Gentiū deos adorares, excitauit. Aspice, quàm periculosa sit pulchritudo, & vana nominis celebritas, ac falsa mundi gloria. Loquor de corporis pulchritudine, qua multi efferuntur, sed vanitate decepti, erunt præcipites in exitium sempiternum. In prouerbijs ait Salomon: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Diuus Augustinus ita ait: Pulchritudo bonum dei donum nostro abusu fit malum. Ouidius primo Fastorū: Fastus ineſt pulchris, sequitur superbia formam. Et alibi: Lis est cum forma magna pudicitiæ. Iuxta Socratis sententiam, pulchritudo est modici temporis tyrannis. Et iuxta Theophrastum est tacita deceptio. Euripides in Helena, Pulchritudo, inquit, res infelix est. Petrarcha libro primo de remedijs vtriusque fortunæ corpoream pulchritudinem appellat, velum oculis, laqueum pedibus, viscum alis, vt non facilè vera discernat, nec virtutem sequatur, nec in altum possit animo volare. Et paulò pòst eam ait esse hostem domesticum, raptorem quietis, materiam laboris, tormentū libidinis. Diuus Hieronymus amorē corporeæ pulchritudinis ait esse obliuionem rationis. Proclus Platonicus libro de anima. Animæ, inquit, quæ ob peruersam educationem à superno munere decidunt, in simulachra pulchra incidentes, propter veræ pulchritudinis ignorantiam corporeas formas admirantur & depereūt. Et satyricus ait: Rara adeo est concordia formæ atq; pudicitiæ. Hæc corporea pulchritudo, & hic exterior ornatus pepererunt Hebræis vanitatē & superbiā, quibus tumidi & elati à deo suo defecerūt, & fretī fama & nominis celebritate à vulgi opinione pen- *Prou.31*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dente, falsiq; honoris specie decepti, se penitus deformarunt, atq; omnibus veræ nobilitatis ornamentis destituti, in summam ignominiam inciderunt.

Exposuisti fornicationē tuam omni transeunti. Fornicatio in diuinis literis accipitur sæpe pro recessione à deo, & idolorū cultu, vt apud Ieremiam: Tu fornicata es cum amatoribus *Ierem. 3.* multis. Et paulò post: Nunquid vidisti, quid fecerit auersatrix Israel? Abiit sibimet super omnē montē excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Hoc ideo ait, quia in montibus excelsis, & sub lignis frondosis erant statuæ idolorum collocatæ. Et psalmographus: Perdidisti omnes, qui fornicātur abs *Psal. 72.* te. Igitur exponere fornicationē suam omni transeunti, est omnes falsos deos admittere, omnia idola colere, nullam impiam superstitionē repudiare. Hoc fecerāt Iudæi, cū Deus *Exo. 20.* illis cultum idolorum frequenter prohibuis- *Leuit. 19* serit Exo. 20. Leuit. 19. Deutero. 4. Esa. 40. *Deut. 4.* Ierem. 2. & alijs in locis, quos numerare, nisi *Esa. 40.* innumerabiles essent. Fides efficit inter deū *Ierem. 2.* & animam matrimoniū, vt apud Oseā: Spon- *Ose. 2.* sabo te mihi in fide. Sed charitas illud con- *1. Cor. 6.* summat, iuxta id, quod ait diuus Paulus: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Fides enim, *Galat. 5.* qua gloriam æternā adipiscimur, ea est, quæ, vt ait idē apostolus, per charitatē operatur. Fides est castitas mentis, & auersio à fide adulterij.

Vt eius fieres. Id est, vt idolo illi seruires. Quidam vertunt: Cui erat desiderium tuum. Ac si diceret: Planè prostituisti te omnibus idolis, quorum desiderio flagrabat.

Fecisti tibi excelsa hinc inde consuta. Id est lectos & cubilia, siue lupanaria ex multis pānis cōfecta. Septuaginta habent: Fecisti tibi idola consuta. Potest verti: Fecisti tibi altaria pannis variorum colorum ornata.

Et tulisti vasa decoris tui de auro meo & argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis, & panē meum, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorē C suauitatis. Et factum est, ait dominus Deus, & tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorandū. Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrās eis: Et post oēs abominationes tuas & fornicationes nō es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena, conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem malitiam tuam, væ væ tibi, ait dominus Deus. Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorē tuū. Et diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis magnarum carnium, & multiplicasti fornicationē tuam ad irritandum me. Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam iustificationem tuā. Et dabo te in animas odientium te filiarū Palestinarum, quę erubescūt in via tua scelerata. Et fornicata es in filiis Assy D riorum, eò quod necdum fueris expleta. Et postquam fornicata es, nec sic es satiata, & multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cū Chaldæis, & nec sic satiata es. In quo mūdabo cor tuū, ait dominus Deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis.

Et tulisti vasa decoris tui. Hoc est, vasa sacra cultui diuino dedicata. Vel inaures, armillas, catenulas, & alia pulchra monilia, quibus ornabaris.

Et fecisti tibi imagines masculinas. Permanet in metaphora meretricis, quæ cum viris alienis copulatur. Sensus est: Ex auro, & argēto, & monilibus, quæ tibi impertiui, conflasti idola, quæ me relicto adorares. Eodem modo per Oseam prophetam dicebat Deus: Argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Sūt qui existimēt has imagines masculinas fuisse idola Priapi, quæ multis in locis colebātur. Vt de lib. Regū 3. scriptū legimus *3. Reg. 1* Asam regē amouisse matrē suā, ne esset in sacris Priapi princeps. Hanc imaginem turpissimi idoli, & alias huiusmodi faciebāt Iudæi ex diuitijs, quas illis dominus suppeditabat. Tales sunt illi, qui opes suas vanè ac turpiter consu-

consumunt, & quod ad Dei gloriam, suamq; salutem dominico concedente obtinuerant, in Dei vituperium, suamque perniciem conuertunt. Quæ de re ea poteris videre, quæ supra fusè diximus, verba illa septimi capitis explanantes: Et ornamentum monilium suorum.

Exo. 25. 27. et 30 Leuit. 16 *Oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis.* Obtulisti idolis ea, quæ mihi offerre debebas. In templo Dei efferebatur oleum ad nutriendum ignem lampadarum, & thymiama in altare incensi ad odorē emittēdum. Et hæc efferebant Iudæi Gentium idolis.

Et immolasti eis ad deuorandum. Hoc est, immolasti idolis filios tuos, vt igne deuorarentur, & incendio combusti è vita migrarēt. Vide Iudæorū stultitiā, qui filios proprios morti tradebant, vt placerent idolis. Id dixerat ijs *Psa. 105* verbis regius vates: Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et quamuis in honorem multorum idolorum filios trucidarent, hoc præsertim faciebant in honorē Moloch, in cuius conspectu eos cōburebant. Aiunt statuā Moloch fuisse æneam, in cuius concauitate accendebatur ignis, qui exibat per eius fotomina: & ponebatur puer in manibus statuæ, vbi crematur. Et ne parentes pueri lamenta eius audirent, percutiebant sacerdotes tympana, quā ob causam locus ille appellabatur Tophet, hoc est tympanum. O infaniam detestabilem, ô crudelitatem inauditam, ô ingratitudinem erga Deū omni lachrymarum affluentia deplorandam!

Esa. 1. *Immolasti filios meos.* De quibus apud Esaiā ait: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Septuaginta habent: Filios tuos.

Adolescentiæ tuæ. Quando eras in Aegypto plena opprobrijs.

Et accidit post omnem malitiam tuam, Væ væ tibi. Hoc est, primum versata es in magna miseria, postea fuisti constituta in magna gloria: nunc autem accidit, vt propter malitiam tuam in priſtinam incideres ignominiam. Vel sic: Duplex væ, duplex pœna tibi accidit propter scelera tua, nimirū tēporalis & æterna. Vel altera ab Assyrijs, altera à Chaldæis.

In cuncta plateis. Exaggerat Iudæorum idolatriam.

Fornicata es cum filijs Aegypti. Id est, nullum fuit idolū, quod nō coleres. Hoc ait, quia nulla erat natio, quæ plura idola haberet, quam Aegyptus.

Extendam manum meam super te. Hoc est, te castigabo.

Et auferam iustificationem tuam. Hoc est, auferam à te legem tuam. Accipi iustificationem pro diuina lege est in literis diuinis admodū frequēs, vt in psalmo: Dedit eis regiones Gē- *Psa. 104* tium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationē eius. Et iterum: Cā- *Psa. 118.* tabiles mihi erant iustificationes tuæ. Ac si diceret: Cantiones meæ erant leges tuæ. Appellat Deus legem suam Iudæorum legē, quia illis data fuerat: sed quoniam ea intemperanter abusi sunt, abstulit eam Deus ab illis. Ita *Matt. 21* dixerat illis Christus Deus noster: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. In libro Geneseos sunt hæc verba *Gene. 9.* literis mandata: Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Ex Iaphet descēdunt Gētiles, ex Sem Iudæi. Et quoniā Gentilium multō maior futura erat, quām populus Iudaicus, voluit deus vt per Iapheth significaretur, significat enim Iapheth latitudinem. His igitur verbis: Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, innuebat scriptura fore, vt reiecto Israele, maneret scriptura & vera Dei cognitio in Gentibus, & à Christianis vindicaretur. Ita hūc locū explanat Eucherius. Iudæi nūc nō habent Dei legē, habent quidē literam legis, sed legē nequaquā. Nos verò qui ex Gentilitate descēdimus, legem veterem habemus, intelligētes ex ea cessasse eius cerimonias, & sacrificia & iudicia: habemus enim testamentum nouū, quod quidem est spiritus literæ testamenti veteris. Iudæi habent solùm literam, quæ, vt ait diuus Paulus occidit, nos habemus spiritum qui viuificat. Lex vetus erat figura & veluti vaticinium nouæ, noua autem spiritus & explanatio veteris. Vetus erat antiquanda, & antiquata est, noua verò feréda & lata est. Misera Iudeorū synagoga est Agar *Gene. 16* errans in solitudine, vbi ei deest aqua gratiæ, & sapientiæ salutaris, ejecta à domo Dei, à patria sua, sine sacerdotio, sine sacrificio, sine rege, sine templo, mundum peragrans absque via, quæ Christus est, dicens de seipso: *Ioan. 14.* Ego sum via. Sed nō solū Gentilibus, sed etiā Iudæis ad verā Christi fidem conuersis dedit Deus nouum testamentū. Itaq; omnes fideles siue ex Gētibus siue ex Iudæis, hoc est omnes verè Christiani, qui merito Israelitæ secundū spiritum, & domus Israel & Iuda appellātur, legē gratiæ habent à Deo, quā ipse illis per diuinos suos vates promiserat. Ieremias ea, quæ sequuntur, literis mandauit: Ecce dies veniēt, *Iere. 31.* dicit dominus: & feriā domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non iuxta pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dicit dominus, dabo legem meã in visceribus eorũ, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deũ, & ipsi erunt mihi in populum. Hoc vaticiniũ confirmauit Deus per prophetam Baruc, dicens: Statuam illis testamentum æternum sempiternum, vt sim illis deus, & ipsi erunt mihi in populum. Vide quàm aperte promiserit Deus nouum testamentum. Et ne existimaret aliquis esse testamentũ illud, quod Deus dederat Iudæis in monte Sinai, quando eos eripuit ab Aegypto, ait statim: Non iuxta pactũ quod pepigi cum patribus vestris, quando eorum manum apprehendi, vt educerẽ eos de terra Aegypti, illa enim lex data fuit in monte Sinai, lex aũt noua erat ferẽda in mõte Siõ. Ita enim prædixerat eximius ille vates Esaias, omni sapientia & nobilitate præstanti, cũ de Christi aduentu, eiusque cælesti doctrina ita vaticinaret: Docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Siõ exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. Nõne vides testimonium luce meridiana splẽdidius. Illud confirmat Deus rursus per eundẽ prophetam, dicẽs. Lex à me exibit, & iudicium meũ in luce populorum requiescet. Planè constat non loqui Deum de lege vetere, quoniam iam lata erat, sed de noua, quæ erat ferenda. Quod confestim explicare volẽs, ait: Et iudiciũ meum in luce populorum requiescet. Satis est enim perspectũ & cognitũ legẽ Moysi in vno tantũ populo requieuisse, ab eoque solũ quo ad cerimonias, & iudicia, & sacrificia fuisse receptã. At Christi euangelium fuit per omnes mundi oras longè lateq; propagatũ, & in hominum cordibus scriptũ, & Christi sacramẽta mundo nũtiata. Hæc sunt noua illa, de quibus aiebat deus per eundẽ Esaiã: Ecce ego facio noua, & nunc orientur: vtique cognoscetis ea. Ponã in deserto viam, & in inuio flumina: & glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones. Quid per has feras nisi gentes barbaræ & incultæ significantur, quæ euangelio receperunt, & Deũ laudibus efferẽtes feritatẽ in mãsuetudinem mutarũt? Ac si diceret Deus: Nõ solũm homines virtute morali præditi, & scientia exculti, sed etiam agrestes & indomiti legẽ meã nouam recipient: & illi, quos nec ferrum, nec ignis, nec vlla humana potentia potuit frangere & domare, qui veluti indomiti adamantes nulla armorum vi valebãt mitescere & mansuescere, fuerunt sanguine agni immaculati Christi Dei nostri domiti & mites, & fuit eorum barbaries compressa, & duricies fracta. Et quoniam noua lex nouum populum constituit, nouos mores, noua sacramẽta, nouas cærimonias, dixit Deus per Esaiam: Ecce ego creo cælos nouos, & terrã nouã, & non erunt in memoria priora. Noui cæli, & noua astra mundum illustrantia sunt apostoli, de quibus ait Daniel: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quibus aiebat Christus: Vos estis lux mundi. Hi sunt Christi discipuli, & sancti doctores, & catholici viri sapientia insignes, & religione præstantes. Terra noua nouus populus est, qui exuto vetere homine nouum induit, vt seruiat Deo non in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Hinc frequentes voces illæ apud psalmographum: Cãtate domino canticum nouum. Quid est cantare domino canticum nouum, nisi gratias illi agere, quòd per nouum Adamum dominum nostrũ Iesum Christum instauravit & reparauit nos, qui per peccatum veteris Adami perieramus? Accepto enim euangelio deposuimus secundum pristinam conuersationem hominem veterem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & renouamur spiritu mẽtis, induentes nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et volens deus significare fore, vt vetus testamentũ cessaret, nouum autem æternũ esset, voluit vt vetus sanguine animalis mortui cõfirmaretur, nouum autem sanguine suo, dum viueret, & cum discipulis suis cœnaret. Dixit enim Christus in vltima illa cœna: Hic est enim sanguis meus noui testamenti. Ac si diceret: Hic est meus sanguis confirmatiuus nouæ & æternæ legis. Id vaticinatus fuerat olim Zacharias hæc voces emittens, & eũ Christo, quem spiritu prophetico venturum aspiciebat, conferens: Tu in sanguine testamenti emisisti vinctos. Quam ob causam diuus Paulus in epistola ad Hebræos legem nouam appellat testamentum æternum. Nec caret mysterio, Deum, & diuinum suum vatem, & sanctum eius apostolũ memmisse illis in locis testamẽti potius quàm legis: nam cum audimus testamentum nouum, abijcimus vetus: hæc est enim testamentorum lex, vt nouũ deroget antiquum: & morte confirmetur. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris, testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dũ viuit, qui testatus est. Ideo Christus noui testamẽti mediator est, vt morte intercedẽte in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamẽto, remissionem accipiant, qui vocati sunt ad æternam hæreditatem. Ideo vetus testamentum confirmatum fuit morte vituli Christũ adumbrantis. Sed cũres illæ vete-

Baruc. 2.

Esa. 2.

Esa. 51.

Esa. 43.

Esa. 65.

Dan. 12.

Matt. 5.

Psal. 32. 95. 97. 143. & 149.

Ephes. 4.

Exo. 24.

Matt. 26.

Zachar. 9.

Heb. 10.

Heb. 9.

Exo. 24.

veteres vmbræ essent & figuræ futurorum bonorum, opus erat, vt cessarent adueniente veritate. At nouum & æternũ testamentum fuit ipsius Christi Dei nostri morte confirmatum. Ideo ait Diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Nunc autem Iesus melius sortitus est ministerium, quanto melioris testamenti mediator est: Et rursus: Intercedente Christi morte ait acceptam esse remissionem veterum delictorũ, & omnium, qui vocati sunt vt participes fiant æternæ hæreditatis. Meminit autem æternæ hæreditatis, vt ostendat in lege veteri solùm quò ad literam bona terrena, & fragilia promissa esse, vt ex quarto & septimo capite Deuteronomij, & alijs ex locis constat apertissimè: & in euangelio, in nouo testamẽto esse Christo Deo nostro bona cælestia & æterna clarissimè promissa: vt patet ex capite quinto Matthæi, vbi Christus ait: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cœlorũ. Et rursus: Gaudete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cælis. Aspicis igitur cessasse iam, & finita esse legis veteris sacrificia, esseque penitus abrogata. Id quod ipsamet lex multis in locis palàm non solùm confitetur, sed etiam profitetur. Esaias facit Deum in hũc modum loquẽtem. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum: holocaustum, arietem, & sanguinem hirsorum nolo. Nonne intueris noluisse Deum sanguine brutorum? Sanguis Christi erat ille, quo ipse erat reconciliandus, & æternum testamentum stabiliendum. Per Amos diuinũ vatem ait Deus. Si obtuleritis holocaustomata & munera vestra, non suscipiam. Similiter per Ieremiam, Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placent mihi. Et per Oseam, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non respuebat Deus misericordiam, nõ pietatẽ, nõ opera charitatis, nec aiebat esse hæc abrogãda: sed legis veteris sacrificia, quæ erant vmbræ noui testamẽti, quæ aduenientẽ Christo erant finienda, quemadmodum finiuntur vmbræ nostris aduenientẽ sole, & post dimulgatum euangelium futura erant execrabilia & pestilentia. Quemadmodum apparente luce disparet caligo, sic apparente Christo, & diuulgato euangelio cessauit lex vetus. Ipse enim Christus de se ait: Ego sum lex mundi. Et de lege vetere ait apostolus: Lex vmbram habet futurorum bonorum. Cessauerunt iraque legis antiquæ hostiæ, quia venit hostia illa, cuius aliæ figuræ erant: venit Christus verus Messias, qui sanguine suo mundi scelera deleuit, seque in ara crucis pro nobis sacrificium constituit, vt cœlestem patrem placaret, nobisque viam aperiret ad gloriam immortalem

Heb. 10.

Heb. 8.

Amos. 5.

Ierem. 6.

Ose. 6.

Simile.

Ioan. 8.

Heb. 10.

consequendam. At obstinati Iudæi eum contempserunt, & qui eos liberatum venerat, falsis criminibus ad mortem crudelissimam vocarunt. Quare fuit illis ciuitas sua euersa, direptioni commissa, atque incendio tradita, & templum funditus deletum, ad quod Aggæus propheta prædixerat venturum esse Messiam. Si Messias venturus erat ad templum illud, quemadmodum Deus per diuinum suum vatem promisit, & templum est penitus deletum, apertè constat venisse Messiam ad illud, cum extaret. Et tamen tanta est Iudæorum cæcitas, tanta contumacia, tanta obstinatio, vt adhuc Messiam venturum expectent, & legem Moysi mordicus retineant. Vident so ob perfidiam suam & impiam pertinaciam per terrarum orbem dispersos, vitam degentes ignominiosam & abiectam absque proprio rege, absque ciuitate, absque sacerdotio, absque sacrificio, absque propheta, absque cærimonijs, absque legis intellectu, quia Messiam suum non receperunt, nec recipere volunt, & adhuc cæci & flagitiosi homines Messiam expectant. Et illis ablata nominis amplitudo, extinctus splendor, deleta omnino antiqua gloria. Solùm illi qui ex eis fuerunt Christum amplexati, in honore & hominum celebritate versantur. Cæteri qui in perfidia permanent, sunt miseri, calamitosi, abiecti, sceleribus infinitis imbuti. Nulla est apud eos veritas, nulla iustitia, nulla fidelitas, nulla animi fortitudo, nulla denique virtus. Legem moysi habent in membranis scriptam, sed ipsam penitus ignorant. Cum ego Romæ ordinis nostri negotia gererem ex iussu principis & aliorum patrum, disputaui sæpe cum Iudæis, eosque lege sua conuici: sed nullus erat eorum, qui vellet ad fidem conuerti. In vno tantùm inueni signa quædam desiderandæ salutis, qui à me petiit, vt locum quendam euangelij illi explicarem, & ostendit velle me cum communicare, sed ob aliorum sudeorum metum non audere. Omnium aliorum admirabar impudentiam, ignorantiam, & cæcitatem: nam aut penitus nihil, aut ferè nihil ex vetere sua lege intelligebant. Et conuicti à me authoritatibus suorũ prophetarũ ita manebãt obstupefacti, vt autea. Tanta est eorum pertinacia vt quidam ex illis mihi diceret: Et si luce meridiana clariùs mihi ostendas Christum esse Messiam, tamen non credam. Deplorabam eorum miseriam, dolebam eorum infelicitatem: & illi meipsum irridebant, & conuicijs, atque maledictis, aliquando vulnerabant. Gloriantur cæci homines sẽ legem Dei habere, cùm re uera legem non habeant, sed solùm legis literam, quoniam lex fuit ab illis ob eorum scelera ablata. Quod illis hoc loco Deus per Eze-

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiclem prædixerat: Et auferam iustificationē tuam. Vbi septuaginta pro iustificationem habent legitima tua, hoc est legem tuam: Quod nostram corroborat sententiam. Accipi autem legitima pro lege, constat multis ex locis diui
Exod.18. narum literarum. Leuit. 18. Iuxta morem regionis Chanaan ad quā ego introducturus vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Et paulo post in Custodite legitima mea.
4.Re.17. Et 4. Regū 17. Noluerūt seruire domino deo suo, & abiecerunt legitima eius. Lex in diuinis literis appellatur iustificatio, legimonium, testimonium, edictum, mandatum, via, vita, statutum, & alijs nominibus passim repertis.

Et dabo te in animas adulteri in te filiarum Palæstinarum. Id est, permittam, hostes tui te in suam potestatē redigāt. Filiæ Palæstinæ sunt oppida regionis illius, quemadmodum apud Esaiam, filiæ Moab. Et libro Iudicum, vbi nos
Esai.16. Iudic. 1. habemus: Manasses quoque non deleuit Bethsan & Canath cū viculis suis, est in hebraico, cum filiabus suis.

Eò quòd recordata fueris expleta. Hoc est, ideo Assyriorum idola coluisti, quia nondum eius cultu aliorum idolorum saturata. Vide caput
4.Re.16 sextum decimum quarti Regum.

In quo mundabo cor tuum? Intuere Dei misericordiam. Ita apud Oseam: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Et apud Esaiam: Super quo percutiam vos vltra?

Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea. Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium, sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum: factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te nō erit fornicatio. In eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini: Hæc dicit dominus Deus: Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sangui
ne filiorum tuorum, quos dedisti eis: ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es, & omnes, quos dilexisti cū vniuersis, quos oderas. Et congregrabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis. Et videbunt omnem turpitudinē tuam, & iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in sanguinem furoris & zeli, & dabo te in manus eorum. Et destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui. Et delinquent te nudam plenamque ignominia, & adducent super te multitudinem. Et lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis: & comburent domos tuas igne, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum. Et desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te: & quiescam, nec irascar amplius, eò quòd nō fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & provocasti me in omnibus his. Quapropter & ego vias tuas, in capite tuo dedi, ait dominus Deus, & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ. Id est, quia ædificasti fornicem tuum ad initia omnium viarum. Quasi dicat: Ideo te meretricem impudentem voco, quia vias Gentium quærebas, & earum idololatrias exercebas. Non contēta fuisti idolis vnius nationis, sed multarum nationum simulachra desiderasti, & omnia illa relicto vero Deo coluisti.

Fastidio augens pretium. Meretrix pretium respuit, nisi fuerit magnum, tu verò contrà amatoribus tuis pretium pollicebaris. Alia scorta munera ab hominibus oblata solent contemnere, vt se haud quaquam digna, quò maiora ab illis accipiant, tu contrà facere soles, inuitas enim amatos, quibus munera largiris, vt cum illis exerceas adulteria. Ostendit ardentissimum Iudæorum desiderium colendi impios Gentium ritus, & commentitios Deos.

Et post te non erit fornicatio. Subauditur talis, quæ cum hac tua possit comparari. Tanta est idololatriæ tuæ, vt aliæ respectu huius non debeant idolatriæ appellari.

Ecce ego congregabo. Minatur ei pœnam.

Dabo te in sanguine furoris & zeli. Hoc est, ego te interficiam, quemadmodū facere solēt viri zelotypi, furore pleni, cùm vxores suas in adulterio comprehensas inueniunt. Significat Deus euersurum se esse Iudæam ob eius idolatriam & impia scelera.

Vasa decoris tui. Hoc est, vasa tua pulcra, vt sunt monilia, & ornamenta pretiosa.

Adducent super te multitudinem. Hoc est, magnum exercitū, qui te oppugnet, & expugnet.

Et facient in te iudicia. Hoc est, afficient te acerbissimis calamitatibus in conspectu aliarum ciuitatum.

Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te. Hoc est, non te amplius castigabo, sed auertar à te. Recedet à te zelotypia mea, & singularis illa dilectio, qua te vt sponsam prosequebar. Nō te amplius eo amore complectar, quo solitus eram: nec irascar tibi, vt antea faciebam. Magna Dei ira est, nō eam ostendere: tunc enim nobis maximè iratus est, cùm nobis non irascitur. Vt medicus amaris potionibus & medicamētis eum curat, quem intelligit curabilem esse, eum verò, de cuius salutate desperat, naturæ relinquit, nullam illi adhibens medicinam, sic Deus dilectos suos amaris potionibus exercet, in quos vult cōferre sanitatem, illis medetur, ducēs eos plerumque per magnas calamitatū angustias ad vitā immortalem, eos verò, quos videt incurabiles & obstinatos, in manibus suorum desideriorum relinquit, tanquā æternæ nocti propinquos. Ex quo efficitur, vt hi sæpenumero affluant mundi opibus & voluptatibus. Magnū profectò est & dolendum supplicium, quādo nos Deus supplicio non coercet: quando nos ob scelera nostra repudiat, quando in nos soli tā castigatione paterna non animaduertit. Loquitur deus more hominis vxorem suam adulteram repudiantis, & iam non curantis. Ita se Deus habet ad impios, dum illos liberè & impunè peccare permittit, quasi ad se non pertineat, vt postea acerbissimis cruciatibus in æternum torqueātur. Eā ob causam ait in psalmo: Dimisi eos secūdum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Et apud Oseā: Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint adulteratæ. Contrà verò de electis ait per psalmographum: Visitabo in virgā iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et in Apocalypsi: Ego quos amo, arguo, & castigo. Vnde ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus Quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et paulò post: Quòd si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. Nullo ferè maiore supplicio hic affici Deus illos, qui eum contemnant, quàm si in eos non animaduertat, sed sinat eos sibi vltrò peruersis cupiditatibus, & quā eos vehat appetitus, libenter cuiuis, & voluptatibus blandissimis deliniri. Nā ijs rebus, quibus vitam sibi adijsci putant, pestem, & perniciem sibi ipsis vtrorum machinantur, idque tum maximè, cùm sibi præclarè consulere videntur. Si affligi propter Deum in hac vita erat expectandum tempore veteris testamenti, quanto magis nouo, postquam Deus ipse fuit propter nos iniurijs & calamitatibus affectus, & vt ait Esaias: Dolores nostros tulit, & languores nostros ipse portauit? Quemadmodum censetur ille & gloriosam portare militem secum insignia & stemata fuidicis, sic ad veram Christiani amplitudinem & claritatem conducit affici molestijs & calamitatibus. Hæc enim sunt Christi arma & insignia. Vnde diuinus ille Paulus, qui propter Christum erat molestijs cinctus, & compressatibus vndique exagitatus, aiebat: Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

Eò quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ. Hoc est, beneficiorum, quæ in te contulit in Aegypto, vnde te mirabiliter edexit. Reprehendit Iudæorum ingratitudinem. Nihil est tam inhumanum, tam incultum, tam immane, quàm obliuisci beneficiorum acceptorū. Cùm gratia referri non potest, quāta debetur, libenda tamen est, quàm maxima haberi potest. In libro Ecclesiastici ait ita diuina scriptura: Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & nō immemor sis illius in operibus tuis. Iuxta Hesiodi sententiam debemus imitari terrā fertilem, quæ plus multò affert, quàm accepit. Si hominis erga hominem execrabilis est ingratitudo, quid erit erga Deum?

Vitia tua in capite tuo dedi. Hoc est, pœna tuis sceleribus debita te punit: flagitia tua in caput tuum redūdarunt. Sed adhuc multò maiora supplicia mereberis. Id quidem est, quod statim ait: Et nō feci iuxta scelera tua. Acsi dicat: Nō te castigaui eo rigore, quo scelera tua puniri merebantur. Ex hebræo poterat hoc ita verti. Et non fecisti cogitationem in omnibus abominationibus tuis, vt sit sensus: Exercui te calamitatibus, vt te corrigeres, sed tu ne cogitasti quidem de resipiscendo: nullum inisti consilium, nullam deliberationem de relinquendis vitijs. Nulla tormenta, nulla æruminarū tela tuū versabant in deliberādo animū, sed obstinata in peccādi propositio mentes.

Nolui-

Esai. 53. Simile. Galat. 6. Eccl. 38. Simile. Psal. 80. Osé. 4. Psal. 88. Apoc. 3. Hebr. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Noluisti tuum pessimum relinquere consilium, cùm optimus sit portus pœnitenti mutatio consilij.

Ecce omnis qui dicit vulgò prouerbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuę es tu, quę proiecit virum suũ, & filios suos: & soror sororum tuarũ es tu, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos. Mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus, & soror tua maior Samaria, ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. Sed nec in vijs earum ambulasti, nec secũdum scelera earum fecisti. Pauxillum minus penè sceleratiora fecisti illis in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius. & manũ egeno & pauperi non porrigebant. Et elevatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas, sicut vidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas, in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium. Id est, omnes, qui prouerbijs delectãtur, tibi prouerbium hoc accommodabunt: Qualis est mater, talis est filia. Mater tua est Cethæa, est terra Chanaan quæ verum non coluit Deum. Natio illa Chanaan idola colebat, quam ob causam fuit à terra sua ejecta, ita tu ò synagoga quoniam verum Deum reliquisti, & deos cõmentitios veneraris, teque omnibus idolorũ sordibus contaminas, ejicieris è Iuda, & in decore atque ignominia versaberis. Imitata es patrem tuum Amorrhæum, & matrem tuam Cethæam, & insuper duas sorores tuas Samariam & Sodomam, detestabilibus sceleribus contaminatas. Quæ etsi abhinc tuè impiæ fuerunt, tu tamen cõparatione sustificantur: vincis enim omnem impietatem. Appellat Samariam maiorem sororem Hierosolymæ, quia maior populus erat decem tribuum in Samaria habitantium, quàm Iudæ & Beniamin, quæ duæ tribus in Iudæa commorabãtur: populus autem Sodomæ minor erat vtroque. Prouerbium hoc qualis est mater, talis est filia, etiam hodie vulgò profertur: cui simile est illud: Qui nascitur ex gallina, scalpit.

Et filiæ eius. Hoc est oppida ei subiecta. Diximus enim paulò antè per filias oppida intelligi. Solebant Iudæi per matres significare vrbes metropoles & præcipuas, per filias verò oppida illis parentia.

Viuo ego, dicit dominus Deus. Modus est iurãdi asseuerandi Deo in veteri testamento nõ infrequens, quemadmodum in nouo, amen amen dico vobis. Significabat Deus verbis illis se viuum esse, & nihil præter illum viuere. Sed dicet aliquis: Quid, nonne homines viuunt? Sed quid loquar de hominibus viuis, cùm multi etiam ex mortuis viuere dicantur? Illi enim, qui dum hic vitam degerent, præditi erant virtute, & charitate muniti, post mortem absque dubio viuunt. Id asserit apud Marcum Christus Deus noster, qui Sadducæis aiebat: Nõ legistis in libro Moysi super rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquiẽs: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Nõ est Deus mortuorum, sed viuorum. Et in psalmo ait Dauid: Placebo domino in regione viuorum. Si ex hominibus quidam viuunt, quidã mortui sunt, qui fieri potest, vt solus deus viuere dicatur? Huic obiectioni facilè respõdebis, si dixeris homines inter se comparatos partim viuos esse, partim mortuos: at si eũ deo comparentur, viuere haud quaquam dicũtur: solus enim Deus propriè & absolutè viuit. Eodem modo multa inter se comparata dicũtur esse, cùm tamen dicat deus: Ego sum, qui sum: & multa similiter dicuntur boni, cùm tamen dicat Deus: Solus deus bonus est. Nam id verum est per se, & per naturam suam: per participationem verò dicitur homo bonus, aut bona, seruus bonus, & cætera huiusmodi. Quemadmodum deus est ipsum esse, ipsa bonitas, sic est ipsa vita, & fons, vnde rebus alijs vita dimanat. Id voluit significare regius psaltes, ita canens: Apud te est fons vitæ. Ac si diceret: Tu es domine fons vitæ: quemadmodum alibi dicit: Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Hebraismus est, quo significauit deum esse fontem vitæ, ipsam misericordiam & redemptionẽ. Esse autem deum fontem vitæ, & primum bonum, non solum fideles, sed etiam gentes à fide alienæ docent: nam Trismegistus in septimo dialogo has voces literis mandauit: Respicite ad cœlum mortales, & resipiscite, & ad fontẽ vitæ recurrite. Et Alcinous in libro de doctrina Platonis, Nostrum bonum, inquit, si quis Platonis libros accuratè & cõsiderate legerit, in ipsa primi boni contemplatione potuisse reperiet: quod quidem primum bonũ & deũ, & primam mentem vocare licet. Hæc ille. Aspicis igitur gentium philosophos asseruisse deũ esse primam vitam & primam bonitatem.

Superbia. Narrant causas ob quas Sodoma in turpia scelera inciderit, incipit à superbia: nam vt ait Ecclesiasticus, initium omnis peccati est superbia. Hæc est in sphæra vitæ humanæ centrum illud, vnde exeunt lineæ ad circũferentiam iniquitatis. Superbus nullam habet iustitiam, nullã æquitatem, nullam secum admittit virtutem: omnes despicit, super omnes vult seipsum collocare. Vt in area exculitur palea super granum, non quòd sit dignior, sed quòd sit leuior, & cùm sit vilior, altiorem tamen obtinet locum, sic in hac vita superbus fertur super humilem, non ob meritum & veram virtutem, sed ob vanitatẽ, & falsam de se opinionem: & cùm sit parui momẽti se alijs anteponit, à quibus virtute, sapientia, & nobilitate superatur. Humilis verò se abijcit, nõ quòd sit minoris pretij, sed quòd sit maioris põderis. Granum cùm sit præstantius, quærit submissum locum: humilis cùm sit Deo gratior, gaudet inferiore gradu: superbus autem super omnia se extollit. Ex quo efficitur, vt iura omnia diuina & humana peruertat, propter eum, quem sibi fingit deberi principatum. Tobias ille iustus, qui omnes suæ ætatis & charitate & sapiẽtia præibat, his verbis filio suo animi submissionem persuadere volebat: Superbiã nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. Ecclesiasticus. Humilia, inquit, valde spiritum tuum, quoniã vindicta carnis ignis & vermis. Et rursum: Odibilis coram Deo & hominibus est superbia. Quid habes, inquit Apostolus, quod non acceperis? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et Christus Deus noster. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Vnde ait Augustinus: Vitanda nobis est superbia, quæ & angelos voluit decipere, quãto magis homines dissipare. Ambrosius, Superbia, inquit, ex angelis dæmones fecit. Et Isidorus: Superbia sicut origo est omnium criminũm, ita & ruina cunctarũ virtutũ. Volebãt duo homines ingredi in magnificam quandã aulã per postẽ depressum, quorum quidã se deprimens & inclinans transiuit, alter verò erectus magno impetu conans introire, læso capite cecidit retro. Hæc magnifica aula est domus cœlestis, sanctorũ habitatio, cuius via arcta est, vt ait Christus Deus noster, cuius ostium vsque deo depressum est & constrictum, vt cum somnine acus illud Deus cõparavit. Qui se humiliat & abijcit, intrat in diuini regis amplissimas ædes: at qui superbia tumidus, & insolẽtia elatus seipsum abijcere non vult, nõ valẽs ingredi ostiolum, cadit in terram, superbia eius est retro ejiciente. Vnde ait Augustinus: Excelsa est patria, humilis est via. Id voluit significare magister ille humilitatis, cùm de se ait: Discite à me, qui mitis sum, & humilis corde: cùm aduocans paruulum, eumque collocans in medio discipulorũ, dixit illis: Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorũ. Superbia, vt ait Augustinus quartodecimo de ciuitate dei, est perversæ celsitudinis appetitus: & differt ab inani gloria, vt post D. Thomã secundæ secũdæ ait Antonimus secũdo tomo summæ theologiæ, quòd superbiæ materia est propria excellẽtia, inanis autem gloriæ est ipsius excellentiæ manifestatio. Et hinc est pestilẽs quadã animæ ægritudo. Sed vt vanũ est, inanes aucupari rumores, & vmbras gloriæ sectari, sic agrestis hominis est, & sibi ac reipublicæ crudelis, iustam gloriã illam, quæ est splendor virtutis, qua alij ad virtutem excitantur, conẽnere & maculare, honestum vitæ bene actæ fructũ cõfringere, bonamq; famã suam, à qua aliæ dependẽt, deformare. Sed ita consulendũ est famæ, vt inanis gloria vitetur, & superbia penitus dejiciatur. Efficit aũt superbia, vt homo sit à Deo, & à seipso, & à proximo diuisus, & in varia vitia dispersus & distractus. Id significauit sacratissima illa dei genitrix, cùm in admirabili cantico suo has voces emisit: Dispersit superbos mente cordis sui. Nos vitemus superbiam, & omnẽ animi insolentiã & elationem, ne animi præstantiã turpi dedecore maculemur, & gloriam æternam penitus amittamus.

Saturitas panis. Quatuor vitia tribuuntur Sodomæ, nimirum superbia in appetitu proprię excellentiæ, & inani de propijs viribus præsumptione: gula in vsu alimentorum, quã hoc loco propheta appellat panis saturitatem, tum panis nomine omnis cibus significatur: diuitiarum affluẽtia in delicijs & vanitatibus distributarum, quã appellat abundantiã: & vacationẽ à bonis operibus, quã appellat otiũ. Ex quibus secutum est vitium illud turpissimũ ineffabile, quod Sodomita testãtur scriptura admittebant: Nam tradidit illos deus in reprobum sensum, in desideria cordis eorum, vt vtebãtur Apostoli, in immunditiã, vt contumelijs afficerent corpora sua in semetipsis. Post superbiã numerat statim gulam, qua diabolus tentauit Euam, cùm eam ad prohibitas & mortiferas epulas excitauit. Est quidẽ gula

Luc. 18.

Matt. 11.

Matt. 18.

Luc. 1.

Genes. 19.

Rom. 1.

Genes. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multorum vitiorum mater. De Hebræis vitulum aureum colentibus ait scriptura. Sedit
Exod.32. populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, vbi ludere capitur pro adorare idolum. Ita interpretantur etiam nonnulli Geneſis illud: Vidit Sara Iſmaelem ludentem cum
Genes.21. Iſaac, hoc eſt, adorantem idolum, illudque Iſaac oſtendentem, vt illud veneraretur. In libro Deuteronomij loquês Deus de Hebræis,
Deut.31. ait: Cùm comederint, & ſaturati, craſſique fuerint, avertentur ad deos alienos. Et per Oſeã:
Oſe.13. Saturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & ob-
Luc.6. liti ſunt mei. Vnde ait Chriſtus apud Lucam: Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.
Simile. Gula eſt lignorum ſtrues, quibus inflammatur libido. Eam ob cauſam ait in epiſtola ad Furiam diuus Hieronymus: Non Ethnæ ignes, nõ Vulcania tellus, non Veſuuius & Olympus tantis ardoribus æſtruant, vt iuuenis medullæ vino plenæ, & dapibus inflimatæ. Colens rex Babylonis Belum idolũ, quod
Dan.l.13. viuum eſſe, & comedere exiſtimabat, cùm eius ſacerdotes omnia, quæ idolo apponerentur, comederent, & regem decipierent, iuſſit eſcas poni in altari idoli. Sed Daniel accipiens cinerem tribuit per totum templum coră Rege, qui oſtio clauſo & ſignato abiit. Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte, & omnia comederunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum illo, & aperiens oſtium, reſpiciés ad altare carnium & epularum exclamauit: Magnus es Bele, exiſtimauit enim idolum ſuum omnia deuoraſſe. At Daniel ſubridens orauit regem, vt videret pauimentum, & pedum veſtigia in cinere expreſſa. Cùm verò rex aſpiceret ad cinerem pauimenti, ſtatim ei fuerunt ſacerdotum fraudes perſpectæ & exploratæ. Dũ locum carnium, & eſcarum intueretur, deceptus eſt, cùm verò cinerem contemplatus eſſet, intellexit veritatem. Si ad eſcas, ad gulam, ad ebrietatem reſpexerimus, ſi in his rebus voluptatem conſtituerimus, erimus abſque dubio decepti, & idolum colemus, & in erroribus intolerandis verſabimur. At ſi cinerem, ſi puluerem, in quem ſumus conuertendi, animo contemplati fuerimus, reuocabimus ad veritatem rationem, & abſtinentiæ ſtudentes, noſtramque fragilitatem contemplantes, dabimus operam, vt carnem animo ſubijciamus, eumque nullis flagitijs deformemus. Ieiuniũ eſt cor, vbi anima acuitur, & perpolitur. Quẽ-
Similia. Geneſ.2. admodum auceps in eſcario tendit rete ad aues capiendas, ſic dæmon, vt Euam caperet, in gula ei tetendit tentationem: & in ea volebat etiam Chriſtum irretire, cùm illi dixit: Si filius Dei es, dic vt lapides hi panis fiant. Dæmõ
Matt.4. qui Euam decepit, qui filium Dei etiam decipere conabatur, qui multos ad gulam incitauit, his noſtris temporibus perſuaſit Luthero, eiuſque ſectatoribus, vt ieiunia ab Apoſtolis inſtituta, & ab ipſis vſque ad noſtra tempora ſemper ab Eccleſia Catholica approbata & obſeruata, contemnerent & eijcerẽt, & eorum loco colerent voracitatem, intemperantiam, & gulam. Diuus Hieronymus in epiſtola ad Letam de inſtitutione filiæ, & libro ſecundo aduerſus Iouinianum, & in Eſaiam cap. 58. miris laudibus extollit ieiunium quadrageſimale, & aſſerit eſſe ab apoſtolis inſtitutum. Ieiunauit Chriſtus quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & eam ob cauſam Apoſtoli quadrageſimale ieiunium inſtituerunt. Dixit enim idem dominus: Qui vult venire poſt me, *Matt.16.* abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & *Luc.9.* ſequatur me. Vnde Hieronymus ad Marcellam aduerſus Montanum ait: Nos quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum ieiunamus. Id quod vniuerſa tenet Eccleſia, & ſemper tenuit, quod nec eſt in ſacra ſcriptura conſtitutum, nec concilijs, nec decretis ſummorum pontificum, rectè ab Apoſtolis traditum eſſe creditur. Cùm enim conſuetudinem videamus in tota Eccleſia obſeruatam, cuius origo eſt adeò antiqua, vt nullum demus concilium, ante quod tam non eſſet, nullum decretum patrum, quod ipſa non præcedat, nullum doctorem Eccleſiaſticum, ad quem poſſit referri, cùm ante ipſum fuerit, & ad Apoſtolorum vſq; tempora retro trahatur, eſt abſque dubio ab ipſis Apoſtolis profecta. Huiuſmodi eſt conſuetudo ieiunandi, quæ fuit ab Apoſtolis conſtituta. Huius mentionem facit Auguſtinus ad Caſulanum epiſtola 86. & ad Ianuarium epiſtola 118. & 149. Ambroſius ſermo 25. & 38. Chryſoſtomus ad populum Antiochenũ homilia 3. & 16. Baſilius in concione de ieiunio, & in ea, quam habuit in ebrioſos. Origenes homilia decima in Leuiticum. Irenæus apud Euſebium. cap. 24. libri quinti Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & lib. 1. cap. 1. ſuorum operũ. Theleſphorus papa vicinus temporibus apoſtolorum in epiſtola ad vniuerſos. Ignatius epiſtola quarta ad Philippenſes. Theophilus Alexandrinus libro Paſchali primo & tertio. Epiphanius hæreſi 80. Leo papa in concione de Pentec. quæ incipit, Pleniſſimè. Sozomenus hiſtoriæ tripartitæ ca. 10. Maximus epiſcopus, & multi alij, quos longũ eſſet recenſere. Habemus etiam canonem Apoſtolorum 68. probatũ etiam à Trullana ſynodo, canone 9. & 20. In cõcilio Niceno ca. 1. expreſſa fit mẽtio ieiunij quadrageſimæ, tãquam rei in Eccleſia cõſuetiſsimæ. Et refertur caput illũ. 18. diſt. ca. Habeatur. Conciliũ etiã

Agatenſe, & Autiſſiodorenſe, & Laodicenſe ieiunij meminerunt, illudque laudibus extulerũt. Nullus eſt catholicus doctor, ſiue recens ſiue antiquus, qui ieiunij mentionem faciẽs, illud non laudet, qui non dicat ſanctam eſſe Dei legem de ieiunio. Solum hæretici illud damnãt & irrident, quibus nihil eſt magis in optatis, quàm ſe in epulas ingurgitare, & Epicureum dogma contra Chriſti doctrinã ſequi, & Gẽtium cæcarum Bacchanalia reſtituere. In euan-
Matt.9. gelio ait Chriſtus Deus noſter: Venient
Luc.5. dies, cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Illud opere impleuerunt apoſtoli: nã
Actu.13. vt ait in Actis Diuus Lucas: miniſtrantibus illis domino, & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus ſanctus: Segregate mihi, &c. Et rurſus: Cùm
Act.14. conſtituiſſent illi ſuper ſingulas eccleſias preſbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus com-
1.Cor.6. mendauerunt eos domino. In epiſtola prima ad Corinthios ait ita D. Paulus: In omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in labotibus, in vigilijs, in ieiunijs. Ipſemet Chriſtus Deus noſter ita ait: Tu cùm
Matt.6. ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam lauа, ne videaris ab hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Si pater cœleſtis reddit mercedem ieiunanti, ergo ieiunium meritorium eſt. Chriſtus ait ieiunium eſſe bonum & meritorium, Diuus Paulus ait, vt exhibeamus nos Dei miniſtros in ieiunijs, apoſtoli ieiunauerunt, & legem de ieiunio obſeruando tulerunt, concilia hoc aſſerunt, omnes ſancti patres hoc affirmant, tota eccleſia catholica hoc præcipit & ſeruat: Lutherani illud execrantur. Cui credemus, Chriſto an Luthero? apoſtolis an hæreticis? eccleſiæ Chriſti, an ſynagogæ diaboli? Chriſtum ſequentibus, an Epicurum imitantibus? Miror abſque dubio hæreticorum noſtri temporis cæcitatem, impudentiam, & intemperantiã, qui vt ſe totos tradant comeſtationibus & ebrietatibus, conantur auferre ab eccleſia id, quod in ea non ſolùm catholici, ſed etiam ethnici admirantur, & ſummis laudibus extollunt. Ieiunium enim & ciborum abſtinentiam etiam Gentes à fide alienatæ laudarunt. Liuius libro. 35. ita ait: Prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex ſenatus conſulto decem viri cùm adiiſſent, renuntiarunt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe. Et Ouidius in Fastis ait Numam Pompilium, quando oratio-nem habuit pro frugibus, carnium eſu abſtinuiſſe. Seneca epiſtola. 61. Ventri, inquit, obedientes brutorum animalium loco numerentur, non hominum. Eſt præclara epiſtola Platonis ad Dionis propinquos, in qua ſcriptum

eſt his ferè verbis: Nullo modo placuit bis in die ſaturũ fieri. Niniuitæ in calamitatibus cõſtituti, ad ieiunium confugerunt, quo Deo irã aduerſus ſeipſos placarunt. Contrà verò gula cauſa fuit excidij Sodomorum, vt aſſerit hoc loco Ezechiel.

Et abundantia. Subaudi diuitiarum. Quàm *Luc.6.* periculoſa ſit mundi opum affluentia, aſſerit Chriſtus Deus noſter, dicens: Væ vobis diuitibus, qui habetis hic cõſolationem veſtram. *1.Tim.6.* Et Diuus Paulus: Qui diuites volunt fieri in hoc mundo, incidũt in tentationẽ, & in laqueum diaboli. Capite. 39. aſſerit Ieremias omnes *Ierem.39* Hebræos, qui opibus abundabant, ductos fuiſſe à Nabuchodonoſore captiuos Babylonẽ, ſolùm autem pauperes Hieroſolymæ mãſiſſe. Hieroſolyma idem eſt quod viſio pacis, Babylon idem quod cõfuſio. Illi ſunt in mundi confuſionem, in ſcelerum vincula à dæmone coniecti, qui Deo contempto amore diuitiarum ducuntur: Illi verò Hieroſolymã colũt, in viſione tranquilla, ſolitaria quiete vitam degunt, qui propter Deum paupertatem amplexantur. Ea quæ ſunt ad finem aliquem directa, debent habere cum illo aliquam ſimilitudinẽ & proportionẽ. cùm autẽ nos ſimus ad æternã beatitudinem tanquam ad vltimum finem directi, in quo quieſcit deſiderium noſtrum, oportet habere ad illam beatitudinem aliquam proportionem. Eſt autem hæc proportio ſeruare octo beatitudines, à Chriſto in euangelio explicatas, quarum prima eſt pauperтas ſpiritus. Et in fine harum beatitudinum eſt æ- *Matt.5.* terna beatitudo: illa eſt vltima & fruitiua, hæ aũt ſunt diſpoſitiuæ & præparatiuæ. Per has ambulauerunt ſancti, qui fuerunt æternam felicitatẽ conſecuti. Ibunt, inquit, diuinus pſal- *Pſal.38.* tes, de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Si rex quidam domum haberet clauſam, plenam auro & gemmis, & monilibus *Simile.* pretioſis, quæ omnia promitteret ei, qui eam aperiret: & duas tibi claues porrigeret, vnam auream ex reſticula pendentem ex filis ſericis & aureis contactã, ſed quæ domum illam non aperiret: alteram verò ferream ferrugine labe factatam, ligatam vili funiculo, ſed quæ domũ aperiret, vt vtramuis eligeres, nonne melius & vtilius eſſet ferream accipere, quàm auream? Quis dubitat? Aurea pretioſior eſt: ſed quid refert, cùm ſit ad aperiendũ inutilior? Pafcit oculos, ſed non conducit ad aperiẽdos & cõſequendos theſauros: ferrea verò abiectior eſt, ſed præſtantior. Hic rex Deus eſt, hæc domus eſt cœleſtis illa habitatio, vbi ſunt theſauri inexhauſti, gaudia æterna, & bona inenarrabilia, quæ non poſſunt pro dignitate explicari: *1.Cor.2.* quæ, vt verbis vtar apoſtoli, nec oculis vidit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit dominus diligentibus se. Hæc omnia promittit Deus illis, qui illuc ingressi fuerint. Clauis aurea est diuitiarum abundantia, cum auaritia coniuncta, quæ domum illam cœlestem, bonis plenissimam non aperit, quin potius obscurum mundi domicilium sceleribus repletum frequenter patefacit. Clauis ferrea & vilis est paupertas spiritus, quæ aperit regnũ cœlorũ: ait enim Christus: *Matt. 5.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. Eam ob causam nos clauem auream, & mundi opes, quę vtiles plerisque, & præclaræ videntur, propter Christum contemnamus, & pro nihilo putemus: paupertatẽ verò, & ea, quæ abiecta & acerba videtur, quę multa & varia in hominum vita versantur, placatè & moderatè feramus, & pio animo amplectamur. Quæramus eas opes, quæ animũ amplificant, ex quibus vera dignitas redundat. *Iob. 21.* De diuitibus delinitis delitijs dicitur in lib. Iob: Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Et Dauid, Relinquẽt, *Psal. 16.* inquit, alienis diuitias suas: & sepulchra eorũ domus illorum in æternum. Et Salomon in *Prou. 11.* Prouerbijs: Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Et in libro Sapientiæ: Quid profuit nobis superbia, *Sap. 5.* & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierũt omnia illa tanquam vmbra, & sicut nuntius præcurrens. Ideo ait Diuus Paulus in *1. Tim. 6* epistola ad Timotheum prima: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Et Christus Deus noster apud Matthæum: Nolite thesaurizare *Mat. 6.* vobis thesauros in terra. Et rursum: Facilius *Matt. 19.* est camelum per foramen acus introire, quàm diuitem intrare in regnũ cœlorum. Camelus *Simile.* est restis ex filis contorta. Et quemadmodum huiusmodi funis etsi foramẽ acus introire nõ possit, si tamen in fila diuiditur, ingreditur, singulis per se filis ingredientibus, sic diues etsi cum diuitijs ligatus in regnũ cœlorum introire non possit, si tamen diuitiarum suarum fila distribuit, hoc in pauperem, illud in viduam, hoc in ægrotum, illud in pupillum, hoc in peregrinum, illud in coniectum in carcerem. Si subuenit misero, si opitulatur inopi, si deniq; opes suas ob Christi amorem inter egenos distribuit, easque piè & rectè dispensat, regnum cœlorum penetrabit. At si fuerit auaritia ductus, in infernum relegabitur, vbi in tormẽtis viuens in æternum morietur. Immò in hac vita iam mortuus est, & sui ipsius sepulchrum. Chrysostomus, ait auari animum sepulchrum *Iosue. 6.* esse. Præcepit Iosue ne aliquis ex Iericho quic- *Iosue. 7.* quam acciperet, & cum Achan regulam quandam auream caperet, fuit iure interfectus. Imò propter eius auaritiam & cupiditatem amisit *Iosue. 10* Iosue victoriam. Iosue qui potuit solem sistere, ne procederet, auaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet: ad vocem eius stetit sol, auaritia Achan non stetit. Stante sole confecit Iosue triumphum, auaritia procedente amisit victoriam: Licet Christianis diuitias possidere, sed non ab earũ auaritia possideri. Musca accedẽs ad pannum mellis, si se totam non *Simile.* immittit in illud, sed ore tantùm attingit & prælibat, atque necessarium sumit, tutò abscedit, & alio aduolat, sin autem se totam ingurgitat in mel, inuiscatur in eo, & non valens volare, perit omnino. Sic homo si ex diuitijs eas tantùm sumit, quibus indiget, vt possit seipsum honestè sustentare, potest eripi, & volare ad cœlum, sin autem cupiditatis & auaritiæ stimulis agitatus se totum in diuitias immergit, colligatur illis, & inuiscatis animi alis pernicies sibi machinatur. Plutarchus ait contemptum diuitiarum esse philosophiæ instrumentum. Et Seneca breuissimam ad diuitias viam esse per diuitiarum contemptionem. Si Gentium philosophi paupertatẽ magnis laudibus efferũt, quid acturi sunt Christiani, quorum dux, quorum magister, quorum Deus pauper tatem dilexit & docuit, nascens inter palеas, & nudus in cruce moriens? Priusquã Christus appareret in carne, poterat inopia mortalibus acerba & ignominiosa videri: at postquã totius vniuersi imperator & rector induit paupertatem, & de se dixit: Vulpes foueas habent, *Matt. 8. Luc. 9.* & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, quis non videt esse paupertatem decoram, & honoratam, & Christianæ nobilitatis clarissimum signum?

Otium ipsius. Quemadmodum fax immota torpet, & paulatim extinguitur, mota autem & agitata restituit flammam, sic vita otiosa extinguit sensum virtutem, sed labore excitata eam accendit, ideo dicitur in libro Iob: Homo nas- *Iob. 5.* citur ad laborem. Et Ecclesiasticus, Multam, *Eccle. 33* inquit, malitiam docuit otiositas. Eam ob causam ait Diuus Paulus in epistola secunda ad *2. Tim. 4* Timotheum: Tu verò vigila, in omnibus labora. Et in prima ad Corinthios: Vnusquisq; *1. Cor. 3* propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Aiunt iure consulti hæreditatem acquiri cum suo onere, cùm autẽ verè Christiani sint hæredes dei, cohæredes autem Christi, *Rom. 8* vt ait apostolus, oportet vt hanc sublimem hæreditatem cum onere & labore consequantur. Si nos dederimus somno & otio, erimus à dæmone decepti: nã cùm dormirent homines, vt *Matt. 13* verbis vtar euangelij, venit inimicus, & superseminauit,

minauit zizania. Vnde Christus otiũ damnat *Matt. 20* dicens: Quid statis hic tota die otiosi? Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis: Vocat operarios ad mercedem. Non otiosi ad mercedem vocantur, sed qui laborauerunt. Vocantur à labore ad requiem, à paupertate ad diuitias, à calamitatibus ad voluptates sempiternas. Itaq; beati mortui, vt inquit *Apoc. 14.* in Apocalypsi diuus Ioannes, qui in domino moriuntur: amodò enim iam dicit spiritus, vt requiescãt à laboribus suis. Cùm dormiret Tobias, excidit super eius oculos immũditia *Tob. 2.* ex nido hirundinum, quæ illum obcæcauit: ita dormientibus nobis somno otij & ignauiæ, ex nido cordis exeunt cogitationes nefariæ, & possidentes, quæ obcæcant intellectum.

Et manum egeno & pauperi non porrigebant. Vidua Eliseæ quandiu ex vase suo oleum in- *4. Reg. 4* fudit in vasa vacua, sensit crescere oleum, cùm verò non infudit, stetit oleũ, & fuit retentũ, vt amplius non creuisset. Si vasa vacua, hoc est pauperes, oleo eleemosynarũ impleueris, augebuntur tibi diuitiæ, si autem siluero eleemosynam voluerit, cessabit diuitiarum affluentia. Ait enim dominus apud Lucam: Date, *Luc. 6.* & dabitur vobis. Et apud Matthæum: Omnis, qui reliquerit aliquid propter me, centu- *Mat. 19.* plum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nonnulli huius temporis Christiani non relinquũt opes pauperibus nisi in morte, quãdo *Simile.* illæ eos relinquunt. Sunt veluti pecora, quæ hõ mãducantur nisi mortua & cocta. Non potest ex illis pauper quicquã comedere, nisi eos concoquat ptius mors. Dum viuunt nullam tribuunt pauperibus eleemosynã, sed in testamento legata quædam relinquũt post mortẽ. At quantò tutius esset in vita manũ pauperi porrigere. Non damno legata inopibus post mortẽ tribuenda, sed illis eleemosynas in vita antepono. Considera homo vnde nomẽ sumpseris, ab humo vtique, quæ nihil eripit cuiquam, sed multa largitur omnibus, & varios in vsum omnium animantium fructus producit, & ministrat. Vide quemadmodum Deus arguat hoc loco illarum gentium auaritiã, & magnam ergà pauperes immanitatem. In pro- *Prou. 14.* uerbijs ait Salomon: Qui miseretur pauperis, beatus erit. O quanta beatitudo pro paruis magna recipere, pro fluxis æterna, pro mortalibus semper viuentia, & dominum denique habere debitorem! Et iterum idem Salomõ: *Prou. 19* Fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Et rursus: Qui obturat aurem suam ad clamo- *Prou. 21.* rem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Et Ecclesiasticus: Aqua extinguit ignẽ, *Eccle. 3.* & eleemosyna resistit peccato. Diuus Paulus *Ephes. 5.* auaritiã appellat idolorũ seruitutem, & auarũ *Coloss. 3.* ait non habere hæreditatẽ in regno Dei. Qui non diligit fratrem suũ, quem videt, inquit *1. Ioan. 4* diuus Ioannes, deũ, quẽ non videt, quomodo potest diligere! Ideo ait dominus apud *Luc. 12.* Lucam: Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis. *Mat. 7.* Et apud Matthæum: In qua mensura mensi fuerit is, remetietur vobis. Et, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequen- *Matth. 5.* tur. Anima auro auarò retento non solũ non liberatur, sed perit. Væ illis, qui cupiditatis & auaritiæ stimulis cõmoti non modò indigẽti burnõ subueniũt, sed eos spoliãt, quoniã in dæmonũ laqueis capti detinẽtur, vt inde in æternas pœnas proiiciantur. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita colũnarum: & nudi atque esurientes antè fores pauperes Christi moriuntur. Longè aliter faciebat misericors ille Dauid, qui aiebat: Libe- *Psal. 90* rauit me à laqueo venantium, & à verbo aspero. Sed videamus quisnã sit hic venator, à cuius laqueo anima deo deuota se ereptam esse lætatur. Explicet nobis hoc diuus Paulus apostolus domini sanctissimus. Qui volunt, *1. Tim. 6.* inquit ille, diuites fieri in hoc seculo, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Heu quàm paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo liberari velint, & ab hoc venatore se esse ereptos exultent. Quàm multi sunt, qui sibi videntur parũ irretiti, qui se indies in hoc dæmonis laqueo inuoluere & intricare contendunt, quibus nihil est magis cordi, quàm esse se in fallacium diuitiarum vincula pertinuò coniectos! Quid habent miseri, quid consequũtur, quid possident, si seipsos non possident? Habent velum oculis, viscum alis, laqueum pedibus. Illos ego felices voco, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, qui gaudio affecti, gratiasque deo agentes concinunt cum Dauide: Ipse liberauit nos *Psal. 90* de laqueo venantium. Diuidebat quoddam *Simile.* flumen duo regna, quod ob nimiam latitudinem pontem non habebat, & ob impetũ fluctuum atque ingentes aquarum moles vi procellarum concitata cymbã non admittebat. Itaq; nullus erat per illud transitus: transibat illud, sed nemo illo transibat. Volebant homines regnũ ditissimũ vltra illud penetrare, sed transire minimè valebant. Venit quidam rex diuitiis affluens, & illic pulchrum sumptuosumque pontem suis expensis fabricatus est, per quem omnes transirent, dũmodo numum aliquem suis famulis soluerent, quos illic posuit ad pecuniam recipiendam. Hæc duo regna sunt cælum & terra, regnũ æternũ, & regnum caducũ, hic mundus & alter. Ante aduentum Christi nullus erat transitus, nulla

via à terra ad cœlum. Fluuius diuidens erat peccatum, iuxta id, quod ait Esaias: Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum. *Esa. 59.* Eam ob causam nemo in cœlum introibat. *Psal. 88.* Quis est homo, qui viuet, inquit regius vates, & non videbit mortem, & eruet animam suã de manu inferi? Quasi dicat nullus. Venit ergo Deus immensus ille Deus de deo, mundi conditor & conseruator, vt homines è tenebris inexplicabilibus ad veritatis splendorem adduceret, transitumque pararet, viamq; munniret ad gloriam æternam, ad regnum immortale: & constituit firmum & magnificum pontem, qui iter præberet omnibus à terra ad cœlum transire cupientibus. Sed non sine magnis suis sumptibus & labotibus: nã propter eius structionem, & tanti operis fabricam fuit alapis percussus, & cruciatibus affectus. Illi enim, quibus pontem fabricabatur, eius capillos indigne auulserunt, eius corpus duris flagellis cæciderunt, & mansuetissimum illum ac innocentissimum agnum iactis in illum infinitis contumeliis immaniter vulnerarunt. Ardebant in illum detestanda Iudæorum odia, qui diabolico furore incensi, & impijs inuidiæ stimulis concitati eum, quem summè venerari deberent, in crucis patibulo tormentis terribilibus affectum, totum vulneribus sauciatum suspenderunt: vbi sanguine suo sacratissimo fuso migrauit è vita, vt nobis viam muniret ad vitam immortalem consequendam. Mortuus est, vt nos eius morte immortalitatem obineremus.

Aspicis igitur, quemadmodũ pro ponte illo construendo & ædificando fuerit eius sanguis effusus, & vita sublata. Huius pontis fundamentũ est bonitas diuina, eius arcus & fornices sunt ex charitate, eius rostra versus fluctus exporrecta sunt ex firmitudine, & tota moles ædificij appellatur pons misericordiæ. Qui noluerint aliquid dare huic domino, pontis conditori, nullum habebunt aditum per illum. Famuli pecuniam accipientes sunt pauperes, de quibus ait idem dominus: *Mat. 25.* Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. Oportet tamen eleemosynas cum iudicio distribuere, iuxta id, quod ait psalmographus: *Psal. 111.* Iucundus homo qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio. Pet sermones intelligantur res, verbũ enim hebraicum rem significat, & opes, & verbum. Est igitur sensus: Vir ille bonus est, qui misericordiam colit, qui beneficus est & liberalis, & de substantia sua, de rebus suis familiaribus impartitur egentibus, sed iudicium in distribuẽdo adhibet, omniaq; sapiẽter, & ordine recto ministrat. At qui nihil habent, quod possint pauperibus tribuere, habeant saltem bonã desiderium. Nam vt ait diuus Augustinus, Coronat Deus intus bonitatẽ, vbi non inuenit facultatẽ. Si nõ habes pecuniã, nec victũ, nec tegumentũ, nec quicq; aliud, quo possit pauperi subuenire, da deo animũ, da gemitũ, da desiderĩũ, da suspiriũ, da cor, da teipsum. Cùm Dauid à patria sua, domoque paterna longius abesset, & fugiens à facie impij Saulis, exul & abiectus nemora deserta & inculta peragraret, seque ad Palæstinos conferret, emittens ad dominum has voces, canebat: *Psal. 55.* In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Ac si diceret: Etsi ingratus tyrannus à me mea abstulit, nunquam tamen à me poterit auferre me ipsum, nec ab animo meo desideria seruiendi tibi: nunquam intermittã te venerari, laudes tuę dies ac noctes mihi in animo & in ore versabuntur, & desideria tui à corde meo non recedent. In me enim Deus sancte sunt vota tua, desideria seruiendi tibi, teque laudibus extollendi, quæ reddam tibi. Quanquam omnia mihi desint, hæc tamen me nunquam deficient. Nos igitur ponte hoc transire volentes, eleemosynas pauperibus tribuamus, & cùm opes defuerint, bona saltem voluntas non desit: quia ædificium, hoc est pons misericordiæ, per quod nulli nisi misericordes transeunt ad regnum cælorum: me de nobis id, quod hoc loco Deus gentibus illis impijs obijcit, dicatur. Manum egeno & pauperi non porrigebant.

Sicut vidisti. Cùm tamen te eius exemplo non castigaueris. Quidam legendum putãt Sicut vidi. vt sit sensus: Vt ea scelera vidi, volui ciuitates illas euertere. Sunt, qui legant Sicut decreui. Et tunc est sensus: Vrbes illas deleui, quemadmodum statui.

Iustificasti sorores tuas. Id est, ostendisti te esse multò illis flagitiosiorẽ. Tot scelera commisisti, vt Samaria & Sodoma, tametsi impiissimæ, comparatione tamen tui iustæ videantur. Ideo ait dominus: Tolerabilius erit terræ *Mat. 10.* Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati illi. Fuit Iudæa iniustior, quàm Sodoma, quoniam habens maiorem Dei cognitionem, fraudes teterrimas concepit, & impia scelera commisit. & vt ait dominus: Ille seruus, qui cognouit voluntatem *Luc. 12.* domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Sed quod detestabilius & capitalius est, dominum deum suum interfecit, & sanguinem eius petiuit, dicens: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Id quod et obijcit Deus *Matt. 27.* per Esaiã: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Et *Esaiæ.* fudit ingrata Hierosolyma Christi sanguinẽ eumque

eumque ad interitum crudelissimum vocauit.

Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratiùs agens ab eis: iustificatę sunt enim à te. Ergo & tu confundere, & porta ignominiã tuam, quæ iustificasti sorores tuas. Et conuertam restituens eas cõuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samarię & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & tu & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestrã. Non fuit autem Sodoma, soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua, sicut in hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum & ignominiam tuã tu portasti, ait dominus Deus: Quia hæc dicit dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & cõfunderis, cùm receperis sorores tuas te maiores cũ minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies, quia ego dominus, vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus, quæ fecisti: ait dominus Deus.

Ergo & tu porta confusionem tuam. Id est, Quia tot sceleribus te implicasti, tolera ignominiam tuam.

Quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis. Hoc est, quæ fuisti sceleratior quàm Zodoma & Samaria. Quidam legunt Quæ iudicasti sorores tuas, vt sit sensus: Est tibi ignominiæ tua placatè ferenda, quoniam tu es ea, quæ iudicasti Sodomam & Samariam fuisse meritò ob flagitia sua vastatas.

Iustificatæ sunt enim à te. Id est, si tecum conferantur, iustæ videbuntur.

Et conuertam restituens eas. Promittit Deus se conuersurum esse Gentiles & Iudæos per Christũ: quod fecit nam ecclesia catholica est fidelium congregatio tam ex Gẽtibus, quàm ex Iudæis, qui Christi fidem receperunt. Intuere magnam Dei misericordiam. Narrant & Gentium & Iudæorum scelera, & cum videre tur sequi: Ego eos mittã in infernum, vbi æternis cruciatibus torqueantur: ipse tamen ita cõcludit: Ego eos conuertam ad veră fidẽ, & in pristinam restituam dignitatẽ. Quis non admirabitur tam admirabilem Dei nostri clementiam? Vna concione diui Petri tria millia Iu- *Actor. 2.* dæorum ceciderunt. Et non solùm ex Iudæa & Samaria, sed ex omnibus mundi regionibus multi receperunt fidem, & fuit hoc Ezechielis oraculum tempore Christi & apostolorum apertissimè completum. Sed ad litteræ explanationem veniamus. Conuertam, inquit Deus, & restituam conuersionem Sodomæ cum oppidis suis, & conuersionem Samariæ similiter cum suis oppidis. Conuertam regiones Sodomorum & Samaritanorũ: & te etiam ô Iudæa quæ sita es in medio harũ duarum regionum, conuertam. Et cum fueris conuersa, feres ignominiam tuam, erubescens, & dolens, & pœnitentiam agens, quòd Messiam tuum interfeceris, & scelera impia commiseris. Et consolaberis Samariam & Sodomam, & totam gentilitatem, quia ex te exibunt apostoli, qui Christi nomen per omnes nationes fama celebrabunt, & euangelium, hoc est, bonum nũtium prædicabunt: ex quo efficietur, vt fidelium mentes sint gaudio affectæ, & diaboli tyrannis è medio tollatur.

Sed dices: Qui fieri potuit, vt Iudæa & Samaria ad antiquam dignitatẽ reuerterentur? Quæ fuit hæc dignitas antiqua? Respondeo in regionibus illis habitasse quòdam Abrahã, Isaac, & Iacob, & postea Iosue, Dauidẽ, Iosiam, Esaiam, & multos alios viros fideles, in quibus diuina quædam charitatis flamma priscis illis temporibus mirabiliter eluxit. Fides, quam illi habuerunt de Christo, eadem est cum ea, quam nos habemus, nisi quod illi expectabant Christum venturum, nos autem credimus eum venisse. Habuerũt igitur illi veram fidem, spem & charitatem, & virtutum aliarum abundantiam: quibus in rebus vera dignitas consistit. Ad hanc dignitatem restituta est Iudæa & Sama-

Samaria, cum multi ex Iudæis & Samaritanis receperunt Christi fidem, & fuerunt virtutibus præditi, & charitate inflammati. Fuisse Samaritanos ad fidem conuersos, indicat diuus Ioannes capite quarto, & copiosius diuus Lucas capite octauo Actorum. Nam apostoli cœperunt prædicare verbum Dei in Iudæa & Samaria, & in regionibus propinquioribus, quæ sunt Moabitarum, & Ammonitarum. Et quoniam Moab & Ammon fuerunt filij Loth, eiusque filiarum, quæ natæ fuerunt Sodomæ, vt est libro Geneseos mandatum: ideo per Sodomam intelliguntur Moabitæ & Ammonitæ, qui ad veram fidem, quam habuerat quondam iustus Loth eorum pater, redierunt. Poteris per Samaritanos & Sodomæos intellige re peccatores indefinitè: nam Iudæi quemcũque hominem nefarium vocabant Samaritanum. Vnde effectum est, vt cum eorum odia in Christum Deum nostrum arderent, eum Samaritanũ appellarent. Et Esaias capite primo impios Iudæorum magnates vocat principes Sodomorum, & plebeios sceleratos populum Gomorrhæ. Est igitur sensus: Venient dies o Iudæa, quibus non solùm tu, sed Gentes etiam sceleribus infinitis imbutæ fidẽ recipient, & iustitiam atque pietatem colent.

Ioan. 4. Act. 8. Gene. 13. Gene. 19. Ioan. 8. Esa. 1.

Vt portes ignominiam tuam. Particula, vt, accipitur consecutiuè. Ac si dicat: Hinc efficietur, vt portes ignominiam tuam, & scelera tua cognoscas.

Consolans eas. Nam Apostoli eos, qui conuertebantur, reficiebant. Vel loquitur de aliis nationibus more humano, ac si dicat: Priusquam conuertaris, ego te premam: & aliæ nationes gaudebunt videntes te dare pœnas sceleratum tuorum, nam vt ait quidam: Solatiũ est miseris socios habere pœnarum.

Non fuit autem Sodoma. Cùm tibi omnia essent prospera, & ad voluntatem fluentia, cùm pompis delectareris, esseſque sceleribus coinquinata, oblita eras Sodomæ, eamque contemnebas, & pro nihilo putabas. Moabitas & Ammonitas, qui à Loth Sodomæ habitatore procedunt, aspernaberis. At nunc eos nominas & times, quoniam fuerunt mundo cognita & perspecta flagitia tua, pro quibus es à me afflicta, calamitatibus lacerata, & in miserijs constituta. Prosperitate insaniebat, aduersitate verò iudicium limauit, & acié intellectus peroptuit. Ideo aiebat Esaias: Sola vexatio intellectum dabit auditui.

Gene. 13. Gene. 19. Esa. 28.

Sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ. Hoc est, omnes te contemnent, quemadmodũ faciunt nunc oppida Syriæ, & oppida Palæstinæ, quæ te cingunt per gyrum. Hoc ideo ait, quia Iudæa sita est in medio Palæstinæ. Id quod nostra editio habet: Quæ te ambiunt per gyrum, potest verti ex hebræo: Quę te diripiunt vndequaque.

Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti. Hoc est, persoluisti pœnas flagitiorũ tuorũ. Fuisti afflicta à Palæstinis rationẽ maleficiorum tuorum.

Et faciam tibi, sicut despexisti iuramentum. Animaduertam in te grauiter & seuerè te puniam, vt scelera tua mereantur: quoniam fregisti pactum, quod mecum inierat, & fidem, quã mihi dederat, violasti. Quando Deus populum Israeliticum ex Aegypto liberauit, eique legem dedit in monte Sinai, dixit populus: Omnia, quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes: vt in libro Exodi literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Sed postea se à deo separarunt, legemque suam penitus contempserunt. Vbi hoc dixit Deus, quo iustitiã suam ostendebat, voluit etiam misericordiam suam ostẽdere: quam ob causam dixit statim: Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ. Hoc est, implebo id, quod tibi promisi, quando te ex Aegypto reduxi, nimirum missurum ad te Messiam. Nam capite 18. Deuteronomij promisit cælestis pater ore Moysis missurum se esse Christum, qui secundum humanitatem sumpturus esset carnem ex genere Abrahæ. Sed quoniam solent Iudæi vti sæpenumero futuris indicatiui pro subiunctiuis, potest totus hic locus ita explanari, vt dicat Deus: Ego tecum agerẽ, quẽadmodum tu mecum egisti ô synagoga, quæ iuramentum, & fœdus mecum initum violasti, nisi aliud postularet mea misericordiæ magnitudo. Sed ego ad te mittam filiũ meũ, quemadmodum tibi promisi, qui te in errorum & scelerum caligine versatam illustret, & ad æternam gloriam adipiscendam ites ostendat. Ibit lux ad cæcos, vita ad mortuos, via ad errantes, veritas ad falsitate deceptos, salus ad ægros, redemptio ad captiuos, iustitia ad iniustos, fortitudo ad fragiles, fons aquæ viuæ ad aridum, princeps pacis ad discordes, panis vitæ ad laborantes fame, Deus ad peccatores.

Ezec. 24. Deut. 18. Gen. 17. Exo. 20. Leuit. 18.

Et suscitabo tibi pactum sempiternum. Hoc est, dabo tibi nouum testamentum, cui nulla ætas est finem allatura. Vetus cessauit quo ad cæremonias, & iudicia, & sacrificia, quia æternum non erat, sed ad tempus, nimirum vsq; ad Messiam. Etsi decimoseptimo capite Geneseos, & 12. Exodi, & 20. Leuitici videatur dicere diuina scriptura cæremoniar, & sacrificia, & victimas Iudæorum æternas fore, non tamen hoc ait: illo tempore duraturas dixit, non autem semper. Dictio adolam hebraica, quæ

quæ æternum significat, aliquando etiam significat longi temporis durationem, non autem perpetuitatem & infinitatem. Deus enim qui fallere non potest, dixit Abrahamo, vt est in libro Geneseos literis consignatum capite 13. & 17. Dabo terram hanc semini tuo in sempiternum. Sed quis non videt sempiternum illic non tempus absque fine significare, cùm sit omnibus perspectum semen Abrahami terræ illam promissionis amisisse, & nec eam possidere, nec multis retro seculis in ea habitasse. Quemadmodum Deus dixit æternam fore terræ promissionis possessionem, ita dixit æternam fore circuncisionem, & Iudæorum sacrificia. Præterea sacrificia illa etsi non maneant iuxta literæ corticem, manent tamen iuxta spiritum, quoniam pro circuncisione carnis habet ecclesia circuncisionem spiritus, & baptismum: pro agno paschali habet Christum in sancto eucharistiæ sacramento, pro terra promissionis regnum cælorum. Quam ob causam pacta illa veteris testamenti possunt appellari æterna, quia licet iuxta vmbram & literam delera sint, manent tamen iuxta virtutem & spiritum, & ideo excellentiore modo, quo semper durabunt: nam nulla erit posteritas quæ efferat illis finem, quin potius vigebunt memoria omnium seculorum: quia veteris illius testamenti spiritus est ipsum nouum testamentum: legem enim veterem appellat Apostolus literam occidentem, nouum verò testamentum spiritum viuificantem. Hoc testamentum nouum appellat hoc loco Deus per Ezechielem pactum sempiternum. Vbi septuaginta pro pacto sempiterno habent testamentum sempiternum. Quod nostram sententiam confirmat. Et quoniam testamentum morte testatoris confirmatur, mortuus est Christus, vt eius morte nostra morerentur peccata, & nos à tenebris ad lucem transferremur. Id adumbratum fuit in agno paschali in exitu Israelis ab Aegypto immolato. Mortuus est agnus vt morerentur primogenita Aegypti, & liberarentur Hebræi, mortuus est Christus, vt mundi scelera morerentur, & Christiani à tyrannide Pharaonis, à potestate dæmonis, ab Aegypti caligine, à mundi tenebris ad patriam promissionis, ad libertatem sempiternam, ad lucem cælestem, ad gloriam immortalem ducerentur.

2. Cor. 3. Exo. 12.

Cùm receperis sorores tuas. Subaudi Sodomam & Samariam. Has suscepit apostolorum congregatio, cùm se ad Christi fidem conuerterunt.

Te maiores cum minoribus tuis. Nam ex regionibus, quæ conuertebantur, quædam erant maiores Iudæa, quædam minores.

Et dabo eas tibi in filias. Nationes, quæ fuerint ad fidem conuersæ, tuæ filiæ erunt. Hoc ideo ait, quia ecclesia incœpit in Iudæa, & vt prædixit Esaias de Sion exiuit lex, & verbum domini de Ierusalem. Omnes autem, qui Apostolis adhærebant, erant filij ecclesiæ, à Christo & apostolis inchoatæ. Fuit igitur Hierosolyma vt mater, aliæ verò regiones vt filiæ. Esa. 2.

Sed non ex pacto tuo. Id est, non ex merito tuo, quoniam pactum mecum initum violasti, sed ex misericordia mea, qui salutem tuam decreto: Septuaginta habent: Et non ex testamento tuo. Hoc est, non ex virtute veteris testamenti, sed nouum non virtute antiquæ legis, sed per meritum Christi. Vt sit sensus, Introibis in regnum cælorum non ob victimas legis Moysi, sed ob fidem Christi, quæ per charitatem operetur: nam ostium paradisi non aperietur sanguine taurorũ & arietum, sed sanguine Iesu Christi. Veniet tempus, quando sacrificia legis veteris cessabunt, & Messias erit verum sacrificiũ, qui morte sua vitam tibi tribuet immortalem.

Et suscitabo ego pactum meum tecum. Id est, dabo tibi nouum testamentum. Vel dabo tibi Messiam, quemadmodum tibi promisi.

Et non sit tibi vltrà aperire os. Id est, videns beneficia mea in te collata, tuamque aduersus me ingratitudinẽ, mihil habebis, quo me possis obiurgare, & te defendere.

Cùm placatus tibi fuero. Per carnis assumptionem filij mei, per eius sanguinem, & per opera tua bona eius sanguine decorata.

Annotationes ex Hebræo in caput XVI.

Proiecta es super faciem terræ. Septuaginta habent: Super faciem campi. Vt sit sensus: Proiecta es in viam latã & spatiosam, de qua ait saluator noster apud Matthæum: Lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. Via quæ ducit ad vitam, arcta est & angusta, quæ Christus est, qui de se ait: Ego sum via, veritas, & vita. Ipse est ostium, qui de se ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, ingredietur, & egredietur, & pascua inuenier. At via ducens ad æternam mortẽ latus est campus, in quo Cain occidit Abel, vbi hominibus impijs secundæ res sæpenumerò conceduntur, iustis autem & pietate præditis omnibus denegantur. Hic admittuntur homicidia, & impij insurgunt in viros pios, eosque premunt, maledictis lacerant, & factis affligunt. Est enim huius seculi labes con-

Matt. 7. Ioan. 14. Ioan. 10. Gene. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temnere virtutem, vel honestatis florē infringere, & veræ dignitatis splēdorē & pulchritu
Simile. dinē maculare. Sed quēadmodū hērinaceus marinus vt aiunt, & refert Basilius homilia septima in Hexameron, cum perturbationem ventorū præsentit, præscius futuræ procellæ petrā subit, super qua tanquā super anchora seipsum firmat & figit, ne fluctibus trahatur & agitetur, sic vir iustus in mundi mari constitutus, præscius calamitatum & dolorum, quibus viri iusti premuntur ab iniustis, quibus ipse potest angi & vrgeri, ad petram il-
1.Cor.10 lam confugiat, de qua ait Apostolus: Petra autem erat Christus, eique adhærens, liberabitur à mundi tempestatibus, & quanuis à molestiarum & tentationum fluctibus concutiatur, firmus tamen, & constans in virtute permanebit.

Tempus tuum tempus amantium. In Hebraico est: Tempus tuum tempus דדים dodhim, à singulari דד dodh, quod significat amorem,
Cant. 1. & vber. Vnde id, quod habet in Canticis editio vulgata: Meliora sunt vbera tua vino, verti potest: Meliores sunt amores tui vino, siue, amores tui vinum bonitate superant. Significat etiam amantē, & dilectum, vt in Can-
Cant. 5. ticis: Quò abijt dilectus tuus? siue amans te. Hanc significationem secutus est communis interpres. Pagninus & Brixianus habent: Tēpus amorum. Symmachus tempus dilectionis. Aquila in prima editione tempus vberum, secunda tempus nuptiarum. Septuaginta tempus diuertentium. hoc est ab itinere delinantium. Tunc enim puellæ solent à via innocentiæ deflectere, & ad nuptias, seu amatorias leuitates aspirare. Videsigitur ea, quæ inter se distare videbantur, in vnum eundemque sensum conspirare.

Expandi amictum meum super te. Septuaginta habent: Expandi alas meas super te, iuxta
Matt. 22 illud: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Per amictum siue pal-
Luc. 13. lium intelligitur charitas: quæ est vestis nupti-
Matt. 22. alis: de qua ait diuus Petrus: Charitas operit multitudinem peccatorum.
1.Pet. 4.

Auferam iustificationem tuam. Pagninus habet: Diminuam statutum cibi tibi. Brixianus: Diminuā statutum cibū tibi. Quidam vertūt: Auferam à te demensum. Est autem demensum mensura, quæ seruis datur frumenti singulis mensibus. Alij existimant vertendum esse. Auferam à te annonam. Quæ omnia in idem recidunt. Ego existimo multò rectiorem esse versionem communem, cum qua alia nullo modo sunt conferendæ. Nam pro iustificatione tua, est in Hebraico חקך chucce-
chucce, à verbo חקק chacac, quod significat statuere, scribere, & leges condere, vt apud Esaiam: Væ qui condunt leges iniquas. *Esa. 10.* Illud libri Iudicum: Cor meū diligit principes Israel, potest verti rectissimē: Cor meum diligit legislatores Israelis. Sed quoniam principes leges ferunt, eam ob causam ver tit interpres noster, & meritò quidem, princi pes. Et Genesis ca. 49. Nō auferetur sceptrū *Iudic. 5.* de tribu Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus est, pro duce est in Hebraico eadem dictio. Quam ob causam po *Gen. 49* test verti: Non auferetur sceptrum, & legislator siue princeps, qui condat leges, &c. Ab hoc verbo chacac deriuatur nomē choc, quo vtitur hoc loco Ezechiel, quod nomen absq; dubio legem significat, & statutum, & ius, & præceptum. Esa. cap. 5. Mutauerunt ius. *Esa. 5.* Psal. 2. prædicans præceptum eius. Quibus in *Psal. 2.* locis est idem nomen, pro quo editio vulgata habet iustificationem, hoc est legem, quæ, vt in explanatione ostendimus, iustificatio in diuinis literis appellatur. Huic versioni fauet translatio septuaginta, ita habens: Et auferam νόμιμά μου, hoc est, iura tua, vel legitima tua seu leges tuas. Quemadmodum autem Deus abstulerit à Iudæorum synagoga legem suam, ostendimus in explanatione.

Qui effusum est ex tuum. In Hebraico pro ære tuo est נחשתך nechuxttec. Significat hoc nomen serpentē, vt Num. 21. Fecit Mo- *Num. 21* ses serpentem æneum. Significat etiā turpitudinē: quā ob causam rhargū vertit in hūcmo dū locū hūc: Discooperta est turpitudo tua. Ac si diceret: Reuelata sunt ò Iudæa scelera tua, & fūt maleficia tua perspecta & explorata. Hūc sensum explicās Pagni. vertit: Effusa est turpitudo tua. Brixianus: Effusa est impuritas tua. Significat præterea dictio hæc æs. Vnde Esa. 48. Frōs tua ærea, Et Iere. 6. Ambulātes *Esa. 48.* fraudulenter vt æs & ferrū. Ac si diceret: Quē- *Ierem. 6.* admodum chalybs & ferrū copulantur & miscentur, vt fiat gladius ad occidendum, sic hi omnes tam magnates, quàm obscuro loco nati aduersus te conspiraruntvt te occiderent. Et quoniam æs accipitur pro pecunia, poterat verti hic locus Ezechielis: Quoniam effusa est pecunia tua. Obiecerat enim illi Deus tam tam esse eius libidinem, vt opes suas amatoribus suis largiretur, & substantiam suam cum profusione distribueret. Hunc esse existimo germanum huius loci sensum, quem cōmunis editio per æris effusionem voluit explicare.

Et abundantia & otium ipsius. Pro abūdātia est in hebraico שלותך xaluat, à verbo שלה xalah, quod significat abundare, vt Thren. 1.

Inimi-

Inimici eius locupletati sunt, hoc est, diuitijs sunt abundantes & prosperi. Significat etiā
Thren. 1. quiescere, atque in pace & tranquillitate vitā degere. Ideo poterat verti locus ille Threnorum: Hostes eius quieti sunt, vel, vt vertit R. Selomōh, in pace habitauerunt. Vt sit sensus: Hoc accedit ad miseriam Israelitici populi, quòd cum ille bello sit pressus & afflictus, inimici eius in tranquillitate vitam agunt. Nomen xalauah pacē, quietem, & tranquillitatem significat: & etiam abundantiam, & diuitiarum affluentiam. Vnde illud psal-
Psal. 29. mographi: Ego dixi in abundantia meā non mouebor in æternū. verti poterat: Cùm essem in tranquillitate mea, dixi in animo meo, non esse me dimouendum in æternum. Quibus verbis seipsum obiurgat Dauid, qui cum videret regnum suum confirmatum, & vitam ageret quietam, existimauit fieri non posse, vt à pace illa & quiete dimoueretur. At postea cùm Deus ab eo fauorem subtraheret, & faciem auerteret, vidit seipsum commotum & perturbatum: & tunc intellexit, debere vi-
2.Reg.11 tia, vt aduersas vicissim expectarent. Nam postquam regnum obtinuit, cum omnia ei ex animi sententia euenirent, incidit in grauia scelera, & fuit in tam acerbis calamitatibus versatus, vt non solùm extranei, sed etiam fi-
2.Re.17. lius eius aduersus illum bella pararet. Ideo sequitur. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Nonnulli ex Græcis interpretibus existimant, vt ait Euthymius, hæc ægis Ezechiæ persona dici. Sed eadem manet sententia. Diuus Augustinus arbitratur hoc dictum esse sub Adami persona, qui cū *Genes. 2.* in paradiso tranquillitate bonorumque copia affloreret, putauit fore, vt nulla vis eum posset *Genes. 3.* de illo florenti rerum statu dimouere, sed cū Deus auerteret paulisper oculos suos, illico incredibilis facta fuit rerum commutatio. Nam pomum prohibitum comedit, & fuit ab illa felicitate deiectus. Illud etiam psalmo-
Psal. 121 graphi: Et abundantia in turribus tuis, poterat verti: Et quies in ædibus tuis. Et illud Pro-
Prou. 1. uerbiorum: Prosperitas stultorū perdet eos, conuerti poterat: Pax, siue quies insanorum euertet illos. Otium enim est sceleratis causa magnorum flagitiorum. Septuaginta vertunt hunc Ezechielis locum: Et in abundantijs affluebat ipsa delicijs. Pagninus: Et abundantia otij fuit ei. Potest verti: Quies otiosa fuit illi. At editio communis non hæc connectit, sed separat, vt præter alias, has duas causas assignet euersionis illius gentis, nimirum opum abundantiam, & turpe otium: quod Seneca appellat sepulchrum hominis viui. De quo ait ingeniosus poeta: Otia si tollas, periere Cupidinis arcus: cōtemptæque iacēt, & sine luce faces. Et diuus Augustinus libro primo de ciuitate dei, Otio, inquit, periit Roma deleta Carthagine. Et Chrysostomus in Genesim: Otium omnem malitiam docet. Cùm interrogaretur Cleomenes, vt narrat Plutarchus, cur Lacedæmonij, cùm Argiuos sæpe vincerent, eos non delerent, Nolumus, inquit, vt habeamus, qui iuuenes nostros exerceant. Parabant sæpe Argiui bellum aduersus Lacedæmonios, & erat bellum illud veluti cos, vbi iuuenes Lacedæmonij acuebantur, & perpoliebantur, ne turpi otio diffluentes fortitudinem amitterent, seque vitijs coinquinarent.

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI SEPTIMI.

Sub parabola aquilarum, arboris, & vineæ hoc capite contenta narratur transmigratio regis Iechoniæ, & assumptio Sedechiæ in regnū. Hic Aegyptiorum amicitia & auxilio fretus defecit à Nabuchodonosore, eique fidem fregerit rebellauit. Quare fuit ab eo oppugnatus & captus, & in Chaldæam cum cæteris Hebræis cum magno dedecore adductus. Hanc Sedechiæ captiuitatem & miseriam, & Hierosolymæ euersionē prædicit nunc Ezechiel ad ostendendam diuinam iustitiam: sed in fine capitis Hebræos spe futuræ libertatis erigit & consolatur, ad ostendendam diuinam misericordiam. Est eius institutum Iudæorum vitia reprehendere, eosque ad virtutem excitare, ne se in tot vitia ingurgitarent. Et per captiuitatem Babylonicam, ostendit peccati seruitutem, & per redditionem ab ea, instaurationem per Christum, quem venturum esse meritis oculis imuebatur.

CAPVT XVII.

ET factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam, ad domum Israel, & dices: Hæc dicit dominus Deus: Aquila grādis magnarū alarū, longo membrorū ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanū, & tulit medullā cedri. Summitatem frondium eius euulsit, & transportauit eam in terrā Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extulit de semine terræ,& posuit illud in terrâ pro semine, vt firmaret radicem super aquas multas:in superficie posuit illud. Cumque germinasset, creuit in vineam latiorem,humili statura respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est altera aquila grâdis, magnis alis,multisque plumis: & ecce vinea ista quasi mittes radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui. Quæ in terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineâ grandem. Dic: Hæc dicit dominus Deus: Ergo ne prosperabitur?

EXPLANATIO.

Et factum est verbum domini ad me. Hoc est, dixit mihi dominus, vt proponerem ænigma filijs Israelis, illudq; eis explicarem. Est autem ænigma obscura allegoria, quæ nõ facilè intelligitur, nisi à proponente explicetur. Huiusmodi est illud Samsonis in libro Iudicum: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quibus verbis significabat se abstulisse mel de ore leonis, quem occiderat. Nam cũ pòst aliquos dies à cæde leonis eius cadauer inuiseret, inuenit in eius ore apum examen, & mellis fauum, quẽ sumpsit & comedit. Huiusmodi ænigmata appellabant veteres scrupos, authore Gellio libro duodecimo cap. 6. Quæ ænigmata cùm sint in literis diuinis frequentia, sunt tamen apud nostrum Ezechielem frequentissima, vt capite 5. de gladio radente pilos, & hoc loco de duabus aquilis, & omnibus ferè capitibus.

Indic.14

Supra 2.

Ad domum Israel. Hoc est, contra populum Israeliticum Hierosolymæ commorantem. Vel narra parabolam hanc Israelitis, qui tecum sunt in Babylonica captiuitate. Vel accipitur domus Israel pro omnibus Hebræis in communi.

Aquilæ grandis. Hoc est, Nabuchodonosor rex Babylonis, qui ideo per magnam aquilam intelligitur, quia quèadmodum ea habet inter aues principatum, sic ille inter homines. Aquilæ nomine aliquando intelligitur diuinæ ascensionis volatus & sublimis intelligentia, vt primo capite explicuimus, cùm de quatuor animaliũ significatiõe differeremus. *Sup.1.*

Aliquando congregatio concionatorum fidelium, vt in Apocalypsi: Vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: væ, væ, væ, habitantibus in terra. *Apoc.8.*

Aliquando diabolus, pater superbiæ, vt apud Abdiam: Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. *Abd.1.*

Aliquando res velocitate prædita, vt apud Ieremiam: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli. *Thre.4.*

Aliquando rex aliquis magnus & potens, vt apud Ieremiam de Assyriorum rege ita dicentem: Quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Et de Nabuchodonosore ait Oseas: Quasi aquila super domum domini. Et Ezechiel hoc loco: Aquila grandis, &c. *Iere.48. Ose.8.*

Magnarum alarum. Id est, magnos habens exercitus, qui alarum nomine significantur, vt apud Esaiam: Erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ, &c. Et apud Ieremiam: Extendet alas suas ad Moab. Apud Latinos etiam ala dicta est equitum turma, quòd pedites tegat alarum vice. Et in acie ala dextra locatus, & sinistra, instar alarum autum. *Esa.8. Iere. 48*

Longo membrorum ductu. Rex dicitur caput, subditi membra. Vult significare populorũ multitudinem, quæ erat Nabuchodonosori subiecta.

Plena plumis & varietate. Erat hic rex ditissimus & potentissimus. Per pennas pictas, varietate colorum decoratas significat mundi opes, potentiam, & prosperarum rerũ abundantiam. Considera obsecro altè rem hãc, illamque tecum perpende, & memoria repete. Mundi gloria cum leuibus plumis, quæ vento circumferuntur, hoc loco comparatur. Quemadmodum plumæ aues ferunt in sublime, sic mundi diuitiæ & dignitates solent homines extollere, & in vanitatem aerem eleuare. Quemadmodum accipitres pennis freti volentes altius ascendere, & nubes penetrare, ob nimis excelsum volatum amittuntur, sic qui prosperitatis plumis innixi elatione eriguntur, quò altiùs ascendunt, eò infelicius præcipitantur. Hæ sunt plumæ vanitatis, quas Deus in Leuitico præcipiebat euellere, & in locum cinerum proijcere. Locus cineris est memoria mortis, vbi ea, quæ mortales iudicant eximia, ad quæ cupiditate incẽsi rapiũtur, reuoluere debemus, cõsiderãtes quàm breui omnia illa euanescãt, & cõsumantur, & nos cũ illis in cinerẽ cõuertamur. Arbores in sylua cognoscuntur, quædam ob truncorum differentiam, quædam ob frondium, aut florum, aut fructuum proprietatem. Hoc quippe est, dum viuunt: sed traditæ igni, & in cinerem conuersæ cognosci nequeunt. Qui fieri potest, vt mistis cineribus proceram pinum, aut excelsam populum ab humili myrto, & paruo fratice potis vnquã discernere? Sic homines dum in mundi degunt sylua, cognoscuntur, quidam ob maiorum stipitem, quidam ob verborum foliã, hic in flore pulchritudinis, ille in honestatis fructu, nonnulli in cortice rusticitatis, alij verò in lenitate mansuetudinis. Sed cùm mors eos redigit in cinerem, & omnia miscet & confundit, quis poterit ex cineribus, ex terra, & puluere illos cognoscere? Misti cineribus quid interest inter excelsum principem, & infimum colonum? In horum cinerum memoriam proijcere debemus pulchras mundi plumas, ne inflati opinionibus temperantiam amittamus, & in erroribus intolerandis versemur. Est enim perspicuum dominante inani gloriatem perãtiæ locum non esse, nec in vanitatis regno virtutem posse consistere. Falco, & nisus, & alix aues ex accipitrum genere dum viuunt, magni æstimantur, mutriuntur magnis delicijs, & in manibus geruntur magnatum: sed cùm moriuntur, proijciuntur in sterquilinium. Contrà verò perdices dum viuunt, affliguntur ab omnibus, quilibet agricola in eas inuit, & impetum facit: sed mortuæ afferuntur ad principis mensam, eique honorificè offeruntur. Ita multi qui in hac vita illustres & præclari censentur, rebusque vtuntur secundis, illis ad voluntatem stantibus, migrantes è vita mittuntur in infernũ ster quilinium in æternũ cruciandi: alij autem qui in vita varijs torquẽtur calamitatibus, & ob præclaras virtutis actiones in hominum sceleratorum odia incurrunt, & à mundo contemnuntur, excedunt è vita, ad mensam afferuntur principis cœlorum, vbi requiescunt, in gloria illa æterna summo honore, summisq; gaudijs abundãtes. Hoc tum vitam censet mundus esse ornamentis omnibus spoliandam, cùm ex deberet perpetuis monumentis ornare. Contrà verò eos celebrat sæpenumerò, plenisque laudibus extollit, atque nominis amplitudine, claritateque illustrat, qui se in impia ingurgitant scelera, qui sunt non solùm ab honestate, sed etiam ab honestatis vestigijs relicti. Hi sunt varij plumis honorum mundi insigniter ornati, quas breui amittunt: & ex, quæ sunt diu, ac multo labore quæsita, vna eripit hora. & ipsi ad æternas pœnas relegãtur. Ideo ait Ecclesiasticus: Sub stantiæ initiatorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Et Psalmographus: Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Moritur homo, & cum eo eius falsa gloria & prosperitas. Sed nec dum viueret vitam in tranquillitate traducebat: sed acerbis sæpe molestijs implicatus, in timore & dolore vexabatur. Quemadmodum fumus excelsa petit, sic calamitas eos potissimùm inuadit, qui sunt in altiore gradu cõstituti. Quo fit, vt eos inde sæpenumerò in puncto temporis ignominiosè præcipitet. O inanem mundi famam comparatam hominum temeritate vitiorum plerunque laudatrice! O impiorum gloriam fluxã, & tetris dedecoris maculis deformatã! Vbi est hic Nabuchodonosor, quem diuinus noster vates cum aquila magna, varijsque plumis decorata comparat hoc loco? Vbi est eius potentia, & diuitiarum abundantia? Euanuerunt omnia illa, & vt est in libro Sapientiæ literis mandatum: Transierunt sicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Restat igitur, vt mundi gloriam inanem illam & fallacem contemnamus, siquidem aspicimus eam hoc loco cum leuibus pennis comparari.

Similitudo.

Psal. 143

Simile.

Sap. 5.

Venit ad Libanum. Hoc est, templum Salomonis, sic vocatum propter eminentiam & excellitatem: vel quia erat ex lignis Libani constructum, vt patet ex tertio Regum. Et per templum intellige Hierosolymam. Figura est synecdoche, vbi ponitur pars pro toto. Eodem modo Zacharias: Aperi Libane portas tuas. Vbi paraphrastes Chaldæus pro Libano vertit templum. Vel intelligitur hoc loco Hierosolyma nomine Libani. Vt enim mons ille erat arborum dẽsitate plenus, ita Hierosolima hominum ac statuum varietate referta. Fortasse per Libanum intelligitur tota terra promissionis, in qua situs erat mons Libanus.

3.Reg.5. 2.Par.2.

Zach.11.

Tulit medullam cedri. Asportauit secum, quicquid erat pretiosum: vel statũ nobilium: nam cùm inter arbores ædificijs aptas cedrus teneat principatum, sicque procera & odorifera, meritò eius nomine magnatum status significatur. Vel per medullam cedri intelligitur rex Iechonias, per summitates verò frondium nobiles præclaris ortu natalibus. Sensus est: Venit Nabuchodonosor Hierosolymam, eam expugnauit, & secum in Chaldæam regem Iechoniam, & optimates ferè omnes adduxit. Cedrus est ciuitas, eius medulla est rex, summitates ramorum sunt magnates, truncus sunt plebeij. Quemadmodum ex arboris medulla progreditur vis, qua rami reflorescunt, & fructus producunt, sic ex principe debet exire virtus, qua populus commotus & excitatur

Ezech. 40

Similitudo.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbertim is bonorum operum fructibus exornetur.

Et transportauit eum in terra Chanaan. Hoc est, in Chaldæam. Chanaan significat negotiationem, & quoniam Chaldæi, præsertim Babylonij erant magni mercatores & negotiatores, appellatur eius terra mercatura & negotiatio. Est igitur hoc loco Chanaan nomẽ appellativum, non autẽ proprium: nam propriè terra promissionis appellabatur terra Chanaan, vbi quondam Chananæi habitauerunt, ex qui fuerant per Hebræos electi. Id volens propheta indicare subdit: In vrbe negotiatorum posuit illam. Brixianus pro terra Chanaan habet terram negotiatorum: quod nostræ fauet sententiæ. Ita potest intelligi illud Oseæ: Chanaan, in manu eius statera dolosa. Solent enim nefarij mercatores fallacibus stateris ponderare. Igitur ad terram mercatorum adduxit Nabuchodonosor Iechoniam, & alios Iudæos, qui eum secuti sunt, vt patet ex 4. Regum. Ose. 12.

Et tulit de semine terræ. Loquitur nunc de Sedechia, quem Nabuchonosor regem Iudææ pro Iechonia constituit. Hic Sedechias erat de semine terræ, hoc est, vnus ex ijs, qui in terra illa Iudææ nati sunt. Appellabatur antea Nathanias, erat patruus regis Iechoniæ, de stirpe regum Iudah. Hunc posuit Babylonius in terra pro semine Iechoniæ. Præfecit illum terræ Iudææ, vt maneret semen stirpis regiæ. Vel posuit illum in terra pro semine, vt cresceret. Ac si dicat: Mandauit illum terræ vt semẽ, quod nasceretur, vt viriditas hæbescens, nixa fibris stirpis suum adolesceret, ixtosque fructus produceret. Quidam vertunt: Posuit illum in terra seminis, hoc est, fertili, & fœcunda: quibus fauet translatio septuaginta habẽs: Dedit illud in campo seminabili. 4. Re. 24

Vt fœmaret radicem super aquam multas. Hoc est, vt satus esset prope flumina, & perennes fontes totam terram irrigantes. Quasi diceret: vt regnaret in terra frugifera & opulenta, semper virens, nullos æstus reformidans. Vel sic: Vt regnaret super populos multos: nam nomine aquarum populi significantur iuxta illud Apocalypsis: Aquæ, quas vidisti, populi sunt. Apoc. 17

In superficie posuit illud. Non cum alta regni radice firmauit. Præfecit eum Iudææ, sed tamen vires fregit, vt supplex maneret, ne in magna potentia constitutus rebellaret.

Creuit in vineam latiorem humili statura. Regnum Iudææ fuerat quondam excelsa cedrus: at fuit regnum hoc eneruum tempore Iechoniæ: & loco cedri floruit abiecta vitis. Nam tempore Sedechiæ nulla fuit ibi celebritas, nulla amplitudo. Creuit quidem vitis, & fuit late propagata, sed humili statura: non creuit in altum, non se tulit in sublime: quia potius parebat Babylonijs. Denique non erat alta cedrus, sed depressa vitis. At quamdiu obediuit Nabuchodonosori, tulit fructus, sed cùm ab eo defecit, & fidem frangens confugit ad AEgyptios, exaruit: & non solùm rex, sed populus fuit ad interitum & vastitatem vocatus.

Respicientibus ramis eius ad eam. Vitis erat regnum, palmites erant magnates, qui non eleuabantur, quoniam respiciebãt ad aquilam, hoc est, ad regem Babylonis, cui obtemperabant.

Et radices eius sub illa erant. Hoc est, firmitudo regni Sedechiæ erat sub aquila: pendebat à Nabuchodonosore. Vel sic: Et rex Sedechias impius erat. Humo iniusta est arbor inuersa, iacens radices ad cœlum vnde ad illum venit alimentum, & aqua gratiæ cœlestis. Hæc est aqua, de qua ait Deus in Apocalypsi: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Hæc est animi esca, de qua ait Esaias: Venite, & emite absque argento, & absque vlla cõmutatione vinum & lac. Hoc alimentum desursum venit à patre luminum: nam vt ait Diuus Ioannes Baptista apud Diuum Ioannem Euangelistam, non potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datum de cœlo. Alimentum animæ est illud, de quo ait dominus: Operamini cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dat vobis. Hoc alimento, his dapibus cœlestibus reficitur vir iustus: at impius radices iacit in terram, qui cœlo contempto ad terram tantummodo aspirat, & terram comedit, siquidem rebus terrenis pascitur & delectatur. Nam cùm diabolus terram comedat cunctis diebus vitæ suæ, vt est literis diuinis libro Geneseos mãdatũ, quid mirum si seruos suos ijsdem pascat alimentis, quibus ipse pascitur. Itaque qui iustitiã colit & pietatẽ, radices habet super se, qui verò scelere & maleficio pascitur, sub se volens igitur diuinus vates flagitia Sedechiæ significare, ait eius radices sub ipso esse. Esa. 55. Ioan. 7. Gene. 3

Ita facta est altera aquila grandis. Hic erat rex Aegypti, qui aquila etiam dicitur ob magnam potentiam, & diuitiarum abundantiam. Cùm autem ille esset hostis Babyloniorum, confugit ad illum Sedechias, totum se ad eius fidem & amicitiam conferens: & fœdus cum Nabuchodonosore iuitum, & iureiurando cõfirmatum violauit, qua in re ius diuinum humanumque peruertit.

Et ecce vinea illa. Hoc est, rex Sedechias Potest vertivitis hæc.

Quæ si multum radices suas ad eam. Adhæsit regi AEgypti, qui aquila dicitur, sed cum prima nullo modo comparanda. Ad eum misit legatos Sedechias petens ab eo auxilium aduersus Babylonios.

Vt irrigaret eam areolis germinis sui. Hoc est, vt rex AEgypti hanc vitem, nempe Sedechiã tueretur contra Nabuchodonosorem. Videtur alludere ad Nilum, qui irrigat Aegyptum immissus in agros per sulcos.

In terra bona. Hoc est, in terra promissionis fertili & ferace, manante lacte & melle, Potest Sedechias regnum dilatare, opibus affluere, fructus vberrimos ferre, & quietè atque honorificè viuere: sed non illud scelera eius merebantur. Ipse perturbationes quærebat, & cõcitatis animi permotionibus agitabatur. Torquebatur efferata cupiditate, & inani solicitudine: modò lætitia temerè exultabat, modò dolore animum demittebat. Huiusmodi sunt insipientes homines, qui cùm sint ipsa vanitas, nesciunt pusillũ illud temporis, quod ipsis datum est, placatè atque leniter traducere. Adeò desipiunt, in his rerum imaginibus & vmbris ita ambulant, tumultuantur, belligerantur, & studio fluxas mundi opes occupandi se conturbant, quasi eximia bona sint & immortalia. Deut. 6. Num. 14. Eccl. 46.

Id volens explicare regius vates canebat: In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur: Thesaurizat, & ignorat, cui cõgregabit ea. Eodem modo rex Sedechias cùm posset quietè viuere, seipsum & totum regnum perturbauit. Permisit Deus ob eius aliorumq; Iudæorũ flagitia, vt à Babylonijs deficeret, eisq; fidem violaret, vt expugnaretur, & miseriae calamitosi adducerentur in Chaldæam, vbi essent in acerbissimis calamitatibus vertati. Psal. 38.

Dic. Verbum est dei præcipientis Ezechieli, vt ea Iudæis dicat, quæ statim sequuntur.

Ergo ne prosperabitur? Subauditur vinea hæc. Quasi dicat: non. Habent huiusmodi interrogationes vim negationum.

Nonne radicem eius euellet? Quasi dicat: euellet quidem. Sensus est: Prima aquila nimirum Nabuchodonosor delebit Sedechiam, euellet radices eius, hoc est, matores eius euertet, & fructus eius distringet, hoc est filios eius occider, & omnes eius palmites, hoc est omnes eius consanguineos & famulos labefactabit. Et hoc non in brachio grandi, hoc est, non cum magno exercitu, nec cum magna potentia. 4. Re. 25. 2. Para. vlt. Iere. 39. Legas 4. Regum, & 2. Paralipomenon, & Ieremiam, & videbis fuisse omnia hæc adimplera.

Nonne cùm tetigerit eum ventus vrens, siccabitur, & in areis germinis sui arescet? Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Dic ad domũ exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem, & assumet regẽ, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum, sed & fortes terræ tollet, vt sit regnum humile, & nõ eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nũtios ad AEgyptũ, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid prosperabitur vel consequetur salutẽ, qui facit hæc? Et qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit dominus Deus, quoniam in loco regis, qui cõstituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi, nec in populo multo faciet contra eum Pharao prælium, in actu aggeris, & in extructione vallorũ, vt interficiat animas multas. Sprreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus: & ecce dedit manum suam, & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet.

Nonne cùm tetigerit eum ventus vrens. Hoc est, exercitus Chaldæorum.

Dic ad domum exasperantem. Hoc est, ad populum Iudaicum rebellem, & me ad iram prouocantem.

Ecce venit rex Babylonis. Parabolæ explicatio

Et assumet regem. Futura pro præteritis, quẽadmodum aliquando præterita pro futuris ponuntur more prophetarum. Sensus est: Venit Nabuchodonosor Hierosolymam, & tulit eius regem Iechoniam, & magnates & diuites & transtulit eos in terram suam.

Et tollet de semine regni. Id est, eleuauit Sedechiam, eumque constituit regem, qui est ex progenie regia: & pepigit cum eo fœdus, vt scilicet ipse Sedechias regnaret, & tributum ei solueret singulis annis. Quod iuramento confirmauit.

Vt daret sibi equos, & populum multum. Hoc est, equites, & magnam peditum multitudinẽ aduersus Babylonios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquid prosperabitur? Quasi dicat: Qui violauit fœdus iuramento confirmatum, non meretur prosperitatem. Fides est proximo seruãda. Hinc Iosue Gabaonitis promissam seruauit fidem, dicens: Iurauimus eis in nomine Dei Iosue.9. Israel, & ideirco non possumus eos contingere. Et Ecclesiasticus, Vir, inquit, bonus fidem Eccl.29. facit cum proximo suo. Et hoc loco ostendit Ezechiel seruandam esse fidem etiam inter hostes, & non considerandum cui, sed per quem iurauerit. Multò fidelior ille inuenitur, qui tibi propter nomen Dei tui credidit, & decepsus est, quàm tu, qui violato iuramento hostis tuo, imò inimico tuo insidias parauerit. Hominis est sceleratissimi amicitiam soluere iuramento confirmatam, eumque fallere, qui læsus non esset, nisi credidisset. Diuus Ambrosius libro secundo officiorum. Fides, inquit, est etiam perfidis præstanda. Et diuus Augustinus ad Bonifacium: Fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est. Et est hoc in sacros canones relatum 23. quæst. 2. cap. Noli existimare. Sed intelligendum est, si hostis nobis fidem seruet, alioquin non, vt patet multis ex locis à glossa ibi in verbo, hostis, citatis.

Nec mirandum est fidem à fidelibus cum hostibus seruari, cùm etiam eam illis cõseruauerint fideles. Primo bello punico Marcus Regulus Romanus captus à Pœnis, cùm esset Romam missus ad captiuos commutandos, iurasset que se rediturum, rediit quidem non cõmutatis captiuis. Et si ab ijs, qui cum vnicè diligebant, retineretur Romæ, maluit tamen redire, quàm fidem hostibus datam fallere. Reuersus est Carthaginẽ ad exquisita supplicia, a hostes crudelissimos, à quibus fuit interfectus bilibus cruciatibus affectus. At nemo illum eam ob causam ærumnosum, nemo infelicem vnquam putauit: non enim magnitudo animi eius torquebatur ab hostibus, non grauitas, non virtus, non cõstantia. Amisit opes & magistratus, & ea, quæ deceptis mortalibus eximia & præclara videntur, virtutem autem non amisit. Quemadmodum fulmen quicquid inuenit in terra, ferit, præter laurum, vt ait Plinius libro secundo cap. 55. sic magna calamitas omnia potest auferre & euertere præter firmam virtutem. Est enim constans virtus pulchra lautus, semper virent, nullo igne è nubibus erumpente, nullo impetu tormentorum & ærumnarum exusta, aut labefactata. Ad hanc firmam virtutem nos hortatur Apostolus, dicens in epistola prima ad Corinthios: Fratres 1.Cor.15. mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere domini semper. Qui omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæq; honestatis causa faciunt, in amore Christi fundati, non solùm mœroris facem, sed mundi fulmina contemnunt. Et Gentium duces, & philosophi malebant vitam potiùs, quàm fidem hominibus datam amittere, cùm nullis perfectis virtutibus moralibus essent præditi ob theologalium defectum, vbi sunt Christiani fide Christi decorati, qui fidem frangũt, cùm multò magis debeant eam hominibus datam conseruare, dareq; operam, ne de gradu constantiæ dimoueantur, atque ne quicquã excellentis atq; præstantis Christianæ religionis veritate plenissimæ indignũ cõmittant? Si autẽ mundi ictibus nos vulneratos sentiamus, & calamitatis vndique pressos, nõ stagnemus, nec animo cadamus, sed sit præsto regina ratio, quæ ita animum corroboret atque confirmet, vt mori potiùs velimus, quàm fidem iuramento affertã violare. Fides aliquando accipitur pro sponsione, vt apud D. Paulum prima ad 1.Tim.1 Timotheum: Primam fidem irritam fecerunt. Aliquãdo pro conscientia, vt in epist. ad Romanos: Omne, quod nõ est ex fide, peccatum Rom.14 est. Aliquãdo pro fide theologali, de qua ait Apostolus in epist. ad Hebræos: Sine fide im- Hebr.11. possibile est placere Deo. Quæ aliquando est informis, aliquando formata. De informi ait Apostolus in 1. ad Corinthios: Et si habuero 1.Cor.13. omnẽ fidem, ita vt montes transferã, charitatẽ aũt non habuero, &c. De formata ait in epistola ad Galatas: In Christo Iesu nec circuncisio Galat.5. aliquid valet, nec præputiũ, sed fides, quæ per charitatem operatur. De ea ait in epistola ad Rom.10. Romanos: Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum. Nonnunquam fides idem est quod fidelitas, vt in Apocalypsi: Esto fidelis vsque Apoc.2. ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. De hac Eccl.44. fide ait Ecclesiasticus: Fidem posside cũ amico in paupertate illius. Hoc modo accepti fides est dictorum conuentorũque cõstantia & veritas. Ita eam Marcus Tullius definit libro 1. Officiorum, vbi ait eam quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem. De illa modò differimus, afferimusque esse non solùm amicis sed inimicis etiam seruandam. Hanc veteres Romani tanti faciebant, vt eam tanquam numen aliquod sanctissimum colerent, eiusque imaginem in capitolio prope Ionem, quem inter vanitatem suorum deorũ venerabantur, collocarent. Huius virtutis propriũ esse dicebant, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere posset, intolerandum putare. Hãc fidẽ iureiurãdo cõfirmatam fregit Sedechias desciens à Nabuchodonosore, quem ob eiulatus permisit Deus, vt esset incredibilibus ærũnis laceratus, & nõ solùm se, sed totũ suũ regnũ penitus euerteret, quòd fidẽ nec Deo, nec hominibus seruabat.

Simile.

Nun-

Nunquid effugiet? Subaudi pœnam. Quasi dicat: non. Vel loquitur de fuga, cui se mandare volebat Sedechias, quando fuit à Babylonijs captus, vt lib. 4. Regum licet videre.

4.Regum vltimo. *In loco regis.* Hoc est, in terra Nabuchodonosoris.

Et non in exercitu grandi. Hoc est, Pharao rex AEgypti, qui promiserat Sedechiæ, se esse paraturum contra Nabuchodonosorem exercitum magnum, eumque superaturum, non stabit promissis, nam paruum exercitũ aduersus eum mittet: & nec iacietaggerem, nec extruet vallorũ fossas, vt multos ex Babylonijs interficiat. Misit quidẽ rex AEgypti aliquos, qui Sedechiæ opem ferrent, vt constat ex cap. Ierc.37. 37. Ieremiæ, sed metu perterriti reuersi sunt in AEgyptum.

In iactu aggeris. Hoc est, iaciens aggerem. Est autem agger coaceruatio terræ & lapidum ad muros vrbis oppugnandos.

Vt interficiat animas multas. Hoc est, multos homines. Capitur pars pro toto metonymico, vt multis in locis diuinarum literarum.

Et ecce dedit manum suam. Nimirum regi AEgypti. Ac si dicat: Sedechias se tradidit Pharaoni. Dare enim alicui manum est se ei committere. Vel firmauit iuramentum, quod fecerat Pharaoni. Solebant veteres tactu manus fœdera confirmare. Nunc etiam eodẽ modo apud nonnullos fit, qui pactum corroborare volentes, manus mutuò porrigunt more antiquorum. Vnde aiebat Pythagoras, non esse vnicuique dexteram porrigendam. Ac si diceret, non esse quempiam in fœdus amicitiæ temerè recipiendum. Citat hoc symbolũ Plutarchus in hanc sententiam in libro de multorum amicitia. Nunc solent Christiani tangere manu Euangeliorum librum, cùm rem aliquam magni momenti volunt iureiurando confirmare.

Propterea hæc dicit Dominus deus: Viuo ego, quoniam iuramentum, quod spreuit, & fœdus, quod præuaricatus est, ponã in caput eius. Et expandam super eum rete meum, & cõ- Sup.12.D prehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione, qua despexit me. Et omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo gladio cadent: tesidui autem in omnem ventũ dispergentur. Et scietis quia ego dominus locutus sum. Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius: tenerum distringam, & plantabo super mõtem excelsum, & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnã: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum, & feci.

Iuramentum quod spreuit. In hebraico est iuramentum meum, quod violauit. Hoc est, iuramentum meo nomine initum, ictum inuocato nomine meo.

Ponam in caput eius. Hoc est, luet pœnas tãti flagitij, quoniam iuramẽtum meum violauit. Ponere in caput alicuius flagitium, est illum prout eius sceleus meretur, castigare. Hebraismus est in diuinis literis frequens.

Expandam super eum rete meum. Hoc est, exercitum Chaldæorum. Hoc tropo vsus est capite. 12. & 32.

In omnem ventum dispergentur. Hoc est, per omnes mundi partes: venti enim vndique perflant.

Et sumam ego de medulla cedri sublimis. Id est, sumam Messiam, qui secundum carnem erit ex semine Dauidis, & constituam eum regem in Ecclesia catholica: & hic erit arbor magna, & cedrus excelsa, & mundi salus. Verba sunt Dei patris, quibus promisit missurum se esse ex cœlis filiũ suum vnigenitum, qui miseros mortales e Babylonica captiuitate, à diaboli tyrannide, è tenebris obscurissimis ad spiritus libertatẽ, ad purum Dei cultũ, ad beatissimam regni sui claritatem traduceret. Ipse aũt Christus se ad hoc excellentissimũ munus aequendum venisse, verbis, factis, & miraculis ostendebat: & verã esse hãc dei patris promissionem testificabatur. Id prædixerat idẽ Christus dicẽs ore Danielis: Iustitiã tuam non ab- Psal.39. scondi in corde meo: veritatẽ tuã & salutare tuũ dixi. Faciens ea, quæ pater per diuinos vates suos prædixerat, illo in persoluendis promissis veritẽ esse demonstrabat. Hunc cõstituit pater regẽ secundum humanitatem, nam secũdum diuinitatem æqualis est patri, & regnum semper obtinuit. Est aũt rex super Ecclesiam per montem Sionis significatã iuxta id quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 2. ipse ait in psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptū eius. Ad hoc enim venit in mundum, vt testimonium perhiberet veritati, vt est apud Ioannem, & quicunque ex veritate est, audit vocem eius. Diuus Hierony. transfert: Annuntiabo præceptū Dei. nam diction, el, hebraicè significat deū, scripta cū duobus punctis, cum tribus verò significat eū. Et paraphrasis Chaldaica habet: Recitabo Dei pactū. Inducit igitur psalmographus Christū dei legem, & pactū, & decretū narrante & prædicantem, & seipsum verum esse regem promissum docentem. Sed quoniam per medullā cedri rex Iudææ intelligitur, sunt, qui dicant hoc loco hunc, quem Deus dixit sumpturum esse de semine regis, esse Zorobabelē, qui erat ex regis progenie: qui reduxit Iudæos à Chaldæa in Iudæā tempore regis Cyri: cum quibus non contendam, dūmodo fateantur fuisse hac in re Zorobabelem Christi figuram, & prophetam ad humani generis redemptionē per Christum respexisse, cuius imago fuit reductio illa ex Babylonica captiuitate. Nam Christus erat omnium prophetarum scopus, quem non solūm Hebræorum liberatores, vt Iosue filius Nū, Gedeon, Iosue filius Iosedech, Zorobabel, & alij, sed etiam legis Mosaicæ institutā & sacrificia adumbrabant. Hic est rex ille ex semine Dauidis secundū humanitatem, de stirpe regia, de medulla cedri sublimis, de quo hic loquitur diuinus noster vates. Esse autē Christū ex progenie Dauidis secundum carnem, asserit in epistola ad Rom. diuus Paulus, & diuus Matthæus initio sui Euangelij: Id promiserat deus, & fuit oraculis diuinorum vatum proditū. In psalmo scriptū legimus: Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu vētris tui ponam super sedē tuam. Huc pertinet Dei promissio facta Dauidi ijs verbis, secundo libro Reg. explicata: Suscitabo semen tuū post te, & firmabo regnū eius: & stabiliā thronū regni eius in sempiternum. Quis non videt vaticinationem hanc non esse ad fluxū Salomonis regnum, sed ad æternum Christi regnum referēdam, qui futurus erat ex semine Dauidis, & in æternū regnaturus? Id vaticinatus fuit Esaias, dicēs: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus Domini. Hæc virga, est virgo dei genitrix, hic Iesse, à quo virga hæc processit, est pater Dauidis: hic flos ex virgine natus, est Christus verus deus, & verus homo, qui de se ait in Canticis: Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos est non horti, hoc est non particularis, sed cāpi, flos communis, saluator omnū. Hic est rex ille de quo prædixerat psalmographus: Rex noster ante secula operatus est salutē in medio terræ. Et rursus: Lætetur Israel in eo, qui fecit eū, & filiæ Sion exultēt in rege suo. Et Esaias: Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse saluabit nos. Hic est rex de medulla cedri, qui homines à Nabuchodonosore, à diaboli potestate eripuit, & Hierosolymā, hoc est ad Ecclesiam duxit, bonis excellentibus refertā, ad verum ac pium dei cultum, ad Christianā religionē, ad cōscientiæ trāquillitatē, vt eos inde ad cœlestē patriā, ad æternas māsiones, id Ecclesiā triūphantem tandē perduceret, vbi est eorū bonorū affluentia, quā nec aspectu oculorum cōprehendimus, nec auribus percipimus, nec vlla animi cogitatione complectimur.

Psal. 71 *Psal. 145*

Esa. 52

Ioan. 18.

Rom. 1.

Psal. 131.

2. Reg. 6.

Esai. 11.

Cant. 2.

Tenerum diffringam. Hoc est, de regia stirpe decerpam ramum tenerum: tollam Zorobabelem nepotem regis Iechoniæ, & plantabo illum in monte Sionis. Constituam Christum Regium meum regem ecclesiæ catholicæ. Tenerum vocat Christum propter eius pietatem & misericordiam.

Et plantabo super montē excelsum. Hoc est, super ecclesiam nomine Sionis intellectam. Hæc est mons ille, de quo ait Esaias: Erit in nouissimis diebus præparatus mōs domus domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles. Poteris per hunc montem excelsum, in quo plantata fuit hæc arbor sublimis, montem Caluariæ intelligere, vbi fuit arbor vitæ plātata. Hæc arbor est crux illa sacratissima in mōte Caluariæ erecta, refugium nostrū, & diuinæ victoriæ clarissimum monimentū. Cùm puer Ismael exul à domo patris in valla & inculta erraret solitudine, & siti maxima cruciaretur, abiectus est ab Agara matre sua subter arborem quandam, vbi pias voces lachrymis sociatas ad cœlum emittens, fuit à domino ex auditus, qui ei fontem ostēdit, quo fuit mirabiliter refectus & recreatus. Tales sunt peccatores, qui patrem æternum deum relinquētes, diuino fauore indigni, syluas vitiorū peragrātes, laborant siti diuinæ consolationis, & nulla cœlestis gratiæ aqua recreātur. De ijs ait dominus vates: Errauerunt in solitudine, in inaquoso. Sed nemo adhibeat peccatis suis de diuina pietate desperationem. Eleuet oculos ad Christum crucifixum, fundat ad ipsum vim lachrymarum, confugiat ad arborē vitæ crucis, & ibi inueniet ebertimum diuinæ consolationis fontem. Videbit deum suū cruci affixum, eū aquis gratiæ inuitante, & dicente: Omnes sitientes venite ad aquas. Et iterum: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et rursus: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Christi latus

Esa. 2.

Gene. 21

Gene. 16

Esa. 12

Ioan. 7.

Apoc. 22.

Ioan. 19.

latus fons est mirabilis, vnde exiuit sanguis & aqua. Curramus ad crucem hanc in monte Caluariæ sitam, amplectamur eam, in qua fructus æternæ redemptionis pependit. Hujus arboris folia sunt verba de eius laudibus prolata, quibus illud accommodari potest, quod ait Ezechiel: Folia eius ad medicinam. & Diuus Ioannes in Apocalypsi: Folia eius ad sanitatē gentium. Flores eius sunt charitas, humilitas, patientia, obedientia, paupertas spiritus, & aliæ virtutes, quas si eas in summo gradu, in altissima perfectiōe videre desideras, in cruce Christi omnibus numeris absolutas absque dubio reperies. Fructus eius est ipsemet Christus filius Dei, pomū pulchrum, è cœlis dimissum, de quo ipsemet ait: Qui mādurat me, viuet propter me. Et in Leuitico scriptū legimus: Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ. Est igitur crux sancta arbor nobilissima, omnū in omnibus pulcherrima, in foliis, in floribus, in fructu. Hæc nobis repræsentat Christū crucifixū, qui est ipsa arbor vitæ, & sapiētia patris, de qua ait in Prouerbijs Salomon: Lignū vitæ est ijs, qui apprehenderint eam. De qua ait hoc loco cœlestis pater: Et plantabo super montem excelsum & eminentem.

Ezec. 47

Apoc. 22

Ioan. 6.

Leuit. 23

Et erit in cedrum magnam. Et sit Christus sublimis & gloriosus. Vnde post eius reditum ad vitā ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et Diuus Paulus. Propter quod, inquit, Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, quod est super omne nomen. Vnde apud Danielem appellatur lapis præcisus de monte, hoc est de virgine Maria virtutum altitudine præstante, sine manibus, hoc est, sine opere humano, qui creuit in mōte excelsum omnem terram adimplentē. Et Esaias inducit patrem ita cum filio loquentem: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea, vsque ad vltimum terræ.

Matt. vlt.

Philip. 2.

Dani. 2.

Esai. 49

Et habitabūt sub ea omnes volucres. Sub Christo habitabunt fideles, qui quoniam alis fidei & charitatis altius volant, meritò volucres appellantur. Vide auem illam cœlestem aientē: Conuersatio nostra in cœlis est. Cōsidera sublimem eius à terra ad cœlum volatū. Hæ sunt aues, quas Abraham non diuisit, cùm animalia cætera diuisisset, vaccam, capram, & arietem. Impij his animalibus intellecti sunt à se ipsis, & à Deo diuisi & separati: at viri iusti de ijs sunt: Quis nos separabit à charitate Christi? Qui fieri potest, vt à deo sint separati, qui quic quid efficiūt, ad eius gloriā dirigūt, semperq; ipsum Deum mentis oculis intuentur? Quem admodum in medio sphęræ est centrum, à quo omnes lineæ deductæ tendunt ad circunferentiam, sic vir iustus charitate & pietate præditus habet Deum pro circunferentia. Quicquid cogitat, loquitur, & agit, tendit ad Christum, qui eos circundat: nam vt dicitur in psalmo: Dominus in circuitu populi sui: Et iterum: circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. Et rursum: Sperantem autem in domino misericordia circūdabit. Est enim Christus diuina circūferentia cingens vtros iustos: & est arbor cœlestis vmbra sua protegens & circundans omnes, qui ad ipsum confugiunt.

Philip. 3.

Gene. 15

Rom. 9.

Simile.

Psal. 124 *Psal 90* *Psal. 31.*

Ideo subditur statim: Vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Hæc est vmbra illa, de qua dixerat regius vates: Sub vmbra alarum tuarum sperabo. Sub qua protecti viri iusti commorantur, iuxta illud eiusdē prophetæ. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

Psal. 56.

Psal. 90

Ego dominus humiliauī lignum sublime, & exaltauī lignum humile. Hoc est, ego iustus deus depressi Sedechiam, qui se extulerat, & extuli Zorobabelem, qui se humiliauerat. Abieci diabolum superbum, & extollam Christum humilem. Ipse Christus de seipso ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. De illo ait in epistola ad Philippenses Diuus Paulus: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et paulò post. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. Sed vide quid sequatur. Propter quod Deus exaltauit illū, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorū. Est omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Id prædixerat idem Dei filius ijs verbis apud Esaiam: Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua, ergo in domino. Vel, vt alij vertunt: Et iurabit omnis lingua dumtaxat per dominū. quæ verba D. Paulus Christi esse indicat in epistola ad Romanos, sed ita ea trāsfert. Mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cōfitebitur Deo: vel, vt verti potest, cōfitebitur me esse Deū. Intuere animo quemadmodū cœlestis pater eum extulerit, qui se abiecerat & exinaniuerat. Cōtrà verò diabolū è cœlo in profundū barathrū deiecit, quia se extulerat. Hoc intelliges virgo Dei genitrix canebat: Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Et idem Deus: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Et D. Iacobus in epistolā suā: Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Et paulò pòst: Humiliamini in cōspectu domini, & exaltabit vos. Et D. Petrus in prima sua canonica. Humiliamini sub potente manu Dei, vt vos exaltet in tēpore visitationis. Et Abdias: Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuū, inde detraham te, dicit dominus.

Matt. 11.

Philip. 2.

Esa. 45.

Rom. 14.

Luc. 1.

Luc. 14. & 18.

Iacob. 4.

1. Pet. 5.

Abdi. 1.

Et psalmographus: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Superbi enim & elati etsi florere, rebusque secundis vti videantur, infelices tamen sunt, quoniã miseros exitus cõsequuntur, & ex illo illustri rerum statu sæpenumero cadunt, & quod peius est, in pœnas æternas præcipitantur. Quemadmodum hyeme frigore vigente, & æstate nimio calore omnia inflammante, raro cadunt ingentia fulmina, vt ait Plinius libro secundo, sed vere & autumno, quando aer est serenus & tranquillus, tunc maximè aduruntur & fetiunt, sic maximæ calamitates & acerbissimæ ærumnæ prosperitati insidiantur: non eos quærunt, qui frigore & æstu in humili statu laborant, sed illos repentino vulnerant impetu, eos deijciũt, & incendio comburunt, qui in tranquillo prosperitatis vere & autumno, superbia extolluntur, & inani mundi gloria insolescunt & in sublime vanitatis eleuantur. Nihil esse existimo in vita securius, nihil vilius, nihil pretiãti us, nihil ad virtutem magnificentissimè illustrandam accommodatius, nihil denique tranquillitate alijsque bonis affluẽtius, quàm vera humilitas, & Christiana animi submissio. Hæc est gossipium, in quo conseruator virtutum moschus præstantissimum spirans odorẽ. In arte arithmetica est quædam notula appellata siphra, deriuata, vt mea fert opinio, a verbo hebraico saphar, quod significat numerare, vnde siphara hebraicè numerum significat. Hæc notula nihil valet, sed facit valere: cõiuncta enim cum notula valente decem, efficit, vt valeat centum: auget valorem, cùm illum non habeat. Sic animi submissio, & sui ipsius abiectio, cùm ex se in hac vita apud homines nihil valeat, præstat tamen valorem. Iuxta est dominus, ait psalmographus, iijs, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Et iterum: Excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Ac si diceret: Altissimus deus humiles diligit, & eos qui se submissè gerunt, effert in sublime: elatos verò & superbos, mundi honores & dignitates sibi assumentes & arroganteria longè videt, quasi res detestabiles, nolens eos è propinquo vt sibi charos intueri: quippe qui indigni sint, qui ab eo vt amici cognoscantur. Animi demissio est vas, vbi virtutes recondũtur, & vt ait Diuus Bernardus, humilitas cordis receptaculum est gratiæ. Chrysostomus, Humilitas, inquit, est sacrificiũ maximum. Et rursũ: Humilitas est sublimioris philosophiæ mater. Humiles, vt ait Diuus Gregorius, dum se deijciũt, ad Dei similitudinem ascendunt. Superbi contrà dũ se extollunt, diabolũ imitantur. At eos deiecit Deus, & humiles extollit, quemadmodũ hoc loco ait per Ezechielem.

Psal. 36.

Simile.

Psal. 33.

Psal. 137.

Simile.

Simile.

Siccaui lignum viride. Hoc est, regem Sedechiam.

Frondescere feci lignum aridum. Hoc est, Iechoniam, qui etiã Ioachin appellabatur. Hoc ideo ait, quia Nabuchodonosor soluit illum à carcere, & honorificè tractauit, Sedechiam verò infinitis calamitatibus affecit. Potest hoc referri ad populum Iudaicum, quem Deus lignum viride appellat, quia in eo fuit fides & vera religio: & populum Gentilium, qui eam ob causam lignum aridum dicitur, quia erat à fide & religione penitus alienatus. At lignum virescens, arbor illa fructifera, nobilis illa quondam Iudæorum synagoga, arui tomnino, & nullum fert veræ virtutis fructum: arbor autem Gentilica, quæ fuerat arida, sterilis, & infœcunda, est lætissimorum fructuum copia exornata: in ea viget Christi fides, spes, charitas, iustitia, sapientia, verus Dei cultus, & cæteræ virtutes, quibus ecclesia repleta, aquis gratiæ spiritus sancti rigata, semper virebit, nullosque æstus reformidabit. Hoc prædixerat his verbis Esaias: Lauda sterilis, seu vt alij vertunt, Lætare sterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virum. Gẽtilitatem appellat sterilem, quę nullos habuerat prophetas, nullos fideles, nullam charitatẽ: sed fidem Christi recipiens multò plures fructus edidit, quàm Iudæorum synagoga. Alludit diuinus vates ad Sarã sterilẽ, ex qua productus est populus infinitate innumerabilis à Deo assumptus, cùm filius Agaræ fuerit eiectus. Eã ob causam Diuus Paulus locũ hunc in epistola ad Galatas sub nomine Saræ de ecclesia, sub nomine verò Agarę de synagoga interpretatur. De ecclesia dixerat Esaias: Lætabitur deserta & inuia, exultabit solitudo. De synagoga verò Ieremias: Infirmata est, quæ peperit septem, defecit anima eius, occidit ei sol, cũ adhuc esset dies. Vbi per septẽ multi intelliguntur more Hebræorũ. De hac quondã sterili hoc oraculũ literis mãdauit regius vates: Qui habitare facit sterilẽ in domo matrem filiorum lætantem. Ac si diceret: Deus est ille, qui misericordia sua efficiet, vt Gentiliras, quæ sterilitate laborat, habitet in domo Dei, in ecclesia catholica, & facta fœcunda infinitate filiorum oblectetur. Hæc catholica ecclesia coacernata est ex Gẽtilibus, & ex Iudęis quos facta scriptura semẽ & reliquias appellat, quoniã licet multi ex Gentibus, pauci tamen ex Hebręis fidẽ receperũt. Cæteri Iudęi infideles sunt abiecti & reprobati, & eorũ synagoga euanuit

Gene. 21.

Galat. 4.

Esai. 54.

Ieremi. 15.

Psal. 112.

5 Reg. 17.

Esai. 40.

Rom. 11.

euanuit & exaruit, à Deo penitus alienata: & Gẽtilitas ab illo assumpta. Deus ait Deut per Oseã: Misereboreius, quæ fuit absq; misericordia: & dicã nõ populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet: Deus meus es tu. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Romanos, & diuus Petrus in prima sua canonica de ecclesia ex Gẽtibus congregata interpretantur. Est igitur Gentilitas arbor antea sterilis & arida, cui Deus hoc loco prædixit se esse frõdes præbiturum, vt admirabiles virtutum fructus produceret, ex quibus vera dignitas effloresceret & redundaret. Hanc existimo esse huius loci intelligentiam. Qui verò totũ hoc ad reditum ex Babylonica captiuitate referendum putant, quando Hebræi sub Zorobabele duce ad patriam, ex qua fuerant magna iactati procella expulsi, se retulerunt, nullamque volunt de Christo nec à propheta, nec à seipsis fieri mentionem, in errore intolerabili meo quidem iudicio versantur. Scio enim nonnullos, qui cum nomine Christiano glorientur, vsque adeo sese opinionibus Iudæorum addixerunt, & quasi conseuerarunt, vt nihil doctũ, nihil literale esse dicant, nisi quod ex turbulentis eorum riuulis hauriatur: cùm nihil Hebræis sit magis in optatis, quàm literam peruertere, & verum sensum delere, & sanctã nostrã religionem labefactare.

Osee. 2.

Rom. 9.
1. Pet. 2.

Annotationes ex Hebræo in caput XVII.

Plena plumis. Septuaginta habent πολλῆς ὀνύχων. Plena vnguium. Ac si diceret: Hæc Aquilà erat rapacissima. Nabuchodosoris tyrannidem significat, qui alienas diuitias rapiebat, & externa regna vastabat. Huiusmodi sunt, qui bellũ inferũt quiescẽtibus, vt eorum veteres illibatas ij; opes in profundũ suorum appetituũ gurgite profundãt. Hi per aquilã, & halietum, & cæteras alites cuiusmodi in literis diuinis significãtur: cùm Deus eatum vsum prohibeat in Leuitico, & Deuteronomio. Hesychius his alitibus eos intelligendos existimat, qui cum subtilia perscrutari videantur, parant alijs insidias inexplicabili auaritia æstuantes. Pythagoræ præceptum fuit non esse animalia curuarum vnguium nutriẽda. Volebat enim significare esse rapacitatem ex ciuitate penitus alienandã. Ita Triphon, & post eum Valerianus symbolum hoc interpretantur.

Leuit. 11.
Deut. 14.

Et tulit medullam cedri. Pro medulla in Hebraico חֹטֶר, & flammeret. R. Dauid in libro radicũ, & R. Selomoth in commentarijs aiunt esse ramum altiorem omnibus in arbore. Vnde Pagninus vertit: Et tulit summitatem cedri. Et Brixianus: Et tulit supremum fastigiũ cedri. Septuaginta: & tulit electa cedri. Rex est medulla, & ramus altior & eminẽtior, qui nõ solùm dignitate, sed virtute & sapiẽtia debet alios superare. Et qui in sublimiore loco est constitutus, debet esse in excelsiore virtutis gradu collocatus, vt nõ solùm vitã dirigat ad rationis normã, sed etiã subditis ad id faciẽdum exemplum præbeat. Is enim, qui reipublicæ præfuturus sit, duo tenenda sunt, vnum, virtutem colere, alterũ, totũ corpus reipublicæ curare, & ad eius vtilitatem munus suum referre. Ad quod maximè conducit mores habere incorruptos, vt eos populus imitetur. Vt enim qualis erat color virgarũ Iacob, talis erat color pecorũ, quæ nascebãtur ex oui bus in aspectu virgarum cõcipientibus, vt literæ diuinæ memoriæ prodiderunt, sic quales sunt regis ac præsulis actiones, tales solẽt subditi cogitatiões cõcipere. Iacob est princeps, virgæ sunt eius opera, oues subditi, cõceptus cogitationes. Vnde ait Ecclesiasticus: Qualis rector est ciuitatis, tales & habitãtes in ea. Qua re deberẽt principes leges, quas cõdunt obseruare, vt exemplo suo excitarent subditos ad earum obseruationem. Interrogatus Alcamenes cur à Messenijs oblata munera recusasset, quoniã si recepissem, inquit, cũ legibus pacẽ habere nõ poterã. Magnifica verò vox, & tãto principe digna, quæ declarat esse legũ authoritatem magno obuiosq; lucro anteponẽdam.

Gene. 30
Simile.

Eccle. 10

In vrbe negotiatorũ posuit illã. Pro vrbe negotiatorũ habẽt Septuaginta ciuitatẽ muratam. Hoc est Babylonẽ, cuius murus fuit à veteribus inter mundi mirabilia connumeratus. Eã Iulius Solinus hoc modo describit. Chaldęę gentis caput Babylon est, à Semiramide cõdita, tã nobilis, vt propter eã & Assyrij & Mesopotamij in Babyloniæ nomẽ transierint. Vrbs est sexaginta milia passuũ circuitu patens, muris circundata, quorũ altitudo ducẽtos pedes detinet, latitudo quinquaginta in singulos pedes ternis digitis vltra quam mẽsura nostra cit altioribus. Hæc ille. Strabo li. 16. ita ea describit: Babylõ in cãpo sacetimari ambitũ habet. 385. stadiorũ, eius crassitudine pedũ 32. altitudinem inter turres cubitorum quinquagenũ, turrium ipsarum sexagenum, viam super mœnibus tam latam, vt quadrigæ occurrentes facile pertransire possint. Vnde & hoc ex septem spectaculis orbis vnum dicitur. Hæc Strabo. Cùm igitur vrbs illa fuisset muris celeberrima, retrõque gestarũ gloria florentissima, nomine vrbis muratę per antonomasiã intelligitur.

Verùm pro in vrbe negotiatorũ est in Hebræo in vrbe רכלתכם rochlm, à verbo רכל racal, quod significat negotiari, & vendere: vt apud Ezechielẽ 27. Carthaginẽses negotiatores tui. Id, quod est in Canticis, Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij, poterat verti ex Hebræo: Quæ est hæc, quæ ascẽdit per desertum quasi volũna fumi odorati ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & omnis pulueris mercatoris. Nam pro pigmentario est in Hebraico rocel, quod propriè significat mercatorem & negotiatorem. Per quem ille hoc loco intelligitur, qui species vendit aromaticas, quæ cõtusæ in pulueres rediguntur. Signifieat locos ille efficere religionem Christi, vt homines bona verè Christianorum opera videntes admirentur, & glorificent patrem, qui in cælis est. Per myrrham intelligitur continentia, per thus suauitas orationis, per pulueres aromaticos omnes virtutes. Et quemadmodum hæc aromata in igne maximè effundũt odorem, sic vir iustus in igne calamitatis positus maximè virtutem ollendit, & fragrantia patientiæ redolet. Sed quanuis in Hebraico sit: Et vniuersi pulueris mercatoris, rectè tamẽ interpres Latinus trãstulit: Et vniuersi pulueris pigmentarij, vt explicaret qualis esset hic puluis. Ab hoc verbo racal deriuatur nomen racil, quod significat mercatorẽ, & detractorẽ: quod soleant mercatores de aliorũ mercibus detrahere, vt suas cum aliorum vendant iactura. Pro hoc nomine vertit interpres Latinus criminatorẽ & susurronem cap. 19. Leuitici, dicens: Non eris criminator, nec susurro in populo. Pro quo vertunt nonnulli: Non incedas mercator in populo tuo. Nec ineptè: solent enim mercatores technis & dolis homines circumuenire, & mẽdacijs ac periurijs lucrũ sũũ augere. Id, quod est in Prouerbijs: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, trãsferunt nõnulli: Ambulat vt mercator, qui arcanum reuelat, & per mercatorẽ intelligunt delatorem, & susurronem, & hominem veluti ex dolis conflatum.

In monte sublimi Israel plantabo illud. Septuaginta habent: Et suspendã illũ in monte sublimi Israel. Hoc est permittam, vt in cruce suspendatur in mõte Caluariæ. Loquebatur cælestis pater de filio suo Messia venturo, & dixit se esse illum suspensurum in crucis patibulo. Multa dicuntur cõcedendo non iubendo, vt apud Zachariã: Percute pastorẽ, & dispergẽtur oues. Verba sunt Dei patris, quibus ait se permittere, vt populus Iudaicus Christũ interficeret. Quæ verba diuus Matthæus per futurum vertit primæ personæ, dicens: Scriptũ est enim: Percutiã pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Ita intelligitur id, quod est in oratione dominica: Et ne nos inducas in tentationem. Hoc est, ne permittas vt inducamur in tentationem. Eodẽ modo pater dicitur filiũ in manus impiorũ tradidisse, & illũ in cruce suspẽdisse. Ait Damascenus li. 4. cap. 14. morem esse diuinæ scripturæ permissionem Dei actioné eius vocare. Quemadmodũ hoc loco ait pater se esse filium suum in crucis arbore suspensurum. In ea pependit Christus deus noster, de quo fuerat in libro Deuteronomij perpetuis monimentis consignatũ: Erit vita tua pẽdens ante te. Ac si diceret: Christus qui est vita: pro te morietur, & erit corã te crucis affixus. Ipse de se ait: Ego sum resurrectio & vita. Cuius figura fuit serpens æneus, quẽ Moyses extulit in deserto, de quo ait Christus apud Ioãnem: Sicut Moses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitã æternã. Fuerũt in cruce duo ligna, vnum erectum, alterum transuersum, sed ambo coniũcta. Natura angelica lignum rectum est, natura verò humana trãsuersum. Qua in re voluit nobis Deus significare per Christi mortem & crucis mysterũ homines esse similes angelis effectos in eo, quòd in cælo vtrique Deo in æternum fruũtur. Fuit hæc crux, vt ait Origenes, virga illa Moysi, quæ vicit Aegyptũ, mare aperuit, & de Pharaone triumphauit. Hæc fuit in monte Caluariæ fixa, in qua pependit redemptor noster. Quã ob causam ait hic Ezechiel iuxta septuaginta translationẽ. Et suspendam illum in monte sublimi Israel.

Infr. 27.

Cant. 3.

Simile.

Leui. 19

Prou. 11.

Zach. 13.

Matt. 26.

ARGVMENTVM CAPITIS XVIII.

INdurit diuinus vates Deum loquentem, & errorem quendam, in quo Iudæi versabantur, ex erantem: nõ enim agnoscebant culpam suam, quod est totius improbitatis caput & metropolim: quin potius aiebant se nõ ob sua, sed ob maiorũ suorũ flagitia calamitatibus premi, & alienarũ scelerum pœnas iniustè dare. Explicat illis Deus ab vnoquoque esse pœnam proprii peccati persoluendam. Promittit salutem impio, si reliquerit impietatem, & ad diuinum numen confugerit, iusto verò exitium, si contempta iustitia, in expiabiles fœditates conciderit, sejuncto impiorum facinorum metu se contaminauerit. Tandem hortatur peccatores ad pœnitentiam, ne præcipites in æternum exitium rapiantur.

CAPVT XVIII.

ET factus est sermo dñi ad me dicens: Quid est quod inter vos parabolã vertitis in proverbiũ in terra Israel? dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorũ obstupescunt. Viuo ego dicit dominus Deus, si erit vobis vltrà parabola hæc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quę peccauerit ipsa morietur. Et vir, si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiã, in montibus non comederit, & oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui nõ violauerit, & ad mulierem menstruatã non accesserit, & hominẽ non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panẽ suũ esurienti dederit, & nudũ operuerit vestimento, ad vsuram non accommodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manũ suã, & iudicium verum fecerit inter virũ & virum, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est, vita viuet, ait dominus Deus. Quòd si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis, & hæc quidem omnia non facientẽ, sed in montibus comedentẽ, & vxorem proximi sui polluentem, egenũ & pauperem contristantem, rapientẽ rapinas, pignus non reddẽtem, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem, ad vsuram dantem, & amplius accipientem, nunquid viuet? Non viuet: Cum vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit.

Ier. 31. E

B

Ezech. 18. B

Mat. 25. C

C

Qui est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium? Parabola est sermo obscurus, aliud verbis proferens, aliud sensu explicans, rerumque genere dissimilium cõparatio. Proverbium est sententia in omniũ ore versans, rebus temporibusque accommodata. Oratio hæc: Patres comederunt vuam acerbã, & dentes filiorum obstupescunt, parabola est, quæ significatur: filios scelerum maiorum suorum pœnas luere. Hanc parabolam ferebant in

ore Iudæi vsque eò frequenter, vt eam in prouerbium conuerterent. Volebant enim Deum arguere: & in eius iustitiam inuehebantur, asserentes se esse iniustè punitos, cùm nullas conscientiæ labes haberent in animo, nulla vulnera, nulla flagitia: sed propter patrũ suorum scelera immeritò vexari. Si illi iusti fuissent, culpas suas agnoscerent: septies enim in die cadit iustus, vt ait Salomõ in Prouerbijs. Et in eodem libro ait iustus prior est accusator sui. Inter alias causas, cur Deus ficum nõ ferentem fructum ariditate percusserit, hanc assignat diuus Athanasius: quòd Adã post transmigrationẽ acceperit folia ficus, quibus nuditatẽ suã obtexit. Cũ autẽ Christus destrueret trãsmigrationis peccatũ, illudq; deleret, & in cruce cõfigeret, arescit operculũ peccati, hoc est folia ficus, quibus Adam tegebatur post peccatũ. Tegebat Adã transgressionem suã, & Iudæi similiter scelera sua, & ea ad maiores suos referebant. Tanta erant mentis obscuritate cooperti, tot errorũ tenebris circũfusi, vt minimè viderent impietates suas, sed eas reijcerent in maiores suos, deoq; iniustitiæ tribuerent, quòd eos in tot ærumnis versari permitteret. Ideo hoc iam trito prouerbio vtebantur, Patres comederunt vuã acerbam, &c. Hoc est, illi commiserunt scelera Deũ ad vã prouocantia, pro quibus nos filij luimus pœnas. Hæc verba ita vertit paraphrastes Chaldæus. Patres peccauerunt, & filij vapulant. Reprehendit igitur eos Deus, quia parabolã hãc vertebãt in prouerbiũ, illis offendens, nõ esse eos punitos ob maiorũ suorũ scelera, sed ob propriam à fide defectionẽ, & vana Gentiũ idola coluerant, & nullã veri iuris germanęq; iustitiæ solidã & expressam effigiẽ tenebant, sed se in dies teterrimis vitiorum maculis coinquinabant. Quã ob causam eos hortabatur, ne deinceps tã falso prouerbio vterentur, sed fcirent, nec filiũ puniri pro iniquitate patris, nec patrẽ pro iniquitate filij, sed vnumquęq; pœnam sui peccati sustinere.

Prou. 24

Prou. 18.

Matt. 21.

Marc. 11.

Genes. 3.

Si erit vobis vltra parabola hæc in proverbiũ. Aposiopesis est, figura à Latinis reticentia appellata, cum intra nos ea supprimimus, quæ dicturi videbamur. Est igitur sensus: Si deinceps hoc vtemini prouerbio, ego in vos grauiter animaduertã. Sed quoniam particula, si, apud Hebræos habet sæpe vim negationis, potest hic accipi, p nõ, ac si dicat: Nõ erit vobis vltra hęc parabola frequẽs in ore, quoniã ego eius falsitatẽ ostendã. Per Ieremiũ similiter ait Deus: In diebus illis nõ dicetur vltrà: Patres comederunt vuã acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt; sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo, qui cõderet

Ieremi. 31

vuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vuam acerbam, obstupescent dentes eius.

Ecce omnes animæ meæ sunt. Subaudi per creationem: non enim sunt ex traduce, sed creando infunduntur, & infundendo creantur. Sensus est: Si patres generent filios, animas tamen eorum non generãt, ego enim eas creo. Eam ob causam, nec pater torquebitur pro filio, nec filius pro patre: sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur morte peccati in via, & morte æterna in gehenna, nisi per pœnitentiã surrexerit. Peccatum mors est, & peccatis imbuti mortui dicuntur. In libro Sapientiæ ait *Sapiẽ. 6.* diuina scriptura: Homo occidit per malitiã animam suam. Et diuus Paulus in epistola ad *Ephes. 2.* Ephesios: Cum essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Christus. Hoc est, cũ per peccata nos pariter vobiscum, qui idolorũ cultores eratis, mortui essemus, tribuit nobis vitam cœlestis pater per Christum saluatorem *Iaco. 1.* nostrum. Et diuus Iacobus in epistola sua: Peccatum cùm consummatum fuerit, generat mortem. Aeternus etiam in inferno cruciatus mors est: & qui in perpetuas illas tenebras secluſi à cœtu & concilio iustorum relegantur, mortui dicuntur. Eam ob causam ait psalmo*Psal. 1.* graphus: Non resurgunt impij in iudicio. Reuocabuntur quidem cõuersi mortales ad vitã, cum venerit Iesus Christus ad iudicium vltimum exercendum: ait enim apostolus: Om*1. Cor. 15.* nes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Sed psalmographus non loquitur, de corporum resurrectione, sed de resurrectione ad vitam æternam, quæ est vera vita. Cùm autem resurgere sit ad vitam redire, vita autem damnatorum mors potius æterna sit, quàm vita, verè asseritur, eos non resurrecturos esse, quia non resurgent ad vitam, sed ad mortem æternam. Scio tamen verbum hebraicum non solùm resurgere significare, sed cõsistere, & causam in iudicio obtinere, cuius contrarium est causa cadere, & litem amittere. Quam ob causam poterit esse sensus illius versus: Ideo non consistent impij in iudicio Dei, sed causa cadentes, æterno supplicio adiudicabuntur. De ijs ait ita diuus Ioannes in *Apoc. 21* Apocalypsi: Erunt in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Aspicis igitur præter mortem naturalem duas esse mortes, vnam animæ per mortiferum peccatum in hoc mundo, alteram æternam in inferno. De vtraque loquitur hoc loco Deus, cum ait: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed quoniam in diuinis literis frequenter anima accipitur pro homine, vt Genes. 14. Dixit rex *Gene. 14* Sedom Abrahæ: Da mihi animas, & supelle ctilem tu capito. vbi septuaginta habent τὰς ψυχὰς, id est viros. Et multis alijs in locis diuinæ scripturæ, ideo forsitan hoc loco anima pro homine accipitur. Et tunc erit sensus: Quicunque homo flagitium dignum morte commiserit, morte corporis mulctabitur: & in peccato ille lethali excedens è vita, erit in interitum sempiternũ præcipitatus.

Et fecerit iudicium & iustitiam. Hoc est, iustè vixerit, Hebraismus est in literis diuinis non infrequens. Facere iudicium & iustitiam est id efficere, quod decet virum sapientia & iustitia præditum. Potest hoc loco accipi iudicium & iustitia pro gradu pœnitentiæ ad salutem, cũ homo seipsum accusat apud Deũ, & cognoscens delicta sua aduersus seipsum sententiam fert. Eam ob causam ait apostolus: Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique *1. Cor. 11.* à domino diiudicaremur. Cùm nos metipsos accusamus & damnamus, absoluimur à deo, si eius bonitati fidentes, ad tutum diuinæ misericordiæ portum confugimus. Audi Dauidem scelus suum cognoscentem, & clamantẽ: *Psal. 50* Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Hoc est assiduo mihi ante oculos mentis versatur. Vicissitudo fuit, inquit Chrysostomus. Deus dedit Dauidi Misericordiam, Dauid dedit deo confessionem. Ac si diceret: Scio domine non futurum esse impunitum flagitium meũ, nouis eius iustitiam, cuius imploro misericordiam. Sed ideo à te domine peto, ne scelus meum punias, quia ego illud punio: ideo precor vt ignoscas, quia ego cognosco: & quia te offendi, vim lachrymarum profundo.

In montibus non comederit. Id est, non fuerit idolorum cultor. Solebant, qui commentitios deos venerabantur, in montibus eorum statuas collocare, ibique cibos illis oblatos comedere. Ad id dementiæ & impietatis venerunt Iudæi, vt vanos Gentium deos colerent, eosque idola domus Israelis appellarẽt. Volens autem prophetes explicare, quid esset, in montibus non comedere, subdit: Et oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, ea scilicet adorando.

Et hominem non contristauerit. Hoc est, non læserit, eum vulnerando, aut maledictis & conuicijs lacessendo. Oportet, vt neminem tristitia afficiamus nisi ob vtilitatem aut suã, aut aliorum, ita ratione exigente. Eam ob causam ait in epistola secunda ad Corinthios di- *2. Cor. 7.* uus Paulus: Et si contristaui vos in epistola, non me pœnitet. Gaudeo enim, nõ quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Et paulo post: Quæ secundum deũ tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur. De hac tristitia ait Salomõ: Cor sapi- *Eccle. 7.* entium vbi tristitia, cor stultorũ vbi lætitia.

Pignus

Pignus debitori reddiderit. Hoc ob eos fortasse dicit, qui cùm pro mutuata pecunia pignus maioris pretij recipiant, illud postea negant. Vel vt hortetur diuites ad reddenda pignota, etiã si illis pecunia non reddatur, non cuicunq; debitori, sed inopia laboranti, quõ- *Exod. 22* admodũ in Exodo est literis consignatũ. Incidunt aliquãdo tẽpora, cum quæ maximè videntur viro virtute prædito cõuenire cõmutantur, fiuntq; contraria. Nam depositũ furioso reddere, aut pignus debitori ditissimo, omnia sua in turpium voluptatum gurgitem profundenti, contra officium erit.

Panem suum esurienti dederit, nudum operuerit vestimento. Commendat opera misericordiæ. Etenim beati misericordes, quoniã ipsi *Mat. 5.* misericordiam consequentur. Per Esaiam ait *Esa. 58.* Deus: Frange esurienti panem tuum, & hic dicit, vt panem tuum distribuas inter esurientes, si volueris viuere. Quomodo vis, vt Deus te audiat, si tu eum non putas audiendum? Quo corde audes ab eo petere regnum, cui nõ vis buccellã panis porrigere? Quomodo tibi dabit vestem gloriæ immortalem, qui eius pauperi nudo, ti rigore tabescẽti vnam ex vestibus superuacaneis corruptibilem dare recusas? Quid ad hoc respondebũt vani homines, qui diuitias suas in res inanes profundunt, & magnificis apparatibus inaniter delectantur? Canes & accipitres alunt, pauperes & inopes nec in extrema inopia curant: induunt parietes pretiosis aulæis, & Christi pauperes nuditate deficiunt: cooperiunt lapides, qui nihil sentiunt, & carnes proximorum nuditatem suam sentientium cooperire nolunt. In phaleris consumunt aurum, in collo ferunt torques, & in auribus inaures pendentes, & pretiosa monilia, quibus possent captiuos redimere, viduas indigẽtes alere, virgines pupillas dotare, & miseris inopibus subuenire. Sunt, qui conferãt aliquando in aliquos opes suas illis nõ indigentes, nõ charitate & misericordia, sed vanitate & inani gloria ducti, & repentino quodam quasi vento impetu animi concitati. *Simile.* Sunt similes fluminibus aquas suas in mare mittentibus, terras autem sitientes minimè rigantibus. At dominus ait, vt pauperi opitulẽtur, & nudũ veste cooperiant. Quid ad hoc respõdere poterunt auari, qui opes suas recõditas colunt, & veluti idola venerãtur? Hi aurum tantũm respiciunt, fratrem non aspiciũt. Audiunt pauperis lamẽta, sed nec eius lachrymæ eos ad misericordiam mouent, nec eius suspirijs eorum corda mollescunt. Autum cutibus insomnium, & vigilantibus desiderium. Libentiùs vident aurum quàm solem, illudq; splendidius & micantius omnibus astris judicant & asserunt. Quæcunq; inuentur in aurum verti ardentissimè cupiunt. Permanat morbus hic in venas, & inhæret in visceribus, & inueteratus non euellitur, sed mores indies corrumpit. Nihil est tam sanctum, quod insatiabilis diuitiarum cupiditas non contendat violare, nihil tam munitũ, quod non oppugnet. Vnde Latinus poeta: Quid nõ mortalia pectora cogis auri sacra fames? O infatiabilẽ auaritiam, o impiam cupiditatẽ, ò amentiam deplorandã? Non intelligunt cæci homines nihil magis conducere ad opes cõsequendas, quàm eas iter pauperes distribuere. Ait enim ipsa veritas: Omnis, qui aliquid reliquerit *Matt. 19.* propter nomẽ meũ, centuplũ accipiet, & vitã æternam possidebit. Et Salomon in prouer- *Prou. 11.* bijs: Alij diuidunt propria, & ditiores fiũt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Et *Hebr. 13.* diuus Paulus in epist. ad Hebræos: Sint mores sine auaritia, cõtenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, nec derelinquã. Quẽ- *Simile.* admodũ frumentũ in horreo reconditũ non augetur, imò sæpe à curculione corroditur, & ablumitur, in terrã autem proiectũ vberrimũ fert fructum, & proijcienti maximum lucrum parit, sic pecunia in arcula recondita sæpenumero dispensationi committitur, aut quocunq; alio modo consumitur, in pauperes autẽ collata, fructum centuplũ producit, & summam in posterũ producit vtilitatem. Vt putei & lacus aquarũ viuentiũ sordibus obturati, & inquinati, si exhausti fuerint, fluent vberiore & pulchriore aqua, dimissi verò & quieti corrũpuntur, & putent, sic opes distributæ, & in egenos translatæ crescunt, & opes edunt copiosas & salutares: insã accipientes reficiũt; dantium autẽ animos alunt ad æternitatẽ, reconditæ verò & quiescẽtes sunt penitus inutiles. *Simile.* Vide quid dicat regius vates: Beatus qui in- *Psal. 40* telligit super egenum & pauperẽ, in die mala liberabit eum dominus. Misericordiam appellat ad beatam vitam certissimũ aditum, & diem malam vocat tempus asperum & calamitosum, quo Deus viros non deserit misericordia præstantes. Et rursus: Dispersit, dedit pau- *Psal. 111.* peribus, iustitia eius manet in seculum seculi. Audi Christum deum nostrum ita apud *Luc. 16.* Lucam dicentem: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Ac si dicat: Distribuite inter pauperes diuitias vestras, vt cum migraueritis è vita, recipiamini ob eleemosynas vestras in gloria sempiterna. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quòd prudenter fecisset, nam aliena pecunia comparauit sibi amicos, qui eum reciperent. Sed dicet:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicer: Si villicus iniquus erat, si iniquè fecit, cur fuit à domino laudatus? Audi obsecro.

Simile. Vt in crudeli homicidio eleganter depicto artem pictoris mitis laudibus effert, tem verò ipsam detestaris, sic dominus industriam villici laudat, tem verò ipsam vituperat: iniquũ enim erat domini substantiam sibi traditam perdere, sed industria fuit amicos, qui eũ reciperent, eisque postea consulerent, acquirere. Eodem modo qui pauperibus diuitias largiuntur, prudentes sunt, quoniam comparant amicos, quorum precibus in æterna gloria te cipiantur. Et licet pauperes pro illis non fundant preces, ipsæ tamen eleemosynæ pro illis dominum deprecantur. Et non sunt villici iniquitatis, sed misericordiæ, nec villicum iniquitatis in eo imitantur, quòd substantiam à domino subripiebat, sed in eo, quòd diuitijs amicos, qui in eum cõferrent beneficia, comparabat. Qua de re ea poteris videre, quæ suprà annotauimus, cap. 16. verba illa explanantes: Et manum egeno & pauperi non porrigebant.

Ad vsuram non commodauerit. Aspicis in vniuersum vsuram prohiberi. Nec obstat concessisse Moysen Hebræis commodare extraneis ad vsuram: nam illud fuit permissiuè ob eorum imperfectionem, quemadmodũ vxores repudiare. Quærentibus enim illis à Chri

Matt. 19 sto, cur Moyses mandarit dare libellum repu-
Deut. 24 dij, & vxores dimittere, respondit ipse: Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Idem existimo de vsura dicendum. In descriptione viri iusti ait

Psal. 14. diuinus psaltes: Qui pecuniam suã non dedit
Simile. ad vsuram. Quemadmodum manus formatæ fuerunt, vt se mutuò iuuarent, similiter & pedes quoniam membra sunt corporis vnius, sic nobis inuicem subuenire debemus, cũ ecclesia sit corpus quoddã, cuius nos membra sumus, vt ait apostolus. Imò non solũ Christia-

1. Cor. 12 ni, sed omnes homines proximi sunt, & hu-
Ephes. 5. ius vniuersitatis membra. Et quemadmodum naturæ repugnaret, pedes se mutuò impedire, ita rationi aduersatur, homines seipsos inuicem lædere, & alterum alteri in necessitate nõ

Galat. 6. opitulari. Alter alterius onera portate, inquit apostolus, & sic adimplebitis legem Christi. Non longè aberat ab huius exhortationis intelligentia Chrysippus insignis philosophus, cum aiebat, homines ad homines iuuandos fuisse editos in lucem. Natura ipsa vi rationis hominem conciliat homini, ingeneratq; amorem quendã inter ipsos. Et quanuis qui pecuniam accipit vsurariam existimet magnũ in se esse beneficium collatum, postea tamen

Simile. detrimentum sentit. Vt percussus ab aspide, vt aiunt, voluptate delinitur somnum capit, & in illa soporis suauitate quiescit, donec vult animam exhalare, quoniam venenũ latens per omnia membra discurrit, sic qui accipit sub vsura, pecunia oblectatur, sed vsuræ venenum per omnes eius facultates discurrit, illumq; totum in debitum conuertit: & qui antea liber erat, postea in alienis summis ver-

Luc. 6. satur. Ideo ait dominus: Mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi. Vide quid dicat Ambrosius lib. de bono mortis, & habetur. 14. quæst. 4. ca. Si quis. Si quis vsuram accipit, rapinam facit, vita non viuet. Alludit ad verba nostri Ezechielis in hoc capite. Et Chrysostomus in Matthæũ: Nihil vsuris turpius, nihil crudelius: alienas hic negotiatur miserias, & lucrũ suum alterius detrimentum facit. Similis est ei, qui aliquem manu suscipiens, eum extollit, vt in naufragium impellat.

Iudicium verum fecerit inter virum & virũ. Hoc pertinet ad iudicer & arbitros, qui debent iustam ferre sententiam.

Et iudicia mea custodierit. Hoc est, leges meas seruauerit. Colligit in summa id, quod distribuerat in partes, & quod in vniuersum quicunque tenetur facere, vt possit iure vir iustus appellari.

Vita viuet. Hoc est, non morietur pro delicto patris, sed vitam deget non solum corpoream, sed spiritualem, hic per gratiam, postea per gloriam. Impij verò nullam vitam habẽt spiritualem, imò nec corpoream, cùm citò discedant è vita: & immatura ac acerba morte corripiantur. Ita enim ait psalmographus: *Psal. 54* Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabunt dies suos. Et quanuis aliquando vsque ad senectutem perueniant, tamen parum viuunt, quoniã nihil efficiunt, quod eos vixisse testetur. Et ita semper est vera diuini vatis sententia. At viri sapientiæ & charitate præstantes, quibus nihil est iucundius virtute, nihil antiquius, diu viuunt, etiamsi in adolescentia eos à vita migrare contingat. Nam puritas animæ & integritas morum, tempus maturum mortis affert. Eam ob causam nõ est dicendus patrũ vixisse, qui iustitiã coluit & pietatẽ, quoniã vinculis corporis solutus, ad æternam patriã voluit, & in ea virtutis studia hic incubuit, quæ ei eam famam peperterunt, quæ breuitatem vitæ memoria posteritatis consolatur, quæ efficit, vt absens adsit, & mortuus viuat.

Rapientem rapiuat. Hebraismus est, hoc est, aliena rapientem.

Ad idola leuantem oculos suos. Idest, idola venerantem.

Abominationem facientem. Antea dixerat Ad mu-

Ad mulierem menstruatam accedere.

Cum vniuersa hæc detestanda fecerit. Id est, vnum aliquod ex ijs. Capitur dictio, vniuersa, distributiuè, non collectiuè.

Sanguis eius in ipso erit. Id est, luet pœnas suorum scelerũ: illi imputabitur eius pernicies,

Matt. 27 quia grauiter peccauit. Ita aiebant Iudæi: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ac si dicerent: Si culpa est occidere Christum, volumus, vt nos cũ filijs nostris huius culpæ pœnam persoluamus. Hic est sanguis, de quo

Esa. 1. illis dixerat Deus per Esaiam: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Quemadmodũ esse sanguinem alicuius in illo, & est ipsum sui sceleris pœnas dare, & pro delicto suo punire, sic requirere sanguinẽ vnius de manu alterius, est ipsum luere pœnas pro eius morte, cuius ipse

Sup. 3. causa fuit. Ita ait Deus apud nostrum Ezechielem cap. 3. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Vbi de sanguinis significationibus latè differemus.

Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis, super montes non comederit, &

D oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorẽ proximi sui non violauerit, & virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, à pauperis iniuria auerterit manũ suam, vsuram, & superabundantiam non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est: omnia præcepta mea custodiuit, &

Deu. 24c fecit illa, viuet vita. Anima, quæ
4. Re. 14b peccauerit, ipsa morietur. Filius non
1. Pa. 25b portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, impietas impij erit super eum. Si autem impius

E egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nõ recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, viuet. Numquid voluntatis meæ est mors impij, dicit domi- *Ps. 29. a*
nus Deus, & non vt conuertatur à vi- *Iuf. 33. c*
js suis, & viuat?

Quòd si genuerit filium. Hoc est, si impius genuerit filium, qui pietatem colat & iustitiam, qui scelera patris perpẽdens, ea detestetur, nõ punietur pro peccatis patris sui, quem noluit imitari.

Super montes non comederit. Subaudi in honorem idolorum. Hæc fuerunt paulò antè explicata.

Et vim fecit fratri. Id est, per vim rem proximi rapuerit.

Ecce moriuntur est in iniquitate sua. Id est, ratione flagitij sui, & non alieni.

Et dicitis. Id est, sin autem dixeritis.

Anima quæ peccauerit. Ionathas Chaldæus habet: Homo qui peccauerit.

Filium non portabit iniquitatem patris. Id est, vnusquisque iuxta opera sua præmio afficietur, aut pœna: nec filius punietur pro delicto patris, in quo non consensit, & cuius particeps nõ fuit: & eodem modo nec pater iustus pro flagitio filij iniusti. Hæc sententia est etiã à Moyse literis mãdata capite vigesimo quarto *Deu. 24*
Deuteronomij, & refertur lib. 4 Reg. cap. 14. *4. Re 14*
& 2. Paralipomenõ capi. 25. Sed dices: Quid *2. Pa. 25*
est hoc? Nonne Deus loquens populo Israelitico ait in libro Exod. Ego sum dominus *Exo. 20.*
Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me? Ait quidem. Et rursum in eodem libro ait Moyses: *Exo. 34.*
Dominator domine, misericors & clemens, patiens, & multæ misericordiæ, & verax, qui reddis iniquitatẽ patrũ filijs, ac nepotibus, in tertiã, ac quartã progeniẽ. Ieremias etiã, Do- *Iere. 32.*
mine deus, inquit, qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinũ filium eorum post eos fortissimè. Præterea *2. Re. 24*
libro secundo Regum scriptum legimus fuisse pro peccato Dauidis eius populum perculsum. Et in Genesi mortuos fuisse infantes *Gene. 14*
innocentes propter peccata Sodomorum.
Cũ igitur ex ijs locis, alijsque huiusmodi colligamus apertè, filios pro patrum sceleribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

alioſque pro alijs puniri, qui fieri poteſt, vt verum ſit id, quod hic ait Ezechiel, aut Deus per illum, neminem pro peccato alterius puniri? Quomodo poſſunt hæc cohærere? Quoniam in hanc incidimus quæſtionẽ, opus eſt, vt eam abſoluamus. Pœna conſideratur dupliciter, primo modo ſub ratione pœnæ pro peccator, ſecundo ſub ratione medicinæ peccati. Pœna primo modo ſumpta non deberur niſi peccato, quomiſ per pœnam reparatur æqualitas iuſtitiç, & hac pœna non punitur niſi peccato. Et de ea agit hoc loco Ezechiel, dicens, nec filium puniri pro peccato patris, nec patrem pro peccato filij. Pœna autem ſecundo modo ſumpta prout eſt medicina irrogatur aliquibus abſq; propria culpa, ſed nõ abſque cauſa. Huiuſmodi pœna non ſolùm conſeruat virtutem, ſed præſeruat à vitio, illamq; æquo animo ferentibus mirabiliter prodeſt. Et de illa intelliguntur authoritates, quibus oſtendebatur, alios aliquando pro aliorũ peccatis puniri. Sed ita affliguntur, vt pro peccatis aliorum nõ amittant bona ſpiritualia & æterna, ſed corporalia & temporalia tantùm. Et quoniam filij & ſerui ſecundum corpus ſunt res & poſſeſſio patrum & dominorum, puniuntur aliquando pro eorum peccatis: & ita ipſi patres & domini puniuntur in illis pœna, vt eſt pœna, ipſi autem filij & ſerui, vt eſt medicina, ne ſimilibus ſceleribus cõtaminentur. Et ita huiuſmodi pœna cedit in bonum patientium: aliquando enim calamitate ſe ad meliorem frugem recipiunt, aliquando è vita migrant, ne incidant in ſcelera. Vnde illi, qui
2. Reg. propter Dauidis peccatum occiſi ſunt, ſi iuſti erant, fuerunt erepti à mundi laboribus, & ærumnis, & à flagitijs, in quæ incidere potuerant, præſeruati. Similiter innocentibus Sodo
Genes. 14 mæ vtilis fuit mors, ne viuentes ſe vitijs parentum coinquinarent. Itaque concedimus alios aliquando pro aliorum peccatis puniri, ſed non in ſpiritualibus, & æternis, niſi ipſi cõſentiant aliorum flagitijs, illorumque ſe participes efficiant. Tunc enim punit Deus patres in filijs & nepotibus vſque ad tertiam & quartam generationem: & ita intelliguntur authoritates citatæ, quando filij parentũ
Matt. 23. vitia imitantur. Ideo aiebat Chriſtus Iudæis: Implete menſuram patrum veſtrorum. Id innuunt verba Dei dicentis in Exodo: Viſitans
Exo. 20. iniquitem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Vbi verba hæc, qui oderunt me, referuntur ad filios, qui patrum ſcelera imitantes Deum odio habuerunt. Quanquam me non fugit, poſſe etiam ad patres ipſos referri. Sed quare filij innocentes puniuntur propter patrum ſcelera in corpore, non autẽ in anima? Ratio eſt in promptu: quia, filij ſunt res patrũ, quo ad corpora, quæ genuerunt, non aũt quo ad animas, quas Deus creauit. Anima enim, vt ſupra diximus, non eſt ex traduce, nec à patre generatur, ſed à deo creatur & infunditur. Ideo ait hoc loco Deus: Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Et dixerat paulò antè: Ecce omnes animæ meæ ſunt. Dicimus igitur poſſe filios puniri pro patrum peccatis, corporaliter & temporaliter, prout ipſa pœna medicina eſt, non autem ſpiritualiter & æternaliter, quia anima Dei eſt, non autem patris. Hinc effectum eſt, vt iura humana præcipiant animaduerti in filios eorum, qui crimen læſæ maieſtatis commiſerunt, & in filios hæreticorum etiam innocentes. Sed hi ſolùm multantur pœna pecuniæ & infamiæ, non autem mortis nec flagelli. Qua de re vide Alphõſum à Caſtro virum eruditiſſimum libro ſecundo de iuſta hæreticorum punitione capite vndecimo, & Ioannem Arboreum omni ſapientia excultũ libro ſexto ſuæ Theoſophiæ capite nono.

Egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis. Non dicit, ab aliquibus, ſed ab omnibus peccatis, contritio namque integra eſſe debet: nõ enim dimittitur vnum mortale ſine alio.

Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, amplius non recordabor. Id eſt, non eũ puniam æternaliter. Punietur quidem in hac vitã, & in altera etiam in purgatorio, niſi tanta hic fuerit contritio, tantus peccati dolor, vt pro eo ſatisfaciat in hac vita, ita vt non ſolùm culpa, ſed etiã tota ei remittatur pœna. Perſpicuũ eſt contritionẽ delere peccatũ quo ad culpã, tamẽ; eſſe poſſe, vt illud etiam delcat quo ad pœnã. Sed conſidera obſecro immenſam dei miſericordiã: connumerauit impij flagitia: & videbatur inde ſequi, ſe eſſe illum abſque vlla remiſſione in æterna ſupplicia relegaturũ. At tanta eſt eius pietas, vt dicat, ſe eſſe ei omnia condonaturum, ſi egerit pœnitentiam, & diuina præcepta cuſtodierit. Omnium, inquit, iniquitatum, in quas incidit, amplius non recordabor. O admirabilem clementiam, ô infinitam Dei noſtri benignitatem! Ideo aiebat Eſaias: Derelinquat impius viam
Eſa. 55. ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum, & miſerebitur eius: & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Vel vt poteſt verti ex Hebræo: quoniam multiplicat ad ignoſcendum. Ac ſi dicat: Non ſolùm ſemel ignoſcit, ſed ſæpiſſimè. Eodẽmodo Ieremias inducit Deũ cõ Iudæorum ſynagoga in hunc modum loquentem: Tu fornicata es cum amatoribus multis,
Ierem. 3 tamen

tamen reuertere ad me. Et iterum cùm dixiſſet ſe eſſe eradicaturum & deleturum impios,
Ierẽ. 18. adiecit: Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaueram, vt facerem ei. Intuere ſummam Dei
2. Cor. 1. clementiam. Ideo eum vocat apoſtolus patrẽ miſericordiarum, & Deum totius conſolationis. Cùm Saul Dauidi perniciem machinaretur, eumque ad interitũ crudeliſſimum vocaret, congregauit aduerſus eum exercitum
1. Reg. 26. magnum, vt illum caperet in deſerto. At ipſe Dauid clam noctu ingreſſus eſt tentoriũ Sauliſ, quem arctior quàm ſolebat, ſomnus complexus erat. Cùm autem eum Dauid occidere poſſet, dimiſit illum intactum, & abijt ferens ſecum eius ſcyphum & haſtam. Et recedens inde clamauit voce magna, narrans quæ fecerat. Id audiens Saul iam ſomno ſolutus, fractus animo has voces emiſit: Peccaui, nequaquam vltrà te lædam, quoniam cùm me poſſes vno ictu interficere, vitam meam ſeruaſti. Id quod fecit prius ille Dauid, fuit primo Regum libro mandatum, illiſque configuratum monimentis, quorum memoriam nulla obruet vetuſtas, nulla vnquam delebit obliuio. Dauid ille Chriſtum adumbrauit pietatis pleniſſimum, Saul autem impium peccatorem aduerſus Deum impiorum cogitatuum & operum congregantem. Tunc peccator aduerſus Deum parat exercitum, cùm impias deliberationes addit impijs deliberationibus, & flagitia adijcit flagitijs: in ipſa enim deliberatione facinus inceſt, etiam ſi ad id non peruenerit, dummodo voluntas plenè conſentiat. Qui itaque in hæc impia ſcelera iterum ac iterum incidit, omnibuſque virtutum ornamentis nudatus in ſumma ignominia verſatur, copias inſtruit aduerſus Deum, illiſque inferre bellum conatur. Sed Chriſtus illum euertere & perdere, vnoque ictu & corpus & animam occidere valens, & in tenebras æternas emittere, illum expectat, & vocat ad pœnitentiam: non enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Aufert tamen ab illo ſcyphum, quo ablectabatur, hoc eſt, voluptates corporeas, vires & ſanitatem corporis, & illecebras ac delicias: aufert etiam ab eo aliquando haſtam, hoc eſt, potentiam, & opes, quibus rebus peccator corroborat impietatem ſuam, qua pugnat aduerſus ipſum Deum. Affligit illũ, & permittit, vt magnos parcipiat luctus & in variis calamitatibus verſetur, quò cognoſcat ſcelera ſua, & Dei miſericordiam, qui cùm ipſum poſſet perdere, ſeruauit, & ad diuinam pietatem, ad portum miſericordiæ, ad arcem tutiſſimam diuinæ protectionis con-
Ierem. 3 tritus confugiat. Ipſe enim Deus eum benignus recipiet, qui ait hoc loco: omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt ampliùs non recordabor. In ſua iuſtitia, quam operatus eſt, viuet.

Numquid voluntatis meæ eſt mors impij? Qua ſi dicat: Non. Confirmat Deus id, quod dixerat, ſuam ergo peccatores miſericordiam oſtenInfr. 33. dens. Hæc eadem ſententia eſt infrà literis cõſignata capite. 33. Quid hic vides, quod non indicet Dei miſericordiam, quod non clamet & prædicet eius pietatem? Non ſolùm dixit ſe eſſe peccatorum ſcelera oblituruũ, ſed etiam cauſam reddit, dicens: ſe mortem non velle peccatoris, ſed eius conuerſionem & vitã. Si hoc intelligas de morte culpæ, perſpicuũ eſt, Deum eam non cupere: ſin autem de pœna culpæ, vult eam diuina ita exigente iuſtitia, ſed non directè, nec per ſe, ſed iniquitate noſtra ſuppoſita. Ideo ſcriptum eſt in libro Sapientiæ: Deus mortem non fecit, nec lætatur
Sap. 1. in perditione viuentium. Quæ verba ſunt eotiam libro Tobiæ mandata. Intueris Deum
Tob. 3. nullum hominis exciduũ per ſe & directè velle. Imò vult, vt verbis vtar Diui Pauli, omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quæ ſunt de voluntate antecedente intelligenda, non autem de conſequente:
1. Tim. 2. quemadmodum multa alia, quæ in diuinis literis inueniuntur. Voluntas Dei conſequens ſemper impletur, antecedens autem non ſemper. Id quod grauiter & ſapienter docet Diuus Thomas prima parte, quæſtione 19, articulo ſexto. Videt enim hoc loco apud Ezechielem, velle Deum vitam impiorum, quæ per conuerſionem ad ipſum, veramque contritionem acquiritur: quod non ſemper adimpletur ob impiorum ſcelera & obſtinationem, qui ad Deum nolunt cõuerti. Premit eos calamitatibus aliquando cœleſtis pater, nõ vt eos perdat, ſed vt illos à flagitijs abducat: ſed
Ierem. 5. illi indurauerunt facies ſuas ſupra petram, vt ait Ieremias, & noluerunt reuerti. Hic oſtenditur verum eſſe id, quod de Deo cecinit diPſal. 29. uinus pſaltes: Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ira iuxta Euthymij ſententiam caſtigatio eſt, quæ eſt in excandiſcentia Dei: ſed licet vt iuſtus puniat, tamen vt miſericors vitam tribuere deſiderat! Duo efficit, nimirũ punire & miſereri: vnum non eſt ex electione, ſed propter noſtra delicta, alterum eſt eius natura & voluntate. Ex quo efficitur vt eius caſtigatio ſit breuis, miſericordia autem, quã nos proſequitur, durat omnem vitam. Id oſtendit verſus hic, ſi cum volueri-
mus profundiùs ſcrutari. Nam pro ira eſt in hebraico regagh, quod nomen ſignificat mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum siue instanti, hoc est, breuissimum tẽpus. Quare potest in hunc modum verti ex hebraico: Quoniam ad punctum temporis est indignatio eius, & vita in voluntate eius: seu vt habet translatio Complutensis: & vita in repropitiatione eius. Potest etiam transferri: Et vita in amore eius. Vt sit sensus: Etsi in nos Deus grauiter aliquando animaduertat, momentanea tamen est hæc eius excandescentia: amor, quo nos amplectitur, quo suæ etga nos charitatis fontem aperit, quo vult vitam nobis tribuere immortalem, semper durat. Id voluit ipse apud Esaiam significare dicens: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. *Esa.54.*

Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo, quo peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est æqua via domini. Audite ergo domus Israel: Nunquid via mea non est æqua, & nõ magis viæ vestræ praue sunt? Cùm enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur. Et cùm auertefit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet, & non morietur. Et dicunt filij Israel: Non est æqua via domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait dominus Deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinã iniquitas. Proijcite vobis oẽs iniquitates vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel. Quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus. Reuertimini, & viuite. *Inf.33.d* *Inf.33.b*

Si autem auerterit se. Iusto se à via recta auertenti mors prædicitur.

Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Subaudi ad consequendam beatitudinem immortalem. Sensus est: Si iustus peccatum lethale commiserit, cujus pœnitentiam non egerit, in æternum peribit: Iam enim desinit esse iustus: & ob virtutes illas, in quas antea incubuerat, vitam æternam non obtinebit. Bona opera in gratia facta gloriam æternam merentur, sed per crimen mortiferum mortificantur: ita enim loquuntur scolastici: verùm per pœnitentiam & conuersionem ad Christum reuiuiscunt. Quod non conuenit operibus mortuis: nam hæc fieri non potest, vt fiant viua per pœnitentiã. Opera mortua sunt, quæ fiunt in crimine lethali, opera autẽ mortificata, quæ in gratia fiunt, sed per mortiferum flagitium mortificantur. Illud est aduertendum, iustitias accipi hoc loco pro virtutum actionibus, vt apud Matthæum: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Et apud Diuum Paulum in epistola ad Hebræos: Operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Et multis alijs in locis. Vbi videt homines iustitiam facere, & iustitiam operari. Et hoc loco ait Ezechiel: Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Et paulò antè dixit: In iustitia sua quam operatus est, viuet. Vbi sunt, qui asserunt hominem nihil facere, sed omnia à Deo necessariò venire? Quid ad hæc loca respondebit Lutherus, qui liberum tollit arbitrium, & homines facit tlipites, habentes se merè passiuè, & nihil penitus efficientes? Quid ad hæc respondere poterit Melanchthon, qui in annotatione in epistolam ad Romanos asserit, Iudam in traditione sua nihil fecisse, sed Deum illum fuisse operatum: & æquè proprium esse Dei opus proditionem Iudæ & vocationem Pauli? Latinus ille quidem, impius tamen, vt Lutheri discipulum possis agnoscere. Quid ex hæreticæ impietatis schola exire poterat nisi hereticum & impiũ? Quid detestabilius quàm omnia flagitia, omnem malitiam ad fontem bonitatis referre, impietates ipsas purissimo deo tribuere? Deus ait iustos facere iustitias, hæreticus negat: Deus ait impios operari impietates, ipse autem impios nihil efficere, sed solùm Deum esse omnium impietatum authorem & effectorem. O impietatem detestandã! Quis nõ *Matt.6.* *Hebr.11.*

videt esse hæc eorum verba in Satanæ officina conflata? Quis non intelligit, pectora vnde illa exierint, esse à dæmone inimico Christo occupata? Nihil, inquiunt hæretici, est in nostra potestate, nihil facimus omnino, sed omnia fataliter eueniunt. Si hoc Lutheri dogma esset verum, nec iusti præmio allicerentur, nec impij pœna: & ita iniustus esset Deus, qui toto hoc capite asseuerat se punire impios pro sceleribus suis, iustos autem pro virtutibus suis præmio afficere: sceleratos homines pœnas luere suorum flagitiorum, nõ solùm hic ad tempus, sed etiam in inferno absque fine, virtute autem præditos & charitate præstantes, nõ solum in hac vita habere gratiam, sed etiam in altera æternam beatitudinẽ, & tandem vnumquemque iuxta opera sua iudicari. Cur hoc, nisi quia cùm in hominũ potestate, quibus Deus dedit liberum arbitriũ, sit eligere bonum aut malum, vitam & mortẽ, illi qui virtuti student, & vitam ad normam honestatis dirigunt, & ad Deum ipsum confugiunt, digni sunt præmio: qui autem se vitijs dedunt, & Deo relicto fraudes tetras concipiunt, & iura diuina atque humana peruertunt, digni sunt pœna? Ait enim diuus Paulus *Rom. 2.* in epistola ad Romanos: Deus reddet vnicuique secundum opera sua. Et Christus Deus noster apud Matthæum, Filius, inquit, hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Quid potest apertius dici? Sunt igitur opera, quæ facimus nostra, & nos, ea operamur, & in manu nostra est illa operari ob arbitrij libertatem. Fatemur Deum esse primam causam omnium rerum, nihilque fine ipso fieri posse, & ad omnem effectum naturalem generaliter influere, & ad bonas hominum operationes concurrere speciali quodam influxu, & ab eo esse omnem salutarem inspirationem. At nostræ potestatis est illi acquiescere. Asserimus quippe Dei tractum per gratiam preuenientem, & cooperantem, sed acquiescere tractioni, hoc est in arbitrij libertate: quod bonas Dei inspirationes acceptas & concurrentes actiuè ad merita, atque gratiæ cooperatur. *Mat. 16.* *Apoc.3.*

Vnde diuus Ioannes in Apocalypsi inducit Deum in hunc modum loquentem: Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Nonne iamuero Deum corda nostra pulsare, sed non necessariò cogere, quin potius electiones ipsius in nobis esse, suppositio tamen diuino auxilio? Sunt innumera sacrarum literarum testimonia non ancipitia, non dubia, non obscura, sed aperta, perspicua, & luce meridiana clariora, quæ liberam esse humanæ voluntatis facultatem contestantur, quorum pauca solummodò citabo. In Ecclesiastico sunt hæc verba literis consignata: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata & præcepta. Si voluerit mandata conseruare, conseruabunt te: & in perpetuum fidem placita seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Hæc ibi. In Deuteronomio alloquitur deus populũ his verbis: Considera quòd hodie posuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum, vt diligas Dominum deũ tuum, & ambules in vijs eius, & custodias mandata illius, & cæremonias atque iudicia, & viuas, ac multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam. Si autem auertum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis, prædico tibi, quòd pereas, & paruo tempore moreris in terra, ad quam Iordane transmisso ingredieris possidendam, testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. Hæc deberent verba esse prorsus superuacanea & ridicula, si nullum esset in homine liberum arbitrium. Imò omnia præcepta & consilia, quibus plena est diuina scriptura, essent inutilia, & stultè tradita, & meræ figmenta. Si nulla esset in potestate nostra electio, quomodo diceret Ieremias: Et eligent magis mortem quàm vitam omnes, qui reliqui fuerint de hac cognatione pessima? Qui fieri posset, vt verum esset id, quod ait diuina scriptura libro secundo Regum, fuisse datam Dauidi optionem vnam ex tribus plagis eligendi? At quis non videt optionem sine libero arbitrio esse non posse? In libro Sapientiæ scriptum legimus: Ad quod quisque volebat, conuertebatur. Ieremias ait: Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et Christus Deus noster apud Matthæum alloquens Hierosolymam, Quoties, inquit, volui congregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Non videtis, Lutherani volẽte Deo hominẽ non velle per liberum arbitrium? In epistola ad Philemonem ait ita diuus Paulus: Sine consilio tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonũ tuũ esset, sed voluntariũ. At Lutherus omne necessariò fieri professus. Profectò tã apertè, tã dilucidè, tã simpliciter omnia hæc loca, quæ citaui, ostendunt arbitrij libertã- *Eccl.15.* *Deut.30* *Ieremi.5.* *2.Re.24.* *Sap.16.* *Ieremi.3.* *Matt.23.* *Philem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

libertatem, vt si ego vellem testimonia ex industria confingere, nulla apertiora excogitare valerem. Sed Martinus Lutherus voluit euertere nō solūm sanctorum doctorum libros, & salutarem Ecclesiæ catholicæ doctrinam, & ipsam diuinam scripturam, sed etiam legē naturæ. Id namque quod est sine cōtrouersia verum, omnium prudentium & eruditorum hominum authoritate probatum, quod homines docti & indocti pariter affirmant, est absq; dubio iudicandum legem esse naturæ. Atqui nihil est maiore consensu omnium mortalium assertum, quàm esse in hominibus liberam arbitrij voluntatem, eámque ob causam legibus ac statutis indigere, quæ cōr excitent præmio atque pœna ad impietatem fugiendam, & virtutem amplexandam. Sunt enim leges vitiorum emendatrices commendatricesque virtutum: ab eis enim viuendi doctrina ducitur. Docent domitas habere cupiditates, effrenatos coercere appetitus, tueri nostra, animum ab alienis & manus abstinere. Nulla natio est tam inculta, nulla gēs tam barbara & fera, quæ etiam si ignoret qualis debeat esse lex, non tamen intelligat velle esse, & hominum societatis conseruationi accommodatam. Hoc illos docet lex illa, quę est iustorū iniustorumq; distinctio ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa naturam, ad quā leges hominum diriguntur quæ ideo supplicio improbos afficiunt, bonos autem tuentur, quia cùm in hominum potestate sit bona eligere, mala autem declinare cum auxilio diuino, flagitiosi pœnam iusti autem præmiū merentur. Flagitiosi cum legem violarunt, iusti autem eam custodierūt. Et Salomō ait in Prouerbijs: Qui custodit legem, beatus est. Quod nullo modo esset tolerandum, si omnia fataliter & necessariò euenissent. Sed nemo est, cui non sit perspectum & exploratum esse multa contingentia, vt Aristoteles in libro de interpretatione capite de futuris contingētibus, & omni doctrina sua apertissimis rationibus ostendit, Pythagoræ, Socratis, Platonis, ceterorumque nobilium philosophorum authoritatē secutus. Quare asserere nulla esse contingētia, nullum liberum arbitrium, sed omnia necessariō & fatali necessitate venire, est nō solūm theologiam, sed etiam philosophiam de medio tollere, & iura omnia naturalia, diuina, & humana conculcare. Sed dices: Nonne Lutherani hoc vident? Vident quidem, sed asserunt & tuentur contrarium, ne quis eorum vitia reprehendat, cùm dicant nō esse in eorum potestate illa euitare, sed omnia fato ineuitabili euenire. Vt autē pro se authores aliquos citent, confugiunt ad poetas, quorum nōnulli videntur omnia fato tribuere, quoniam, vt ipsi dicunt, fatum nominant aliquando. O excitatem inauditam, ò amentiam deplorandam! O homines talpis obscuriores, densissimis tenebris circunfusos, qui humana philosophia subsannata, sanctorum patrum eruditione contēpta, Ecclesiæ catholicæ doctrina relicta, omnium doctorum virorum consensu repudiato, diuinorum vatum oraculis spretis, sanctorum Christi Apostolorum, martyrum & confessorum documentis pro nihilo habitis, vtroque Dei testamento veteri & nouo reiecto, Christi præceptis & consilijs repulsis, poetas amplectuntur, eorum sapientiam laudibus efferunt, eámque diuinæ sapientiæ anteponunt. Sed quoniam ad fatum confirmandum recurrunt ad poetas, volo illis ex ipsorum poetarum literis ostendere falsa esse & commentitia ea, quæ de fato & ineuitabili necessitate dicunt. Homerus Græcorum poetarum facilè princeps, qui non solūm suæ ætatis homines, sed etiam antiquitatis memoriā artificio poetico & philosophico superauit, libro primo Odysseæ Iouem, quem summum esse Deum cæteræ Gentes existimabāt, inducit in hūc modum loquentem: Quàm temerè incusant mortales numina, nosque authores faciunt, si quid sentire malorum cùm præter fatum his pariat mens stulta dolores. Vergilius etiā, qui Latinæ poesis fontes aperuit, eámque Latio sermone illustrauit, qui maiestate verborum & grauitate sententiarum alios poetas mea sentētia facilè vicit, totam de fati sententiam lib. quarto Æneidos hoc vno versiculo de Didonis interitu locutus comprehendit. Nā quia nec fato, merita nec morte peribat. Non poterant apertioribus verbis fati necessitatem tollere hi duo, qui inter poetas obtinent principatū. Clarissimè asserunt nullam esse fatalem necessitatem. Sed non me fugit esse hunc meum laborem in varias hominum reprehensiones incursurum, quòd in tam crasso hoc Lutheri errore refutando tempus consumpserim: præsertim cùm iam multi ex ipsius Lutheri familia hāc in re defecerint à magistro, eiusque superbiā insaniam damnarint. Reliquum est, vt intelligamus nos esse operum nostrorum authores, & arbitrium nostrum liberum esse, & gratiæ cooperari, & bona opera facta in charitate meritoria esse vitæ æternæ: pro quibus reponitur iustis in cœlo iusta corona, iuxta id, quod ait diuus Paulus, postquā bene facta sua cōnumerauit: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Nō ait: Quā dabit mihi, sed quā reddet mihi. reddere enim, est dare alicui id, quod meretur ille, eique debetur: debetur autem

Prou. 19.

2. Tim. 4.

autem iusto vita æterna ex iustitia fundata in diuina misericordia. At si iustus in scelus inciderit mortiferum, amittit gratiā, & vt hoc loco ait Deus Ezechielis ore: omnium iustitiarum eius, quas fecerat, non erit recordatio.

Animam suam viuificabit. Quæ antea erat mortua quo ad vitam gratiæ per peccatum: peccatum enim cùm consummatum fuerit, generat mortem, vt ait diuus Iacobus: Sēsus est. Qui antea mortuus erat per peccatum, resurget per pœnitētiam. Ait enim diuus Paulus: Serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Et paulò pōst: Stipendia peccati mors, gratia aūt dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Hoc est, sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquam stipendium vita æterna, vnde etiam multis diuinarum literarum locis merces appellatur. Sed quia hæc iustitia nostra, omniumque nostrarum virtutum cōgeries sine diuina gratia ineffica est, cum diuina autem gratia meritoria est æternæ beatitudinis, ideo ait diuus Paulus vitam æternam dari ob gratiam Dei.

Iacob. 1.

Rom. 6.

Matt. 5. 20. Mar. 9. Luc. 6.

Noluit Apostolus vt merita ipsa, quibus datur vita æterna, nostris viribus asscriberemus, cùm gratiæ Dei nitantur. Sed mortem appellat stipendium peccati, à qua liberamur per pœnitentiam resurgendo ad vitam gratiæ, in qua gratia existentes bona opera efficimus, quibus æternam consequimur felicitatem.

Considerauit enim. Nimirum se iustum Deū, piumque patrem offendisse: & considerans quis fuerit, & quis debuerit esse, & versans in animo Dei erga se pietatem, suamque in deum ingratitudinem. Si hæc, inquit, cogitauerit, & memoria sæpenumero repetierit, seq; à vitijs suis abduxerit, vitā absq; dubio habebit

Et dicunt filii Israel. Verti potest: Sin autem dixerint filij Israelis.

Idcirco. Quia viæ meæ iustæ sunt.

Conuertimini. Subauditur ad me. Sequitur: Et agite pœnitentiam. Hortatur peccatores ad pœnitentiam. Eodem modo Ioannes Baptista: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Et rursus: Facite fructus dignos pœnitentia.

Matt. 3. Luc. 3.

Facite vos cor nouum, & spiritū nouum. Hoc est, cor & spiritum per pœnitentiam & bona opera cum dei gratia renouate. Hoc ait, non quòd homo per se, ex suis viribus tantummodo id facere queat: quoniam gratiæ infusio à solo Deo est: sed quòd se homo ad gratiam disponere possit per liberum arbitrium, & attritionem cum dei auxilio. Et faciēti quod in se est, Deus non denegat gratiā. Quid ad hæc dei verba dicent Lutherani? Deus ait, vt faciamus nobis cor nouum, & spiritum nouum: illi aiunt nos nihil facere posse. Si nihil possumus efficere, cur nobis Deus præcipit, vt hoc faciamus? Deus nobis non præcipit impossibilia, alioquin iniustus esset & impiustid nobis præcipit, quod est in manu nostra constitutū: atqui præcipit, vt hoc faciamus, vt operemur, ergo possumus facere & operari. Falsum est igitur, quod aiunt Lutherani nos nihil omnino efficere, nihil pœnitus operari posse. Illud est hoc loco aduertendum spiritum, & cor nostrum gratia innouari. Ideo ait Apostolus in epistola ad Ephesios: Renouamini spiritu mētis vestræ, & induite nouum hominem. Et ad Colossenses: Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei. Et ad Romanos: In nouitate vitæ ambulemus. Sed quoniam hæc innouatio fieri non potest absque deo, aiebat regius vates: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ephes. 4. Colos. 3. Rom. 6. Psal. 50.

Et quare moriemini domus Israel? Sensus est: Cur ò Iudæi datis operam, vt moriamini? Ea enim cōmittitis, quę vobis perniciem machinantur. Si fueritis in tartari tenebras relegati, & æterno interitu puniti, vos estis in causa: ego enim nolo mortem peccatoris, sed potius vt conuertatur & viuat. Exitium vestrum non prouenit à parte mei, qui sum clementissimus, sed à parte vestri, qui estis scelerū maculis notatissimi. Ego volo omnes homines saluos fieri, vos veram animi salutem repudiatis.

1. Tim. 2.

Annotationes ex Hebræo in caput XVIII.

Oculos suos non leuauerint ad idola domus Israel. Pro idolis est in hebraico גלולי gillule. à verbo galal, quod significat voluere, vt Prouerb. 26. Qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Vnde galal significat reuolutionem, vel reuolutam rem. Hinc effectum est, vt immunditia à se voluendo hoc nomine appelletur. Eam ob causam Hebræi, qui erant instructi fide per contemptum Gētium idola gillulim, hoc est, sordes & immūditias appellabāt. Quare meritò communis interpres hoc in loco pro gillulim transtulit idola: quem sequitur Pagninus, & alij. At septuaginta interpretes pro idolis transtulerūt ἐνθυμήματα, hoc est, cogitatus, seu animi conceptus. Impiæ enim animi cōmentationes, & turpes illæ cogitationes, quibus homines relicto Deo oblectantur, in quibus felicitatē constituunt, idola sunt & simulachra, quę mose colunt gentiō,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ infinitos ferè deos summè venerabantur. Ait Hesiodus, & refert Blondus libro primo Romæ triumphantis, triginta deorum millia fuisse in terris ab hominibus culta. Vtinam nunc non tot nefaria commenta, tot impiæ cogitationes, tot scelera, tot vanitates colerentur. Vnus est Deus, quem adorare debemus: ipse enim ait: Ego Dominus, & non est alius amplius: extra me non est Deus. Et fidelis eius amicus: Dominus Deus noster, Deus vnus est. Est autem Deus immensus, quam ob causam non potest ab homine verbis enarrari, aut sensibus æstimari, aut intellectu comprehendi. Plato in libris legum ait, non esse quærendum quid omnino sit Deus, cùm nec carnis oculis videri possit, nec sermone explicari. Libro primo de natura deorum ait Marcus Tullius quæsisse tyrannum quendam à Simonide quid esset Deus, Simonidem verò deliberandi sibi vnum diem postulasse. Cùm idé ex eo postridie quæreret, biduum petijt. Cùm sæpiùs duplicaret numerum dierum, requisiuit tyrannus cur ita faceret: cui ipse respõdit: Quia quantò diutiùs considero, tantò mihi res videtur obscurior. Alij dicunt, admiratum tyrannum, quòd philosophus in dies tempus duplicaret, dixisse. Hoc est, quippiam infinitum, & respondisse philosophum: Id ipsum est Deus. Diuus Hieronymus ita ait: Deum cùm audis, substantiam intellige sine initio, sine fine, simplicem, sine vlla admistione, inuisibilem, incorpoream, inæstimabilem. Diuus Augustinus, deus, inquit, est in seipso sicut alpha & omega, in mundo sicut rector & author, in angelis sicut sapor & decor, in Ecclesia sicut patersamilias in domo, in anima sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut adiutor & protector, in reprobis sicut pauor & horror. Et quanuis Deus sit incomprehẽsibilis, nulla tamẽ natio tam barbara est & inculta, quæ nesciat deum esse. Quid enim potest esse tã perspicuum, cùm cœlum suspicimus, cœlestiáq; intuemur, quàm esse numẽ vnum immẽsum, à quo hæc regantur? Et tamen tanta fuit Iudæorum cæcitas, vt hunc deum negarent, & ad vana Gentium idola confugerent.

Esai. 45.

Deut. 6.

Et iudicium verum fecerit. Quidam vertunt: Et iudicium ac veritatem fecerit. Facere veritatem tropus est hebraicus, significans candidè, & bono animo operari, quemadmodum ambulare in veritate. Apud Esaiam, & libro quarto Regum aiebat rex Ezechias: Obsecro domine, memẽto quomodo ambulauerim coram te in veritate. Ita hoc nostro capite dicitur paulò pòst: Et iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem. Vbi septuaginta habent: Et leges meas custodierit, vt faciat eas. Quibus in locis veritas potiùs est ad voluntatem, quàm ad intellectum referenda. Duplex est veritas, vna in verbis, altera in factis: veritas in verbis est adæquatio verborum ad rem, veritas in factis est adæquatio operum ad verba. De hac secunda veritate, quando id quod docetur, efficitur, intelligitur hic locus. Vult enim Deus vt vita nostra respondeat doctrinæ.

Esai. 38. 4. Reg. 20.

Similis.

Qui alios salutari instruit doctrina, cùm seipsum ita vitijs contaminet, vt cum eius vita apertè pugnet oratio, est similis sartario, quo deculitur farina, quod polliuem & similam extra emittit, & furfures sibi retinet: alijs florem & medullam triticeæ farinæ porrigit, sibi autem assumit furfurea purgamenta. Eam ob causam præcipiebat Deus, vt in rationali sacerdotis essent hæc verba scripta: Doctrina & veritas. Ille enim verus est doctor, qui id efficit, quod docet. Hoc quidem est in veritate docere. Id innuere volebant pharisæorum discipuli, cùm adulantes Christo, vt eum caperent in sermone, dicebant ei: Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Vbi prima veritas ad verba, secunda ad vitam refertur.

Exo. 28.

Mat. 22.

Quòd si genuerit filium latronem. Pro latrone est in hebraico פָּרִיץ בֵּן paritz, à verbo paratz siue pharatz quod significat diuidere: vnde deriuatur pharisæus, hoc est, diuisus: vt secundo Regum quinto: Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Significat etiam inundare, vt apud Oseam quarto capite: Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. At si dicat: Capitalia flagitia cumulatim crescunt, & instar diluuij omnia adimplent: fuit quondam mundus aquis obrutus inundantibus, at nunc est vitiorum diluuio submersus. Poterat etiam ita verti locus ille: Dant homines operam maledicto, mendacio, homicidio, furto, adulterio, & diuidunt. vel, vt vertit pataphrastes Chaldæus, rumpunt, nimirum sepem & custodiam diuinorum præceptorum, scelera multiplicantes. Ita hunc locum R. David in commentarijs interpretatur. Significat etiam verbum hoc euertere & vastare, vt apud Ecclesiasten: Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Hinc effectum est, vt nomen hoc patris latronem significaret ab euertendis domibus ita vocatus. Significat etiam præuaricatorem, vt apud Danielem: Filij quoque praeuaricatorum populi tui extollentur. Illud psalmi: Ego custodiui vias duras: potest etiam verti: Ego custodiui vias latronum, seu præuaricatorum: est enim ibi hoc nomen paritz. Ac si dicoret regius vates: Non solùm dedi operam, vt ipsa virtus me traheret ad verum

3. Reg. 5.

Osee. 4.

Eccles. 9.

Dan. 11.

Psal. 16.

decus, sed etiam intuens quemadmodum se mortales sceleribus inquinarent, tanto tenebar desiderio obseruantiæ legum tuarum, vt nefariorum hominum vias custodirem, ne per eas ambularem. Eos à maleficio deterrebam, & ad præcepta tua domine colenda & obseruanda excitabam: Est igitur custodire vias, prohibere ne ijs quis incedat. Eodem modo Genes. 3. Collocauit Deus ante paradisum voluptatis cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Hoc est ad prohibendum, ne quis via illa ad arborem vitæ tendente ambularet. Aspicis igitur nomen hoc patris æquiuocum esse, ex cuius æquiuocatione fluxit hoc loco interpretum varietas: Nam editio vulgata habet: Quòd si genuerit filium latronem. Septuaginta habent filium pestilentem. Symmachus transgressorem. Alij grassatorem. Posteri etiam vertere diuidentem: hoc est, discordiam seminantem. Verbum enim pharats, vt diximus, diuidere significat & separare.

Gene. 3.

Et fecerit vnum de istis. Pro vno est in hebraico אֶחָד ach, quæ dictio fratrem significat, vt in psalmo 48. Frater non redimet, redimet homo? Vt sit sensus: Si in die iudicij frater fratrem non redimet, qui fieri potest, vt ibi homem extraneum possit liberare? Ideo nonnulli hunc Ezechielis locum vertunt: Et fecerit fratrem, sed per fratrem vnũ aliquid intelligitur: vnaquæque enim res respectu socij sui frater appellatur, aut soror. Vnde in Exodo cap. 26. vbi nos habemus: Cortinæ sibi iungentur mutuò, est in hebraico: Vnaquæque cum sorore sua iungetur. Ionathas Chaldæus habet: Et faciet fratri aliquid ex illis.

Psal. 48.

Exo. 26.

ARGVMENTVM CAPITIS XIX.

ARguit impietatem domus regiæ sub duplici metaphora, altera leænæ, altera vineæ. Ostendit filios iuste fuisse scelerum maculis notatos, & immanitatibus insignes: quam ob causam ait eos meritò fuisse in vincula coniectos, & ex alta regiæ dignitatis gradu præcipitatos. Nam Ioachaz fuit captus à Pharaone Nechao, ab eoque deductus in Aegyptum, pro quo fuit eius frater Ioachim vocatus antea Eliachim in regia dignitate constitutus, qui à Babylonijs oppugnatus se tradidit illis, manens tamen in regno: sed cùm postea rebellasset, iuxta dicta erat eum. Nam Chaldæi eius hostes irruerunt in eum, omnibus diuitiarum ornamentis illum spolianerunt, & grauibus calamitatibus sanctum deformarunt. Et ita ex luctuosa vita ignominiosè migrauit. Huic successit Iechonias filius eius, vocatus Ioachim, qui oppugnatus à Nabuchodonosore, eique resistere non volens, se tradidit illi, fuitque in Chaldæam asportatus: pro quo fuit regno præpositus Sedechias, vocatus antea Mathanias, qui cùm fœdus Babylonij violaret, fuit captus ab illis, & priuatus oculis, & in Chaldæam adductus, & in acerbissima calamitate versatus. Et in hunc modum fuit regibus Iuda dignitas ablata, & claritas extincta, & omnia denique regiæ amplitudinis ornamenta cecidêrunt. Quæ omnia sunt libro quarto Regum scripta, & ad diuturnam iustitiam ostendendam perpetuis monimentis consignata. Horum principum calamitates deplorat hoc capite Ezechiel, eorumque infelicitatem à flagitijs productam lamentatur.

CAPVT DECIMVM NONVM.

ET tu assume planctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit: in medio leunculorum enutriuit catulos suos? Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram AEgypti. Quæ cùm vidisset, quoniam infirmata est, & perijt expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum: in vulneribus earum captus est. Et miserunt eum in caueam: in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel.

A

B

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO.

ET tu assume planctum. Verba sunt Dei ad Ezechielem, quorum hic est sensus. Deplora captiuitatem & infelicitatem Ioachaz, & Ioachim, & omnium denique principum Israelis, qui cùm essent à Iosia progensti rege illustrissimo, singulari sapientia & iustitia exculto, se vitiis cõtaminarunt, & patris decus & splendorem extinxerunt. Ostende lamentis esse te ob eorum calamitates mœre confectum.

Quare mater tua leæna. Iudæorum synagogã leænam vocat, quia viguerat fortitudine, floruerat regia dignitate, & alias hominum socie-
Eccl.24. tes fide superauerat. De ea dixit sapientia: In Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditatis illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Eam ob causam appellatur leæna: & quia principes & magnates nutrierat fortitudine præstantes, qui instar leonum absque metu non solùm Gentium regibus restiterant, sed etiam de illis insignes victorias reportauerunt. Vocatur etiam leæna, quòd in medio leonum secura consisteret. Poteris per hanc matrem leænam intelligere Hierosolymam, vel domum regiã ob assignatas rationes. Fortasse domum regiam vocat leænam ob crudelitatem & rapacitatem. Et tunc erit sensus: Quare regia progenies inter leones accubuit? Hoc est, quare hominum crudelium consilio acquieuit? Cur homines indomitos & truculentos, immanitate barbaros, & ferocia exultantes cum leonibus crudelibus comparatos in consilium adhibuit, & eorum impietatem piæ atque rectæ iustorum virorum sententiæ anteposuit? In medio horum leonum crudelitate ferorum enutriuit catulos suos, hoc est, principes suos, filios Iosiæ, qui ad crudelitatem declinarunt, seque sceleribus teterrimis inquinauerunt, Enutriti
Iob.21. inter homines crudeles quid nisi crudelitatem sequerentur? Vnde scriptum legimus in libro
Psal.1. Iob: Consilium impiorum longe sit à me. Et in psalmo: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum. Initium actionum nostrarum est consilium, danda opera est, ne iniquis consiliarijs adhæreamus. Adam impium Heuæ consilium secutus, Heua autem serpentis fallacis consilio acquiescens, sibi parauerunt interitum, & posteritatem suam in miserias magnas adduxerunt. Primus impij consilij author fuit diabolus, qui non definit de nostra pernicie cogitare: & quod per se non potest per impios consiliarios agit tanquam per suos ministros. Quare est eorum familiaritas omnino euitanda, & sapientium consuetudo am-
Prou.13. plectenda. In Prouerbijs ait Salomon: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Et Ecclesiasticus: qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea:
Eccl.13. & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Et Diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Modicum fermentum totam
1.Cor.5. massam corrumpit. Quemadmodum chamæleon modò niger est, modò viridis, modò pallidus, modò cæruleus, sumit enim colorem rei, quam è proximo intuetur, & cuiuscunque rei obiecta colorem refert, & repræsentat; sic princeps eorum plerunque ingenium & mores imitatur, quorum vtitur consilio & familiaritate. Id intelligens illustrissimus ille rex Dauid in psalmo, vbi optimi principis officia describit, eiusque virtutis expressam effigiem proponit, has voces emisit: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministra-
Psa.100. bit. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Ac si diceret: Diligenter perquiram, qui nam sint, qui in hac terra, in hoc meo regno fidem colant & iustitiam, eorumque instruar consilio & vtar familiaritate. At superborum & nefariorum consuetudinem repudiabo, & penitus reijciam. Non conijciam oculos meos nisi in viros fide insignes, virtute præditos, sapientia excultos, vt eis familiariter vtar, eorumque consilio acquiescam.

Et eduxit vnum de leunculis suis. Hoc est, extulit Ioachaz filium Iosiæ, eumque regem cõstituit: qui subditorũ opes rapiebat, & in profundum appetituum suorum gurgitem profundebat, seque eorum sanguine saturabat. Vnde eius vitæ meritò notam immanitatis & rapacitatis inurebant.

Leo factus est. Idest, rex impius. Quidam ex hebraico vertunt: Leõculus, quòd eius regnũ debile fuerit.

Et didicit capere prædam. Arguit regis Ioachaz auaritiam & rapacitatem. Et volens etiam eius crudelitatem reprehendere, subdit: Hominemque comedere. Tropus est, quo vtuntur Hebræi volentes hominem crudelissimum significare. Fuit hic Ioachaz regno expulsus, & infinitis ærumnis oppressus: & non solùm se, sed regnum suum euertit. Cùm in
Simile. corpore humano cor non impertit membris spiritus vitales, sed arteriæ occluduntur, & sanguis venas relinquit, signum est mortis: aut homo ille excessit è vita, aut breui excedet. Ita cùm rex non præbet subditis suis influxũ nu-

nerum suorum, & semitæ atque fistulæ quibus solent fluere eleemosynæ, obstruũtur, & charitatis opus pauperes derelinquit, argumentum est interitus regni, regisque exitij apertissimum signum. At principis clementia & charitate in subditos restorescit regnum, &
Prou.20 in ipsum principem tranquillitas & securitas redundant. Vnde ait Salomon: Misericordia
Prou. 25 & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Et rursum: Auser impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia
Esa.13. thronus eius. In libro Esther ait in hunc modum Artaxerxes: Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam aburi potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos. Diuus Hieronymus ita ait: Sicut misericordia hominem sursum eleuat ad Deum, ita deorsum crudelitas in infernum deiicit. Si in priuato crudelitas est detestanda, quanto magis in principe, qui debet esse subditorum pastor! Loquens Ieremias de Iudæ regibus, dirigensque ad Iudæ-
Iere. 22. am ipsam sermonem suum, ait: Omnes pastores tuos pascet ventus. Hoc est, vani sunt, & res inanes futilesque moliuntur. Cùm veluti pastores deberent pascere subditos, ipsi
Esai.44. tanquam chamæleontes aere pascuntur. Et per Esaiam loquens Deus de Cyro Persarum
Esa.63. rege, ait: Qui dico Cyro: pastor meus es. Et iterum: Vbi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus suis? Pastores appellat Moysem, & Aaronem, & alios Iudæorum principes &
Mich.5. magnates. De assyriorum rege ait ita Michæas: Suscitabimus super eum septem pastores. Ponitur numerus finitus pro indefinito. Voluit significare suscitandos esse aduersus Assyriam principes Persarum & Medorum. Vbi per pastores principes intelliguntur. Diuus Gregorius, Summus, inquit, locus bene regitur, cùm is qui præest, vitijs potius quàm fratribus dominatur. Nomine Aegypti intelligitur mundus cum omnibus vitijs: quam ob causam ait Origenes, voluisse di-
Gene. 45 uinam scripturam significare, quando dixit in libro Geneseos fuisse Iosephum toti Aegypto dominatum, victoriam eum de vitijs omnibus reportasse, falsas domuisse voluptates, & omnem impietatem vicisse. Id ait etiam
Gene.25. Philo voluisse diuinas literas ostendere, cùm afferunt Iacobum tenuisse manu plantam fratris sui Esau: planta enim pedis, quæ terram attingit, symbolum est vitiorum, quæ virtutitudine & sapientia præstans debet coercere, ne ipsa dominentur in eum, sed ipse potius in illa. Debet qui gubernat, ratione gubernari, & cum sit aliorum pastor, clementiam ac pietatem in primis amplecti. Et hoc non solũ fideles, sed ethnici etiam contestantur. Homerus regem Agamemnonem pastorem vocat. Aristoteles octauo Ethicorum ait regem se debere ad subditos habere, quemadmodum se habet pastor ad oues. Agesilaus apud Plutarchum, Ille, inquit, rex tutus est, qui sic subditis imperat, vt filijs pater. Intueris igitur principes non solũ pastores esse debere, sed patres pios & clementes. Seneca libro de Clementia ait: Si dij placabiles & æqui delicta potentiũ nõ statim fulminibus sequũtur, quantò æquius est hominem hominibus præpositũ mitti animo exercere imperiũ! Et in epistola ad Neronem: Inexpugnabile monimentum est amor ciuium. Quid pulchrius, q̃ viuere optantibus cunctis? In numis imperatoris Antonij Pij Tculptum erat fulmen sedẽs in throno. Volebat clemens princeps, nomine & re pius ostendere se fulmen habere, hoc est potestatem alios feriendi, sed non ea vtinam sedebat in tranquillitate & quiete fulmẽ illud. Quemadmodum inter omnes apes so- *Simile.*
la ea, quæ regit, aculeum non habet, aut certè non eo vtitur, sic inter omnes homines nulli magis conuenit clementia, quàm principi. Quare oportet dare operam, vt hilaritatem & clementiã populo ostendat. Ideo ait Salo-
Prou. 16 monis hilaritate vultus eius vita, & clementia eius quasi imber serotinus. Refrenet princeps animi impetum, cohibeat iracundiã, detestetur crudelitatem, exterat animi labem repellat: tum incipiat alijs imperare, cùm immanitati, furori, & dedecori parere desierit. Cũ exigente iustitia aliquos interfecerit, fundat prius lachrymas ex oculis proprijs, quã sanguinem ex corporibus alienis. Sed ita pietatẽ colat, vt iustitiam non derelinquat. Ita enim
Sap.1. ait Deus in libro Sapientiæ: Diligite iustitiã, qui iudicatis terram. Et per Salomonẽ: Rex
Prou. 29 iustus erigit terram. Si clementiam & iustitiã coluissent principes Hebræorum, regnũ suũ non euertissent: studuerunt diripere hominibus imbecillis vitam & opes, suorumq; maiorum gloriam, & nominis celebritatẽ & amplitudinem ex hominum memoria funditus delere. Dæmones acerrimos humani generis inimicos venerati sunt, illosque numini sanctissimo prætulerunt. Inter omnes qui hunc infœlicẽ vitæ cursum confecerãt, vnus eminebat Ioachaz, de quo ait hoc loco Ezechiel: Didicit capere prædam, hominemque comedere.

Et audierunt de eo Gentes. Id est, fuit rumor crudelitatis eius per orbem dispersus: percrebuit eius cupiditatis & auaritiæ fama.

Non absque vulneribus suis ceperunt eũ. Expu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnauerunt Aegyptij eius ciuitatem, eumque captum in vincula coniecerunt, sed nō absq; sanguine suo: fuerunt enim nonnulli eorum vulneribus trafecti. Reportarunt quidem de rege Ioachaz victoriam, sed cruentam.

Quæ cum vidisset. Subauditur leæna: per quā vt diximus, Iudæorum synagoga, aut Hierosolyma, aut domus regia significatur.

Quoniā infirmata est, & periit expectatio eius. Hoc est, cùm vidit euanescere spem suam, essequè regem suum abductum à Iudæa in Aegyptum, absque spe redeundi, tulit vnum de leunculis suis, hoc est Ioacim fratrē Ioachaz, eumque in regia dignitate constituit. Etsi 4. Re. 23 enim eum Pharao regno præfecit, fuit tamen de Hierosolymæ consensu.

Qui incedebat inter leones. Ideſt, qui hominū crudelium consilium sequebatur, & fratrisim pietatem secutus impiorū familiaritate vsus est. Vt leo alia animalia dilacerat, sic rex impius & superbus subditos. Ideo ait Salomon Prou. 10 in Prouerbijs: Verba impiorū insidiantur sanguini. Et rursus: Reguantibus impijs ruinæ Prou. 28 hominum. Nec solùm alijs, sed sibi ipsis perniciem machinantur: euanescit eorum potestas & amplitudo, perit eorum vita, & ipsi ad Psal. 36. infernum relegantur. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & nō est inuentus locus eius. Expandit enim ramos potentiæ suæ, sed citò aresciit & euanescit. Vbi nostra editio habet: & transiui, est in hebraico, & transiuit, siue præterijt & fluxit, vt referatur ad impium. Et ita per tertiam personam vertit paraphrastes Chaldæus. Et ita legit Dauid Kimhi. Et Chrysostomus in ca. 3. epistolæ Pauli ad Colossenses homilia nona, vbi hunc locum citat, legit κὰι παρῆλθε. Hoc est, præterijt. Diuus tamē Hieronymus, & Felix, & alij vertunt per primā personā cū nostra editione. Sed eadē manet sententia, infelicē impij interitum explanans. Huiusmodi fuit huius regis finis, qui leo dicebatur, & inter leones habitabat, hoc est inter magnates suos & consiliarios immanitatibus insignes. Vel ideo dicitur inter leones incessisse, quia duos reges immanitate barbaros Babyloniū & AEgyptium amicitia comprehendebat, & obsequio tuebatur. Hic fuit etiam tetterimus, deditus vitijs, præsertim auaritiæ & cru- 4. Re. 23 delitati, & diuini numinis contemptor.

Et didicit prædam capere. Idem dixerat de rege Ioachaz.

Didicit viduas facere. Viros earum interficiendo ob eius immanitatem & auaritiam.

A voce rugitus illius. Hoc est, exterrita eius cōminationibus, & ferocibus verbis. Indicat crudelitatem & impietatem regis Ioachim, Prou. 28 comparans illum cum leone rugiente. Eodē modo Salomon, Leo, inquit rugiens, & vrsus esuriens princeps impius super populū pauperem. In numis Traiani imperatoris sculptū erat leonis caput cum claua quadam desuper, ad designandum imperatorem esse leonē, sed debere obtemperare doctrinæ & rationi, quæ per clauam, qua Hercules monstra domabat, intelligitur. Nihil enim aliud volebant significare vetetes scriptores, cùm aiebant robustū Herculem clāua quadam monstra superare, quàm debere potentiam esse cum sapientia coniunctam, & corporis vires animi rationi obedire, vt vitia per monstra significata vincerentur. Erat igitur Ioacim leo, sed qui clauæ rationis minimè pareret.

Expanderunt super eum rete suū. Hoc est, exercitū, quo illū obsederunt, & expugnarūt.

Et miserunt eum in caueam. Hoc est, in carcerem, vbi eum compedibus ligauerunt, & ita ligatum eum Chaldæi adduxerunt ad Nabuchodonosorem: sed mutato in via cōsilio eū reduxerunt Hierosolymam, ante cuius muros eum interfecerunt, quemadmodum prædixerat Ieremias. Quidam existimant hunc Ier. 22. fuisse Iechoniam vocatum Ioachin filium Ioacim, alij Sedechiam, quem asserit diuina scriptura fuisse in vincula coniectum, & ignominiosè in Chaldæam translatum. Nam Iecho- 4. Re. 24. niam tradidit se Babylonijs, à quibus non fuit ita immaniter tractatus. At quoniā Ezechiel deplorat hoc capite calamitosum filiorū Iosiæ occasum, quorū vnus fuit captus ab AEgyptijs, alter à Babylonijs, videtur rationi accommodatius, & literæ textus congruentius, vt hoc intelligatur de Ioacim fratre Ioachaz, qui fuit à Babyloniis coram consiliarijs suis ignominiosè interfectus: cuius cadauer fuit extra portas Hierosolymæ proiectū. Et quanuis hic dicat Ezechiel, fuisse illū ad regē Babylonis adductum, non intelligit eū ibi mansisse. Fuit enim, sed ex via ligatus reuersus est Hierosolymam, in qua ex Nabuchodonosoris decreto fuit publicè occisus.

Miseruntque eum in carcerem. Ionathas Chaldæus vertit: Posuerunt ei torquem ferreum, & compedes. Alij transferunt: Introduxerūt eum in munitiones, hoc est, in castellū quoddam munitum, vbi ligatus custodiretur.

Ne audiatur vox eius vltra super montes Israel. Id est, vt destituatur regno. Permanet in metaphora leonis, cuius rugitus in montibus auditur, donec interficiatur.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo

tuo super aquam plantata est. Fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis, & factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter fron- D des. Et vidit altitudinē suam in multitudine palmitum suorum. Et euulsa est ira, in terramque proiecta, & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ virgæ roboris eius. Ignis comedit eam. Et nunc transplantata est in desertum in terra inuia & sitienti. Et egressus est de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

Mater tua quasi vinea. Hæc est altera metaphora: in prima cōparabatur synagoga leonę, in hac vineæ. Sensus est: Hierosolyma plantata est in terra huberi & fœcūda instar vineæ fructiferæ, eratque florens & fertilis in sanguine tuo, hoc est, in regia progenie. Plantatam esse super aquam, significat esse in terra irrigua & fœcunda, vt supra ostendimus cap. 17. Sup. 17. vbi dixerat Ezechiel: Vt firmaret radicē eius super aquas multas. Eodem modo Esaias, Be- Esa. 32. ati, inquit, qui seminatis super omnes aquas. Per sanguinem intelligitur genus regium, vel sanguis Iudæorum, hoc est, Abraham, Isaac, & Iacob, à quibus Iudæi geniti fuerunt. Et quoniam his tribus patriarchis Deus promisit terram Chanaan suis posteris possidendam, ideo ait: Mater tua synagoga veluti admirabilis vinea fuit in terra optima cōsita ob sanguinem tuum, hoc est, ob merita maiorum tuorum, virorum illustrium, fide & charitate præstantium, quibus tu ō Iudæa vitijs tuis tenebras obstudisti.

Fuisse sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium. Hoc est, habuit multos viros fortitudine insignes de genere regio.

Et exaltata est statura eius inter frondes. Hoc est, vinea hæc se extulit superbia. Quidā vertunt: super ramū medium: qui altiorem locū tenet in arbore. Sed eadem manet sententia.

Et vidit altitudinem suam. Id est, animo elato respexit in dignitatem suā. Quare euulsa est magno impetu & furore à Babylonijs, ita diuina iustitia permittente. Deus enim super- 1. Pet. 5. bis resistit, humilibus autem dat gratiam: vt Iacob. 4. signarunt. Conuersa est vitis illa nobilis in labruscam: extulit se aduersus Deum suum, nullum charitatis & humilitatis fructum producebat: ideo eam Deus per Babylonios euulsit: & postea per Romanos. Igitur sub metaphora vineæ euulsæ ostenditur calamitas synagogæ, quæ culpa sua fuit penitus euersa.

Ventus vrens siccauit eam. Id est, exercitus Aegyptiorum, Assyriorum, Babyloniorum, & postea Romanorum. Quidam vertendū putant: Ventus orientalis arefecit eam. Et tunc non potest intelligi de Aegyptijs, quoniam sunt ad austrum respectu Iudææ, nec de Romanis, quoniā sunt ad occidentem, sed de Babylonijs, qui etsi sint ad Aquilonem, vergunt tamen ad Orientē. Poteris per ventū vrentē Iudæorum aduersus Deū ingratitudinem intelligere, quæ illis perniciem machinata est. Nā, vt ait diuus Bernardus, ingratitudo est ventus vrens, siccans fontes pietatis, & gratiæ fluenta. Cūm omne graue tendat deorsum, nubes tamen aqua plenæ & grauidæ ascendunt Simile. sursum, quoniam sol eas effert à terra in sublime, & attrahit virtute sua: quæ in aere eleuatæ conglobantur, & condensantur: & solis, cuius auxilio & attractione fuerunt eleuatæ sursum, claritatem abscondunt. Ac ipsis inuitis & dissipatis sol tenebrarum victor micat suis radijs. Ita Hebræi cùm iacerent in silentio apud Aegyptios, terræq; adhærerent, fuerunt à Iole iustitiæ eleuati, & in insigni dignitate cōstituti, sed postea ipsius Dei, cuius beneficio fuerant nominis claritatem adepti, splēdorem extinguere voluerunt. Ar cum essent retris nubibus similes, fuerunt dissipati, & euanuerunt. Christi autem gloria eluxit, eiusque nominis splendor Iudæis inuitis totum terrarum orbē illustrauit. Impios & ingratos appellat diuus 2. Pet. 2. Petrus in epistola sua secunda nebulas turbinibus exagitatas. Christus autem est sol ille summus & sempiternus, de quo ait cælestis pater per prophetam Malachiam: Vobis timentibus nomen meū orietur sol iustitiæ. Hic est, Mala. 4. qui mundum illuminat inuitis Iudæis, qui tenebris circunfusi sunt per vniuersas mundi nationes dispersū. Ita enim est lib. Sapiētiæ mandatum. Ingrati spes tanquam hyemalis glaci- Sap. 16. es tabescet, & dispendit tanquam aqua superuacanea. Id intelligens diuinus psaltes canebat: Benedic anima mea domino, & noli obli- Psa. 102. uisci omnes retributiones eius. Sed Iudæi immemores beneficiorū Dei, qui eos ad magnū extulerat honorem, eum impie contēpserunt. Ipse enim ait per Esaiam: Filios enutriui & ex- Esa. 1. altaui, ipsi autem spreuerunt me. Quare fuerunt meritò oppressi, & vineæ euulsæ & aridæ comparati, quam ventus vrens siccauit.

Ignis comedit eam. Ignis deuorauit & combussit

Universidad de Deusto
Biblioteca

bussit Hierosolymam. Nomine ignis intelligitur calamitas, vt in psalmo: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. De quo igne ait apostolorum princeps: Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriã & honorẽ, in reuelatione Iesu Christi. Psal. 16

1. Pet. 1.

Et rursũ regius vates: Probasti nos Deus, igne nos examinasti, ficut examinatur argentum. Et paulò pòst: Transiuimus per ignem & aquam. Vbi ait diuus Hilarius per hæc duo contrariarum qualitatum elementa omne supplicioru genus, quibus in hoc mundo viri iusti premuntur, significari. Quemadmodum aurum igne exploratur, sic Deus viros iustos aliquando rebus aduersis comburi permittit, atq; ærumnarum facibus incendi. Hic est ignis, de quo aiebat Deus per Ieremiã: Ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit. Et per Amos: Mittam ignem in domum Azabel. Et per Nahum: Comedet te ignis. Et hic per Ezechielem: Ignis comedit eam. Vel per ignem intelligitur ira Babyloniorum. Vel ignis, quo templum Salomonis flagrauit, & tota ferè ciuitas fuit combusta. Poteris nomine ignis inuidiam intelligere, quæ animum cumburit. Appellat enim Chrysostomus inuidiã ignem inextinguibilem. Et Isidorus, Inuidia, inquit, cuncta bona deuorat ardore pestifero. Inuidia pectus vrit, mentem affligit. Est quidem inuidia meo iudicio inferni quædam imago, quæ torquet absque vlla vtilitate & voluptate. Quemadmodum tinea non nascitur in cedro arbore nobili odorifera, & perpetuo virente, cuius ligna carie nõ sentiũt, sic in uidia non gignitur in corde hominis sapientis, & virtute præstantis, sed in animo hominis scelerati, qui aliorum bonis mœrore afficitur, tristior ijs, qui in Trophonij antrũ descendebant. Zoilum inuidentia superans, illis maximè inuidẽs, quos se relicto videt euolare. Vitiosi, virtute vndiq; sepți, & animi fortitudine muniti hostes suos vincere possunt, at eorum inuidiã nõ possunt, est enim penitus indomita. Ea est ignis corda absumens incendio perpetuo, quo ardebant Iudæi, quoniam flamma ex alienis rebus fecundis exorta flagrabant: quam ob causam sibi ipsis excidiũ parauerunt. Hoc enim morbo interficiuntur multi, qui quoniam a bonis se superari arbitrãtur, paruuli iure dicuntur. Hoc significant verba illa Iob dicẽtis: Paruulum occidit inuidia. Vnde Salomon in Prouerbijs: Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius. Et diuus Paulus in epistola ad Galatas: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicẽ inuidentes: Diuus Hieronymus in epistola ad Demetriadem, Oro te, inquit, quid ei delectationis præstat inuidia? Quem secretis quibusdam conscientiæ angulis liuor ipse discerpat, & alienam felicitatem eius tormentum facit. Hæc ille. Nefarius homo oblectatur suo malo, sed torquetur alieno bono. Ait Quintus Curtius libro octauo de gestis Alexandri, dixisse Alexandrum inuidos homines nihil aliud esse, quàm sui ipsorum tormenta. Prosper in via regia inuidentiam cum igne etiam comparat, dicens: Inuidia cuncta virtutum culmina concremat, cuncta bona pestifera deuorat. Hic est ignis, qui Iudæos deuorauit, quo eorum synagoga fuit combusta, quemadmodũ ait hoc loco Ezechiel: Ignis comedit eam,

Simile.

Ieremi. 15

Amos. 1.

Nahũ. 3.

Simile.

Iob. 5.

Prou. 23

Gala. 5.

Et nunc plantata est in deserto, in terra inuia & sitiente. Hoc est, in acerbissima calamitate, in terra Chaldæorum.

Et egressus est ignis de virga ramorum eius. Hæc virga fuit Sedechias, de quo exijt ignis, qui filios eius deuorauit. Nã propter scelera Sedechiæ fuerunt eius filij interfecti, vt est libro quarto Regum memoriæ proditum. Vel sic: De virga ramorum huius vineæ, hoc est, de genere regio egressus est Ismael filius Nathaniæ, qui Godoliam, quem Nabuchodonosor præfecerat Iudæis, occidit, & fructum eius comedit, hoc est, filios eius interfecit, & omnes qui cum eo erant, dolo perculsit. Quæ omnia Ieremias literis mandauit.

4. Reg. 25

Iere. 41. 4. Reg. 25

Et non fuit in ea. Nimirũ vinea. Sensus est: Et deinceps non fuit in Iudea vir aliquis animi fortitudine præstans, qui eam gubernaret: nã interfecto Godolia fugerunt Iudæi in Aegyptum, nolentes Ieremiæ consilio acquiescere: verùm fuerunt à Babylonijs capti, & propè infinitis calamitatibus affecti.

Iere. 43

Planctus est, & erit in planctum. Hoc est, plena sunt hæc mea verba lachrymis & lamẽtis. Nam quis est, qui audiens iusti Iosiæ, regis illustrissimi & optimi filios tot percepisse luctus, in tam acerbas & varias calamitates incidisse, in tot ærumnarum angustijs fuisse versatos, & tam crudeliter & ignominiosè interfectos, qui possit lacrymas continere? Conuertantur igitur oculi nostri in fontes, & corda nostra vim lacrymarum profundant. Hic est horum verborũ sensus, quæ ego existimo nõ fuisse à diuino vate absque lachrymis & suspirijs literis consignata.

Annotationes ex Hebræo in caput XIX.

NON *absque vulneribus exterent eum.* Pagninus habet: Reti eorum captus est.

Vt

Vt permaneat in metaphora sumpta à venatoribus, feras retibus capientibus. Eũdem sensum refert Brixianus vertens: Et retibus suis ceperunt eum. Alij transferunt: Comprehensus est in fouea eorum. Eodem modo paulò pòst: in vulneribus earum captus est. Quibus in locis Septuaginta habẽt ἐν τῇ διαφθορᾷ, Hoc est in corruptione. Quod cum vulgata editione coincidere videtur. Et rectè qui dẽ, nã in Hebraico est בְּשַׁחִתָם beschatã à verbo xachath, quod significat corrumpere, vt Genes. 6. Corrupta est autem terra coram Deo. Vnde xachath corruptionem significat, & vulnus. Significat etiam hoc nomen foueam. Vnde id, quod est in Psalmo: Et eripuit eos de interitionibus eorum, poterat verti: Et eripuit eos de foueis eorum, seu de sepulchris eorum, seu de retibus eorũ. Illud etiam Iobi: Eruens animam eius à corruptione, verterunt nonnulli: Prohibens animam eius à fouea. Quare omnes versiones citatas rectas esse existimo, cum idẽ nomen omnes has significationes amplectatur, easque litera recipiat, sine vllo incommodo sententiæ.

Gene. 6.

Psa. 106

Iob. 33.

Didicit viduas facere. Diximus in explanatione Ioacim immanitate & auaritia commotum multos viros occidisse. Et quoniam eam ob causam eorum vxores viduæ manebant, ait Ezechiel eum didicisse viduas facere. In Hebraico est וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו vaiedhagh almenothau. Prima dictio est יָדַע iadhagh, verbum actiuum, quod significat scire, cognoscere, cõrerere, accessum ad mulierem habere. Exod. primo: Surrexit interea rex nouus in Aegyptum, qui nõ cognoscebat Ioseph. Deuteronom. 31. Scio enim cogitationes eius. Gene. 4. Adam verò cognouit vxorem suam Heuam. Id quod est apud Esaiam: Scientem infirmitatem, poterat verti. Contritum seu confractum infirmitate. Altera dictio est almenothau à singulari almanah, quæ significat viduam, vt Threno. 1. Facta est quasi vidua domina gentium. Significat etiam domũ, vt apud Esaiam. 13. Vlulæ in ædibus eius, vel vt quidam vertunt: in magnificis domibus eius. Iacto hoc fundamento potest rectè locus Ezechielis ita conuerti: Cognouit viduas eorum. Vt sit sensus: Non solùm viros occidebat, sed cum eorum vxoribus habebat congressum. Ita hũc locum interpretatur R. Ioseph: quem sequitur Pagninus ita transferens: Et cognouit viduas eius. Vel sic: Et confregit siue diruit ædes eorũ: Acsi dicat: Non solùm homines ad excidium vocabat, sed magnificas eorum domos funditus euertebat. Ita hunc locũ interpretatur paraphrastes Exo. 1.

Deu. 31.

Gene. 4.

Esa. 53.

Thren. 1.

Esa. 13.

Chaldæus: quem sequitur R. Ionah. At R. Dauid in libro radicum contendit nomẽ hoc almanah hoc loco viduam significare: sed per viduas intelligit ciuitates desolatas: quemadmodum Ieremias prima sua lamentatione euersam à Babylonijs Hierosolymã deplorãs, ait: Facta est quasi vidua domina gentium. Nam vt ciuitas florens, hominum illustrium cœtu referta, diuitijs rerumque necessarium copia affluens comparatur cum muliere nupta, ita ea quæ expugnata fuit, & direptioni commissa, & fundibus euersa, vidua meritò appellatur. Potest verti locus hic: Contriuit viduas eorum, viros scilicet illarum interficiendo. Et hunc sensum secutus est communis interpres. Septuaginta non tam verba, quàm sensum hoc loco curantes, transtulerunt: Et pascebatur audacia sua. Ac si diceret propheta: Nullum erat impium facinus, quod non admitteret: non solùm in viros nobiles irruebat, & imperum faciebat, sed hac impia audacia oblectabatur.

Threno. 1.

Quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata. In explanatione per sanguinem exposuimus maiores, à quibus synagoga originem suam sumebat. Septuaginta habent: Quasi vinea ὡσεὶ ἄμπελος ἐν αἵματι, hoc est quasi flos mali granati. Vt sit sensus: Fuit hæc vinea pulchra, similisque floribus purpureis mali granati. Tantus erat eius splendor, tanta pulchritudo, vt posset cum floribus pulcherrimis comparari. In Hebraico est: Quasi vinea בְּדָמֵךְ bedhamea. Dictio est derivata à verbo damah, quod significat similẽ esse, filere, & excidere, seu interficere. Illud psalmi: Similis factus sum pelicano solitudinis, poterat etiam verti: Silui instar pelicani solitarij. Et illud: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, potest verti: Comparatus est brutis insipientibus, quæ exciduntur, siue interficiuntur. Vt sit sensus: Homo ad imaginẽ Dei factus, & ab eo in excelsa dignitate constitutus, qui nisi in crimen incideret esset immortalis, abiecit seipsum per peccatum, & cũ Deo parere, & cœlestia expectare deberet, pomum prohibitum comedit, quo mortem sibi parauit, & manet mortalis similis animalibus brutis, quæ intereunt. Et si enim anima immortalis est, corpus tamen perit & corrumpitur. Sunt quidem homines ex terra, non vt incolæ & habitatores, sed quasi spectatores & contemplatores rerum superarum, quarum cõsiderationem nullis alijs animantibus conuenire intelligimus. Sed qui nolunt intueri hominis dignitatem & excellentiam,

Psa. 101.

Psal. 48

Gg sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed diffluunt beluinis voluptatibus, seque in vitia ingurgitant, cum belluis meritò comparantur. Et quoniam animalia excisa & interfecta sanguinem fundunt, accipitur hoc nomen nostrum pro sanguine. Et hanc significationem secutus est noster interpres. Et quoniam sanguis auget fortitudinem, & pulchritudinem, potest esse sensus: Mater tua Hierosolyma quasi vinea fœcunda in virore, & fortitudine, & elegantia tua, in terra fertili & irrigua plantata tulit olim vbertimos fructus.

Gene. 1. Sed quoniam nomen hoc significat etiam similitudinem, vt Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: vertit Pagninus: Tanquam fructificans vitis in similitudinem tui. Id est, vt te similem sibi gigneret. Ac si diceret diuinus vates. maiores tui ô populi Iudaice, Abrahã, Isaac, & Iacob, & nonnulli viri alij virtute præcellentes concupierunt te similem sibi efficere, sed desiderium illud, & spem suarum cogitationum fraudes tuæ teterrimæ fefellerunt. Potest etiam verti. Mater tua quasi vinea in silentio tuo super aquam sata. Hoc est, in quiete & tranquillitate tua fructus lætissimos quondam producebat. Ab hoc verbo deriuatur nomen dumijah, quod significat silentium, & decorum, siue decentiam. Hac ratione ductus diuus Hieronymus locum illum psalmographi, Te decet hymnus Deus in Sion, transfert ex Hebraico: Tibi silentium laus Deus in Sion. Vt sit sensus: Tacet laus, nam tam excelsa & illustria sunt opera tua domine Deus, vt nemo te possit pro dignitate laudibus efferre. Quæ memoria, quæ vis ingenij, quæ magnitudo obseruantiæ tuis erga homines beneficijs respondere potest? Quæ erit tam eximia orationis copia & facultas, quæ tam admirabilis dicendi amplitudo, quæ possit laudes tuas non dico ornare dicendo, sed ne strictim quidem attingere numerando? R. Dauid Kimhi transfert: Tibi expectatio hymni Deus in Sion. Hoc est, te expectat laus Deus in monte Sione. Existimat enim diuinum psaltem induxisse hic Hebræos in Babylonica captiuitate detentos, in hunc modum loquentes, ac si dicerent: Non possumus te domine in hoc exilio dignis laudibus celebrare, at cum nos in pristinam dignitatem restitueris, cùm nos ad patriam nostram, cuius desiderio tenemur, reuocaueris, tunc te mirificis laudibus efferemus in monte illo Sione, in templo sancto tuo, quod ad hoc delegisti & consecrasti. Ibi te expectat hymnus, ibi tibi crebras laudes concinemus. His consonant verba illa: Quomodo cantabimus canticũ domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ieru-

Psal. 46

Psa. 136

salem, obliuion detur dextera mea. Nullo loco præterquam Hierosolymæ fas erat tunc ædificare templum, aut facere sacrificium. Sed locus ille ecclesiam Christi significabat, extra quam nec est fides, nec charitas, nec perfecta virtus, nec vera religio, nec honestas omnibus numeris absoluta. Poterat quidem versus hic ita rectissimè trãsferri: Te manet hymnus Deus in Sion. Hoc est in ecclesia militante, sed multò tranquillius & suauius in ecclesia triumphante: Ideo sequitur: Beatus quem elegisti, & assumpsisti: habitabit in atrijs tuis. Quasi dicat: Felix est ille, quem tu domine selegisti ex innumerabili mortalium multitudine, & tibi filium adoptasti, & ad gloriam cælestem perduxisti, ad atria tua sempiterna, vbi gloria cumulatus habitabit, teque in æternum fruetur.

ARGVMENTVM CAPITIS XX.

OBdicit Deus Hebræis in Babylonicam captiuitatem conicctis eorum ingratitudinem, qui eius memoriam diuinorum beneficiorum deberent colere obseruantia sempiterna, vt etiam post mortem tantæ pietatis monimenta in posteros propagata relinquerent, obliti sunt Dei, eoque contempto, falsos & commentitios Gentium Deos coluerunt. Quam ob causam ait Deus non esse se illis ad votum responsa daturum. At ob misericordiam suam promisit illis è captiuitate Babylonica liberationem, missurumque filium suum vnigenitum, qui sæculorum animos misera seruitute oppressos suo sanguine redimeret, & in Christiana dignitate conlocaret.

CAPVT XX.

ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis, venerunt viri de senioribus Israel, vt interrogarent dominum, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Nunquid ad interrogandum me vos venistis? Viuo ego, quia non respondebo vobis, ait dominus Deus. Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? Abominationes patrum eorum ostende eis. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: In die, qua elegi

elegi Israel, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra AEgypti, & leuaui manũ meam pro eis, dicens: Ego dominus Deus vester. In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra AEgypti, in terram, quam prouideram eis fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego dominus Deus vester. Et irritauerunt me, noluerunt que me audire. Vnusquisque abominationes oculorũ suorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt. Et dixi, vt effunderem indignationem meã super eos, & implerem iram meã in eis, in medio terræ AEgypti. Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarũ medio erãt, & inter quas apparui eis, vt educerẽ eos de terra Ægypti. Eieci ergo eos de terra AEgypti, & eduxi eos in desertũ, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciẽs homo viuet in eis. Insuper & sabbata mea dedi eis, vt esset signum inter me & eos, & scirent, quia ego dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus Israel in deserto: in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis, & sabbata mea violauerunt vehementer. Dixi ergo, vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter nomen meum ne violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earum.

Leu. 18. d
Ezo. 10. d
Exo. 10. b
Exo. 31. c
Deut. 5. b
C
Exo. 16. f

EXPLANATIO.

ET factum est in anno septimo. Sensus est: Euenit id, quod sum hoc capite narraturus anno septimo à transmigratione Iechoniæ, quinto mense, qui vocatur ab Hebræis Alo, decima die mensis. Iuxta numerum & computationem annorum apud Hebræos contigit hoc anno à mundi creatione. 3543. sed iuxta computationem Eusebij Cæsariensis in libro de temporibus contigit anno à mundi constitutione. 4607. Ait enim fuisse captiuitatem siue transmigrationem Iechoniæ anno mundi, 4600. hoc autem euenit anno septimo à transmigratione, regnante Romæ Tarquinio Priseo, olympiade. 45.

Venerunt viri de senioribus Israel. Id est, accesserunt ad me quidam ex magistratibus Iudæorum, qui cæteros ætate & authoritate anteibant, & in Chaldæa populum suum captiuum quodammodo gubernabant, vt per me deum interrogarent. Solebant Hebræi à Deo per prophetas ea quærere, de quibus dubitabãt. Saul quærens asinas pergit ad videntem, ita enim prophetam appellabant. AEgrotante filio Ieroboam, mittitur vxor eius in Silo ad Ahiam prophetam. Dauid etiam cùm diuinus esset vates Nathan diuinum quoque vatem interrogat, esset ne templũ domino erecturus. Cùm Gabaonitæ filijs Israelis fraudulenter loquerentur, ait diuina scriptura eos deceptos fuisse, & os domini nõ interrogasse, vbi per os domini intelligitur diuinus vates, per quem Deus loqui solebat, quem interrogare debebant. Cùm igitur mos esset Hebræorum à Deo per diuinos suos vates ea quærere, quæ versabant in deliberando eorum animos, afferebantque ancipitem cuiquam cogitandi, venerunt quidam ex senioribus interrogatum Deum per prophetam Ezechielem nonnulla, de quibus dubitabant. Sed quoniam iniquo animo veniebant, non Dei gloria ducti, sed iniquitate sua commoti, non meruerunt accipere responsionem. Volebant hi quidem diuinam habere scientiam, sed nolebant iuxta illam operari. Huiusmodi sunt multi, qui sunt scientia illustrati, sed factis suis obscuri: intelligunt temperandum esse ab omni maleficio, esseque mentem ipsam ab omni nefario contagio puram integramque seruandam, sed scelestibus nihilominus pascuntur, & omni vitiorum genere contaminantur. Vt sol mense Decembri etsi eos illuminet, qui Norwegiam regionem septentrionalem incolunt, non tamen illos calefacit, sic scientia multos, quos instruit quid sit faciendum, non continuo ad faciendum accendit: eos attingit ad sciendum, non ad operandum. Quemadmodum nõ ille dicitur diues, qui multas intelligit diuitias, sed qui possidet eas, sic nõ ille iustus est, qui scit de virtute disserere, eiusque definitionem agnoscit, sed

1. Reg. 9.
3. Reg. 14.
3. Reg. 7.
Iosue 9.
Simile.
Simile.

sed qui illa prædicat, eam colit & exercet. Sci
1. Cor. 8. entia, vt ait apostolus, inflat, charitas verò ædificat. Quod intelligitur de scientia, quæ est absque charitate. Omnes trahimur & ducimur ad scientiæ & cognitionis cupiditatem: sed danda opera est, vt scientia sit cum virtute copulata. Qui alios docet quid sit faciendum, ipse verò in rectè facta illa, ad quæ alios hortatur, non incumbit, qui alijs suadet vitia sua videre, vt ea declinent, ipse autè seipsum non cognoscit, similis est claro ac perspicuo speculo, quod alijs maculas suas ostendit, ipsum autem seipsum non videt. Vt enim speculum imagines obiectas illud intuentibus repræsentat, vt se præclarè possint colere & ornare, cùm illud seipsum minimè perspiciat, sic eloquens sed deditus vitijs concionator verum virtutum cultum & ornatum auditores docet, cùm seipsum nō doceat, nec curet.
In huiusmodi magistros inuehitur his verbis
Rom. 2. in epistola ad Romanos diuus Paulus: Qui alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mechandum, mecharis. Marcus Tullius in Verrem has voces emisit: Non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferēdus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Et in Salustium: Omni vitio debet carere, qui in alterū paratus est dicere.
Simile. Eos qui recta dicerent, nec facerent cōparabat Diogenes apud Laertium cū cithara, quæ cū suauem concentum efficiat, quo alios oblectet, ipsa tamē seipsam nec audit, nec sentit. Imò plerunq; etsi deficiet, parum tamen aut nihil prodest: nā vt ait in Moralibus diuus Gregorius: loquendi authoritas perditur, quādo vox operibus non iuuatur. Et iterum: Tunc est sermo viuus & efficax, cū est prædicantis pura sanctitas, & virtus perfecta. Si scientia est cū virtute coniuncta, admirabiles habet effectus, & hæc est scientia, quam summopere oportet comparare. Nam velle scire, tantum vt scias, curiositas est, velle scire, vt scias, vanitas est, velle scire, vt operes aut honores acquiras, turpis quæstus est, velle autem scire, vt ardentius diuino amore inflammeris, & alios excites ad eiusdē amoris flammā, virtus est. Sed quoniam hi seniores Hebræorū, de quibus hoc loco agit Ezechiel, Dei scientiam habere volebant, sed quod illa docet, repudiabant: non enim ad eam virtute, nec prudentia, nec charitate incitabantur, sed curiositate, vanitate, & proposita iniquo absque timore domini, ideo eam non comparārunt, nam vt ait diuinus ac regius vates: Initium sa
Psal. 110 pientiæ timor domini. Id quod postea filius
Prouer. 1 eius in Prouerbijs prædixit.

Viuo ego. Ita solebat Deus loqui apud diuinos vates, cum volebat rem aliquam confirmare.

Quia non respondebo vobis. Subaudimur ad votum vestrum. Vel, nullum vobis dabo responsum ob ingratitudinem vestram: video enim propositum vestrum iniquitate plenum. Septuaginta habent: Si respondero vobis. Vt sit oratio imperfecta, ostendens dei iram. Est enim aposiopesis figura, quam alij reticentiam appellant, cùm iutra nos ob iram superuenientem ea supprimimus, quæ dicturi videbamur.

Si iudicas eos, iudicas fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis. Hoc est, siquidē ō fili hominis Hebræos iudicas iudicio discretionis, ostende eis quomodo viuere debeant. Cùm ego te eorum speculatorem constituerim, ne illis blandiaris, sed erecto animo annuncia eis scelera maiorum suorum, quos ipsi imitantur: vt eorum supplicia metuant, quorum flagitia sequuntur. Itaque particula, si, hoc loco accipitur pro siquidem, vel quia, vt apud Esaiam: Si posueris pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. Ac si diceret: Siquidē Christus posturus est vitā suam, se in crucis ara pro mundi sceleribus hostiam constituens, videbit Christianorum multitudinem sanguine suo genitorum, & veram religionem longē lateq; propagatam. Apud authores Latinos etiam si, pro siquidē sæpe inuenitur, vt apud Vergilium Georgicorum primo: Vestro si numine tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Poterunt hæc Dei verba ita verti ex hebræo: Cur iudicas eos? Cur iudicas fili hominis? Et tunc erit sensus: Ne iudices eos penitus periisse, quin potius da operam, vt eos reuoces ad pœnitentiam, reducens illis in memoriam flagitia parentum, quibus ipsi sunt etiam irretiti. Septuaginta habent: Si vltus eos fuero vltione fili hominis. Et tunc est sensus: Si ego in eos grauiter animaduertero ō fili hominis, ostende tu eis causam, vt sciant me esse iustum, eos autem meritā suorum scelerum pœnas persoluere.

In die qua elegi Israel. Id est, quando elegi Israelitas in populum meum, miliique ad eos Moysem, qui eos educeret ex AEgypto. Exod. 3

Et leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob. Hoc est, cùm propter Hebræos percussi AEgyptios? Manum leuare, est vehementer percutere: quoniam qui flagellat, quantò plus erigit manū, tanto grauius ferit. Ideo videris se Dauid à deo grauiter percussum aiebat: Die ac nocte grauata est super me manus tua. Psal. 31
Est etiam manum leuare promittere, vt in libro

Num. 14 libro Numerorum. Non intrabitis, inquit deus, terram, super quam leuaui manum meam. Sunt qui dicant leuare manum esse ostendere vires & potentiam ad aliquem protegendum, & gestibus ac signis animum ad id promptum significare. Quæ omnia huic loco conueniunt. Nam Deus in exitu Israelitarum ex AEgypto promisit eis terram Chanaan, & in eorum protectione potentiam suam ostendit.

Et apparui eis in terra AEgypti. Septuaginta habent: Et cognitus sum illis in terra AEgypti.

Quæ est egregia inter omnes terras. Fuit terra promissionis quondam fertilissima, ideo appellabatur fluens lacte & melle: hoc est, bonis omnibus abundans. Diuus Hieronymus asserit nunquam totam terram promissionis possessam fuisse ab Hebræis, quoniam ipsi ob eorum flagitia eam non meruerunt: quin potius semper in ea habitasse Gentes barbaras & incultas, quas Iudæi ex illa nunquam eiecerunt. Sed etsi terra illa esset amœna & fœcunda, eximio tamen ideo eam inter omnes terras egregiam appellari, quia futurum erat, vt in illa Christus secundum carnem nasceretur. Sed postquam ipse in ea fuit occisus, facta est sterilis, & infructifera: & est vastata, & inutilis.
Esai. 1. Id vaticinatus fuerat Esaias, dicens: Desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.

Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat. Hoc est, idola repudiet. Quod statim explicat, dicens: Et in idolis AEgypti nolite pollui. Pro offensionibus vertunt nonnulli abominationes: ita enim solent idola in diuinis literis appellari. vt Exod. 8. Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro? Et quarto Regum vigesimo tertio. 4. Reg. 23 Melchon abominatio filiorum Ammon. Et 2. Par. 34 secundo Paralipomenon. 34. Abstulit Iosias cunctas abominationes. Hoc est, omnia idola. Poteris per oculorum offensiones ea intelligere, quibus homines ad turpia desideria excitātur. Qui sunt ex AEgypto, ex mundi seruitute, ex Pharaonis, hoc est, dæmonis potestate egressi, qui mundi voluptates & vanitates reliquerunt, dent operam, vt expeditius abiciant, quibus oculi offendantur. Dicant Psa. 118. eum duide: Auerte oculos meos, nè videant vanitatem, in viatua viuifica me. Ea relinquāt, quibus mundi amatores allectantur, ne vt ver Ierem. 9. bis vtar Ieremiæ, ascendat mors per fenestras eorum.

Exod. 1. *Et dixi, vt effunderem indignationem meam.* Dixi mecum, & statui, me esse in illos grauiter animaduersurum. Et ita factum fuit: nam eos per Pharaonem castigauit, qui eorum filios in Exod. 5. terficiebat, eosque operibus luti & palearum vexabat. Asserunt nonnulli voluisse Deū multos ex Hebræis post visionē signorum in plagis Aegypti interficere, quoniam Moysi parere nolebant. Et hoc voluisse hoc loco Ezechielem significare. Nam quartodecimo capite Exod. 14 Exodi scriptum legimus, eos etiam visis Dei miraculis verbis Moysi repugnasse. Erant in AEgypto multi ex Hebræis qui idola colebant, seque labibus AEgyptiæ Gentis contaminabant: etiam si ibi essent multi fide insignes, & charitate præstantes. Sed noluit Deus eādem illam iniquis inferre, ne dicerent AEgyptij, eum non posse populum suum eripere, & incolumem reducere: Ideo subdit:
Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus. Ac si diceret: Sed benignè eos tractaui, & mirabiliter eripui, ne nomen meum blasphemaretur inter Gentes, quin potius esset in omnibus terrarum oris illustri laude celebratum. Ea signa & mirabilia edidi in AEgypto, & transitu maris ru- Exod. 14 bri, quæ nulla esset obscuratura oblitio, de quibus nulla vnquam ætas conticesceret.

Inter quas apparui eis. Innotui illis per signa diuinitatem meam ostendentia.

Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis. Per præcepta hoc loco moralia & cæremonialia intelliguntur, per iudicia verò iudicialia.

Quæ faciens homo viuet in eis. Hoc est, legem illis tuli, quæ mortem minaretur eam violantibus, vitam autem polliceretur eam custodientibus. Ideo hoc ait, quia iudicialia legis Moysi multa flagitia morte multabant, eos autem, qui legem seruabant, viuere sinebant. At Ionathas Chaldæus hoc intelligit de vita æterna: & rectè quidem meo iudicio, si hoc de illis intelligas, qui fidem venturi Christi habebant, & propter Deum legem ipsam seruabāt: nam apud Matthæū ait Christus Deus noster:
Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Vbi absMatt. 19. que dubio de vita loquitur æternā. Quæ præferat hæc quæstio adolescentis: Magister bone quid faciendo vitam æternam possidebo? Et apud Lucam, cùm legisperitus Dei præcepta recitaret, respōdit Christus: Hoc fac, & viues. Ante aduentum Christi nemo in regnum cæ Luc. 19. lorum introibat: erat enim clausum: at Christi sanguis illud aperuit quam ob causam eū Diuus Hieronymus vocat clauem paradisi. Qui tamen Dei legē obseruabāt, in fide Christi venturi saluabantur, & migrantes in gratia decedebant ad limbū, aut ad purgatorium, vbi Christum expectabant, qui eos ad æternam vitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

perduceret. Sed dices: Ergo opera legis veteris iustificabant. Minimè, ait enim apostolus
Galat. 2. in epistola ad Galatas: Ex operibus legis nō iustificetur omnis caro. Et paulò pōst: Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Et iterum: Si data esset lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et in epistola ad Romanos: Ex operibus
Rom. 3. legis non iustificatur omnis caro coram illo. Vbi appellatione carnis homines intelligit secundum vitet naturæ, auxilio diuini spiritus destitutos, qui etsi raro pectore & naturæ conatu contendant opera legis efficere, nequeūt absque fide præuia, diuinique numinis auxilio veram obtinere iustitiam: per opera verò legis existimo intelligete Diuum Paulum, nō solùm cæremonialia, sed etiam moralia, ipsum
Rom. 7. que decalogum, cuius opera per se non iustificabant. Nam explicans de qua lege loqueretur, subdit: Per legem enim cognitio peccati. Atqui illud est planè perspicuum, legem per quam nobis innotescit peccatum esse decalogum, quæ est norma quædam morum, ad quam debemus vitam dirigere. De qua ait capite septimo eiusdem epistolæ: Concupiscē tiam nesciebam, nisi mihi lex diceret: Non concupisces. Quod quidem est in decalogo
Exod. 20 literis mandatum. Vnde Diuus Augustinus
Deu. 5. & 9. asseueranter affirmat, non solùm literam cæremoniarum, sed opera decalogi per se occidere, quòd peccatum ostenderent, vnde nosset excitatur appetitus, per se autem remedium non præstarent. Nulla est lex, cuius operibus nos ex viribus naturæ nostræ iustificemur, nisi præuia fide, diuino auxilio adiuti. Quia autem diuina gratia fuerit iustitiam consecutus, deoque, qui est æterna iustitia reconciliatus, poterit verè implere legem, & opera illa in gratia facta vitam æternam inerentur.
Mat. 19. Hæc sunt opera, de quibus aiebat Christus:
Rom. 2. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Diuus Paulus: Non auditores legis iusti sunt
2. Cor. 7. apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Et iterum: Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Sed si hæc legis opera sint absque fide,
Hebr. 11. nullo modo iustificāt apud Deum: sine fide enim impossibile est placere Deo. Ideo ait apostolus, ex operibus legis non iustificari omnē
Hebr. 7. similc. carnem. Et alibi, Lex, inquit, nihil ad perfectū addocit. Quemadmodum laniista scromachix ludo perfectus docet percutere inimicos, eorumque ictus declinare, sed nec præbet animum nec vires, sic lex vetus docebat quemadmodum homines essent cum animi hostibus, nempe mundo, dæmone, & carne pugnaturi, at per gratiam conferebat, nec vitam æternā. Per legem, inquit apostolus, cognitio peccati: Rom. 3. sed iustitia Dei per fidem Iesu Christo. Iustificamur enim gratis per gratiam Dei, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Hoc est certum, à Christi passione, quæ est causa humanæ iustificationis, derivari virtutem iustificatiuam ad sacramenta nouæ legis, non autem ad veteris legis sacramenta. Iustificabantur tamen per fidem passionis Christi antiqui patres, sicut & nos. Erant enim sacramenta illa vetera quædam illius fidei protestationes, quatenus acerbos Christi cruciatus, eiusque mortem innocentissimā significabant: verāque solùm signū fidei iustificantis. Id inuens apostolus ait in epistola ad Romanos, Abraham Rom. 4 recepisse signum circuncisionis, sigaculū iustitiæ fidei. Conferebatur quidem in circuncisione gratia, quatenus erat signum passionis Christi futuræ, sed non ex opere operato. Vnde recte dicimus opera legis veteris ex propria vi suæ gratiam non contulisse. Nihilominus tamē legē illam obseruāti, si faciebat quod in se erat, deus vitā gratiæ largiebatur. At lex ipsa per se eius præcepta coram hominibus ea stodientibus vitam tantūmodò corporis pollicebatur. His rationibus adductus existimo Ezechielem hoc loco de vtraque vita & corporis & animę locutum fuisse, cùm dixit: Quę faciens homo, viuet in eis.

Insuper & sabbata mea dedi eis. Præcepi illis, vt sabbata sanctificarent, & laboribus seruilibus abstinerēt, quò possent totos sese mihi dedere, & mysteria mea in animo versare: esseq; signum inter me & eos, hoc est, mutui amoris significatio: eorum ergo me, quod mihi adhærerent, ostenderentque cæteris populis esse meæ legis cultores: meique erga eos, quòd illos voluerim requiescere, & vitam æternam adipisci. Præcepit etiam Deus, vt sabbatum obseruaretur, in quo ipse requieuerat in mundi creatione post opera sex dierum, vt esset omnibus perspectum & cognitum non fuisse mundum sempiternum absque principio, sed ab eo creatum. Creauit Deus mundum, & Genes. 2 die septimo requieuit: ideo dies illa obseruabatur. At contaminatis hominibus, & morum corruptela depravatis mortalibus, fecit Deus alterum quodammodo mūdum, & cùm multis diebus laborasset, & pro nobis mortem crudelissimam pateretur, requieuit die dominica, resurgens à mortuis, vt nos à morte liberaret: & vt verbis vtar Diui Pauli: tradimus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā. Et ob causam decreuit ecclesia, vt pro sabbato dies dominica obseruaretur.

retur. Nā quēadmodū in lege vetere ideo dies festiua obseruabatur, quia in ea requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat, sic in le-
Osee. 1. ge noua obseruatur dies octauus, quia in eo Christus quieuit pātratis humanæ redemptionis operibus. Sed dices: Si sabbata obseruantia est diuinum præceptum morale, qui fieri potuit, vt mutaretur? Nam etsi cæremonialia ablata fuerint, moralia tamen autori non poterant. Huic obiectioni facilè respondetur: In sabbati sanctificatione erat quippiam morale, quippiam verò cæremoniale: morale est obseruari diem vnum in hebdomada, & hoc non abstulit Ecclesia: esse autem hunc diem, vel illum, hoc erat cæremoniale: & hoc meritò mutauit, quia mutare poterat: imo mutare debebat ob resurrectionis mysterium. Et nonnulli psalmi inscribuntur: Pro octauo: per quē diuus Hieronymus diem resurrectionis intelligit. Et ipsa lex vetus innuebat Iudæorū sabbata esse abroganda, solumque vsque ad Christum duratura. Osear diuinus vates de-
Ose. 2. um in hunc modum inducit loquentem: Cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, omnia festa tempora eius. Vide quām apertè ipsorum Iudæorum propheta, cuius ore ipsi Deum loqui testabantur, eorum sabbata & festiuitates abrogandas esse prædixerit. Per A-
Amos 5. mos prophetam ait hoc modo Deus: Odi, & proieci festiuitates vestras, & nō capiam odorē cœtuū vestrorum. Non solùm dixit esse Iudæorum solennitates cessaturas, sed etiam sibi molestas esse. Eodem modo per Esaiā: Neo-
Esa. 1. meniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Non quòd tunc festa impia essent, sed quòd Iudæi essent impij. Erāt illa quidem lege durante bona, sed aduentente euangelio cessatura. Et intuens idem prophetā mentis oculis venturum esse Christum, qui alterum quodammodo mundum constitueret, qui nouos cœlos, hoc est nouos Apo-
Psal. 18. stolos, qui enarrarent gloriam Dei, efficeret,
Psal. 95. & nouum populum, qui cantaret domino cantieum nouum, illiq; non vmbris & figuris, sed
Psal. 97. Esa. 66. spiritu & veritate ferviret, has voces emisit: Sicut cœli noui, & terra nous, stabit semen vestrum coram me: & erit mensis ex mēse, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea. Nonne intueris, quām apertè prædixerit, esse nouā festa instituēda in lege gratiæ, nouoque dies diuino cultui dedicandos? Erant festa illa vetera vmbræ quædam futurorum, quæ erant aduentente sole discessura. Eam ob causam ait diuus Paulus in epistola ad Colossenses: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Vult significare apostolus festa legis Mosaicæ, eiusque cæremonias & sacrificia tam cessasse: quoniam adumbrauerant venturū Christum, qui tam venerat. Et quoniam vmbra erant, Christus autem erat eorum substantia & veritas, & ipse Messias, quem illa omnia figurabant, oportebat aduentente sole abscondere vmbram, & aduentente veritate abscedere figuram. Agnus paschalis immolatus significat Christum pro nobis in crucis ara immolandum: arca fœderis Ecclesiam: duo cheru-
Exo. 25. bim super ea duo testamenta: propitiatorium Christum, qui nos erat patri reconciliaturus. Isaac fascem lignorum humeris impositum ferens, quibus erat immolandus, adumbrauerat Christum, qui erat crucem humeris baiulaturus, in qua se hostiam pro mundi peccato con-
Mat. 27. Ioan. 19. stitueret, vt sanguine suo animas nostras expiaret, & scelerum nostrorum pœnas persolueret. Serpens æneus, quem Moyses extulit
Num. 21. Ioan. 3. in deserto, in quem fauciati oculos conijciebant, vt à vulneribus curarētur, Christum crucifixum designabat, in quem suspicimus, vt à peccati vulneribus sanemur: imò in eius cruce est remedium animæ nostræ. Ionas quinquagesima die egressus est de ventre ceti, imaginem gesserat reditus Christi ad vitam. Manna sanctum Eucharistiæ sacramentum figurauit. E-
Ioan. 6. Num. 11. lias ascendens in cœlum, Christi ascensum
4. Reg. 2. glorioſum præostenderat, de quo præcinerat
Psal. 46. regius vates: Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. Et Micheas: Ascēdet
Mich. 2. pandens iter ante eos. Neomeniæ, quæ erant festa innouationis lunæ, imaginem gerebant eius innouationis, quæ erant in animis faciēda tempore gratiæ, quando Deus erat in spiritu & veritate colendus. Sabbatum Christi reposuit in die resurrectionis adumbrabat. Omnia denique Iudæorum festa in lege constituta fuerunt nostrorum festorum vmbræ & figuræ. Sed dices: Nonne in lege vetere tenebantur Iudæi sabbatum obseruare? Tenebantur
Deut. 5. quidem, vt patet ex legenam Deus elegit populum illum, in quo se ostenderet mundo, &
Exo. 20. cui legem suam traderet, ex quo filius suus vnigenitus carnē sumeret, & in quo de illo nato testimonia extarent: quemadmodum ostendit Apostolus in epistola ad Rom. Et consti-
Rom. 5. & 9. tuent Deus hanc politiam & corporale regnū vsque ad Christi aduentū, volensq; Hebræos ab alijs populis discernere & separare, tribuit illis certos ritus & cæremonias, & dies festos, & alia, quæ voluit, vt durante lege illa vsq; ad Messiæ aduentum seruarentur ab illis, assentq;

signa

Universidad de Deusto
Biblioteca

signa fœderis inter Deum & illos. Sed in aduentu Christi alteratur lex ferretur, quæ predicaretur in omnibus terrarum oris, & repudiata synagoga, atque Ecclesia constituta omnia veteris legis sacrificia, cæremoniæ, & iudicialia cessarent, & sabbatum quod erat datum in signum, in diem dominicā mutaretur. Irenæus lib. 4 cap. 30. hunc Ezechielis locum enarrās, ita ait: In signo data sunt hæc, non autem sine argumento & otiosa, tanquam quæ à sapiente artifice darentur. Sabbata autem perseuerantiam totius diei erga deum deseruitionis edocebant. Aestimati enim sumus, ait Apostolus Paulus, tota die vt oues occisionis, scilicet & conflictati, & ministrantes omni tempore fidei nostræ, & perseuerantes ei, & abstinentes ab omni auaritia. Et paulò pòst. Manifestatur autem & tanquam de ea, quæ facta sunt, requietio Dei. Hæc ille.

Rom. 8. Psal. 43.

Et irritauerunt me. Id est, prouocauerunt me ad iram. Nonnulli vertunt: Rebellauerunt in me domus Israel in deserto. Nam ibi vitulum conflauerunt, & adorauerunt: & innumera fecerunt, quibus Dei legem violarunt. Vnde aiebat Deus ore psalmistæ: Quadraginta annis proximus fui, vel vt potest verti ex hebræo, offensus fui generationi huic, vel cum tædio pertuli generationem hanc, & dixi: Semper hi errant corde.

Exo. 32. Psal. 94.

Et sabbata mea violauerunt vehementer. Nā statim ea fregerunt, vt patet ex libro Exo. cap. 16. & postea frequentissimè.

Exo. 16.

Dixit ergo, vt effunderem furorem meum super eos. Dixi, & mecū statui, me esse eos grauiter puniturum. Eodem tropo vsus fuit paulò antè: Dixi, vt effunderem indignationem meam.

Ne violaretur coram Gētibus. Id est, ne nomē meū malè audiretur apud gentes, quibus spectantibus Israelitas eripui ab earum potestate.

Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram, quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbata mea violauerunt. Post idola enim cor eorū grediebatur. Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec cōsumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego Dominus Deus vester. Et exacerbauerunt me filij, & in præceptis meis nō ambulauerunt, & iudicia mea nō custodierunt, vt facerēt ea: quæ cùm fecerit homo viuet in eis: & sabbata mea violauerūt. Et comminatus sum, vt effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meā in eis in deserto. Auerti autem manum meā: & feci propter nomen meum, vt nō violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerē illos in nationes, & ventilarem in terras, eò quòd iudicia mea non feciffent, & præcepta mea reprobassent, & sabbata mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuent: & pollui eos in muneribus suis, cùm offerrēt omne, quod aperit vuluam, propter delicta sua: & scient, quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domum Israel fili hominis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cùm spreuissent me contemnentes, & induxissem eos in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem eis.

C

D

Leuaui manū meam super eos in deserto. Hoc est, grauiter eos puniui. Etsi non omnes eos interfeci, tamen variis calamitatibus laceraui. Postulabat iustitia vt eos occiderem in deserto, ne terram promissionis ingrederētur, sed prævaluit misericordia mea. Leuare manum hoc loco, est castigare & ferire. Vel est promittere: soleamus enim, cùm aliquid promittimus, erigere manū. Vel est morte alicui vel vulnera minitari. Et tūc est sensus: Minitatus sum Hebræis ferrum & flammam, & varias erumnas, nisi relicto idolorum cultu, & repudiatis scelestibus suis ad meipsum conuerterentur. Hoc tropo vsus est Ezechiel paulò antè.

Post idola enim cor eorum gradiebatur. Id est, idola colebāt. Ire cor, vel cor gradi post aliquam rē, est illā desiderare, colere & diligere.

Cor

Cor enim accipitur pro anima, vt apud Ieremiā: Laua à malitia cor tuum. Aliquando pro opinione. In Genesi ca. 31. vbi nos habemus. Nolitque Iacob confiteri socero suo, quòd fugeret, habet litera hebraica: Iacob verò furatus est cor Laban Syri, quòd non indicaret ei, quòd fugeret. Opinabatur Laban esse Iacob cum pecudibus suis, & ipse fugerat. Accipitur aliquando pro iudicio & intellectu, vt apud psalmographum: Cor meum dereliquit me. & apud diuum Paulum: Obscuratū est insipiens cor eorum. Et quoniam intellectus debet esse cū virtute copulatus, & scientia cū bonis operibus cōiuncta, ait Ecclesiastes: Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Quasi dicat: Qui verè sapiēs est, habet scientiam cordis significatione designatā in manu, hoc est in opere, & nō in manu sinistra, sed in dextra, nō in operibus iniquis, sed præclaris: insipiens verò è contrario. Aliquādo sumitur pro medio, vt apud Ezechielem. O Tyre tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Id est in medio maris. Ita intelligitur illud psalmographi: Nō timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Et illud saluatoris nostri. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus. Hoc est in fossa & sepulchro, in medio terræ. Accipitur aliquādo cor pro volūta te, vt psal. 56. Paratum cor meū deus. Et apud Ecclesiast. Cor ingredientis duas vias, nō habebit successum. Hoc est, voluntas propēsa ad vitia, eaq; amplectēs, sed virtutē fingēs, & tegēs scelera honestatis specie, ambulans cōtā Deo per viam flagitiorum, & cōtā hominibus per viam virtutū, infelicē habebit successum. Itaq; ire cor post virtutem, est eam diligere, & in eius actiones incumbere, contrā verò tunc cor dicitur ire post vitia, cum ad illa voluntas est propensa, eaque cupit, & amplectitur, & ipsis oblectatur. Eodem modo accipitur hoc loco, gradi cor post idola.

Ieremi. 4. Genes. 31. Psal. 39. Rom 1. Eccl. 10. Isai. 27. Psal. 4. Matt. 12. Psal. 56. Eccles. 3. Prou. 15.

Vt non interficerem eos. Nimirum filios cum patribus. Occideram patres, sed filios reliqui superstites, quibus dixi, ne parentū scelera sequerentur. Sed nec filij me audire voluerunt.

In præceptis patrum vestrorum nolite incedere. Seruate præcepta mea, patribus autem vestris vobis, vt à me deficeretis suadentibus, atque ad impia faciuora vos ipsos excitantibus nolite patere. Ne eorum imitemini flagitia, quorum vidistis tormenta. Docet hic locus satis aperte non teneri filios patrēbus obedire in illicitis: imò debere impia eorum præcepta repudiare. In Prouerb. ait Salomon: Mens iusti meditabitur obedientiam. Sed hoc intelligitur, nisi id, quod præcipitur, dei legi repugnet.

Auerti autem manum meam. Desitī à punitione. Nolui eos penitus delere, cùm possem.

Iterum leuaui manum meam. Interpretare, vt paulò antè.

Post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. Id est, obseruarent parentum suorum idola eorumque simulachra venerarentur.

Dedi eis præcepta non bona. Si Dei præcepta bona non sunt, quomodo ait diuus Paulus in epistola ad Rom. Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Et Dauid: Lex Domini immaculata, conuertens animas? Huic obiectioni respondent nonnulli, ideo legis veteris mandata mala dici, quòd bona respectu meliorum quasi bona nō sint. Bona sunt illa, sed respectu legis gratiæ non bona appellantur. Nam sicut grauius delinquenti Iudææ, quàm Sodomæ & Samariæ dicitur apud nostrum Ezechielem: Iustificauit sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, ita excellentioribus noui testamenti præceptis subsequentibus præcepta bona, quę rudi populo data sunt, non bona esse dicuntur. Vel sic: Et si bona essent veteris legis præcepta, tamē qui ea violabant, bona non erant, quoniam grauiùs puniebantur. Cùm enim per legē peccata intelligerent, per legem enim cognitio peccati, & per eam eis Deus præciperet, vt iustitiam colerent & charitatem, ipsi autem se vitijs polluerent, grauiùs peccabant, ijs qui legem non habebant. Vnde dicitur apud Lucā: Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecerit secūdum volūtatem eius, vapulabit multis. Poteris hoc intelligere de præceptis cæremonialibus, quæ ideo dicuntur non bona, quia gratiam non cōferebant, nec erant duratura nisi ad tempus. Hanc explanationem tangit diuus Hieronymus, & Dionysius. Eam tenet diuus Thomas in prima secundæ, & Dominicus Soto in commentarijs in epist. Pauli ad Romanos, explicans locum illum capitis septimi: Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum. Intelligi autem hunc Ezechielis non de moralibus præceptis, sed de cæremonialibus, indicat id, quod subditur statim: Et iudicia, in quibus nō viuēt. Vnde colligitur, loqui prophetā de cæremonialibus, & iudicialibus, quæ erāt cessatura, non autem de moralibus, quæ nunquā erant delēda. Vel sic: Quoniam præcepta mea, inquit Deus, seruare noluerunt, permisi, vt essent subiecti Gentibus idolorum cultoribus, quæ illis præcepta non bona, leges asperas, & tributa intoleranda imponerent. Hinc effectū est, ex eorum flagitijs, vt impijs Gentium ritibus obtemperarent, & primogenita sua dæmonibus offerrēt. Id quod illis diuinus psalmo-

Rom. 7. Psa. 118. Ezec. 16. Rom. 3. Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 105 obijciebat Psal. 105. Id accidit Græcis, qui cùm essent Christiani, sed Christi legē peruerterent, seque vitijs contaminarent, fuerunt à Turcis infidelibus capti, qui eos opprimunt tributis, illisque leges acerbissimas ferunt. Nā filius primogenitus Christiani traditur Turcis, & nutritur ab illis, sit Christianorum acerrimus hostis.

In quibus non viuent. Nā iudicialia ob multa flagitia mortem inferri iubebant. Vel loquitur de vita gratiæ & gloriæ, eo modo quo paulò antè diximus. Poterit hoc ita explanari: Permisi, vt Iudæi ob impietatem suam Gentiū iudicijs subijcerentur, in quibus nullam inuenirent tranquillitatem, nullam quietem, nullam vitam.

Pollui eos in muneribus suis. Hoc est, permisi, vt pollueretur in munenibus oblatis idolis, quæ mihi offerri deberent. Cùm Deus alicui gratiam non tribuit, sed cū in manu relinquit desideriorum suorum, dicitur illum indurare, aut sceleribus polluere: non quòd illum aut induret, aut polluat, sed quod illi gratiam nō impertiat, quam nec ille meretur, nec efficaciter petit. Ita intelligitur id, quod est diuinis literis mandatum: Indurauit Deus cor Pharaonis. Vel ita: Pollui eos, hoc est, ostendi esse pollutor in oblationibus suis. Offerebant enim filios suos primogenitos dæmonijs more Gentium agrestium & incultarum, quæ eos, quos ardentiore amore prosequebantur, in honorem suorum idolorum & vanorum simulachrorum comburebant.

Exo. 10. & 14.

Omne quod aperit vulvam. Hoc est, omne primogenitum.

Super quam leuaui manum meā, vt darem eis. Hoc est, quam promiseram me esse illis datum. De hoc hebraismo diximus paulò antè.

Viderunt omnē collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas, & dederunt ibi irritationē oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. Et dixi ad eos: Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius excelsum vsq; ad hāc E diem. Propterea dic ad domū Israel: Hæc dicit dominus Deus: Certè in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini. Et in oblatione donorum vestrorum, cùm traducitis filios vestros per ignē, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsq; hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego dicit Dominus Deus, quia nō respondebo vobis, nec cogitatio mētis vestræ fiet, dicentium: Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis. In manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos, & adducam vos in desertum populorum: & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio con F tendi aduersus patres vestros in deserto terræ AEgypti, sic iudicabo vos, dicit Dominus. Et subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos: & terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego Dominus. Et vos domus Israel hæc dicit dominus deus: Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis.

Viderunt omnem collem excelsum. Id est, loca sublimia, & arboribus consita, ad exercendam idololatriam apta elegerunt. Quasi dicat deus: Tāta fuit Hebræorum ingratitudo, vt cùm ego eos intromitterem in promissionis terrā, statim me contemnerent, & loca quærerent, vbi idola collocarent.

Et dederunt ibi irritationem oblationis suæ. Id est, obtulerunt ibi idolis sacrificia, quibus me ad iram irritauerunt.

Posuerunt ibi odorem suauitatis suæ. Hoc est, thura & thymiamata, & alias odoriferas confectiones dæmonijs obtulerunt.

Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? Præceperat Deus Hebræis, vt in templo ei sacrificarent: illi autē Gentium superstitioni adhærentes, altaria constituebant idolis extra templū in locis excelsis. Soliti enim erant idolorū cultores in locis eminentibus aras erigere, vbi simulachra collocabant. Postea effecit vsus, vt omnis locus, etiam si infimus esset, vbi dæmonibus sacrificia offerebantur, excelsus vocaretur. Nec solùm loca sacrificiorum, sed ipsa etiam dæmoniorum sacrificia excelsa vocabantur. Est igitur sensus: Quid facitis? Quid est excelsum, quò conuenitis? Nonne hic est locus idolorum, quæ ego vobis prohibui? In

Deut. 33. libro Deuteronomij allocutus est deus in hūc modum Hebræos: Quando transfcritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdite cunctos habitatores terræ illius: conterite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate. Illi autem ea contra hoc Dei præ

3. *Reg.* 12. ceptum in dies erigebant. De Ieroboam, qui

3. *Reg.* 13 & 22. fecit vitulos aureos, sit scriptura: Fecit phana in excelsis. De ijs excelsis fit mentio libro Re-

4. *Re.* 12 gum tertio, cap. 15. & 22. & 4. Reg. 12. & multis in locis diuinarum literarum.

Et post offendicula eorum vos fornicamini. Id est, post eorum idololatriam vos etiam idola colitis. Accipi fornicationem pro idolorum cultu est in diuinis literis frequentissimū. Pro offendiculis vertunt quidam abominationes, alij idola.

Cùm traducitis filios vestros per ignem. Solebāt barbari & impij homines filios suos igne cōburere, vt idola placarēt. Ita asserit diuina

4. *Re.* 17. scriptura lib. 4. Reg. cap. 17. Vide impios Ma-

4. *Re.* 21 nasses impiarum Gentium morem secutus, filium suum per ignem traduxit, vt constat ex eodē libro. Et de Achaz ait ita sancta scriptura libro secundo Paralipomenon: Lustrauit

2. *Pa.* 28. filios suos in igne iuxta ritum Gentiū. Nonnulli filios penitus comburebāt, quidam verò eos per ignem tantummodò transmittebant, existimantes omnia flagitia igne illo purgari. Chaldæi existimabant ignem materialem Deum esse, ideo illum summè venerabantur, & pro Deo colebant: quamobrem per illū currentes transibant, vt manerent ab omnibus animæ labibus perpurgati. Vnde Heraclitus & Empedocles ignem intelligibilem Deum esse statuerunt. Poterit igitur locus hic vtroque modo explanari, & de traductione filiorū per ignem eos necantem, quando penitus incendio flagrabant, & de transmissione per ignem, vt lustrarentur, & mundi tentur. Vide deplorandam hominum superstitionem & cæcitatē.

Et ego respondebo vobis domus Israel? Quasi dicat: non. Venerant magnates Hebræorum ad Ezechielem, vt per illum Deum interrogarent, quibus deus ostendit nō esse eos dignos responsione sua, quoniam Gentium idola colebant. Intuere Iudæorum pertinaciam. Fuerunt electi è patria sua, quod fuissent idolorū cultores, & in Babylonica captiuitate ob idolo-

Ierem. 5. latriam constituti, idola etiam colebant. Merito de illis ait Ieremias: Induruerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti.

Regnabo super vos. Promittit Deus Iudæis reditum à captiuitate Babylonica ob misericordiam suam, cùm ipsi illum ad iram prouocarent. Verum est enim id, quod dixit Ionas propheta: Scio enim quia tu Deus clemens, & mi- *Iona.* 4. sericors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitiam. Ait igitur Deus: Non vos penitus derelinquam, sed eripiā vos, etiam si de hoc nō cogitetis. Multi ex Iudæis illis in captiuitate detentis quærebant à Deo responsa per Ezechielē, vt si Deus illis ad votum responderet, illisque mundi opes & voluptates promitteret, cum colerent, eisque fidē protestarentur. Sin autem aliter responderet, se statim ab eo penitus alienarent, & deficerēt, atque omnes Gentium ritus & superstitiones omnino amplecterentur. At Deus nec illis ad votum respondet, nec permittit vt penitus extinguantur. Vide Iudæorum aduersus Deum impietatem, & Dei erga eos misericordiam.

Educam vos de populis. Nimirū Babylonijs, inter quos captiui detinemini. Nō finam vos esse in perpetua captiuitate. Permisi, vt vos Babylonij expugnarent, & in vincula conijcerēt, non vt vos omnino perderem, sed vt pœnitentiam agentes ad meipsum conuerterem. Hinc disces, quàm salutaris sit calamitas illis, qui eam tolerant ferunt. Prodesi quidem non solùm illis, qui vitijs contaminantur, sed illis etiam, qui virtutibus muniuntur. Pater qui filio, quem singulari prosequitur amore, thoracem fericum dedit sub tunica induendum, permittit, vt præcidatur aliquibus in locis exterius indumentum, vt interius fericum foris appareat. Ita pater ille misericordiarum, & Deus totius consolationis, eum quem diligit, vulnerari ab impijs permittit aliquando, & calamitatibus ferri, vt fericus ille patientiæ thorax, quo eum intus induerat, foris ostendatur. Eam ob causam ait in epistola ad Hebræos Diuus Paulus: Quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnē filium, quē recipit. Et in Apocalypsi Diui Ioannis ait ipse Deus: Ego quos amo, arguo & castigo. Et apud Matthæum: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Beata patientia, quæ, vt verbis vtar Diui Pauli, probationem operatur, probatio spem, spes autem non confundit. Induite vos, inquit, idem apostolus in epistola ad Colossenses, sicut electi Dei patiētiam. Et ad Hebræos: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorē fidei, & cōsummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Oportet enim nos in calamitatibus constitutos ad dominum confugere,

Simile.

2. Cor. 1.

Heb. 12.

Apoc. 3.

Matth. 5.

Rom 5.

Coloss. 3.

Heb. 12.

eumque precati, vt ope sua tanquam splendidissimi solis fulgore dissipet noctem ærumnarum nostrarum, ne crescentibus malorum tenebris arctissimo peccatorum somno consopiamur, ne obdormiamus in morte, ne dicat inimicus noster: prævalui aduersus eos. Si enim Deum fuerimus toto corde amplexati, etimus absq; dubio tutissimi. Et si flagitiosi homines impietate barbari, & immanitate feri pios homines affligant, seque efferant insolenter, quod potentia ad perniciem virorum iustorum tolerantia insignium abutantur, tamen boni prævalebunt, & ad gloriam æternam perducentur. Nam vt ait regius vates, patientia pauperum non peribit in finem. Etsi enim ad tempus sinat eos Deus afflictionibus angi ad virtutis perfectionem, & maiorem vitæ futuræ gloriam: tempore tamen illis opportuno eos ex omnibus molestiarum ictibus ac procellis eripit, & confortes efficit regni sui in gloria sempiterna. Id volens significare in eodem psalmo diuinus vates, subdit paulò pòst: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Impij autem qui Dei cultores calamitatibus premunt, pœnas luèt suæ immanitati debitas, & ad ærcas inferorum tenebras tandem detrudentur. Nec solùm post mortem, sed in hac etiam vita exercet Deus aliquando in impios iudicium suum, illos coercendo & flagellando, vt intelligant se esse mortales & caducos, & calamitatibus obnoxios, resque mundi prosperas & florentes nullam habere firmitudinem, nullâ perpetuitatem: elleque illos infelices, qui in illis spem suam locant & figunt, illos autem felices, qui per varios casus plerunque, & magnas calamitatum angustias patiètia iuduti rerumque humanarũ tolerantia muniti ad vitam immortalem perducuntur. Qui possident animas suas, consequètur immortalitatẽ, atqui qui sunt patientia induti, eas possident, dicente Christo: In patientia vestra possidebitis animas vestras, illi igitur immortalitatẽ adipiscentur. Hoc intelligens D. Iacobus apostolus ait in epistola sua: Patiètes estote & vos, & confirmate corda vestra. Et D. Gregorius: Nos sine ferro & flamma martyres esse possumus, si patiètiã in animo verè custodierimus. Postquam Deus minatus est Hebræis ærũnas & tempestates, vt flagitia sua intelligerèt, & lachrymis delerent, excitat eos ad patiètiã, ne calamitatibus suis adhibeant desperationẽ, sed eas æquo animo ferãt, nã illis promittit se esse eos ab illa captiuitate erepturũ, in quam illos cõiecerat nõ vt perderet, sed vt ad sui cognitionem adduceret. Nos autem, qui Christiano nomine gloriamur, eo animo esse oportet quẽ veritas & ratio præscribit, vt nihil præter culpam & peccatum homini accidere posse arbitremur, quod sit horribile aut perimescendum: omnia alia humana placatè & moderatè feramus. Cum nos abiectos, afflictos, calamitatum fluctibus vehementer agitatos videremus, euenta sanctorum memoria repetamus, nihilque nobis noui accidisse cogitemus. Ad sit nobis princeps fortitudo, quæ nobis animũ eriget, & aduersa obruet memoria virorũ illustrium, qui varijs fuerunt ærumnarum procellis concussi: leuat enim molestiam communis quasi legis, & humanæ cõditionis recordatio. Sed nullum est salutarius remedium, nulla prõptior & efficatior medicina, quàm confugere ad Christũ Deum nostrũ, tanquam ad arcem tutissimam, quia ait: Clamauit ad me exudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eũ, & glorificabo eum. Ipse est pater misericordiarum, vt verbis vtar apostoli, & Deus totius cõsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Psal. 12.

Psal. 9.

Psal. 90.

2. Cor. 1.

In furore effusa. Hoc est, effundens furorem cogam vos flagellis ad obsequium meum. Id intelligens Oseas propheta inducit Iudæorũ populum hoc modo loquentem. Vadam, & reuertar ad virum meũ priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Loquitur synagoga more adulteræ se ad virũ cõuertentis, quæ cum Gentium dijs fuerat fornicata.

Ose. 2.

Adducã vos in desertũ populorũ. Hoc est reducã vos à Chaldæa in Iudæã per desertũ, quod est inter Babylonios & Hierosolymitanos.

Et iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. Id est, disceptabo vobiscum signis apertissimis, atque vos testemoris arbitris, & ostendens me nõ vos ex odio afflixisse, sed ex amore, vt vos ad pietatem & religionem reducerem.

Inducam vos in vinculis fœderis. Vt scilicet his vinculis ligati, ab amore meo non recedatis. vincula fœderis sunt amoris ligamina, quibus Deus nos vult vincire, & in suauissimum diuini amoris carcerẽ conijcere, in ijsque dulcissimis vinculis retinere. Deijs ait ipse per Oseam: In funiculis Adã traham eos, in vinculis charitatis. Hoc est, ligaminibus blãdis, quibus non tauri & leones, sed homines trahuntur, clementer & suauiter te trahã ad meipsum.

Ose. 2.

De terra incolatus. Id est, de Babylonica.

Singuli posti idola sua abolite. Id est, colat vnusquisq; idola sua, illiusq; seruiat. Ironia est.

Quòd si & in hoc non audieritis me, & nomen sanctum meum polluetis vltrà in muneribus vestris, & in idolis vestris in monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait dominus Deus,

Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi. Et ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos, cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas dispersi estis, & sanctificabor in vobis in oculis nationum. Et scietis, quia ego dominus, cum induxero vos ad terrã Israel, in terram, pro qua leuaui manum meã, vt darem eam patribus vestris. Et recordabimini ibi viarum vestrarũ, & G omnium scelerum vestrorũ, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fecistis, & scietis, quia ego dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secũdum vias vestras malas, nec secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait dominus Deus. Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra viam austri, & stilla ad aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani, & dices saltui meridiano: Audi verbum domini: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Non extinguetur flamma succensionis: & cõburetur in ea omnis facies ab austro vsque ad aquilonẽ: & videbit vniuersa caro, quia ego dominus succendi eã, nec extinguetur.

Sap. 4. a

Et dixi: A, a, a, domine Deus, ipsi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iste?

Quòd si & in hoc non audieritis me. Si in Chaldæa me non colueritis, faciam, vt in terra promissionis me colat omnis domus Israel. Per mõtem sanctum intelligit Sionẽ per quẽ mons spiritualis, hoc est, ecclesia catholica significatur. Est igitur sensus: Quoniã mihi o Iudæi patere non vultis, quin potius nomẽ meum violare contenditis, efficiam, vt colar à Gentibus in ecclesia mea, vbi tota domus Israel, hoc est, omnis fideliũ concio me adorabit. Perspicuum est diuinas literas intuèntibus per montẽ Sionẽ esse ecclesiam intellectã. Ita illud Michææ intelligitur: Regnabit super eos in monte sanctio suo, ex nunc & vsque in seculum. Et Esaiæ illud: Respice Sion solemnitatem ciuitatis nostræ: oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentam. Et illud psalmographi: Elegit dominus Sion, elegit eã in habitationem sibi.

Mich. 3.

Esa. 33.

Psa. 131.

In odorẽ suauitatis suscipiam vos. Id est, ero vobis propitius. Prosequar vos amore & fauore.

Sanctificabor in vobis in oculis nationum. Hoc est, sanctũ me dicent Gẽtes, cũ meo sanguine mũdũ à peccati captiuitate liberauerit, nomen meum per cunctas orbis terrarum oras laude celebratum, eiusq; cognitio ita omnes vniuersitatis fines petagrèbit, vt repudiatis falsis & commentitijs dijs nõ solùm homines docti & politici, sed agrestes & inculti me cœli ac terræ effectorem & moderatorem, mũdiq; redemptorem esse non modò fateantur, sed profitcantur. Id prævideratregius vates ita canens: Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! quoniã elevata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactèntium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Infantes appellat homines simplices & rudes, quales fuerunt apostoli, per quos Deus salutarem potentiam suam mundo ostẽdit, cùm per illos nomẽ suũ antea solùm in Iudæa notum per cunctas nationes fama celebrauit. Hi sunt cæli gloriam Dei enarrantes, de quibus ait idem propheta: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Romanos de Christi apostolis interpretatur. Possumus & verissimè per infantes & lactèntes eos intelligere, quos diuinus ac regius vates prænidit in spiritu, in ciuitate, & tẽplo Hierosolymæ clamantes in introitu Christi, & dicentes: Hosanna filio Dauid. Narrat enim Matthæus indignatos fuisse principes sacerdotum & scribas, quòd infantes Christũ mirificis laudibus extollerent, Christũ autem illis dixisse: Nunquã legistis, quia ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem? Sed illud est loco illo aduertendum. In primo versiculo vbi nos habemus, Domine, esse in Hebraico Iehouah, nomen Dei tetragrammaton, soli Deo tributum, vbi aũt habemus: dominus noster, esse in hebraico adhon, quod homini tribuitur. Quibus verbis voluit diuinus psaltes Christi diuinitatẽ & humanitatem significi-

Psal. 8.

Rom. 10.

Mat. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rate. Ideo primo loco cum appellat Deum, secundo autem dominum nostrum, quia secundum humanitatem nostri est, ex carne nostra humana, quam sibi copulauit. Et licet ratione potentiæ suæ, quæ immensa est, & infinita, dominus sit omnium, tamen quia naturam nostrã assumpsit, peculiari quadam ratione dominus noster appellatur, & sanctus in oculis omniũ nationum dicitur.

Pro qua lenauimus meam. Hoc est, quã patribus vestris promisi.

Viarum vestrarum. Hoc est, vestrorum morum. Ionathas Chaldæus vertit: Operum vestrorum. Via peccatoris appellatur modus ille viuendi vitiosus, viam muniens ad æternos cruciatus. De ea ait psalmographus: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit. *Psal. 1.*

Disliceabitis vobis. Recordabimini scelerũ vestrorum, eorumque pœnitebit vos. Habebitis dolorem & displicentiam ob peccata vestra: agetis flagitiorum vestrorum pœnitẽtiã. Vbique Deus pœnitentiam commendat. Apud Ieremiã: Si pœnitentiam egerit gens illa à malo, quod locutus sum aduersus eam, agã & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt faciam ei. Et per Ezechielem: Si impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quæ operatus est, non recordabor. Cœpit Ioannes Baptista prædicare, & fuit eius thema: Pœnitentiam agite. Eodem modo cœpit Christus dicẽs: Pœnitemini, & credite euãgelio. Et rursus: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et in Actis apostolorum refert Lucas dixisse diuum Petrum: Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. In epistola secunda ad Corinthios ait diuus Paulus: Nunc gaudeo, non quia cõtristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam, quæ enim secundũ Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Quid ad hanc nubem authoritatum respõdebunt hæretici nostri temporis, qui pœnitẽtiam negant. Aiunt enim nihil aliud esse pœnitentiam, quàm colere virtutem, nihilq; habere cũ lachrymis, displicentia, dolore, & tristitia. Si pœnitentia nihil habet cum tristitia, quorsum ait apostolus: Gaudeo quia contristati estis ad pœnitentiam, quæ enim secundũ Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Nõne hic confundit hæreticorum infamiã? Aiunt bonam esse peccatoris conuersionem ad Deũ, sed nec lachrymas requiri, nec dolorem, nec displicentiam crimi- *Ierem. 18.* *Ezech. 18.* *Mat. 3.* *Mar. 1.* *Luc. 5.* *Actu. 3.* *2. Cor. 7.* *2. Cor. 7.*

num. Quorsum igitur ait Deus per diuinum suum vatem Ioelẽ: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra? Quorsum caneret regius vates: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies? Et pœnitentiam suam expleans ait: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ, lacrymis meis stratum meũ rigabo. Nõne inuertis quàm acerbum animi dolorem & cruciatum significet, quo ob Dei legem violatã, & turpitudinẽ sceleris admissi torquebatur? Versabatur in perpetuo luctu, & noctes inter flebiles gemitus & amara suspiria cõsumebat, lectulũq; suum perpetuo lachrymarum fluuio lauabat. Gloriosus martyr Cyprianus sermone quinto de lapsis ita ait: Agite pœnitentiã plenã doloris, acclamantis animi probate mœstitiã. Vir hic, qui fuit in omni præditus honestate & sanctimonia, qui pectus suũ fecerat armatũ diuinarũ literarũ, qui fuit oĩbus virtutũ, bonarũq; artiũ ornamentis excultus, qui fuit pro Christi fide interfectus, & animo sumo & recto, oculisq; in cælũ eleuatis emisit animam, quę angelis fouentibus diuinas laudes vndique concinentibus in cælũ gloriosè euolauit, asserit pœnitentiã plenã doloris esse debere, cũ aliis sanctis, cũ diuo Paulo, cũ Christo, cũ omni sacra scriptura: Lutherus negat, homo libidinũ seruus, seditiosus, impius, insatiabili voracitati & ebrietati deditus, qui ob nimiam stomachi repletionẽ nocte mortuus est, morte subita correptus, cum nocte illa recta corporis valetudine cœnaret, & cubitũ iret. Vtri credemus sancto Christi martyri, an impio hæretico? ei qui pro Christi fidẽ mortem subiuit, an illi, qui à Christi fide defecit, & apostatauit? Ephesẽ ille, quẽ diuus Hiero. in catalogo de viris illustribus asserit tantam nominis celebritatẽ fuisse cõsecutũ, vt eius scripta publicè in ecclesijs recitarẽtur, duos libros, & sermonem vnũ scripsit de pœnitentia, vbi peccatores ad lachrymas & dolorẽ mirum in modũ hortator. Gregorius Nazianzenus in sermone de sanctis luminibus pœnitentiam vocat Baptismũ lachrymarũ, & Ioãnes Damascenus lib. 4. suæ Theologiæ baptismũ laboriosum, Ioannes Chrysostomus hom. 22. ad populũ Antiochenũ: Si magnus, inquit, est lapsus tuus, maior sit torrens tuarum lachrymarũ. Eusebius Emisenus hom. 5. Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis ad sanandos ipsius cordis dolores. Tota instillandum est spiritus cõtritione, vt vetusta mala tanquam sagittæ de conscientia euellãtur. Dies me deficeret, si vellem authoritatum quarumcunque parũ authori- *Ioel. 2.* *Psal. 50.* *Psal. 6.*

tatum, quibus peccatores magnoperè hortantur ad pœnitentiã, recẽsere. Quid quæris? Ipsa naturæ lex nos docet scelerũ pœnitere. Etsi enim pœnitentia, vt est nouæ legis sacramentum, fuit à Christo institura, nõ à lege naturæ præcepta, tamen vt est virtus, aut virtutis actus, res est ad quam tenemur lege naturæ. Et ethnici secum anguntur dolore, ob memoriam suorum flagitiorum, ducti ipsa lege naturæ. Ouidius de Ponto ita ait: Pœnitet ò si quid miserorũ creditur vlli, pœnitet, & fisto torqueor ipse meo. Cumque sit exilium, magis est mihi pœna dolori: estque pati pœna, quàm meruisse minus. Et Iuuenalis: Euasisse putas, quos diri conscia facti mens habet attonitos, & surdo verbere cædit. Hinc orta est apud Gentiũ pœtas furiarũ opinio: de quibus Vergilius tertio Aeneidos: Et sceleris fumijs agitatus Orestes. Nihil aliud furiarum nomine ab illis significatur, quã animus sibi malè conscius, & quibusdam quasi flagellis conscientiæ sceleris exagitatus. Vnde Marcus Tullius in oratione pro Roscio Amerino, Suis, inquit, quẽq; fraus, & suus terror maximè vexat: suumque quenque scelus exagitat. Marcobius ex Paulino asserit morem esse apud Gẽtes, vt qui sacra facturus esset, se in primis reũ esse fateretur, ac si affereret, se fuorum maleficiorum pœnitere. Refert hoc Blondus libro primo Romæ triũphantis. Quid plura? Natura ipsa nos docet impiorum facinorum pœnitentiam. Et volunt voluptarij homines desinere debere peccatorem nullã agere pœnitentiã, nullam crucẽ tollere, quin potius deliciis affluere. Huiusmodi est Lutherus, & eius sectatorum multitudo, qui se vocant euangelicos, cũ nihil illis sit magis in optatis, quàm euangelio de medio tollere, & si fieri posset, Epicuri inflaturare. Si nemo debet crucẽ suã baiulare, quomodo ait Christus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me? Quomodo laudat euangelistã lachrymas Magdalenæ, quibus rigauit pedes Iesu & filium Petri, qui egressus foras fleuit amarè? Quomodo ait Ecclesiasticus: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei? Quomodo ait Christus: Gaudiũ erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouẽ iustis, qui non indigent pœnitentia? Si tota vita est in delitijs & voluptatibus consumẽda, quorsum ait ipsa veritas: Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quę ducit ad perditionẽ, & multi sunt, qui intrant per eam? Quorsum ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Memor esto, vnde excideris, & age pœnitentiam? Quorsum euangelistæ pœnitentiam laudant, eiusq; præconia extollunt? Quorsum Christus nos ad pœnitentiam exhortatur? Hoc docet sanctum Christi euangelium, secta autem Lutheri contrarium affirmat. Et audẽt Lutherani se euangelicos appellare, cùm ex diametro euangelio repugnẽt. Nisi se eò euangelicos vocent, quòd euangelium euertere, & penitus delere contendant, quẽadmodũ vocatus est Scipio Asiaticus, qui Asiã ou ertit, & Numantinus, qui Numantiã celeberrimã Hispaniæ vrbẽ debellauit. Vt enim quondam Romanorum duces cognomina ab vrbibus, quas expugnabãt & vastabant, sumebãt, sic Lutherani ab euangelio, quod oppugnãt, & euertere conantur, cognomen sibi assumpserũt, & arrogarunt. Appellant se ecclesiæ reformatores, instaurateres puritatis, & fidelium magistros, cùm nihil illis sit antiquius, nihil magis cordi, quàm ecclesiam deformare, mores corruptissimos introducere, & Christi fidem penitus euertere. Negant pœnitentiam, quam tota ecclesia catholica à principio apostolorũ vsque ad nostram ætatem semper prædicauit, & magnificis laudibus extulit, quã ipse ecclesiæ doctor Christus Deus noster docuit, & ad quã omnes viri sapientia & sanctitate præstantes eos, qui in crimina inciderũt, semper excitarunt. Nos verò pœnitentiã amplectamur, & vt hic ait Deus per Ezechielẽ, de peccatis nostris nobis ipsis displiceamus. Vel, vt potest verti ex Hebræo, nos ipsos intra nos dolere faciamus & conteramus. *Mat. 4.* *Mat. 10.* *Mat. 16.* *Luc. 9.* *Luc. 7.* *Mat. 26.* *Eccles. 2.* *Luc. 15.* *Mat. 7.* *Actor. 2.*

Pone faciem tuam contra viam aquilonis. Hoc est, respice in Iudæã, cõtice oculos in Hierosolymam, quæ respectu Babylonis sita est ad meridiem: & vaticinate intrepidè aduersus eam.

Et stilla ad Austrum. Hoc est, loquere aduersus plagam meridionalẽ. Stillare sive pluere idẽ est quod doctrinã proferre: & pluuia idẽ est quod doctrina. Vt in Deuteronomio: Concrefcat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meũ quasi imber super herbã, & quasi stillæ super gramina. Eodem modo in libro Iob: Super illos stillabat eloquium meũ. Vnde apud Esaiã ait deus: Nubibus mãdabo, ne pluant super eum imbrẽ. Hoc est, viris apostolicis prohibebo, ne velint dare sanctum canibus, & sublimem doctrinam veluti pretiosas margaritas ne mittant ante porcos. Vnde regum psalter de diuina sapientia loquens canebat: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Ac si diceret: Similis erit pluuiæ roranti, irriganti terrã sitientẽ, & in mortales beneficia cõferenti. *Deut. 32.* *Iob. 29.* *Esa. 5.* *Matt. 7.* *Psal. 71.*

Et prophetа ad saltum agri meridiani. Hoc est, vaticinare aduersus Hierosolymam. Ponere fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere faciem contra viam austri, stillare ad aphricum, & prophetare ad saltum meridianũ idem est, etiamsi diuersis verbis. Appellatur Hierosolyma saltus agri meridiani, quia erat ad meridiem respectu Babylonis, vbi erat Ezechiel, cùm hæc literis mandabat. Volens Ieremias significare excidium euenturũ Hierosolymæ à Babylonia, dixit vidisse ollam succensam à facie aquilonis, significans per aquilonem Babyloniam respectu Hierosolymæ est enim aquilo ventus flans à septentrione. Appellatur Hierosolyma saltus, quia quemadmodum in nemore & saltu feræ vagantur, ita in ea feri & immanes homines habitabãt. Et vt in saltu varia sunt plantarum genera, quædam sunt fructiferæ, quædam steriles, & inutiles, ita Hierosolymæ diuersi homines, quidam iusti, quidam impij morabãtur. Ideo solebant diuini vates eam cum saltu & sylua comparare. Esaias: Succendetur in densitate saltus. Ieremias: Succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Zacharias: Succisus est saltus munitus. Fortasse per saltum intelligitur mons Libanus, & per Libanum templum Salomonis, quòd esset ex lignis Libani constructum. Vtcunque sit, vaticinatio est aduersus Hierosolymam, qua diuinus vates eam incendio flagraturam esse prædicit: id quod antea Ieremias vaticinatus fuerat.

Ieremi. 1.

Omne lignum viride, & omne lignum aridũ Hoc est, tam nobiles, quàm plebeios. Ac si dicat: Erit tota ciuitas incendio tradita, & consumpta. Poterit per lignum viride bonos intelligere, per aridum verò improbos. Sed cur Deus occidit iustos cum iniustis? Nimirum ne iusti in flagitia cadant, & fiant iniusti, iniustorum facta imitantes: quemadmodum libri Sapientiæ est literis mandatum, ita dicẽtis: Placens deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet animam illius. Cùm impij viros iustos interficiunt, non illis auferunt quietem, sed laborem, iuxta illud eiusdem libri Sapientiæ: Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt & qui abstulerunt labores illorum. Exeunt enim viri pij & iusti ex calamitatibus, & euolant in æternam beatitudinem, vbi magnis gaudijs cumulati in suauissima pulcherrimi numinis visione conquiescunt. Ideo aliquando iusti simul cum iniustis moriuntur. Aut ideo eos Deus aufert ex vita, ne imminentibus calamitatibus, & summis arũnis opprimantur. Hi enim casus sequuntur interdum, vt non erepta viris charitate præstantibus à Deo vita, sed donata mors esse videatur. Non enim corporis oculis intuentur cædes suorum crudelissimas, & ignominias acerbissimas, & in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua ipsi florentissima multum alijs dignitate, nominisque amplitudine præstarent. Christus Deus noster apud Lucam se comparat cum ligno viridi, Iudæos autem cũ arido: ita enim inquit: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fient? Ac si diceret: Si me innocentem ita affligunt, quas pœnas dabunt Iudæi suorum flagitiorum, apti ad incendium?

Esa. 9.
Ierem. 21
Zacha. 11

Sapi. 4.

Sap. 5.

Luc. 23.

Non extinguetur flamma succendens. Alij legunt: successionis, vt sit sensus: Flamma succedens flammæ non extinguetur. Ac si dicat Deus: Ego te crebris calamitatibus castigabo.

Et comburetur in ea omnis facies ab austro vsque ad aquilonem. Hoc est, tota vrbs comburetur ab extremo ad extremum.

Et videbit vniuersa caro. Id est, omnis homo. Solet enim diuina scriptura per omnem carnem omnes homines intelligere. Ita intelligitur illud Geneseos: Omnis caro corruperat viam suam. Et illud psalmographi: Ad te omnis caro veniet. Et illud Esaiæ, Omnis caro fœnum. Et illud Lucæ, Et videbit omnis caro salutare Dei. Et illud apostoli, Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Genes. 6.
Psal. 64.
Esa. 40.
Luc. 3.
Rom. 3.
Gala. 2.

Nunquid non per parabolas loquitur iste? Dolet Ezechiel, quòd cum Iudæi non intelligerent. Imò nec eum intelligere vellent: dicebant enim eum vti metaphoris obscuris. Eam ob causam verbis apertis prædicit illis sequẽte capite Hierosolymæ vastitatẽ & euersionẽ.

Annotationes ex Hebræo in caput XX.

IN die qua elegi Israel, & leuaui manũ meam pro stirpe domus Iacob. Quid sit manum leuare diximus in explanatione. Septuaginta habent: Ex qua die elegi domum Israel, & notus factus sum semini domus Iacob. Non verbum ad verbũ transtulerunt, sed sensum verborũ verbis alijs expresserunt. Tunc enim Deus notus factus est semini domus Iacob, cũ pro illo manum super Aegyptios leuauit, eos plagis percutiendo, & mirabilia perpetrãdo. Leuare enim manum contra aliquẽ est illum percutere, iuxta id, quod dicebat Ioab, cũ quæreret Sebam filium Bochri ad occidendũ illum: Leuauit manum suam contra regẽ Dauid. In hebraico pro leuare est verbũ נשא nasa, quod significat leuare siue extollere, vt 4. Regum ca. 25. Subleuauit Euilmerodach rex Babylonis caput Ioachin regis Iuda. Hoc est, cũ prosecutus est fauore: honorauit illum,

2. Reg. 8

4. Reg. 25

Thren. 4. illum, & euexit ad amplitudinẽ. Id quod nos habemus in Threnis: Facies sacerdotũ non erubuerunt, verti potest: Facies sacerdotũ nõ Jeuauerunt: est enim ibi verbum hoc nasa. Leuare caput, vel faciem alicuius Hebraeorum more, est illum honorare. Significat etiã verbum hoc ferre. vt apud Esaiam: Vere languores nostros ipse tulit. Significat etiam parcere & remittere, vt in psalmo: Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Et quia qui alicui parcit, offensionis eius obliuiscitur, accipitur pro obliuisci, vt Genes. 50. Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrũ tuorũ. Quod poterat verti: Condona quæso fratribus tuis iniquitatem eorum. Hoc est, parce illis. Vbi nos habemus apud Oseam. 1. Non addam vltra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorũ, pro obliuiscar est in hebraico hoc nãsirũ verbũ. Ideo poterat verti locus ille: Nõ miserebor vltrà domus Israelis, quin potius ab vniuersum tollam eos. Hoc est auferã eos à facie mea. Significauit his verbis diuinus vates nunquam regnum decem tribuum instaurandũ: nam Israelitæ illi, qui fuerunt in Assyriam ducti, nunquã postea redierunt, aut certè paucissimi. At Thargum ita vertit locum illum: Si conuersi fuerint, remittendo remittam eis. Quasi dicat Deus: Ipsi ob eorum impietates & nefaria scelera captiui ducti fuerunt ab Assyrijs, sed tanta est misericordia mea, vt illis parcam, eis flagitia condonem, si egerint pœnitentiam. Potest etiam verti locus ille: Sed eleuando eleuabo super eos, sub quibus inimicum. Et ita interpretatur R. David in commentarijs. Vult sensus. Auferam misericordiam meam antiquam à decem tribubus, & eleuabo super eos regem Assyrium, qui eos inclementibus calamitatibus premat. Illud etiam psalmographi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine: potest verti ex hebraeo: Eleuatum est super nos, vel eleua super nos lumen vultus tui domine. Lumen vultus Dei, quo illuminamur, fides est: quæ eleuata est vt vexillum electum, sub quo debemus militare. Crucem signum hoc charitate ornatum secuti fuerimus, non destituemur necessario ad militiam commeatu, sed diuino præsidio adiuti, de animę hostibus admirabiles victorias reportabimus. Derivatur enim verbum hoc nasa à nomine nes, quod significat vexillum militare. Ideo Septuaginta transtulerunt: Signatum est super nos, &c. ad signum siue vexillum alludentes. Significat denique verbum hoc portare, vt 3. Regum secũdo: Quia portasti arcam domini. Ex omnibus his significationibus elegit nonnulli interpretes eam, quæ est propior huic loco dicens. Et leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob. Nihilominus tamẽ poterat ita verti locus hic: Et peperci manui meæ pro familia domus Iacob. Quasi dicat Deus: Cùm decreui me non esse Hebræos castigaturũ, vt eorum peccata postulabãt. Vel sic: Et portaui in manu mea stirpem domus Iacob. Hoc est, cùm elegi Israelitas in populum meum, eos; vt puerulos instar nutricis in manibus meis portaui, educens eos mirabiliter ex Aegypto, & in terram promissionis adducens.

Esa. 53.

Psal. 31.

Genes. 50

Ose. 1.

In terram, quam prouideram eis. Septuaginta habent: In terram, quã præparaueram. Pro prouideram est in hebraico תרתי tartì. Verbum est tur, quod significat explorare: vt Numer. 14. Exploraßis terram. Ideo poterat verti locus hic: In terram, quam exploraueram eis. Vel dispositam eis. Ab hoc verbo derivatur תורה thorah, quæ dictio dispositionem significat. Vnde lex appellatur thorah, quod sit verborum Dei dispositio & forma: vel per quam Dei voluntas sit nobis explorata & perspecta. Sunt tamen, qui dicant thorah derivari à verbo ירה iarah, quod significat docere, quòd nos doceat vtam rectam.

Numer. 14

Quæ est egregia inter omnes terras. Pro egregia est in hebraico צבי tsebi, à verbo צבה tsavah, quod significat tumescere: vnde tsebi significat gloriam, pulchritudinem, desiderium, amorem. Esai. 13. Erit Babylon illa gloriosa in regnis. Vel vt potest verti ex hebraeo. Gloria regnorum. Ideo poterat hic Ezechielis locus transferri: Quæ est gloria omnium terrarum. Illud etiam Danielis: Stabit in terra inclita, vertunt nonnulli: Stabit in terra desiderij, hoc est desiderabili. Hinc effectum est vt id, quod hic ait Ezechiel, variè ab interpretibus verteretur. Nam septuaginta habent: κυρίου ἐν παρεπιδήμῳ τῆς γῆς. Hoc est, fauus est vltra omnem terram. Quasi dicat terra est dulcis & fertilis. Aquila in prima editione pro egregijs siue fano vertit firmamentũ. Theodotio fortitudinem. Symmachus religionem: quòd in ea esset templũ, & vigeret fides, & diuinus cultus. Paginus habet: Desiderabilis est omnibus terris. Quæ omnia in ornamentum cedunt terræ promissionis, & in idem ferè coincidunt.

Deut. 11.

Venus violarentur. In hebraico est לחלל lechalel leuiticũ chechel. Verbum est chalal, quod significat occidere, violare, incipere. Illud psalmi: Et dixi: Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi, potest verti: Et dixi: nunc occisus sum, sed meminerunt dexteræ excelsi. Vt sit sensus: Tam acerbis cruciatibus premebar, vt cogitationibus de salute mea desperatio-

Psal. 76.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem penè adhiberem. Dixi enim apud me, Perij. Sed in tot calamitatũ angustijs hæc mihi occurrebat consolatio, memoria antiquæ dei pietatis, nam diuinæ misericordiæ, & antiquæ dei clementiæ recordatione sustentabar. Confugiebam ad memoriã annorũ antiquorum, intuebar mentis oculis diuinæ pietatis clarissima monumenta, cum dextra excelsi eos, qui ad ipsum confugerant, ex terribilibus procellis eripuerat, & ad vitæ tranquillitatem reuocauerat. Significare verbum hoc occidere indicat Ieremias locus cap. 14. Ecce occisi gladio. Significare verò incipere ostẽdit locus Deuteronomij cap. 3. Tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam. Et Genes. 4. Genes. 4. Ille cœpit inuocare nomẽ domini. Nimirum sinos. Tunc enim instauratus est Dei cultus, cœpitque Deus passim coli, & inuocari. Caietanus explicans locum illum ait, fuisse iam Deũ inuocatũ ab Abelo & Caino, cùm illi munera offerrent, sed non fuisse inuocatum Iehouah, nomen dei quatuor literarũ, voluisse autem Moysem initium vocationis in hoc nomine explicare. Tribuebant enim Hebræi huius nominis inuocationi admirabiles virtutes. Sed quoniam verbum hoc nõ solum significat incipere, sed violare & contaminare, ideo R. Dauid in libro radicum exponit: Tunc violatum, aut prophanatum est nomen domini. Nam tempore sinos coluerunt homines idola, illis nomen domini tribuentes. Eusebius Emisenus legit: Hic speravit inuocari nomine domini, hoc est dici Deus. Non quòd eum deũ esse existimarent, qui illum nomine Dei vocabant, sed ob eximias eius virtutes nomen elohim illi tribuebant. Vnde effectum est, vt qui ex eo descenderẽt, filij dei vocarentur, vt ex capite 6. Genesis constare videtur. Quæ de re in annotatione quadam ad caput 14. suprà differuimus. Chaldaica paraphrasis habet: Tunc cœperunt hominum filij orare in nomine domini.

Ier. 14. Deut. 3. Genes. 4. Genes. 4. Genes. 6.

Post idola enim eorum gradiebatur. Septuaginta habent: Post cogitationes cordium suorum ambulabat. Impias cogitationes, quibus homines oblectantur, idola vocauerunt.

Iudicabor vobiscum. Thargum habet. Vlciscar de vobis. Et paulò pòst, vbi nos habemus: Iudicio contendi aduersus patres vestros, habet Thargum: Vluonem sumpsi de patribus vestris.

ARGVMENTVM CAPITIS XXI.

VAticinatur de clade & excidio Hierosolymæ, & in cõmunibus calamitatibus præcipuo quodã dolore cõficitur. Videbat enim improbos Babyloniæ opibus & potentia florentes esse templum illud euersuros ob impietates eorum scelera, in quo solitæ erant diuinæ laudes celebrari. Prædicit lamentabilem regis Sedechiæ occasum, & Ammonitarum euersionem.

CAPVT XXI.

ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciẽ tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel: & dices terræ Israel: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te: & eiiciam gladium meũ de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. Pro eo autem quòd occidi in te iustum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro vsque ad aquilonem: vt sciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilẽ. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumq; dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor: & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet: ait dominus Deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens. Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit dominus Deus: Loquere: Gladius gladius exacutus est, & limatus. Vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat, limatus est. Qui moues sceptrum filij mei, & succidisti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu. Iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficientis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel, qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo. Idcirco plaude super femur, quia probatus est, & hoc cum sceptrũ subuerterit,

A

B

C

terit, & non erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum.

EXPLANATIO.

Fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalem.

In fine capitis superioris quæsus fuerat Ezechiel de Iudæorum hebetudine, quod eius vaticinia non intelligerent: dicebãt enim velle se audire sententias apertas, non autem parabolas obscuras, quas non poterant animo percipere. Eam ob causam explicat nunc clarius, quæ dixerat obscurè. Pro eo quod dixerat: Pone faciem tuam contra viam austri, ait nunc: Pone faciem tuam ad Ierusalem. Est enim Hierosolyma ad austrũ siue meridiem respectu Babyloniæ, vbi tum erat Ezechiel, cùm hæc literis mandabat. Pro eo quod dixerat: Stilla ad Africum, ait nunc: Stilla ad sanctuaria, hoc est, ad templum Hierosolymæ. Pro eo quod dixerat: Propheta ad latus agri meridiani, ait nunc: Propheta contra humum Israel. Ac si dicat Deus: Ne dicant Iudæi esse oraculo tua intellectu difficilima, & percipi animo non posse, prædic illis aperte eorum miserabilem interitum, & acerbas calamitates. Quid sit stillare, diximus capite præcedente. Templum Salomonis appellat sanctuaria numero multitudinis, quod esset in tres partes diuisum, in atrium, domum, & sancta sanctorum, vt constat ex 3. Regum cap. 6. 3. Reg. 6. Vel ideò de templi euersione loquens illud pluraliter nominauit, vt significaret esse bis euertendum, prius per Babylonios, postea per Romanos. Septuaginta habent: Vaticinare filij hominis, & obfirma faciem tuam contra Ierusalem, & aspice ad sancta eorum.

Ecce ego ad te. Hoc est, contra te.

Eiiciam gladium meum de vagina sua. Hoc est, educam exercitum Babyloniorũ de Chaldæa, qui te interficiat. Ac si dicat: Chaldæi me volente te ô Hierosolyma ad excidium & vastitatem vocabunt. Exercitus sceleratorum est gladius, quo Deus occidit populum suum, quando deficit ab eo, seque sceleribus contaminat. Hunc gladium appellauerat capite superiore flammam, quæ erat saltum, hoc est, Hierosolymam combusturа. Apud Esaiam Sennacherib Assyriorum rex, qui Samariam euertit, virga furoris Dei appellatur. Et id, quod ait psalmographus: Eripe animã meam ab impio, framea tuam ab inimicis manus tuæ, vertit diuus Hieronymus ex Hebræo: Salua animam meam ab impio, qui est gladius tuus, à viris manus tuæ. Vel vt alij vertunt, à viris, qui sunt manus tuæ: Intremur enim sæpenumero Deum loco armorum vti hominibus flagitiosis ad improborum facinora castiganda, & iustorum virtutem exercendam. Et non solùm impios homines appellat gladium dei, sed manũ: illis enim vtitur Deus ad maleficia impiorum punienda, & ad piorum tolerantiã declarandam. Nec solum qui alios calamitate premit & iacerat, sed etiam ipsa calamitas manus dei appellatur. Ideo ait Iob: Manus domini tetigit me. Et iterum: Manum tuam lõge fac à me. Et Esaias: Iratus est furor domini in populo suo, & extẽdit manũ suam super eum. Poteris per gladium dei eius iram intelligere, iuxta illud psalmographi: Nisi conuersi fuerit, gladium suũ vibrauit, arcum suum tetendit, & paravit illũ. Quibus verbis immanem Saulem per summam ignominiam prædicit interitum, & diuinæ vltionis pœnam subiturum, nisi eum scelerum suorum pœniteret.

Iob. 19. Iob. 15. Esa. 5. Psal. 7.

Et occidam in te iustum & impium. Pro quo dixerat capite superiore: Comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Cur autem Deus iustos pariter cũ iniustis puniat aliquando, ibi ostendimus. Poteris etiam per iustũ cũ intelligere, qui cum sit sceleribus imbutus, tamen nullus videtur, nomenque iusti sibi insolenter arrogat. Hoc intelligentes Septuaginta pro iusto & impio verterunt iniquum & iniustum. Vt lanx libræ quantò leuior est, tantò amplius sursum ascendit, sic quantò homo vanior est, & inutilior, & iniustior, tãto sublimius se extollit: & cum sit impius, iustitiã sibi iactabundus assumit, & iusti nomen impudẽter vsurpat. Cõtrà verò quemadmodum bilancis pars plenior & grauior se deprimit deorsum, sic vir virtute clarus, & honestate insignis, se abijcit & inclinat: & quãtò est apud alios virtutibus onustior, tantò apud seipsum iudicatur imperfectior. Hæc est enim magna perfectio, suæ imperfectionis cognitio. Sed etsi se demittat, illũ tamen Deus erigit, efficiens vt eius fama perpetuò vigeat. Nã vt ait psalmographus: In memoria æterna erit iustus. Et Salomon in Prouerbijs: Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescit. Eos Deus effert, qui ob animi submissionem se deprimunt, eos deprimit, qui se elatione vanè efferunt in sublime. Huc pertinet responsio Chilonis Lacedæmonij, qui interrogatus quid ageret Iupiter, Excelsa, inquit, deprimit, deprecta extollit.

Simile. Psa. 111. Prou. 10

Pro eo autem quod occidi in te. Sensus est: Quoniã te ô Hierosolyma occidi, ideo occisurus sũ oẽs gẽtes ab austro ad aquilonẽ, hoc est à

Universidad de Deusto
Biblioteca

est à te vsque ad Chaldæam. Nã hæ gentes fuerunt æmulis tuis delectatæ: quã ob causam eas opprimam æmulis: & procella, quã tibi optabant, in eorum caput redũdabit. Gaudẽt quidem viri iusti, immortalesq; grãtias agunt numini sanctissimo, cum vidẽt flagitiosos homines puniri, suorũq; maleficiorum iustas pœnas persoluere, iuxta id, quod ait regius vates: Lætabitur iustus, cũm viderit vindictã, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Abluere manus in sanguine peccatoris, est ingenti affici lætitia. Et alio in psalmo: Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. Postulat enim æquitas, vt nefarijs pœnis afficiantur. Non licet illorum calamitatibus insultare, nec in eos iacere cõtumelias, nã vt ait Salomõ in Prouerbijs: Qui ruinã lætatur alterius, nõ erit impunitus: imõ dolendum est, & acerbe ferendum, illos in tam acerbas ærumnas incidisse, & tam graui pœna fuisse mulctatos. Sed debemus affici voluptate, aspicientes immanes homines, scelerumq; maculis notatos dignas suis flagitijs pœnas luere, non aliam ob causam, nisi quia iusta punitione dei gloria illustratur, & hominũ societas secutitate & quiete cõseruatur: & tam virtute præditi, quãm labibus contaminati repetita iustitiæ memoria à maleficijs deterrentur. Nihil enim fere est, quod magis hominum animos excitet ad diuinam religionẽ colendã, & ad sanctissimũ numen laudibus celebrandũ, quãm diuinæ iustitiæ in homines scelestos executio. Tunc Deũ summis efferunt præconijs, cũm ille insigni aliquo supplicio flagitia impiorũ coercet, & diuinæ virtutis illustria documenta constituit. Eam ob causam petebat à Deo Dauid, vt in impios animaduerteret, dicens: Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum. Et exurge domine Deus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te. Ac si diceret: Declara domine vim seueritatis tuæ, opprime impios calamitate: sit vt pœnas luant suorum scelerum, quemadmodum gubernatoribus vrbiũ faciendum præcepisti: dũ si vltione iustitiæ tuæ in nefarios ostenderis, congregatio populorum te summis laudibus efferet, & hymnis perpetuis celebrabit. Sed illud est hoc loco aduertendũ. Vt Deus eos grauiter puniat, qui aliorũ calamitatibus insultant, etiamsi eorum non sint authores & conflatores, quanto grauius in illos animaduertet, qui viros iustos affligũt, oppugnant, & ad capitis periculũ euocãdos sunt enim, qui tũ maxime lætantur, cũm maiora detrimenta viris virtute præditis, & sapientia præstantibus inferunt, & cum illis desint vires, consilijs suis ad aliorum interitum vtuntur, & impijs exhortationibus vitijs claris & honestate perspicuis perniciẽ machinantur. Amon, vt in libro Esther proditum est memoriæ, suspensus est in patibulo, quod Mardochæo virtutis ornamẽtis exculto patrauerat: Et quẽadmodũ Perillus Atheniensis faber, qui vt Phalaridi tyranno gratus esset, taurũ illi æneum donauit, vbi inclusi homines nouo tormento cruciatẽtur, suo perijt inuento, vt ait Plinius libro 34. & refert Sabellicus libro 10. exemplorum: nam iussu impij tyranni machina illa inclusas quam fabrefecerat, vt immanissimi phalaridis aures delectaret humanis lamentis & cruciatibus, ipse primus pœnam illam expertus est, & tam elaboratum opus sui ipsius imbuit supplicio: sic immane consilium, in authorũ caput aliquando redundat. Et vt ait diuinus psaltes: Laqueum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quã fecit: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in vertice ipsius iniquitas eius descendet.

Esther. 7.
Similo.
Psal. 57.
Psal. 66
Prou. 17
Psal. 7.
Psal. 7.

Irrenocabilem, id est, quod à nullo homine possit impediri.

Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum. Verba sunt Dei ad Ezechielem, quorum hic est sensus. Tu intuens animo eorum corpora confracta & concisa educ de intimo pectore tuo gemitus & lamenta: & eorum crudelissimum exitium deplora. Itaque per lumborum cõtritionem intelligitur cadauerũ cõfractio, & corporum sauciatorum in partes diuisio. Vel contritio lumborum ipsius Ezechielis, vt sit sensus: Ingemisce magno dolore per lumborum tuorum confractionem designato. Erat tunc Ezechiel in Chaldæa, & iubetur coram Iudæis ingemiscere, & futurum interitum Hebræorum Hierosolymę habitantium lamẽtari, qui de hoc nõ cogitabãt, quin potius lætitia gestiebant. Fuit hoc ita effectũ fortasse, vt ipsi Iudæi ab eo quærerent, quam ob causam lachrymas illas profunderet, vt cognita pernicie sua ob admissa flagitia ad deum tanquã à farcem munitissimam confugerent. Eodem modo Christus Deus noster in medio triũphi concinentibus alijs, eiusq; aduentũ mirificis laudibus celebrantibus, videns ciuitatem illam ingratam, quæ illum erat occisura, sciens esse eam ob immane illud flagitium penitus euertendam, vim lachrymarũ profudit: vt Iudæi eius pietatem videntes, lachrymarum causam interrogarent, & sceleribus suis nunquam remitterent.

Luc. 19.

Pro auditu. Hoc est, pro rumore aduentãtis exercitus Babylonici: vt supra capite septimo: Cõturbatio super conturbationẽ: veniet auditus super auditũ. Vnde septuaginta pro auditu

Sup. 7.

audito nuntium verterunt. Vel accipitur auditus pro propheta, quam diuini vates audiũt ex Deo: ex quo efficitur, vt sermo, & verbum domini appelletur quemadmodũ in principio huius capitis: Et factus est sermo domini ad me. Prophetia in diuinis literis appellatur visio, verbum, sermo, auditus, onus, oraculum, vaticinatio.

Et tabescet omne cor. Hoc est, & animo cadẽt Iudæi videntes Babyloniorum exercitum. Manus præ nimio motu palpitabunt tremore, & arma tenere non poterunt: & fortitudo in stuporem conuerterur. Metus procedit ex cõtercum autem sanguis sit carnis amicus, & succurrat membris deliquium patientibus, subuenit cordi metu deficienti, & ita alias corporis partes derelinquit, quo fit, vt sanguine destitutæ pallidæ maneant & tremẽtes.

Per cunctã genua fluent aquæ. Solet enim ob nimiũ timorem vesica dissolui, ita vt vrina per genua fluat. Vel ita: Omnia genua trement instar aquarum agitatarum. Hoc tropo vsus est etiam supra cap. 7.

Sup. 7.

Ecce venit. Nimirum quod dico.

Et iniquus. Hoc est, tersus & expolitus, vt splendore suo terreat hostes.

Qui mones sceptrum filij mei. Alloquitur deus Nabuchodonosorem, dicens: Tu qui contorbat regnum populi Israelitici, ex gladius acutus, vt interficias omne lignum, tam viride quãm aridum. Non parcet plebeijs, nec nobilibus, sed totam Hierosolymam euertes, & incredibile ei cladem inferes ciuium suorũ. Sceptrum filij sui appellat Deus regnum populi Israelitici. Vbi aspicis populum Israelit vocasti à Deo filium suum. Eodem modo in Exodo scriptum legimus: Hæc dicit dominus. Filius meus primogenitus Israel. Et per Oseam: Ex Aegypto vocaui filium meum. Et per Esaiam: Filios enutriui & exaltaui. Conturbabat autẽ rex Babylonis sceptrum siue regnum Iudaicum, bellũ illi inferendo, sceptrum à Iudæa in Chaldæam trãsmutando. In Chaldæa enim nõ fuit sceptrum ablatum de tribu Iudaicam ibi per gubernatores quosdam tribus regebantur Hebræi. Non fuit sceptrum ablatum nisi tempore Messiæ, iuxta id quod prædixerat Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius: donec veniat, qui mittendus est. Pro quo paraphrastes Chaldæus habet: Donec veniat Messias. Quem locum copiose explicauimus in nostris commentarijs in Esaiam in annotationes ex hebraico in caput vltimum: vbi Iudæorum & catholicorum explanationes late recensuimus. Etsi in Sedechia reuocationem & successionem illam antiquam, semper tamen vsque ad Christi aduentum fuit in Iuda quidam principatus, & sceptrum atque dominium. Potest hæc verba ad Ezechielem referre, vt ille Nabuchodonosorem alloquatur. Tu qui amouisti sceptrum Iechoniæ regis, omnes Iudæos, qui Hierosolymæ manserunt, interficies. Vocat Iechoniam filium suum, quòd eius præcepto paruisset, tradens se Chaldæis. Solent namque magistri eos, quos docent, filios vocare. Quidam per sceptrum intelligunt tribum, & per filium Dei Christum Deum nostrum, acsi dicat Deus: Tu ô rex Babylonis duxisti in Chaldæam tribum Iuda, quæ est tribus filij mei, ex qua ille sumpturus est carnem. Est enim perspicuum Christum secundum carnem esse de tribu Iuda, vt ait Diuus Matthæus primo capite suæ euangelij, & Diuus Lucas cap. 3. in catalogo maiorum eius, & diuus Paulus in epistola ad Hebræos.

Exod. 4.
Ose. 11.
Esai. 1.
Gene. 49
Matt. 1. Luc. 3. Hebr. 7.

Oedi eum ad leuigandum. Ne pondere premat manum, sed commodiùs teneatur. Vel ad planandum & perpoliendum, vt melius occidat. Vt Nabuchodonosor & eius milites aptiùs eo vtantur ad cladem Iudæorum.

Clama & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo. Hoc est, imminentes ærumnas ô Ezechiel lamentatione testare, non tantùm quia interficiendi sunt Iudæi, sed præcipuè quia gladius, quo sunt interficiendi, ab ipsis conflatus est. Ipsi fabricati sunt arma, quibus sunt crudeliter occidẽdi. Quæ sunt arma hæc, nisi scelera, quæ commiserunt? Qui flagitia perpetrant, quid aliud efficiunt, quàm arma quibus sibi pernicies machinantur? Quemadmodum Goliath Philistæus fuit suo proprio gladio iugulatus, eiusque caput proprio ferro præcisum in vrbem fuit allatum, sic nefarij homines suis maleficijs animas suas occidunt, id quod est in libro Sapientiæ literis mandatum: Homo per malitiam occidit animam suam. Et non solùm perdit homines animæ petriciem machinãtur, sed etiam sæpenumero corpori. Quando infideles homines vrbes nostras expugnant, & de nobis victoriam reportant, non illis arma peperigimus: flagitijs enim nostris nos oppugnant, & vincunt. Nec solùm actiones impiæ nefariorum hominum, sed etiam eorum sensus & membra arma sunt, quibus se ipsos trajiciunt, & crudeliter vulnerant & occidunt. Id intelligens Diuus Paulus ait in epistola ad Romanos: Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tãquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Ac si dicat:

1. Reg. 17
Sap. 16.
Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat: Nolite membris vestris intemperanter abuti, nolite ex illis arma conflare flagitii ad peccati executionem, cùm ea vobis Deus tribuerit, vt sint arma virtutum, quibus aduersus animæ hostes pugnetis, sed illi seruite tanquam à mortis culpæ ad vitam gratiæ suscitati, exhibentes membra vestra arma iustitiæ, actiones per illa virtutum exercentes. Homo vitijs imbutus, & à virtute separatus vtitur membris suis tanquam gladijs & hastis, quibus animam suam transigit: sin autem vitia detestatur, & ad Christum confugit, gladios in vomeres conuertit, quibus sui ipsius agrum euangelica colit doctrina, & hastas in falces, quibus vberrimas virtutum fruges metit. Et hoc est quod in Christi aduentu Esaias fore prædixerat, cum has voces emisit. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Vt enim ager quamuis fertilis, sine cultura tamen fructuosus esse non potest, sic nec Christiana doctrina animus. Id autem quod est vomer apud iustum, est gladius apud impium. Sed aduerte: Non ait Deus: Quia hic factus est in populo Iudaico, sed in populo meo: ac si dicat: non haberes tantam plorandi causam, si gladius hic conflatus esset in populo extraneo, at cùm sit in populo meo conflatus, æquissimum est lachrymarum copiam profundas, & perniciem hanc lamentis prosequaris.

Esai. 2.

Simile.

Qui fuerant, gladio traditi sunt. Eos intelligit, qui relicta Hierosolyma se fugæ mandarunt, & contempto Ieremiæ consilio in Aegyptum contulerunt: vbi fuerunt à Babylonijs interfecti. Non desunt, qui hoc intelligãt de nõnullis, qui ex oppidis immunitis Hierosolymã confugerunt tanquam ad tutum asylũ in aduentu Babyloniorum, vbi fuerunt cum ciuibus gladio hostium immaniter occisi.

Plaude super femur. Hoc est, ostende signum doloris, pulsans manu femur more hominum, qui ingenti cruciatu torquentur. Hoc hebraismo vtitur Ieremias cap. 31.

Ier. 31.

Quia probatum est. Nimirum à me gladius Babylonicus. Castigabat Deus Hierosolymam per Babylonios: ideo ait esse sibi gratam Iudæorum cædem. Sed quoniam Babylonij diuinæ iustitiæ ministri iniquo animo iram suã in populum Iudaicum exercebant, fuerunt à Deo grauiter puniti, & celebris eorum ciuitas à Medis & Persis funditus euersa. Ideo ait Ezechiel: Et hoc cum sceptrum subuerterit, & non erit. Ac si dicat: Potentia Babyloniorum est mihi grata, quatenus euertit sceptrum Iudæorum, eos affligendo, & in vincula conijciendo, & morte multando: sed non erit nam finietur hæc Babyloniorum potẽtia, peribit eorum gladius, delebitur eorũ metropolis, & amplius non erit. Babylon enim ciuitas illa florentissima inter septem orbis spectacula numerata, fuit à Medis & Persis funditus euersa, quemadmodum prædixerat Esaias, & alij diuini vates: Babyloniorum regnum fuit labefactatum, & penitus conuulsum. Num Babylon Aegypti, de qua loquitur Strabo lib. 17. fuit à Babylonijs quibusdã condita, qui finibus patriæ expulsi sedem ibi delegerunt, & nomine Babylonis euersæam appellarunt, quæ hodie Cayro vocatur. Sed hæc est in Aegypto, illa autem antiqua, in qua Iudæi captiui detinebantur, erat in Chaldæa ad Euphratem fluuium sita: de qua ait hoc loco Ezechiel: Et non erit. Babylonis Aegyptiæ meminit Stephanus & Ptolemæus, & post eos Cælius libro quinto lectionum antiquarum. Potest hoc referri ad populum Israeliticum: & tunc erit sensus: Hic populus probatus est calamitatibus. Quemadmodum aurum igne perspicitur, sic ego illum rebus aduersis explorabo, & tũc maximè, cùm sceptrum suum labefactatum fuerit mortuo rege Sedechia. Nam etsi illis maneat sceptrum, & quidam principatus in tribu Iuda, non tamen illis manebit regia illa dignitas, sacra vnctio, quæ ante Babylonicam captiuitatem in Iudæa floruerat. Premetur igitur calamitate sceleratus populus, & nõ erit, hoc est, & ita non erit impius. Ita intelligitur Prouerbiorum illud: Verte impios, & non erunt. Hoc est, conuerte domine impios, & non erunt amplius impij, sed iusti. Non erunt quales fuerunt, se quales esse debent: peribunt non quo ad substantiam, sed quo ad flagitia, non amittendo vitam, sed impietatem. Eodem modo regius vates Christum ventrum alloquens, ac si eum iam venisse mentis oculis perspiceret, canebat: Increpasti gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi. Id prædixerat in libro Numerorum ijs verbis Balaam: Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Ac si diceret. Veniet Christus, & percutiet dæmones, & peribunt peccatores. Per duces siue principes Moab diabolos intelligit, quos Diuus Paulus principes appellat, & potestates, harumque tenebrarum rectores. Hos percussit Iesus Christus verus Deus: de illis gloriosè triumphans. Per filios Seth homines significantur impuri, & flagitijs contaminati, quos cùm Christus ad se conuerteret, deleuit, non ab illis salutem auferendo, sed peccatum. Intelligi autem hunc locum de Christo apertè indicat paraphrasis Chaldaica, ita habens:

Simile.

Esai. 13. & 14.

Prou. 12

Psal. 9.

Num. 24

Ephes. 6.

Consurget rex de domo Iacob, & vngetur Christus de domo Israelis, & occidet principes Moab, & dominabitur super omnes filios hominum. Vbi vides vastationem illam & interitum filiorum Seth esse flagitiorum cædẽ, non personarum: esseque seruitutem Deo debitam, quæ est vera spiritus libertas, magnaq; claritas & amplitudo: seruire enim Deo regnare est. Quare verba hæc Et non erit, ad populum Israeliticum referuntur, quem Deus calamitatibus exercuit, vt non esset impius, sed peniret, non quo ad vitam, sed quo ad perfidiam, & contumaciam, & idolorum cultum. Nam postquam è Babylonica seruitute reuersus est in Iudæam, non coluit idola, imò templum Dei instauralit, vbi eum veneraretur.

Percute manu ad manum. Id est, manuũ percussione ingentem ostende dolorem & calamitatem.

Et duplicetur gladius, atque triplicetur. Hoc est, annũtia magnã fore cladem interficiendorum. Fortasse ideo dixit triplicandam Babyloniorum gladium, quia Babylonij ter Hierosolymam expugnarunt, & stragem Iudæis intulerunt, nimirum sub rege Ioacim, & sub rege Iechonia, & sub rege Sedechia, vt literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.

4. Re. 24 & 25.

Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi cõturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. Exacuere, vade ad dexteram, siue ad sinistrã, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam. Ego Dominus locutus sum. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambo. Et manu capiet conjecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet. Viam pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorũ Ammon, & ad Iudam in Ierusalem munitissimam. Stetit enim rex Babylonis in bitio in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas. Interrogauit idola, extra consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, eleuet vocẽ in vlulatu, vt ponat arietes cõtra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones. Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorũ, & sabbatorum otium imitans. Ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idcirco hæc dicit Dominus deus: Pro eo quòd recordari estis iniquitatis vestræ, & reuelastis prætuaricationes vestras, & apparuerit peccata vestra, in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quod recordati estis, manu capiemini.

D

E

F

Hic est gladius occisionis magnæ. Id est, quæ occidendi sunt principes & magnates Iudæorum.

In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij. Nulla erat porta in qua non iacerẽt occisi aliqui. Ionathas Chaldæus habet: In omnibus portis eorum erant ædes gladij. Quod nostram explicat interpretationem.

Amicti ad cædem. Hoc est, præparati ad occidendum. Ille gladius dicitur amictus ad cædem, qui est capulo insertus.

Exacuere. Verba sunt dei ad Babyloniorum gladiũ: ac si diceret: Tu ò gladie esto semper acutus ad occidẽdos Iudæos, qui me suis flagitijs offenderunt. Interfice ad dextram siue ad sinistram, quemadmodum volueris.

Quin & ego plaudam manu ad manum. Tu ò Babyloniorum exercitus ingredere audacter, quò volueris, nam me habebis fautorem contra populum Iudaicum, à quo sum grauiter offensus. Plaudere manu ad manũ hoc loco, est signis exterioribus alicui fauere, & congratulari, & signum lætitiæ ostendere. Verbum plaudite in fine comædiarum dicebatur. Non desunt tamen, qui dicant plaudere manu ad manum hoc loco idem esse quod manum ad manum percutere, qua locutione vsus est paulò antè propheta, volens manuum percussione acerbum dolorem significare. Et tunc est sensus: Tu ò Ezechiel, inquit Deus, deplora populi Israelitici vastitatem & exculium, ostende te esse dolore compressum, & ego etiam tecum dolorem ostendam, & perniciem Iudæorum lugebo. Dicitur autem Deus plorare, & præ dolore ingemiscere, quando viros charitate præstantes sibique amore vnitos plorare, & ingemiscere permittit. Id quod ille patiuntur, ipse etiam dicitur pati. Eodẽ modo Saulo

Sup. 20.

Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.9. Christianos tormentis prosequenti dixit Christus Deus noster: Saule Saule quid me persequeris? At prior expositio videtur aptior, & literæ congruentior, & tropa, loquendique modo diuinæ scripturæ accommodatior. Est enim perspicuum plaudere manu, sibi manibus lætitiam, & plausum, & iisum significare: vt in

Psal.46. psalmo: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Et in alio:

Psal.97 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu domini, quoniam venit iudicare terram. Quibus in locis regius ac diuinus vates, non solum omnes nationes, sed fluuios & montes, & res alias sensu carentes hortatur ad plausum & lætitiam ob Christi in mundum aduentum, ob victoriam eius de dæmonas reportatam, & ob veri Dei cultum toto terrarum orbe diffusum. Eodé modo Esaias Ecclesiæ gaudium ob idolorum superstitionem euulsam, & puram Christi religionem per cúctas mundi oras propagatam his verbis prædi-

Esal.55. xit: Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Vbi per montes, & colles, & ligna poteris Christianos diuersi generis intelligere, qui tranquillo plausu erant in Christi aduentu gaudium ostensuri. Volens Ieremias summam populi Israelitici calamitatem in coersione Hie-

Thren.2. rosolymæ significare, ait: Plauserunt super te manibus transeuntes per viam, sibilauerunt, & mouerunt capita sua. Ac si diceret: Cæteræ nationes, quæ fuerunt arumnis exagitatæ, laborarunt quò conspicerent, vbi conquiescerent, & tandem inuenirent aliquem, in cuius sorte & fiducia partem curarum suarum deponere potuissent: at Hebræi nullum habuerunt consolatorem. Nam gentes, quæ præteribant, illos irridebant, gestientes lætitia de eorum calamitatibus, & manuum plausu gaudium significantes. Quibus ex locis, & aliis, quos breuitatis causa relinquo, intelliges plausi, plaudere manu ad manum hoc loco actionem significare lætitia exultantis.

Et factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis. Repetit euersionem Hierosolymæ sub rege Sedechia, de qua modò vaticinatus fuerat. Ad cuius intellectum sciendum est, regem Babylonis exiuisse ex vrbe cum exercitu suo, & steriisse in quodam bivio. Via, qua fuerat egressus, in duas se diuidebat, quarum altera ducebat in Iudæam, altera verò in Ammonitarum regionem. Et quoniam Chaldæi dediti erant superstitionibus, eiecit sortes, per quam iret. Decreuerat quidem Iudæos euertere, & Ammonitas successiuè, & volebat videre, vtra via esset sibi primo eligendæ pro victoria futura, an ea, quæ Hierosolymam tendebat, an quæ in Ammonitas. Et quia cecidit sors & diuinatio super viam ducentem in Iudæam, ideo priùs Nabuchodonosor aduersus eã exercitum direxit. Sed priusquam hoc euenisset, fuit ab Ezechiele prædictum, & literis mandatum.

Pone tibi vias duas. Exeuntes ab eodé loco.

Et manum capiet coniectrum. Nimirum ipsa illarum deberet ire.

In capite vie ciuitatis coniiciet. Explicatio est superioris: Sensus est. Ponet se in principio viarũ, vbi illæ prope Babylonem coeunt: ibiq; coniectura consequetur, vtram sit electurus.

Vt veniat gladius. Id est, vtrum veniat priùs exercitus Babylonicus Rabbath, an Hierosolymam. Rabbath est metropolis Ammonitarum. Existimãt nonnulli eam esse, quæ postea fuit Philadelphia appellata.

Conficiens sagittas. Miscuit in pharetra sagittas, quarũ vna habebat nomen Hierosolymæ, altera Rabbath, & indifferenter erat vna extrahẽda si extraheretur ea, quæ habebat nomẽ Hierosolymæ, erat priùs exercitus ad vrbem illã ducendus, sin autem ea, in qua erat Rabbath similiter erat Rabbath priùs oppugnanda. Sũt qui dicant, sagittas fuisse in aerem coniectas, vt aspicerent, in quam partem caderent, vtrum versus Hierosolymam, an versus Rabbath. & cecidit versus Hierosolymam. Præter hoc erãt apud Gentes duo genera diuinandi, alterũ ex idolorum responsis, aliud ex extorum inspectione. Intuentes enim hariolí viscera animalíũ immolatorũ futura prædicebant, sed sæpenumero fallebantur, & fallebant. Harum superstitionum nullam reliquit Nabuchodonosor. Ideo ait Ezechiel: Interrogauit ideas, & ita consuluit. Omnia hæc vatis diuinandi genera in hoc conuenerunt, vt exercitus viam Hierosolymæ, quæ erat ad dexteram, sequeretur. Et ita factum est, fidentibus hoc ipsum hariolis & Magis. Hi hariolí & haruspices erant in lege prohibiti Leuit. 20. & Deut. 18. & apud Ieremiam 27. Imo morte multabantur. Leuit. 20. 1. Regum 28.

Leui.20.
Deut.18.
Ierr.27.
Leui.20.
1.Reg.28.

Et ponat arietes. Decreuerunt, vt rex arietibus muros Hierosolimæ concuteret. Est autem aries machina bellica, qua ædificia concutiuntur.

Vt aperiat os in cæde. Id est, vt militet ad cædem Iudæorum hortetur. Vel vt voce suibõda hostes terreat. Quod statim explicat, dicens: Vt eleuet vocem ih vlulatu.

Et ponat contra portas eius aggerem, & extruat munitiones. Hoc est, Iudæi muris vrbis suæ fidentes contemnent Nabuchodonosorem, dicentes eum frustra suas diuinationes consuluisse: nec plus effecturum esse quam qui mœ-

Exo.16. & 20. Deut.5. Iere.7. rẽ quieuerit, & in summo est otio. Et id quidem est, quod aiebat sabbatorum otium imitans. Erat enim in sabbato magna quies. Vel sic: Hæc diuinatio videbitur Iudæis ridicula, & ipse rex sortes mittẽs videbitur illis ludere, & per iocum & otium sabbatorum illa facere.

Ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendũ. Id est, ipse Nabuchodonosor memor violatæ fidei à Sedechia decernet se esse Hierosolymã expugnaturum. Sedechias fregit fœdus inter seipsum & Nabuchodonosorem iureiurando confirmatum. Quam ob causam sperabat Babylonius se esse de illo triumphaturũ, quoniam Deus non erat ei latutus opem, qui iura diuina & humana peruertisset. Hinc apud

4.Re.24 Sap.16. 17. Ieremiam princeps militiæ regis Babylonis

Iere.50. dixisse legitur ipsi Ieremiæ: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istũ. & adduxit, & fecit Dominus, sicut locutus est, quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius.

Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ. Hoc est, quoniã iniquitate vestra gloriamini, Vel sic: Quoniam ea scelera admisistis, quibus perpetuam iniquitatis memoriam relinquetis & in posteritatem propagabitis.

Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hæc dicit Dominus Deus: Auser cidarim, tolle coronam. Nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Et hoc non factum est, donec venerit, cuius est iudicium: & tradam ei. Et tu fili hominis propheta, & dic: Hęc dicit Dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobriũ eorum: & dices: Mucro mucro euaginatus te ad occidendum: lima te, vt interficias, & fulgeas: cùm tibi videretur vana, & diuinarentur mendacia, vt daretis super colla vulneratorum & impiorum, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuã, in loco, in quo creatus es. In terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem meam. In igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum. Igni eris cibus: sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis, quia ego Dominus locutus sum.

Tu autem prophane. Fidifragum Sedechiam alloquitur, eiusq; defectionem prænuntiat: cuius pernicies imminebat, & tempus excidij eius præfinitum aduentabat.

Auser cidarim, tolle coronam. Prædicit expoliandum esse Sedechiam regem eius diadema: te. Potest verti. Auferam cidarim, &c. Ac si diceat deus: Ego te priuabo regno & principatu. Sunt qui dicant Sedechiam nõ solum regno præfuisse, sed etiam sacerdotium vsurpasse: eamque ob causam prædixisse Ezechielem esse ab illo cidarim & coronam auferendam, nam cidaris pertinebat ad Pontificem, corona verò ad Regem. In Exodo, vbi agitur de ornatu sacerdotis, præcipiebat Deus, vt cidaris fieret Aaroni. Et in Leuitico scriptum legimus texisse Moysem caput pontificis cidari, super quam versus frontem posuit laminam auream consecratam. Erat autem cidaris vitta, qua sacerdotis caput erat redimitum, & circunuolutum. Accipitur tamen aliquando pro capitis tegumento, quo reges præsertim Persarum peculiariter vtebantur. Quintus Curtius lib. 3. suæ historiæ cidarim regum capitis insigne vocauit.

Exo.28. Leuit.8.

Nonne hæc est, quæ humilem subleuauit? Sensus est: Hæc est corona regum Iuda, hæc est Sedechiæ potestas, quæ nihil effecit iustè: nam eos, quos deberet abijcere, extulit, eos autem, quos deberet extollere, abiecit. Accipitur hoc loco humilis pro homine infimo, virtute destituto, sublimis autem pro viro animi celsitudine excellenti, & virtute ac sapientia præstanti. Ideo Sedechias fuit regno priuatus, & patriæ finibus expulsus, quia iustitiam non seruauit. Est quidem iustitia habitus animi cõmuni vtilitate seruata, suam cuique tribuens aut pœnã aut dignitatem. De illa ait Deus in libro Sapientiæ. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Nam si rectores iustitiam contemnunt, labefactatur omnis status reipublicæ, quoniam, vt ait Ecclesiasticus: Qualis est rector ciuitatis, tales habitantur in ea. Quemadmodum mare præsertim mediterraneũ aerem imitatur, vt si aer est tranquillus, viget maris tranquillitas, si procellosus, est etiam mare procellis exagitatum, sic populus regem plerunque sequitur: si princeps est iustus, colunt subditi iustitiam, si verò est sceleribus coopertus, ipsa scelera amplectuntur. Meritò igitur fuit à viris sapientibus obseruatum, literis & memoriæ prodiũ, esse populum principis vmbram. Quam ob

Sapi.1.

Eccl. 10. simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

causam rex teterrimus scelerumque maculis notatissimus plus aliquando exemplo nocet, quàm peccato, quòd permulti eius imitatores existant. Videmus enim, quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam. Nō enim solùm virtutes aut vitia concipiunt ipsi principes, sed ea quę cōcipiunt, in ipsam ciuitatem infundunt. Vt riuulus fontis sequitur naturā, sic populus principis ingenium. Turbato fonte turbatur riuulus, turbato rege, turbatur populus. Id intellexit diuus Matthæus, cùm dixit: Turbatur est rex Herodes, & tota Hierosolyma cum illo. Illo regnante regnabat impietas, leges nihil valebant, iudicia tacebant, mos patrius occidebat: nulla vigebat tranquillitas, nulla pax, quæ est finis humanæ gubernationis: ad hoc enim gubernator eligitur, vt in pace viuatur. Id intelligens Esaias, ait. Erit opus iustitiæ pax. Et regius vates: Iustitia & pax osculatæ sunt. Et rursus: Orietur in diebus eius iustitia & abundātia pacis. Quemadmodū corrupta penitus arboris radice non possunt rami pullulascere, & latos fructus suo tempore ferre, sic violata iustitia fieri nō potest, vt floreat pax, & fructus vberes producat. Vt cùm aliqua diuersa, quæ sub vna virtute continentur, non disponātur in proportione cuiuscunque parti debita, totus ordo labefactatur, vt licet in armonia lyrica videre, vbi nerui nisi à manu pulsatoris æquali proportione tangantur, sonum reddunt dissonum, & cōfusum dissipato musico concentu, sic in humana societate, vbi varia est hominum vita, varij mores, varia merita, diuersæ virtutes, distantia flagitia, nisi præmia & pœnæ æquali proportione distribuantur, magna in republica oritur dissonātia, & totus politiæ ordo labefactatur, & corrumpitur. Vt sonus sit dulcis & temperatus, oportet vt interuallis cōiunctus impariubus, sed tamen pro rata proportione distinctis, impulsu ipsius principis & gubernatoris efficiatur, qui nobiles & illustri laude celebratos cum obscuris & plebeijs, sapientia & virtute præstantes, cum insipientibus & scelerum maculis notatis tēperans, tribuēs vnicuiq; quod meretur, admirabilem efficit concentum. Hoc conténebat Sedechias: quin potius vitos illustres, quos ipsa virtus trahebat ad verū decus, despiciebat, eos aūt, qui se voluptatū ministros præbuerāt, atq; dei, hominūque iura violauerāt, fauore prosequebatur. Itaque iustitiā, quæ est in principe fundamentum perpetuæ commendationis & famæ, cui inest maximus virtutis splendor, peruertebat.

Simile.

Matt. 2.

Esa. 32. *Psal. 84.* *Psal. 71.* *Simile.*

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam, (ab iudi coronam. Quasi dicat deus: Deponam regiam coronā à Sedechia ob eius triplicem iniquitatē, nā iniquè egit aduersus me, & aduersus populum suum, & aduersus Babyloniorum regem, violans illi fœdus iureiurādo confirmatum. Quam ob causam cum penitus euertam.

Et hoc non factum est. Id est, sed hoc non faciam, nisi cùm ex Babylonia venerit Nabuchodonosor, qui aduersus ipsum Sedechiam sententiam ferat, vt filij eius luce cōmuni priuētur, & ipse oculis orbetur, & per summum dedecus in Chaldæam adducatur: & ipse Nabuchodonosori tradam eum. Quæ omnia ita euenerunt, vt liber 4. Regum capite vltimo testatur. *4. Reg. 25.*

Poterit hoc ita interpretari. Ego, ait Deus, auferam sceptrum & coronam à populo Iudaico, vt nullam penitus habeat proprium regē, sed hoc non erit nisi tempore Messiæ, cuius est iudicium, & illi regnum tradam, eritq; vetus rex, cuius regni non erit finis. Verba sunt Dei patris, à quo Christus quatenus homo fuit rex in Ecclesia constitutus. Id prædixerat regius vates, inducens in psalmo in hunc modum ipsum Christum loquentem: Ego autem constitutus sum rex ab eo super montem sanctum eius. Vbi per Sionem montem sanctum Ecclesia significatur, quemadmodum multis alijs in locis diuinarum literarum. *Psal. 2.*

Intelligi autem psalmum hunc de Christo, non de Dauide indicat diuus Lucas Actorum quarto: & diuus Paulus apud eundem Act. 13. & in epistola ad Hebræos capite primo, & quinto, & diuus Ioannes in Apocalypsi capite secundo. Et licet hi sancti id silentio præterirent, veritas tamē ipsa per se loquetur. Nam qui fieri potest, vt verba ipsa, quæ statim sequuntur, possint ad Dauidem referri? Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quando dixit Deus Dauidi: Ego hodie genui te? Quando dedit ei in hæreditatem Gentes, & omnes terrarum oras in possessionem? Nunquam quidem. Christus Deus noster est ille, cui Gentes obediunt: de quo dixerat Iacob: Ipse erit expectatio Gentium. Et Deus Abrahamo: Benedicentur in semine tuo omnes Gentes. Per quod semē apostolus in epistola ad Galatas Christum ait significari. Sin autem verba hæc ad Isaac referre volueris, ostende quomodo Gentes fuerint per Isaac benedictæ. Cum autem admirabilem hanc Dei promissionem in Isaac impletam esse haud quaquam possis ostendere, fatere fuisse Gentes in Christo, cuius typus fuit Isaac, illustratas & benedictas. Reliquerūt enim vanas suorū rituum superstitiones, & pesti- *Act. 4.* *Act. 13.* *Heb. 1. & 5.* *Apoc. 2.* *Gen. 49* *Gen. 22* *Galat. 3.*

pestilentem commentitiorum deorum tuli. Qui in errorum tenebris versabantur, fuerunt diuino splendore illustrati, & Christianam religionem veritatis ac puritatis plenissimam amplexati, fuerunt in diuina gratia constituti, vt vitam immortalem obtinerent, & ipso Deo in æterna beatitudine fruerentur. Non est passus Deus eos diutiùs obterrare, & tenebris inextricabilibus cooperiri. Aperuit eorum oculos aliquando, & mortalibus errantibus viam immortalitatis ostendit. Hæc fuit per Christum Gentium benedictio. Id prædixit Esaias, cum Deum patrem inducit cum Christo ita loquentem, Dedi te in lucem Gētium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et rursus. Ecce testem populis meis dedi te, ducem ac præceptorem Gentibus. Ecce Gentes, quas nesciebas, vocabis, & Gentes, quæ non cognouerunt te, ad te current. Et rursum: Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Ieremias in hunc modum alloquitur Christum: Ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ non profuit eis. Id intelligens iustus ille, ac venerabilis senex Simeon, cum dulcissimum puerum Iesum amplecteretur, voce cygnea cecinit: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Vbi vides esse Christum lumen ad reuelationem Gentium, Hic est ille, qui fuit à Deo patre constitutus rex super Sion montem sanctum eius. Cui pater dedit omnem potestatem, & cuius est iudicium, vt hoc loco ait Ezechiel. Id vaticinatus fuerat diuinus psaltes, dicens: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Intelligi autem verba hæc de Christo, non autem de Dauide, aut Salomone, indicant ea, quæ sequuntur: Et permanebit cum sole, & ante lunam in generatione & generationem. Ac si dicerent: Hic rex, de quo agitur hoc loco, tandiu permanebit in regno suo, tandiu eius sanctissimum numen mortales venerabuntur, quandiu sol astrorum solis incensa circulos suos confecerit. Nunquam regnum eius finietur, sed erit absque dubio perpetuum, quod ipsa æternitas semper intuebitur. Id quod indicat Daniel capite 7. & Michæas. 4. & angelus sanctissimæ virgini dicens: Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Qui fieri potest, vt possint verba hæc ad Salomonem aut purum aliquem hominem referri? & multa alia, quæ sunt in eodem psalmo, quemadmodū sunt illa: Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Hoc est, ab oceano orientis vsque ad oceanum occidentis. Et illa: Adorabunt eum omnes reges, omnes Gentes seruient ei. Et alia nonnulla quæ ibi sunt literis mandata. Est igitur perspicuum, regem hunc, quem diuinus psaltes prædixit iudicium & iustitiam à patre acceptarum, vt mundum iudicaret, Christum esse, qui ait apud Ioannem: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Et apud Matthæum: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De illo dixit cœlestis pater hoc loco apud Ezechielem, non auferendam esse coronam à populo Iudaico, donec veniret Messias, cuius est iudicium, cui erat regnum traditurus. Similis huic fuit vaticinatio illa Iacob dicentis: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Quæ verba interpretatio Chaldaica typis mandata iussu Leonis decimi pontificis maximi ita vertit: Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec scriba à filijs filiarum eius, donec veniat Messias, cuius est regnum, & ei obedient populi. Vbi vides per eum, qui mittendus, intelligi Christum, quem Deus pater erat iuxta humanitatem regem constituturus.

Esa. 49. *Esa. 55.* *Esa. 60.* *Ierem. 16* *Luc. 2.* *Psal. 2.* *Psal. 71.* *Ioan. 5.* *Matt. 28.* *Gen. 49*

Ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum. Id est, ad Ammonitas in opprobrijs versatos, fuerunt enim ignominiosè victi & oppressi à Babylonijs: fuerunt eorum mœnia euersa, ipsique ferro ac flamma consumpti. Vel ad opprobrium, quo affecerunt Hebræos, videntes eos ærumnis lacerātos, summoque mœrore confectos.

Mucro mucro euagina te ad occidendum. Prædicit Ammonitarum interitum & excidium. Chaldæi euerterunt Iudæos, & postea Ammonitas.

Cùm tibi viderentur vana. Hoc est, cùm tui vates tibi vana annuntiarent. Ea, quæ Dei propheta prædicebant, mentis oculis intuebātur: quam ob causam appellabantur videntes, & prophetia visio vocabatur. Vt visio Isaiæ filij Amos. Et liber visionis Nahum. At falsi pro pheta dicebatur videre vana, eiusque vaticinio *1. Reg. 9.* *Esa. 1.* *Nah. 1.*

visio mendax. De huiusmodi vatibus ait deus
Ierem.14 per Ieremiam: Non sum locutus eis visionem
mendacem, & diuinationem fraudulentam, &
Ose.10. seductionem cordis sui prophetæ. Et per Ose
Sap. 13. am: Loquuntur verba visionis inutilis. Et per
Ezechielem: Vident vana, & diuinant men-
dacium. Et hoc loco: Cùm tibi viderentur vana.

Vt daretis super colla vulneratorum impiorum. Falsi vates Ammonitarum prædixerant illis, non esse eos à Babylonijs superandos. Quam ob causam Ammonitæ cùm se ad bellum non pararent, capti fuerunt, & interfecti. Hoc vult hoc loco Ezechiel significare, ac si diceret: Falsi vestri prophetæ o Ammonitæ vaticinati sunt vobis falsa: ex quo effectum est, vt daretis colla & ceruices gladio impiorum vulnerantium, & ab immanibus Babylonijs occideremini. Sed quoniam hoc nondum euenerat, sed erat euenturum, subdit Ezechiel: Quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita. Hoc est, interficiemini vos o Ammonitæ, sed erit, cùm tempus, quod est à Deo præfinitum ad excidium vestrum, venerit.

Reuertere ad vaginam tuam in locum, in quo creatus es. Tu ò gladie Babyloniorum, postquam & Iudæos & Ammonitas interfeceris, redibis ad vaginam tuam, ad locum tuum: reuerteris ad Babyloniam, vnde exiuisti. Ibi te iudicabo, effundens super te furorem meum. Et ita factum est: nam cùm Babylonij superbia commoti, & cupiditatis stimulis exagitati Hebræos & Ammonitas immaniter occidissent, æquum erat, vt ipsi etiam crudeliter occiderentur: Ideo permisit Deus vt essent à Persis & Medis superati, & incredibilibus calamitatibus affecti, & immaniter occisi, & eorum reliquiæ omnium rerum egestate atque exilio perpetuo multarentur. De hac Babyloniorum euersione vaticinatus fuerat psalmographus,
Psa. 136 Esai. 13. 14. 21. Iere. 50. 51. sed copiosiùs Esaias & Ieremias, & hoc loco Ezechiel huius euersionis historiam mandauit literis. Herodotus, Halicarnassæus libro primo, & Flauius Iosephus Antiquitatũ decimo, & multi alij authores. Vide Dei arcana & iudicia, mundique vicissitudines & varietates. Iudæi & Ammonitæ fuerunt per Babylonios superati, Babylonij per Medos & Persas, hi per Alexandrum, Alexander verò cum magnã nominis celebritatem cõsequeretur, & ad summum imperium per omnes honoris gradus efferretur, eamque obtineret potentiam, quam decepti mortales existimarent esse omnium seculorum memoria duraturam, mit in interitum voluntarium. Asserunt enim nonnulli fuisse cum tanto dolore compressum, vt se ferro traiceret, & vita priuaret. Scio tamen, Solinum capite quartodecimo dicere, eum qui alios superauerat, fuisse à vino superatum, & apud Babylonem morbo vinolentiæ extinctum: alios verò asserere eum fuisse ab Antipatro veneno infectum, & statim acerbo dolore consumptum, etiam si eius custodes causam morbi intemperiem ebrietatis fuisse dissemi-
Similia. narent. Hanc opinionem cùm alijs multis refert in eius vita Plutarchus. Itaque ille fuit victus, & miserè cõsumptus, & eius regna diuisa, & ciuitates seiunctæ, quæ dum imperare singulæ cuperent, imperium omnes amiserunt. Hæ sunt humanarum rerum cõmutationes. Cùm igitur hæc ita se habeant, non debemus falsæ hominum potentiæ, mundique opibus incertis, & in varietate situs consistere, sed ad Christum Deum nostrum confugere, & omnem nostram spem & cogitationem in eius infinitã misericordia collocare. Mundi prosperitas est serenitas hyemis, tranquillitas maris, Similia. stabilitas lunæ. Quemadmodum hæc vacillant, & statim mutantur, ita opum, humanarumque rerum status nullam habet firmitatem, nullam perpetuitatem, nullam constantiam. Et, vt ait Sapientia: Transeunt omnia Sap. 5. illa ficut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Et Iob: Homo fugit velut vmbra, & Iob. 13. nunquam in eodem statu permanet. Fit enim aliquando, vt cùm existimas te esse magnas diuitias & dignitates adeptum, & in honoris fastigio esse constituum, spolieris in instanti omnibus tuis ornamentis, & exilla sublimi mundi gloria præcipiteris. Nam ex eo loco, quem quietis & securitatis plenissimum esse existimarat, maximæ interdum calamites, & turbulentissimæ procellæ subitò oriuntur. Quemadmodum in ora Dalmatiæ specus est vasto in præceps hiatu, ex quo, Simile. si in illum leue pondus dejcias quamuis dies tranquillo, magna prouun, vt ait Plinius, oritur tempestas, sicin vita humana cùm tranquillitas vigere videatur, ex leui quadam causa incredibiles molestiarum turbines, omnia turbantes repente excitantur. Eripiuntur voluptates, auferturdignitas, deletur honor, omnes denique mundi opes & ornamenta in temporis puncto amittuntur. Eam ob causam narrat Diuus Lucas ostendisse diabolum Luc. 4. saluatori nostro omnia regna mundi in momento temporis, vt mentis oculis intueremur, esse mundi diuitias & voluptates caducas, & in momento fluere & euanescere, illud autem remanere, quod simus solida virtute, rectèque factis consecuti. Considera quemadmodum obscurata sit Babyloniorum gloria & potentia, & quàm cito omnia illa ex lætitia

& vo-

& voluptate in lachryma & mœrorẽ reciderint. Id volens ostendere diuinus noster vates prædixit hoc loco luctuosum florentissimæ Babyloniæ excidium, eiusque incredibilem vastitatem.

Te igne furoris mei. Hoc est in magna mea ira.

Dabo te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum. Id est, tradam te Persis & Medis idolorũ cultoribus, qui tibi perniciem machinabuntur.

Igni eris cibus. Hoc est, igne consumetis, incendio flagrabis.

Sanguis tuus erit in medio terræ. Id est, effundetur per terram. Vel erit absconditus intra terram. Ac si diceret: Nemo vlciscetur mortem tuam: non erit, qui de interitu tuo sumat vltionem. Quemadmodum mater cùm vult, vt viri sui interfecti cædem filius vlciscatur, ei patris sanguinem, eiusque vestes cruore contaminatas ostendit, sic cùm viri occisi vltionem non vult, sanguinem abscondit. Eam ob causam sanguinis occultatio impunitatem significat, nullamque esse culpæ memoriam. Ita
Iob.16. intelligunt nonnulli id, quod ait Iob. Terra ne operias sanguinem meum. Existimo tamen voluisse Iob ijs verbis significare esse sibi in optatis notam omnibus esse calamitatẽ suam, neminemque latere suum casum.

Oblitionis tradaris. Id est, erit iniuria tua impunita. Non erit, qui cogiter calamitatẽ tuã, qui memoria teneat contumeliam in te factã, vt eius pœnas velit ab aliquibus expetere. Vel sic: Erit penitus euersa memoria eius, amplius audita, nec laude vlla celebraberis. Id prædixerat ijs verbis Deus per Esaiam: Perdam Ba-
Esai. 14. Prou. 10 bylonis nomen. Et merito quidem, nam, vt ait Salomon in Prouerbijs, Memoria iusti cũ laudibus, nomen autem impiorum putrescet.

Annotationes ex Hebræo in caput XXI.

Quid manet sceptrum filii mei, succidisti omne lignum. Quid his verbis propheta significare voluerit, ostendimus in explanatione. Septuaginta habent: Iugula, contemne, repelle omne lignũ. Vt alloquatur Deus gladium Babylonis, quo velit Iudæorum scelera punire, quod nec diuini numinis amore, nec metu voluerint se à maleficijs continere. Pagninus totam hanc orationẽ ita vertit: Quomodo gaudebimus de hoc gladio tribum filiorũ Israel abijciente, & omne lignum? Aeth dicerat ꝓpheta: Qui fieri potest ò magne Deus,

Kk 3 in cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cubiculis illis. Hoc est, qui Iudęor latitantes occidet. Alij: Qui hactenus delituit in cubilibus. Hoc est, hic est gladius Iudæis occidendis incognitus. Pagninus: Qui percutit eos in cubiculis. Brixianus: Penetrans ad interiora eorum. Ac si diceret: Hic est gladius, cui Hebræorum viscera traijcier. R. Dauid in libro radicum: Qui insidiantur in cubili. In cómentarijs verò exponit: Hic est gladius magnæ stragis, qui percutiet Iudæos in penetralibus domorum ipsorum. Thargũ habet: qui terret, vel ob stupefacit eos. Diximus enim verbũ hoc & terrere & facere obstupescere significare. Hanc significationẽ secutus est interpres vulgatæ editionis, & rectè quidem: explicat enim latinè verbi proprietatẽ apertè & distinctè, & secutus est paraphrasim Chaldaicam, & septuaginta interpretes, qui ita verterunt: καὶ ἐκστήσεις αὐτούς. Hoc est, & obstupescere facies eos. Quare est cõmunis versio hoc loco amplexãda, & simpliciter & absolutè omnibus alijs anteponenda.

Exacuere. In hebraico est: הֵחָאהָרֹ hi thachadi. Hoc est, vnicum fac te ipsum. Nomen echadh significat vnũ, vt in Genesi: Gen. 22.
Oseres eum in holocaustum super vnum mon- Zach. 11.
tium. Et apud Zachariam: Vnam vocaui decorem, alteram vocaui funiculum. Id quod Esa. 65.
est apud Esaiam: Lupus & agnus pascentur simul, est in hebraico: Lupus & agnus pascétur vt vnus. Hinc verbum ex hithpahal, quod significat vnicum. Vnde Pagninus vertit: Solus esto in aliquo loco. Septuaginta tamẽ vertũt: Exacuere. Quos secutus est noster interpres: & rectissime absque dubio: nam quandiu gladius intra thecam est, simul est cum vagina, cùm autem est à vagina eductus & exacutus, vnicus dicitur, & ad interficiendum paratus. Id explicare volens noster interpres, studens & claritati & brevitati, dixit: Exacuere, vade ad dextram siue ad sinistram.

Commisceat sagittas. In hebraico est: תְּלַטֵּשׁ בַּחִצִּים telcal bachitsim, à verbo Iob. 7.
calal, quod significat leuem & velocẽ esse, vt apud Iob: Dies mei velocius transierũt, quàm à texente tela succiditur. Vel vt potest verti ex hebræo: Dies mei fuerunt velociores radio textoris. Est quidem radius instrumẽtũ textoris, quo subtegmen staminì inseritur, appellatur Latinè lançadeira. Et Ionæ, Miserunt, inquit, vasa, quæ erant in nauj, vt alleuiaretur. Hoc est, vt nauis maneret leuior & velocior, & ad nauigandum aptior. Ita apud Esaiam: Alleuiata est terra Zabulon, Esa. 9.
& terra Nephtalim. Hoc factum fuit, quando Theglath phalasar abduxit duas tribus Zabulõ & Nephtalim à Samaria in Assyriam. Cum parat Esaias Samariã naui mercibus onustæ, quæ cũ ob nimium pondus naufragiũ minetur, alleuiatur conjectis mercibus in mare. Assyria est mare, quò fuerunt filij Zabulonis & Nephtalini ob nimium peccatorũ eorũ pondus sonicẽti, vt terra Samariæ velox esset, & ad nauigandum apta, eiusque habitatores possent tranquilla mente consistere. Significat etiam verbum hoc tergere & polire, & candidum reddere: vt apud Ezechielem. 1: Quasi aspectus ætis candentis. Vel vt potest etiam Sap. 2.
verti: Quasi aspectus chalybis politi, siue tersi, siue candidi. Eam ob causam vertit Pagninus: Tersit sagittas. Alij, vt perpoliat sagittas. Solebant enim veteres illi idolorum cultores ferrum sagittarum perpolire, & plendidum reddere, vt in eo harioli & diuinatores viderent futura, quemadmodum in speculo dæmonis artificio faciebant. Significat præterea verbum hoc proijcere, & miscere res aliquas ad proijciendum. Quam ob causam R. Ioseph hunc locum ita transtulit: Iecit sagittas, ac volare fecit in aere, vt videret, in quam partem caderent. Thargum quoque vertit: Iecit sagittas. Et noster interpres: Commiscens sagittas, nimirum ad eas in aerem proijciendum.

Nonne hoc est, quòd humilem sublenauit, & sublimem humiliauit. Septuaginta habent: ἆρα οὐ τοῦτό ἐστι καί. Hoc est, ipsa non erit humilis aut talis. Et postea sequitur: Humiliasti excelsum, & subleuasti humilẽ. Quorũ verborũ hic est sensus: Hæc tua corona ô Sedechia, Hæc tua potestas longè diuersa est à Messiæ corona. Ille nanque æquitate vtetur, tu autẽ iniquitate: nam improbos solida & expressa bona contemnentes muneribus afficis, sed ea ducis iussu, & celeriter interituris, vitos autem virtute præditos, iustitia & pietate præstantes facibus crudelitatis incendis, & ad interitũ & vastitatem vocas. Deus autẽ contra viris charitate munitis amplissima præmia pro virtute & charitate persoluit, in eos autẽ, quos motũ corruptela à recta viuẽdi ratione abduxit, severus & vltor exstitit. Pagninus vertit: Hæc, quæ modò est, non erit: humilem sublevabo, & superbum humiliabo. Acsi dicat Deus: Hæc corona, qua nunc vteris ô Sedechia, non erit amplius tua: nam humilem Iechoniam, qui Ezechielis cõsilio instructus se tradidit Babylonijs, honoribus afficiam, te autẽ, qui superbia elatus me ipsum cõtemnis, deprimam, & ex sublimi regiæ dignitatis gradu præcipitabo. Quæ omnia ita euenisse, est in quarto libro Regum memoriæ proditum. 4. Reg. 24. Luc. 1.
Deus enim, vt verbis vtar virginis sanctissimæ, de-

mæ, deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et vt aiunt apostoli, superbis resistit, Iacob. 4. 1. Pet. 5.
humilibus autem dat gratiam. De eo ait Esaias: Humiliabit gloriam eius. Vel, vt potest Esa. 25.
verti ex Hebræo: Deprimet & ejiciet superbiam elati. Et ipse Deus apud Ezechielẽ cap. Sap. 17.
17. Ego dominus, inquit, humiliaui lignũ sublime, & exaltaui lignum humile. Et psalmographus: Quoniam tu populum humilem saluũ Psal. 17.
facies, & oculos superborum humiliabis. Solet enim Deus viros pios, animi humilitate & demissione insignes, quando magis afflicti & iacentes videntur, extollere, eos autem, qui se ob superbiam efferunt in sublime, deprimere, aut præcipitare. Eos, qui se demittũt ad altum dignitatis gradum erigit Deus, eos verò, qui opinionibus inflati, sibique præsidentes animos in excelsum sustulerũt, præcipites ad ima deturbat.

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem. Pro iniquitatẽ est in Hebraico: עָוֹן auoch, quæ dictio iniquitatẽ significat & euersionem. Primam significationem secutus est noster interpres cum septuaginta: secundam Pagninus cũ nonnullis alijs. Sunt qui vertant diminutionem, vt sit sensus: Ego inquit Deus, diminuã regiam Hebræorum dignitatem vsque ad aduentum Messiæ, qui erit quatenus homo in regia, summaque dignitate constitutus, rerumq; maximarum gloria præstantissimus.

ARGVMENTVM CAPITIS VIGESIMI SECVNDI.

Deplorat Hebræorum perniciem, qui virtutis præsidio nudati, quæ penitus abiecerant, scelera committebant flagitia, quorum exercitationem eam tutaterabili pernicitate, tum etiam diuturna impunitate munichant. Vituperat impiam falsorum vatum, scelerataramque sacerdotum doctrinam, & inexplebilem auaritiam, qui optimi circumfluentes ea maximè expetebant, quibus abundabant, quamuis non eorum satiebatur cupiditatis sitis. Increpitur in principum tyrannidem, quorum fides & potestati omnium ciuium salus, vita, libertas, diuitiæ, fortunæ, & domicilia erant tecta ac commissa, quibus illi intemperanter abutebantur, Hierosolymam vastantes, omnemque Israelitica nobilitatis patrimonium dissipantes.

CAPVT XXII.

A ET factum est verbum dominì ad me dicens: Et tu fili hominis nõ ne iudicas ciuitatem sanguinũ, & ostẽdis ei omnes abominationes suas? Et dices: Hæc dicit dominus Deus: Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam, vt polluereturIn sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti, & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es. Et appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. Propterea dedi te opprobrium Gẽtibus, & irrisionem vniuersis terris, quæ iuxta sunt, & quæ procul à te. Triumphabunt de te, sordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Is- B
rael singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem patrem & matrem contumelijs affecerũt in te. Aduenam calumniati sunt, in medio tui: pupillum & viduam contristauerunt apud te: Sanctuaria mea spreuistis, & sabbata mea polluistis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te: scelus operati sunt in medio tui. Verecũdiora patris discooperuerunt in te: immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnusquisque in Ther. 5. e
vxorem proximi sui operatus est abominationem: & socer nurum suam polluit nefariè, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Mu- C
nera effuderunt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris, meiq; oblita es, dicit dominus Deus.

EXPLANATIO.

Et tu fili hominis nonne iudicas, nonne iudicas ciuitatem sanguinum? Repetit sæpe Ezechiel Iudæorũ scelera, ne aliquis existimaret, eorũ Deũ aut crudelẽ esse in eorũ supplicijs, aut non potuisse eos ab hostium manu liberare. Nihil in eorũ ore nisi fraus inuoniebatur, nihil in eorũ manibus nisi rapina, nihil in eorum corde nisi effrenatæ cupiditates, & impiæ cogitationes. Nihil erat tam terrum, tam nefarium, tam aspernãdum, quod non admitterent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terent. Sitiebant ob impiam crudelitatem humanum sanguinem, violabant Dei, hominumque leges, & ad id amentiæ & perfidiæ progressi sunt, vt diuino numine contempto vana colerent simulachra, & idola prope infinita.

Quam ob causam expulit eos Deus de ciuitate sua, tradiditque illos Babylonijs, summisque calamitatibus oppressit, vt eos ad virtutem reduceret, & ad se ipsum conuerteret, & vt eius iustitiæ & seueritatis apud cunctos mortales immortalia monimenta permanerent. Et quoniã Deus diuinum nostrũ vatem Ezechielem populo illi præfecerat, & speculatorem constituerat, vt ipse Deus ei capite tertio dixerat: Speculatorem dedi te domui Israel, ideo cũ nunc alloquitur, vt ciuitatem crudelem, humanúmq; sanguinem passim effundentem iudicet & reprehendat, proponens Hebræis ante oculos impia eorum flagitia. Ait igitur Deus: Nonne tu Ezechiel iudicas Hierosolymam immane ciuitatem? Quasi dicat iudicas profectò. Accipiunt hoc loco iudicare pro instituere, concionari, vitam veritatis aperire, vocibus & scriptis docere, reuocare à vitijs, cohortari ad virtutem, vitaperare homines flagitijs contaminatos, excitare intentes, laudare virtute præditos. Hoc est speculatoris officium, quod tam ardenter exercere debet, vt non solùm alios incendat, sed ipse sit diuino quodam amore inflammatur. Vt enim facilius gemmis iusculpet, quæ voles, si terebra ferueat, sic magis mouebit concionator, si exarserit, & diuini numinis charitate flagrauerit. Hoc est præsulis munus non langueſcere, non tacere, sed clamare, & subditis consulere. Id volens Deus significare dicebat Esaiæ: Pone speculatorem, & quodcunque viderit, annuntiet. Et quem speculatorem ipse Esaias intelligitur: qui de ecclesiæ catholicæ felicitate vaticinàs, inquit: Vox speculatorum tuorũ. Subaudi, audietur. Et subdit statim: Leuauerunt vocem, simul laudabunt. Nam si præsules & primates populi flagitia silentio præterierint, pœnas mortis eius ipsi persoluent, quemadmodum Deus capite tertio dixit Ezechieli. Huiusmodi præsides vocat Esaias canes mutos non valentes latrare: Eam ob causam diuus Paulus in epistola prima ad Thimotheum, vbi episcopum & præsulem describit, ait eum debere esse doctorem. Et quoniam ipse Timotheus episcopus erat, ita illum in epistola secunda cohortatur. Prædica verbum, insta opportunè importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Verùm Hierosolymam appellat hoc loco Deus ciuitatem sanguinum, quoniam multa in ea homicidia cõmittebantur, & innocentium sanguis fundebatur. Id obijciebat Deus Hebræis per Esaiam his verbis: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Est igitur sanguis cædes insontium. Ideo regius vates, Libera me, inquit, de sanguinibus deus deus salutis meæ. Sanguines appellat crudelitatem, & scelus illud, quod in cæde Vriæ commiserat, decernens, vt ille immaniter trucidaretur. Igitur ciuitas sanguinum ea respublica est, in qua potentes trucidant infimos, vt suæ superbiæ & crudelitati satisfaciant, & alienas diuitias diripiant. Quæ respublica mortua potiùs appellari debet, quàm viua. Vt enim corpus absque anima mortuum dicitur, quòd nec nerius, nec mẽbrit vtatur, sic ciuitas absque lege, quod nec iustitiam exerceat, nec virtutem, quæ sunt hominum societatis vincula, & præcipuæ reipublicæ partes. Capite 24 appellat etiam Deus Hierosolymam ciuitatem sanguinum. Hoc trono Nahum propheta capite tertio vtitur in Ninivitem, & Habacuc in principes immanes.

Sup.3. *Esa.56.* *Simile.* *Esa.22.* *Esa.52.* *Sup.3.* *Esa.56.* *1.Tim.3.* *2.Tim.4* *Esa.1.* *Psal.50* *Simile.* *Inf. 24* *Nahũ.3* *Haba.2*

Ciuitas effundens sanguinem in medio sui. Id est, hæc est ciuitas, quæ publicè interficit innocentes.

Vt veniat tempus eius. Subaudi euertionis. Particula, vt, non est hoc loco causalis, sed cõsecutiua: est enim sensus: Hæc ciuitas est homicidiorum perpetratrix: ex quo efficietur, vt cito veniat eius vastitas & euersio. Deus eam breui funditus euertet, & vim ac furorem hominum immanium, qui aliorum vitam ferro atque insidijs appetunt, infringet. Non igitur ideo Iudæi scelera admiserunt, vt punirentur, quin potius ideo puniti sunt, quia se sceleribus contaminarunt.

Et approximare fecisti dies tuos. Id est, immanitate & sceleribus tuis fecisti, vt accelerarent fines dierum tuorum. Ob tua flagitia festinauit tempus tuæ luctuosæ euersionis. Id ait etiam ijs verbis regius vates: Viri sanguinum & dolòsi non dimidiabũt dies suos. Excedũt enim è vita morte plerunque immaturâ. *Psa.54.*

Et addidisti tempus annorum tuorum. Repetitio est superioris.

Sordida, nobilis grandis interitu. Sordida vitiorum macula: nobilis ob templi magnificẽtiam & amplitudinem, & antiquorum regum, diuinorumque vatum celebritatem: grandis interitu, cui paratum imminet magnum exitium, & luctuosissima calamitas. Vel sic: Sordida nobilis, hoc est, quæ antea nobilis erat, & in omnium ore versabatur, in qua vera Dei religio floruerat, & virtus solùmodo latebat, modo tacet in obscuro, virtutum labibus cooperta. Fuit tibi ob terra factiora tua honor ablatus, gloria obscurata, claritas extincta: quam ob causam magnus tibi imminet interitus.

Vel accipitur nobilis pro insigni sceleribus: *Mat.27.* quẽadmodũ apud Matthæum. Habebat autẽ tunc vinctũ insignẽ, qui dicebatur Barrabas. Nomen hoc nobilis, vsurpatur à Latinis authoribus eloquẽtia præcellẽtibus pro insigni in quacunq; re etiam mala. Cicero in oratione 4. in Verrẽ, in qua eius tetra ac nefaria facinora commemorat, Accipite, inquit, nunc aliud eius facinus nobile. Et Titus Liuius: Nobilis alle clade Romana locus. Potest hic locus verti ex Hebræo: Sordibus nobilis, vel, flagitijs insignis.

Ecce principes Israel singuli in brachio tuo. Id est, vnusquisque ex principibus tuis pro virili homicidia faciebat: periculum capitis innocentibus asserebat: & odium vsque ad sanguinem excitabat. Eodem modo Esaias Hierosolymam alloquebatur: Principes tui infideles, socij furum. *Esa.1.*

Patrem & matrem. Exponit eorum crimina sigillatim.

Sanctuaria mea sprevistis. Id est, tẽplum meũ violastis, in eo idola collocantes.

Viri detraherent. Homines impij, qui alios maledictis vulnerabant, in odium & inuidiam arcessebant, vt eorum sanguinem profunderent. Ita de Ieremia dicebant: Iudicium mortis est viro huic. Aliquando grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia apertè narrant, quàm qui committunt. Et sæpenumero accidit, vt qui alios maledicentia lacessunt, ipsi grauioribus maledicant vitijs. *Iere.26.*

In Prouerbijs ait Salomon: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos, detractores Deo odibiles, & in prima ad Corinthios: Nec maledici, nec rapaces regnum Dei possidebunt. *Prou.4.* *Rom.1.* *1.Cor.6.*

Super montes comederunt. Quando idolis immolabant. Comedere in montibus Hebraisonat est significans idolorũ cultũ: quo vsus est etiam Ezechiel capite 18. *Sup.18.*

Scelus operati sunt in medio tui. Hoc est, Quid pluta? Omne flagitiorum genus publicè admiserunt.

Verecundiara patris discooperuerunt in te. Hebraismus est significans filiorum cum nouercis suis incestum. Id quod in Leuitico Deus ijs verbis prohibuit: Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies. *Leuit.18*

Mei, oblita es. Hoc est, in hac flagitia incidisti ô Hierosolyma, quia mei oblita es. Aspice quæ mala ex obliuione Dei procedant.

Ecce complosi manus meas super auaritiam tuã, quam fecisti, & super

sanguinem, qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? Ego dominus locutus sum, & faciam. Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te: & possidebo te in conspectu Gentium: & scies, quia ego dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus Deus: Eò quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succendam in ea ignem ad conflandum. Sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam. Et conflabo vos: & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei: & conflabimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius. Et scietis, quia ego dominus, cùm effuderim indignationem meam super vos. D E

Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam. Loquitur Deus more humano, vt eum intelligamus. Sensus est: Ego instar hominis dolore affecti ob auaritiam tuam ô Iudæorũ synagoga, & ob alia scelera tua percussi, & conjunxi manus, cum Balaac rex Moabitarum eo tempore pressus ob verba Balaam, ait diuina scriptura, cum complosis manibus fuisse auditus Balaam loquutum. Vel ita: Complosi manus meas super auaritiam tuam, hoc est, puniũte ob auaritiã scelus. Disposui manus meas ad vltionem auaritiæ tuæ. *Num.24*

Nunquid sustinebit cor tuum? Nimirum supplicium, quo tum te affecturus. Quasi dicat: non. Tanta erunt flagella, quibus te feriam, vt non possis ea sustinere.

Et possidebo te in conspectu gentium. Hoc est, non tu ô Iudæorum synagoga me possidebis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō ero vt antes hereditas tua: quin potius scient Gentes te ase à me possessam, captiuam, & afflictā ob tetra facinora tua. Potest hoc in bonam accipi partem, vt sit sensus: Postquam te in Chaldæam dispersero, calamitatibus vlcerauero, & igne erumnarum poliero, reducam tean patriam tuam, reuerteris Hierosolymam, vbi mea erit, vt antea, ibi te possidebo in Gentium conspectu. Tanta est clementia mea, vt hæ procellæ tibi in tranquillitatem vertantur, & placata ira mea meum experiaris misericordiam. Deafflixo, vt abluaris ab immunditiis tuis, vt sis hæreditas mea, & in pristinam dignitatem restituaris. Eodem modo apud Esaiam ait Deus: Hæreditas mea Israel. Ac si diceret: Auertam à te faciem meam ob scelera tua ô Israelitæ populo, sed cum ad me conuersus fueris, oculos meos placatus ad te conuertam, non enim me peccantium interitus & pernicies, sed adhibita correctione & pœnitentia, conuersio & vita delectat. Nam enim volo mortem impij, sed vt conuertatur, & viuat.

Esai.19.

Sup. 18.

Versa est mihi domus Israel in scoriam. Ex puro argento conuersa est in immundam scoriam, eius fides conuersa est in perfidiam, eius prudentia in demeniciam, eius fortitudo in timorem, eius iustitia in iniquitatem, eius temperantia & perturbationum sedatio in turbulentam appetitus immoderationem. Appetitus tui longius euagantur effrænati & indomiti, siue cupiendo, siue fugiendo, nullo modo à ratione retinentur. Cùm fuisses populus meus electus, defecisti à me, & innumeris te vitijs contaminasti. Id diserat ei Deus his verbis per Esaiam: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ: argentum tuum versum in scoriam, vinum tuum mistum est aqua. Et rursus idem Esaias: Plantauit vineam electam, & expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruscas.

Esa. 1.

Esai.5.

Omnes isti æs, & stannū, & ferrū, & plumbum in medio fornacis. Æs proprie species est metalli rubro colore, similitudinem quandam habens auri, cùm aurum non sit. Stannum etiam argentum imitatur, cùm nihil minus sit quàm argentum. Huiusmodi sunt hypocritæ, qui specie sanctitatis flagitia cooperiunt. Tunc terribiles sunt, cùm se candidiores ostendere nituntur. Totius enim improbitatis nulla pernitiosior est, quàm eorum qui cum maxime fallunt, tum id agunt, vt viri virtute præditi esse videantur. Eo quanuis eam laudantur ab hominibus, exultent, odrum tamen voluptas fluxa statim y & euanescit. Id intelligēs Sophar, dicebat apud Iob: Laus impiorum

similes

Iob.20.

induimus. Adami peccatum, vt ait Epiphanius, imaginem Dei non perdidit, sed contaminauit. Tetri & nefarij homines Dei imaginem sceleribus suis quantum in se est, polluūt & contaminant. Et, vt ait in Lamentis suis Ieremias: denigrata est super carbones facies eorum. Nihilominus tamen numus dei sunt, eius imagine insigniti. Quare reddendi sunt deo, quemadmodum numus Cæsaris Cæsari. Quærit Christus numum suum, quærit Cæsar suum. Ille enim ait: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt dei, deo. Ac vult, vt numus suus sit ex auro aut argento, non autē ex ære & stanno. Cupit virtutem solidam & expressam, non fictam & adulterinam: eos diligit, qui pietatem & iustitiam diligunt & colunt, non qui harum rerum vmbris solùm vtuntur. Hi sunt, de quibus ait scriptura. Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus: & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Duabus vijs terram ingreditur hypocrita, cùm aliud recondit in animo, aliud factis ostendit: aliud eloquitur, aliud agit. De eo dicitur in Deuteronomio: Nō induetis vestimento, quod ex lana linoque contextum est. Ac si dicat: quod subtilitate malitiæ lino designatæ cooperiri, & simplicitate innocentiæ lana significatæ exterius fingit. Quemadmodum fecit Herodes, qui Magis Orientalibus deuotionem in Christum exterius demonstrabat, sed gladium acuens, nefariam cordis immanitatem colore virtutis depingebat. Huiusmodi erant Hierosolymæ habitatores regnante Sedechia, qui dei lege gloriabantur, sed eam seruare nolebant. Vera virtus est æqualem ac parem verbis vitam agere, atque ita viuere, vt verba consonent factis. Sunt qui, cùm iustitiam oppugnent, verbis consequi volunt, vt iusti esse videantur. Vt C. Gracchus cùm largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis defendebat ærarium. Eodem modo Hebræi illi vocibus protegebant virtutem, factis verò eam de medio tollere nitebantur. Eos hoc loco Deus non aurum & argentum, sed æs & stannum appellat. Vocat eos etiam ferrum ob cordis duritiem & contumaciam, & ob nimiam scelerum ferruginem: Plumbum ob effrænatam libidinem, quoniam metallum hoc ad ignis colorem confestim liquefcit, & ob graue peccatorum pondus. Nam Zacharias peccatum talentum plumbi appellat ob eius onus grauissimū. Vnde psalmographus: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Ac si diceret: Tanta vi, tam graui onere flagitiorum opprimor, vt humeros tanto

Ieremi.4.

Mat.22.

Eccle.2.

Deut.22

Mat.2.

Zach.5.

Psal.37.

ponderi pares non habeam: sed anima sanctus & debilitatus penitus succumbet, nisi diuina misericordia adiuuetur. Vnde Esaias Iudæorum populum appellat grauem iniquitate. Cum his metallis comparat Deus Hebræos Hierosolymæ habitantes, & vt eorum scelera exaggeret, ait, eos non solùm esse hæc vilia metalla, sed etiam scoriam argenti, quæ est spurcitia illa, quæ ex metallo inter coquendum vehiti spuma quædam egreditur, nulli vsui seruiens, nullam penitus habens vtilitatem. Itaque Hebræi illi nefarij, & scelerum maculis insignes, misit eos Deus in calamitatis fornacem, vt expurgarentur: sed illi peiores euaserunt. Erant vilia metalla, & remanserunt inutilissimæ scoriæ. Eam ob causam ait Deus: Omnes isti æs, stannum, & ferrum, & plumbum, in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Hac dicendi exornatione vtitur Deus per Esaiam dicens: Excoquam ad purum scoriam tuam. Et per Malachiam: Ipse erit quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans, & emundans argentum, &c. Deus est, vt ait diuina scriptura, ignis consumens, afflictio autem est fornax. Mittit Deus homines aliquando in calamitatis fornacem, vt eos nimbus exploret, & cognoscat, sint ne aurum, an æs, an stannum, sed nihil interdum inuenit nisi scoriam, sordes & immunditias metalli. Id volens significare Ezechiel, ait: Et scoria argenti facti sunt. Ac si diceret: Et inuenit Deus eos nihil esse præter vilem scoriam, & inutilem metallorum spumam.

Esa.1.

Malac.3.

Hebræus

Deut. 4.

Propterea ego congregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti, &c. Hoc est, quēadmodum solent congregari argentum, & æs, & cætera metalla, vt in ignis fornacem mittantur, & ibi probentur, sic ego vos in hac ciuitate explorabo. Erit Hierosolyma fornax afflictionum, vbi eritis congregati, & obsessi à Babyloniis, & infinitis acumnis oppressi. Sufflabo flammas calamitatum, affligam vos fame, siti, peste, cladi, & alijs molestijs acerbissimis. Et quoniam eum scelerati afflicti etiam fuerunt nonnulli iusti, vt fuit capite superiore ostensum, ideo ait: Congregatione argenti: nam viri pij argenti nomine significantur. Accipitur aliquando argentum pro diuina lege, vt in psalmo: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum: aliquando pro viro virtute prædito & eloquēte, vt in Prouerbijs: Argentum electum lingua iusti. Hoc autem loco accipitur pro viro candido & innocente.

Sup. 21.

Psal. 11.

Prou. 10

Et requiescam. Instar hominis irati, qui postquā seruum iniquum flagellat, requiescit.

Loquitur Deus more humano. Quidam vertunt: Et relinquam vos in fornace. Quasi dicat Deus: Permittam, vt diu duret calamitas vestra.

Et conflabimini in medio eius. Hoc est, in medio Hierosolymæ liquefietis. Comparat Hierosolymam cum fornace ardente.

Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris. Coniuratio prophetarũ in medio eius: sicut leo rugiens rapiensque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt: viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius cõtemplerunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctũ & prophanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum & mundũ non intellexerunt. Et à sabbatis meis auerterunt oculos suos: & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædã, ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento: videntes vana, & diuinãtes eis mendacium: dicentes: Hæc dicit dominus Deus, cùm dominus non sit locutus. Populi terræ calumniabãtur calumniã, & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus cõtra me pro terra, ne dissiparẽ eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi: ait dominus Deus.

Mich. 3. & Sophon. 3.

Fili hominis dic ei. Nimirum Hierosolymæ.

Et non compluta. Hoc est non irrigata pluuia tempore opportuno, quia flagitijs tuis dominum ad iracundiam prouocasti. Quemadmodum terra nõ cõpluta infrugifera est & infœcunda, ita Hierosolyma absque pluuia diuinæ gratiæ arida erat & sterilis. Poteris per hanc siccitatem defectũ diuinæ doctrinæ intelligere: pluuia enim doctrinam significat. Ita intelligitur illud Esaiæ: Nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vbi per nubes significantur diuini vates & Christi apostoli, de quibus rursum ait Esaias. Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Vnde Moyses instar nubis terram irrigantis aiebat: Crescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Et Ecclesiasticus cum deo loquens has voces emittit: Aquis sapientiæ salutaris potabis eos.

Esa. 5.

Esa. 60.

Deut. 32.

Eccle. 15.

Coniuratio prophetarum. Scilicet falsorum. Septuaginta habent: Cuius duces in medio eius quasi leones rugientes. Vt sit sensus: Hierosolymæ magnates sunt immanes & raptores. Pseudoprophetæ & qui apud Hierosolymitanos potentia valebant, aduersus veros prophetas coniurarunt. Excitarunt aduersus eos populum, illisque perniciem machinãtes eorum opes rapiebant. Non vitupero rei familiaris amplificationem nemini nocentẽ, sed illud asseru, nõ ferre naturam, vt aliorum spoliis nostras facultates & diuitias augeamus.

Animas deuorauerunt. Accipitur anima pro vita. Quasi dicat: vitam illis ferro eripiebãt. Sin autem accipiatur pro anima, tunc est sensus: Pseudoprophetæ animas populi perdebant, eum ad necem diuinorum vatum incitantes.

Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam. Hoc est, inter Dei templũ & alias ædes nullam fecerunt differentiam. Ita idolis in templo immolabant, quemadmodum in locis prophanis. Nihil interesse putabant inter animalia munda & immunda, contra id, quod Deus illis præceperat. Poteris per pollutũ & mundum vitium & virtutem intelligere.

Leuit. 11.
Leuit. 20
Deut. 14

A sabbatis meis auerterunt oculos. Nolentes sabbati fractionem videre, non corripiebant eos, qui sabbata violabant. Arguit sacerdotũ impietatem, qui ad humana aspirantes, diuina non curabant, de quibus ait Deus per Ieremiam: Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus? & tenentes legem nescierunt me. Vel auertere oculos à sabbatis capitur pro diuini cultus contemptione.

Ierem. 2.

Principes eius. Nempe Hierosolymæ. Vt ex salutari medicina nihil proficiscitur, nisi quod ad corporis sanitatẽ & vtilitatẽ ptinet, quoniam eius causa est instituta, sic à legibus quas tulerit princeps, nihil debet exire, nisi quod ad reipublicæ cõmodum spectet, quoniã illius causa fuerunt institutæ. Narrat Iudæorum principum legislatorum flagitia, qui leges iniquas ferebant, & populum spoliabãt, iniustè ferentes sententiam, & aliorum incommodo suum commodum amplificantes: sicõ modum dici potest, quod aliorum augetur iniuria. Eodem modo inuehitur in principes

Mich. 3. iniustos Michæas capite tertio: & Sophonias
Sopho. 3. eodem capite. Etsi eos temeraria populi multitudo iudicat beatos, qui præstãt valetudine, viribus, forma, qui possident diuitias, honores imperia, opes, gloriam, tamen si fuerint hi, qui hæc habent, improbi, iniusti, vitijs cooperti, hi erunt profectò non solùm infelices, sed infelicissimi, non solùm miseri, sed miserrimi. Huiusmodi erant hi, quos hoc loco arguit propheta.

Et auarè sectanda lucra. Arguit auaritiã, quã
Ephes. 5. Diuus Paulus appellat idolorum seruitutem,
Coloss. 3. & omnium malorum radicem. Ex illa enim tã
1. Tim. 6. quam ex stirpe cæteræ flagitiorum pestes oriuntur, quæ cordis occupant terram, & admirabilia illa virtutum semina nostris ingenijs innata adolescere non sinunt. Beatus vir, in-
Eccle. 31. quit Ecclesiasticus, qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Omnia animantia manus habentia illis terram attingunt præter hominem, qui manus à terra habet eleuatas. Cùm enim bruta creata non sint ad possidendum cœlum, sed terram, decet eam manibus terere & attingere: at homo ad Dei imaginem & similitudinem creatus, ad cœlestem beatitudinem possidendam, non terit manibus terram, sed pedibus eam conculcat. Voluit Deus vt ipsa nostra compositio nos moneret, vt vellemus contemnere terram, & ad cœlum semper aspirare. Eam ob causam cũ cæteros animantes natura abiecisset ad pastum, solùm hominem erexit, eius manus abduxit à terra, & oculos ad cæli conspectum quasi ad proprium domicilium excitauit. Si considerare velimus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, quid differat à cæteris animantibus, & ad quid fuerit creatur, intelligemus quàm turpe sit duciauaritia, diuitias ardentius quàm cætera omnia cupere, & pro rebus fluxis velle amittere æternas. Quemadmodum aquila fertur in sublime, ad terram autem non descendit nisi ad necessarium victum quærendum, capta autem præda statim volat, nec in ima terra detinetur: sic nos debemus in cœlo animo versari, & depositis superuacaneis rerum humanarum solicitudine, Deum mentis oculis contemplari, & quieta & tranquilla mente consistere. Ad terram non debemus descendere, nisi vt ea, quæ sunt vitæ necessaria accipiamus: quibus obtentis debemus ad ipsum Deum cogitatione volare, & animo confugere. Ad id nos hortatur Diuus Paulus ijs verbis in epistola prima ad Timotheum: Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs contenti simus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Salomon ille, qui antiquitatis memoriam sapientia superauit, fundens ad Deum precationes suas, has voces emisit. Tribue tantùm victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum: Et rursus: Melius est parũ cum timore domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. Id quod his verbis dixerat eius pater: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Eam ob causam dixit Ecclesiasticus: Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Pauperiãs, vt ait Chrysostomus in epistolam ad Hebræos, est manudextrix in viam, quæ ducit ad cœlum. Et Diuus Augustinus in psalmum 76. Omnis, inquit, philosophiæ magistra nobis est inopia. Sed quid mirandum, cùm Gentium philosophi idipsum contestentur? Plutarchus, Contemptus, inquit, diuitiarum est instrumentum philosophiæ. Bias: Quis diues? qui nihil cupit. Quis pauper? auarus. Seneca Breuissima ad diuitias per contemptũ diuitiarum via est. Crates ille Thebanus, qui opibus affluebat, cùm se Athenas ad philosophandum tanquam ad bonarum artium mercaturam conferret, magnum dicitur auri pondus in mare conieciisse, quoniam non putauit, se posse simul & virtutes & diuitias possidere: & cùm illud in altum gurgitem profunderet, dixisse aiunt: Abite pessum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Melius fecisset, si diuitias illas propter Deum inter pauperes distribueret: nec ego in eo laudo perdere illas, sed eas aspernari. Felices illi, qui paucis contenti, opes suas propter Christum inopibus largiuntur, & ad eas opes aspirant, ex quibus credunt posse verum decus tefloreſcere, veramque dignitatem redundare: qui possunt dicere cum apostolis: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Horum animi è vinculis corporum euolauerint, non ad æterna supplicia, & cæcas inferorum tenebras relegabuntur, sed gaudio exultantes, sedes illas cœlestes, & splendidissimam domum consequentur, vbi pulcherrimã diuini numinis, cæterarumque rerum scientiam obtinebunt: diuitijs nunquam interituris redundabunt, & Deo ipso æuo sempiterno fruentur. Auari homines contrà cupiditatis stimulis concitati, dabunt suorum flagitiorum pœnas: & qui posthabita animi cura, & diuinarum rerum contemplatione omnes cogitationes suas conferunt ad fallaces diuitias con-

1. Tim. 6.

Prou. 30

Prou. 15.

Psal. 36.

Eccles. 5.

Matt. 19.

Simile.

quirendas, totoque studio in eam curam incumbant, vt vitam alijs & opes per summum scelus eripiant, in æternum torquebuntur. Et vt ait diuinus psaltes: Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Loca inferni, vbi impiorum animæ sunt sepultæ, vocat domum illorum in æternum. Erit illis seclusum iter à concilio cœlitum, excludentur à cœtu mentium beatarum, & æternis pœnis in inferno cruciabûtur. Huiusmodi homines obiurgat hoc loco Ezechiel, eos præsertim, qui inter cæteros principatû obtinebant, qui cum deberent in alios conferre beneficia, lucra auarè sectabantur. Nullum est vitium terrius auaritia, & insatiabili cupiditate, præsertim in ijs, qui rempublicam gubernandam suscepêrunt: habere enim quæstui rempublicam non solùm non est laudabile, sed etiam crudele & nefarium.

Pfal.48.

Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento. Hoc est, falsi prophetæ decipiebant magnates Hierosolymæ sua falsa doctrina. Metaphora est sumpta abijs, qui parietes complanant luto absque firmitate. Cùm enim paries pulchri videatur, excidit lutum, & remanent deformati. Eodem modo pseudo prophetæ res prosperas promittentes fallebant magnates, & in erroribus suis confirmabant, sed statim fraus eorum apparebat. Sic absque temperamento vern potest, luto insulso, seu luto absque firmitate. Hæc dicendi exornatione vsus est etiam supra Ezechiel capite 13.

sup. 13.

Populi iere u calumniabantur calumniâ. Hoc est, sceleratierant, pleni fraudibus & dolis. Non erat in Iudæa iustitia in principibus, nec virtus in populo. Iam innocentiæ, probitati, rectis studijs nihil erat loci. Populus imitabatur regem. Et vt ait Ecclesiasticus, qualis est rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Inter populi flagitia priùs numerat calumniam, quæ est vexatio alicuius, in litibus præcipuè, per fraudê & subdolam ac subtilem rationem, aut vei alicuius malitiosa interpretatio ad aliquê decipiendum. Cùm Theastridas gladium cote acueret, interrogatus à quodã esset ne acutus, acutior, inquit, calumnia. Author est Plutarchus in primo apophthegmatû libr. In Leuitico sunt hæc Dei verba: Nõ facias calumniam proximo tuo. Et quoniam impij virtutis splendorem extinguere, & iustorum pulchritudinê deformare cupiunt, ziebat Dauid. Feci iudicium & iustitiam, nõ tradas me calumniantibus me.

Ecclæ.10

Leuit.10

Pſa.118.

Et Ioannes Baptista: Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis.

Luc.3.

Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem. Id est, quæsiui aliquos, qui se ponerêt pro sepe, ne ego totum agrum vastarem, sed non erat, qui instauraret interruptionê, & posset ingressum seueritatis meæ cohibere. Ac si diceret: Quæsiui, qui me precibus suis placaret, ne euerterem Hierosolymam, & non inueni. Vide Dei misericordiam. Exigebat diuina iustitia, vt Hierosolyma esset ob scelera sua deleta: & ille quærebat aliquem, qui eam pro eius salute obsecraret. Illud est hoc loco aduertendum, virum istum pro aliquo orantem, & feruentes preces ad Deum fundentem sepem esse & murum illius. Moysi pro populo oranti dixit Deus: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. In libro Geneseos scriptum legimus apparuisse dominum Iacobo, cùm remansisset solus, & à familiæ frequentia se in solitudinem recepisset, & cum eo fuisse luctatum. Ex quo certamine effectum est, vt nervus fœmoris Iacobi emarcesceret, & ipse dominus ei benediceret. Quid aliud luctæ hæc Iacobi cum Deo significat, quàm vehementem orantis seruorem, & piarum precationum vim, & admirabilem effectum. Duo brachia luctantis sunt fletus & deuotio. Ideo ait Oseas hunc Iacobum & fleuisse & rogasse. Superauit autem Deum, quia vsque mane oranit, & in precationibus permansit. In hac contentione exaruit fœmoris nervus, quia vi & fervore orationis extinguitur carnis appetitus, aut saltem sedatur, & acquiritur benedictio, hoc est, diuina quædam consolatio. Sed hoc loco occurrit difficilis quædam quæstio. Quomodo non inuenit Deus virũ iustum, qui oraret pro Hierosolyma, si in ea erat Ieremias, & Baruch, & viri alij virtute insignes, qui pro populo pias & ardentes ad dominũ preces fundêtes, dies ac noctes inter mœstos gemitus, & amara suspiria consumebant? Et supiã dixerat Deus capite 21. se esse in clade Hierosolymæ interfecturum iustum & impium. Huic obiectioni respondet Nicolaus Lyranus, hoc loco numerum singularem accipi pro plurali. Quæsiui de eis virum, pro quæsiui viros in numero sufficiente, propter quos parcerem ciuitati. Nã cùm Abraham quæreret à domino vtrum parceret Sodomæ pro decem iustis, non ausus est quærere amplius de numero minore. Eam ob causam subditur hoc loco: Et inueni, subaudi viros in numero sufficiente. Erant enim Hierosolymæ flagitia multa, quemadmodum dixerat propheta in principio huius capitis: & fuit scriptum est quarto Regum, & secundo Paralipomenon. Hæc est responsio huius doctores sapiêtis quidem, quia in diuinis literis explanandis etsi non fuerit verborum elegantia perpolitus, in eam tamen curam toto pectore incubuit, vt verum scripturæ intellectum

sup. 21.

Gen. 32.

Exod.32

Ose.12.

Ier.18.

4. Reg. 2. Par.

intellectum explicaret. Paulus tamen Burgensis homo etiam doctus hac solutione minimè contentus aliam quærit. Ait enim hoc seuera de vito tantùm vno intelligi, vt litera sonare videtur. Et quamuis tunc essent Hierosolymæ nonnulli viri iusti, qui Deum orarent pro populo, nullum tamen ex illis tanti meriti fuisse, vt per eius precationes Deus iratus placaretur. Alij, quibus hoc loco Burgensis non arridet, quòd videatur eximiæ Ieremiæ sanctitati detrogare, & cuius merita sunt in literis diuinis perpetuis consignata monimentis, aiunt Deum iustos aliquot in ciuitate inuenisse, insignes illos quidem, virtutibus & meritis præstantes, sed nullum, qui se poneret sepem pro ea, quoniam erat ciuitas illa definitiua Dei sententia delenda. Non igitur hoc loco defectum aiunt fuisse virtutum aut meritorum intercedentium, sed eam ob causam neminem se murum constituisse ad ciuitatem protegendam, quoniam obeius impia facinora decreuerat Deus esse illam euersurum sententia irrefragabili & definitiua. Eam ob causam alloquutus est Deus ijs verbis prophetã Ieremiam: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Hæc verba mandauit Ieremias capiti septimo, & vndecimo, & quartodecimo. Capite autem quintodecimò ita facit Deum loquentem: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et apud nostrum Ezechielem dixit euertsurũ esse vrbem, etiam si Noe, Daniel, & Iob pro illa intercederent. Vaticinia comminatoria non semper adimplentur, quando non sunt definitiua, vt patet in Niniuitis apud Ionam: & in morte Ezechiæ apud Esaiam, & libro quarto Regum. Atquia hæc Dei sententia hoc vaticinio explicata de delenda Hierosolyma, non erat comminatoria tantùm, sed definitiua, ideo nullus inuentus est, qui eam protegeret. Harum opinionum nullam audeo reijcere: omnes enim mihi placent. Quæ verior sit, docti viderint: mihi quidem vltima verisimilior videtur.

Ier.7.
Ier.11.
& 14.
Ier.15.
sup. 14.
Ioan. 3.
Esa.38.
4. Re.20
2. Par.32

Et effudi. Pro effundam: præteritum pro futuro, more prophetarum. Sensus est: Eos ob scelera sua grauiter puniam.

Viam eorum in caput eorum reddidi. Hoc est, vnumquemque affligam iuxta criminis eius magnitudinem. Pro qualitate & quantitate scelerum luet vnusquisque pœnas. Homines immanitate barbari, humano sanguine cruenti, ingurgitati in flagitia, non solùm occidentur corpore, sed seclusi à concilio cœlitum sempiternis cruciatibus afficientur. Vel ita: Pernicies, quam alijs machinabantur, in eorum caput redundabit. Fortasse accipitur caput pro rege: & tunc erit sensus: Sedechias mihi pœnas persoluet non solùm suorum, sed etiã populi criminum. Eorũ enim scelerum, quæ subditi exemplo impij regis committût, ipse rex, qui fuit eorum causa, reddet rationem. Eam ob causam alebat Dauid. Ab alienis parce seruo tuo. Hoc est, à peccatis aliorum, quæ meo malo exemplo fuerunt perpetrata. Pro alienis est in hebraico zedhim, quæ dictio superbũ & superbiam significat. Quare hic potest esse huius loci sensus: A te domine mirandum in modum peto, vt qui mihi tolerantiam ad calamitates æquanimo tolerandas dedisti, animi etiam submissionem & humilitatem præstet, vt mea detestabili & intolerandæ superbia eripiat. Nulla est enim capitalior pestis importunitate & superbia, nulla pernitiosior, nulla detestabilior & immanior. Verùm quia dictio hebraica alienum etiam significat, merito septuaginta interpretes trãstulerunt: Et ab alienis parce seruo tuo. Quoniã qui exemplo suo alios excitat ad peccandum, eorum sanguinem persoluit. Eodem modo apud Ezechielem ait Deus præsuli scelera subditi non curanti: Sanguinem eius de manu tua requiram. De hebraismo ibi fusè disseruimus.

Pſal.18.

sup.3.

Annotationes ex Hebræo in caput XXII.

Viri detractores fuerunt in te. Septuaginta habent ἄνδρες λῃσταί. Hoc est, viri latrones. Qui enim de aliorum vita detrahunt, eorum famam diripiunt, & latrones multò pestilentiores ijs, qui diuitias rapiunt: quò enim fama nobilior est opibus & diuitijs, tantò pernitiosiores sunt latrones famæ, quàm pecuniæ. nihil est velocius maledicto & detractatione: nihil facilius emittitur, nihil latiùs dispergitur. Nulla res est, quæ facilius direptioni committatur, quæ breuiùs amittatur, quàm gloria, qua detractor spoliat possidentê. Quod de falsa mundi gloria intelligendũ puto, quæ est temeraria, & inanissimis splendoris insignibus collocata, & à sapiêtibus omnibus repudiata. Vera enim gloria solida est & expressa, nõ adumbrata: ea est verus virtutis splendor, benefactorum comes, consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute, quæ radices agit ac longiùs propagatur. In hebraico pro detractoribus est רכיל racil, quæ dictio detractorem significat, & mercatorem, & deceptorem. Vnde id, quod est apud Ieremiam: Ambulantes fraudulen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dulenter, vt æs & ferrum, poterat verti. Ambulantes in detractione, aut in fraudibus, similes sunt æri & ferro: Hoc est impudentes sunt, siũ tem habentes chalybeam & ferream. Id etiam, quod ait Ezechiel capite 27. In vibe negotiatorum posuit illam, verti poterat: In ciuitate latronum, vel detractorum. Quæ de re ea poteris videre, quæ ibi annotamus. *Cap. 27.*

Et possidebo te. In hebraico est ירושתלה venichaltbac. Verbum est nachal, quod significat hæreditare, accipere, possidere: vt apud Zachariam: Et possidebit Dominus Iudũ partem suã. Et apud Psalmographũ: Surge Deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Ac si diceret: Obsecro te domine Deus, vt ex alto cœli fastigio descẽdas, & regendi negotium suscipias: intueor enim mentis oculis esse ad te gentes omnes peruẽturas, quæ prius erant ob dæmonis tyrannidẽ oppressæ: tu eas possidebis, & erunt hæreditas tua. Hanc significationem secuti septuaginta interpretes transtulerunt καὶ κατακληρονομήσω. Hoc est, & hæreditate possidebo. Quã etiam significationem secutus est communis interpres. Pagninus vertit: Et eris capiens hæreditatem in te. Et in Thesauro ait R. Dauidem in libro radicum hunc locum ita etiam vertere: vbi ait hunc esse sensum illius: Olim ô synagoga, inquit deus, fuisti hæreditas mea, & populus meus: at cùm te sceleribus contaminaueris, non eris hæreditas mea, sed tua: nõ eris in me, sed in te. Sed quoniam radix huius verbi potest esse chalal, quod significat polluere, & prophanare, sunt, qui hũc locum ita vertant: Et polluetis, vel prophanabitis in te inter Gẽtes. Hoc verbo vsus est psalmographus in loco illo: Prophanasti in terra sanctuarium eius. Vel vt potest verti ex hebræo: Polluisti in terra diadema eius. Ac si diceret: Regnum Dauidi, eiusque dignitatem penitus contempsisti. Voluit igitur significare Ezechiel fore, vt Iudæi in babylonica captiuitate detenti se impijs Gentium ritibus, vanisque superstitionibus coinquinarent. Thargum habet: Et sanctificabor in te. Vt sit sensus: Reuertetis à populo Iudaico ex captiuitate Babylonica, & me ipsum colet in Iudæa, vbi ego ero in te sanctificatus. Hæc interpretatio etsi verbis differat à vulgata editione, in sensu tamen coincidit cum illa. *Zach. 2.* *Psal. 18.* *Psal. 88.*

Versa est mihi domus Israel in scoriam. Pro scoria est in hebraico סיג sug, quæ dictio absq; dubio scoriam significat, vt apud Esaiam. 1. Excoquam ad purum scoriam tuam. Id quod est in psalmo: Præuaricantes reputasti omnes peccatores terræ, verti potest ex hebræo: Sco- *Esa. 1.* *Psa. 108*

riam reputasti omnes peccatores terræ. Septuaginta tamen ita hunc Ezechielis locum transtulerunt: Facta est mihi domus Israel commissa, seu in commissionem. Vt sit sensus: Populus Israeliticus est nunc quædam metallorum mistura, non est purum argentum, sed cũ stanno, & plumbo, & ferro mistum: at ego eum igne afflictionis purgabo, vt post captiuitatem remaneat argentum purum absque vlla idolorum cultus mistione. Hinc poteris colligere, quàm vtilis sit calamitas. Hoc intelligens regius vates canebat: Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum. Vbi pro tentare est in hebraico tsarphah, quod verbũ explorare significat, more eorum qui igne experiuntur aurum & argentum, sit ne purum absq; scoria. Per renes voluptates significat, quòd libidinum sedes in renibus esse perhibeatur, per cor occultas cogitationes, quòd earũ officina & receptaculũ cor sit. Quasi dicat: Scrutare Domine, experire quis sim: explora igne non solùm opera mea, sed animi cogitationes & consilia. Fac periculum innocentiæ meæ: nam quemadmodum aurum & argẽtum igne perspiciũtur, sic in arumnarum fornace corporis opera, & intimæ animi affectiones explorãtur. Hoc aiebat pius Dauid non temeraria audacia: sed cùm falsis criminibus vocaretur ad interitum, quòd necem Sauli regi mòlirctur, dominum appellabat, qui esset suæ causæ disceptator, cui erat compertum eum nunquam violasse Saulem, quin potius hac in re animũ semper ab omni flagitio & scelere alienum habuisse. Id quod postea fuit omnibus cognitum & exploratum: per id quod in spelunca Enaddi factum legimus, & in deserto, vbi iussam & scyphum Sauli dormienti eripuit: & per rerum aduersarum tolerãtiam, & in virtute firmitudinem. *Simile.* *Psal. 16.* *1. Reg. 24.* *1. Reg. 26.*

Sacerdotes eius contempserunt legem meam. In Hebraico pro contempserũt est חמסו chamesu, à verbo חמס chamas; quod significat contemnere, & rapere, & lædere. Vnde illud Prouerbiorum: Qui in me peccauerit, lædet animam suam, potest etiã verti: Qui in me peccauerit, expoliabit animam suam. Nam animæ flagitium mortiferum committens, manet bonis gratiæ, quæ verè sunt bona, spoliata. Eam ob causam poterat etiam locus hic Ezechielis ita verti: Sacerdotes eius subripuerunt legem meam. Ac si dicat Deus: Nefarij Hierosolymæ sacerdotes legem meam populo nuntiare & explanare noluerunt. Qui eam tenebantur populo exponere, illam autem non exponebant, eam dicebantur populo furari. Vtinam hoc præsules illi ecclesiastici considerarent, & iterum ac iterum memoria repe- *Simile.* *Prou. 8.*

rerent

rerent, vt furta sua viderent, & detestarentur: qui cùm Dei verbum subditis nuntiare tenentur, populumque diuina instruere doctrina, nec per se hoc, nec per alios efficiunt: quin potius dediti ventri & somno in perpetua ignominia versantur. Non loquor de illis, qui sunt virtute & sapientia præditi, qui populum vita, doctrina, & pietate ad diuinum amorem, Christique Euangelij obseruantiam excitare contendunt, quorum multos scio esse in Ecclesia Catholica. Illos solùm duco obiurgandos, qui turpi otio diffluunt, tetras sibi maculas inurunt, & populi sibi creditj salutem contemnunt. Non damno vacationem à laboribus aliquando, & honestam requiem. Vt enim aues aspicimus cum labore & industria nidos construere, easdem autem post fatigationem leuandi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere volitare, sic animi nostri magnis curis & laboribus defessi desiderant interdum quiescere, & veluti laboribus vacui volitare, & honesto ac pio otio vti. Illud est otium detestandum, quod alit delicias & flagitia, & labor ille amplectendus, qui famam patit immortalem, qui ob Christi gloriam sumitur, quo ea conficiuntur, quæ vigent memoria omnium seculorum. Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet: si quid turpe cum voluptate, turpitudo manet, voluptas abit. In libro Geneseos scriptum legimus: Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Et Salomon in Prouerbijs, Egestatem, inquit, operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Vnde diuus Paulus in prima ad Corinthios, Laboremus, inquit, operantes manibus nostris. Et in prima ad Thessalonicenses: Memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte ac die operantes. Et in secunda ad Corinthios: Instantia mea cotidiana, & solicitudo omnium Ecclesiarum. Vtinam hanc diuini præsulis Pauli solicitudinem præsules nostri temporis aspicerent. Qui docet, inquit ille in epistola ad Romanos, in doctrina, qui præest in solicitudine. Et paulò pòst: Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes. Et in prima ad Thessalonicenses: Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine. Et quoniam hanc in annuntianda Dei lege solicitudinem contemnebant sacerdotes & antistites Iudæorum, ait hic DEVS per Ezechielem, eos legem suam furatos esse, aut, vt vertit communis interpres, contempsisse. *Simile.* *Gene. 2.* *Prou. 10* *1. Cor. 4.* *1. Thes. 2.* *2. Co. 11.* *Rom. 12.* *1. Thes. 2.*

ARGVMENTVM CAPITIS XXIII.

Inuehitur in Hierosolymam & Samariam sub nomine Oholæ & Oholibæ incontinentium sororum, quæ neglecto pio Dei cultu, repudiata vera religione, adhæserint vanæ Gentium superstitioni, & falsos ac commentitios deos coluerint. Ostendit impudentiorem esse Hierosolymæ impietatem & perfidiam, quàm Samariæ. Deplorat nefariam Iudæorum viuendi rationem: lamentatur eorum perniciem sibi ob scelera sua constatam, & de eorum luctuosissima euersione ex Chaldæis vaticinatur.

CAPVT XXIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: fili hominis duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt, A & fornicatę sunt in AEgypto: in adolescentia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum: nomina autem earum Ohola maior, & Oholiba soror eius minor. Et habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina Samaria Ohola, & Ierusalem Oholiba. Fornicata est igitur super me Ohola, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, vestitos hyacintho: principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equites, ascensores equorum: & dedit fornicationes suas super eos: electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus, in quos insaniuit, & in immunditijs eorũ polluta est. Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in AEgypto, non reliquit. Nã & illi dormierunt cum ea in adolescẽtia sua, & illi confregerunt vbera pubertatis eius, & effuderũt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorũ, B & in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

derunt gladio. Et factæ sunt famosæ mulieres: & iudicia perpetrarunt in ea. Quod cùm vidisset soror eius Oholiba, plusquam illa insaniuit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suę ad filios Assyriorum prębuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus qui vectabãtur equis, & adolescẽtibus forma cũctis egregia. Et vidi, quòd polluta esset: via vna ambarum, & auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros C depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & thyaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorũ, in qua orti sunt, insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuntios ad eã in Chaldæã. Cumq; venissent ad eã filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam in stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius.

EXPLANATIO.

Duæ mulieres filiæ matris vnius. Hoc est, Hierosolyma & Samaria, quæ fuerũt ab vna matre Sarah progenitæ. Populus Hebræorum mortuo Salomone fuit in duas partes diuisus: tribus Iuda & Beniamin obedierunt Roboam filio Salomonis, aliæ autem tribus secutæ sunt Ieroboam. Et cùm tempore Saulis, & Dauidis, & Salomonis vnũ esset regnũ, tempore tamen Roboam propter verborum eius duritiem decem tribus se ab eo segregarunt, & adhæserunt Ieroboam, vt literæ diuinæ libro tertio Regum memoriæ prodidertũt. 3.Re. 12. Et deinceps fuerunt duo regna diuisa, vnum erat duarum tribuum, quod appellatur regnũ Iuda, regnum Ierusalem, & duæ tribus, alterum erat decem tribuum, & appellabatur regnum Samariæ, siue Israel, siue Ephraim, sidecem tribus. Samaria cùm primùm se tradidit Ieroboam, defecit à fide, & postea Hierosolyma: & ita Iudæorum populus varia 3.Re. 12. Gentium simulachra colebat, exceptis quibusdam viris pietate præstantibus, in quibus diuinum quoddam fidei lumen cæteris extinctis infelicibus illis temporibus mirabiliter eluxit. Hos nullæ tentationes potuerunt à virtute abducere, nec à fide remouere, nec ab honestatis cursu retardare. Hoc clarius elucebat Hierosolimæ propter Dei templum diuino cultui dedicatum. Et quoniam obtinente Saule Iudæorum regnum, illud vnum erat, quanuis se postea diuisit in duo, ideo ait hoc loco diuinus vates duas has mulieres, hoc est, duo hæc regna nempe Samariæ & Iudæ, fuisse vnius matris filias & sorores: præsertim cùm omnes Iudæi fuissent ab vna matre, hoc est, à Sarah vxore Abrahami progeniti. Eam ob Esa.51. causam Iudæos alloquens Esaias, aiebat: Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos. Sed quoniam suprà Ezechiel capite decimosexto. Hierosolymam per cõtemptum filiarum appellauerat Cethææ, quæ fuerat idolorum cultrix, ideo fortasse hoc loco Hierosolymam & Samariam filias huius Sup.16. matris appellat, hoc est simulachrorum cultrices, quæ impiæ matris flagitia imitabantur. Cùm Iudæi gloriarentur, se esse filios Abrahami, viri eximij, sapientia & charitate præstãtis, cuius virtutes imitari nolebant, vocat eos Deus filios Cethææ, cuius impias superstitiones sequebantur. Ostendit illis Deus, verum nobilitatem non consistere in maiorum celebritate, sed in propria virtute, à qua illi erant relicti. Vir nobilis, virtutum ornamentis decoratus est veluti cœlum serenum, pulchrorũ syderum varietate distinctum. Et quemadmo- Simile. dum densæ tetraque nubes splendida obscurant sydera, sic posteri degeneres, & scelerum labibus contaminati maiorum splendorem, eorumque insignium virtutum claritatem extinguunt, suorumque vitiorum tenebras illis obfundunt: vt etiam si fuerint nobiles, certè veniant in obliuionem. Satius est proprijs rebus gestis florere, quàm maiorum opinione niti. Non debent nobilium hi filij appellari, qui in perpetua versantur ignominia, sed nefariorum quorum viuendi rationem imitari contendũt. Vnusquisque eius dicitur filius, cuius sequitur opera. Eam ob causam Christus Deus noster impios Iudæos apud Ioannem filios diaboli appellat. Et idẽ Ioãnes de christianis ait: Ioan.8. Quotquot autem eum receperunt, dedit eis Ioan.1. potestatem filios Dei fieri. Et hoc loco Ezechi-

idolo-

Gal.6. idolorum cultores filios impiæ Cethææ meritò vocauit: in Christo enim Iesu, vt ait Diuus Paulus nec circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura. Significat apostolus veram apud Deum nobilitatem esse animæ renouationem per fidem charitate formatam, quæ nõ in stẽmatibus maiorũ, & generis amplitudine consistit, sed in nouitate vitæ, & in diuini numinis imitatione. Nos qui ex Gẽtibus originem ducimus, potiùs filij Abrahæ sumus, cùm illius fidem referamus, quàm ij, qui se ortos ab illo putant, nec tamen domestico exemplo à scelere & impietate reuocantur. Cùm enim in diuina cogitatione omnia sint à sensu corporis ad mentis dignitatem conferenda, non multùm refert, cuius sanguine procreemur, sed cuius vestigijs ingressi vitam instituamus. Ita hoc explanat Hieronymus Osorius episcopus Algarbiorum dignissimus in libro, quem composuit de nobilitate Christiana, vbi dulci & admirabili eloquentia sua, veluti suaui quadam Orphei cithara verã Eurydicem, hoc est, pulcherrimam philosophiã ab obscuris tenebris tanquã ab inferis reuocauit.

Et fornicatæ sunt in Aegypto. Hoc est, idolorum cultui se tradiderunt, cùm essent in Aegypto. Perspicuum est in literis diuinis nomine fornicationis idololatriam significari, vt sæpe ostendimus: animus enim à vero Deo per illã separatur, & ad falsos Deos conuertitur. Hic habes locum aperte ostendentẽ fuisse multos ex Iudæis in Aegypto idolorũ cultores. Non enim eis de Aegypto egredientibus lex idoExo.20. lorum cultum prohiberet, nisi ibi fuissent Gẽtium superstitiones imitati. In Exodo dixit illis Deus: Non facietis Deos argẽteos, nec DeExod.23 os aureos facietis vobis. Et iterum: Non adorabis Deos eorum, nec coles eos, nec facies opera eorum. Et in Leutico: Nolite conuerti Leui.19. ad idola, nec Deos cõflatiles faciatis vobis. EDeut. 4. go dominus Deus vester. Eodẽ modo in Deuteronomio. Et multis alijs in locis.

Oholaæ maior, & Oholibæ sorori eius minori. Samariam vocat maiorem non natiuitate, sed populi multitudine: comprehendebat enim decem tribus, Hierosolyma verò duas. Samaria erat ciuitas quædam metropolis à qua totum regnum Samariæ etiam vocabatur: quemadmodum Hierosolyma metropolis erat regni Iuda. Samariam appellat Deus Oholam, hoc est, tabernaculum eius. Ac si dicat: Non est tabernaculum meum, sed suum, quoniam templo meo relicto decem tribus coluerunt vitulos aureos, & templũ Baal ædificarunt. Hiero3.Re. 12. solymam verò appellat Oholibam, hoc est, ta4.Re. 10 bernaculum meum in ea, quoniam ibi erat templum diuino cultui dedicatum. At vtrunque regnum Deo vero contempto, Deos commentitos vènerabatur.

Habuit eas, & pepererunt filios & filias. Hoc est, mihi quondam obtemperarunt, & varios virtutum fructus produxerunt.

Insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes. Hoc est, Samaria deperijt Assyrios sibi propinquos tam loco, quàm moribus, & turpi viuendi ratione: eorumque superstitiones impatienter adamauit. Manaem rex Samariæ 4.Re.15 petiuit à rege Assyriorũ, vt illum in regno cõfirmaret: quam ob causam magnum illi tributum soluebat. Et contra Dei præceptum Iu- 4.Re.17 dæi inito fœdere cum Gentibus, omnia eorũ idola coluerunt. Et, vt ait psalmographus, cõmisti sunt inter Gẽtes, & didicerunt opera eo- Psa.105 rum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factũ est illis in scandalum. Quemadmodum dul- Simile. cis Iordanis fluuius cùm in Asphaltitem infalubrem Palæstinæ lacum ingreditur, redditur insuauis, & virtutem amittit, sic qui est cum scelestis amicitia coniunctus, & familiaritate copulatus, flagitiosus efficitur, eorumq; vitijs contaminatur, etiam stantea in virtutem incubuisset. Merito igitur dicebat Ecclesiasticus: Discede ab iniquo, & deficient mala ab te. Eccle. 7. Et apostolus in prima ad Corinthios, & in ea, 1.Cor. 5. quę scripsit ad Galatas: Modicum fermen- Gal.5. tum totam massam corrumpit. Non satis habuerũt Iudæi omnia scelera moliri, quibus humanam lederent societatem, nisi etiam summi Dei religionem polluerent, & verum Dei cultum penitus violarent.

Innouet impudicitiã. Hoc est, ad libidinem prouocantes.

Fornicationes, quas habuerunt in Aegypto, non reliquit. Colebant Iudæi in Aegypto lapides & serpentes, & Idola propè infinita, quorum cultũ in terra promissionis etiam obseruabãt. Ideo sequitur: Nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia sua. Hoc est, ipsũ Aegyptij suis idololatrijs Iudæorum nationem corrupetunt in adolescentia sua. Appellat Ezechiel adolescentiam synagogæ tempus illud, quo fuit in AEgypto sub Pharaone. Potest hoc ita explanari: Iudæorum synagoga in Aegypto non solùm AEgyptiorum, sed Assyriorum coluit idola: nam illi, nimirum Assyrij non solùm nunc eam contaminant, sed etiam in AEgypto eam suis superstitionibus corruperunt.

Ipsam occiderunt gladio. Quãdo Assyrij Samariam penitus euerterunt. 4.Re. 17

Et factæ sunt famosæ mulieres. Hoc est, insignes flagitijs. Vel fabãtur in dedecore & ignominia. Accipitur nomẽ hoc, famosum, in malã partem, vt apud Plautum: Qui etiã me miserũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

famosum fecit flagitijs suis.

Iudicia perpetrarunt in ea. Assyrij tanquã diuinæ iustitiæ ministri eam varijs, acerbisque calamitatibus oppresserunt.

Quod cùm vidisset soror eius Oholiba. Cũ Hierosolyma vidisset, fuisse Samariam ob eius idolosatriam meritò euersam, non solùm se nõ recepit ad meliorum frugem, quin potius se in detestabiliora vitia ingurgitauit. Et facta est peior quàm Samaria. Vnde Ieremias, iustificauit, inquit, animã suã auersatrix Israel cõparationem præuaricatricis Iudę. Vide 4. Re. 16. & 21.

Ieremi. 3.

4. Re. 16 & 21.

Cùm vidisset viros depictos in pariete. Solent enim multa bella, & insignia virorum illustrũ facta, imò etiam ipsos illustres viros depingere in trabulis, aulæis, & ædium parietibus. Narrat Vergilius primo Aeneidos, Troianos cùm appellerent Carthaginem, se, suasque ærũnas & varios casus, & Græcorum victorias vidisse in parietibus depictas.

Et saturata est anima eius ab illis. Hierosolyma cùm priùs Babylonios vnicè dilexisset, postea fuit ab illorum amicitia disiuncta: & omnem fœderis memoriam perpetua discordia delendam censuit. Hinc colligis inter impios & flagitiosos homines amicitiam esse diu non posse: cùm enim eam vtilitas aut voluptas inter eos conglutinet, ea commutata illã dissoluit. Vt flos solstitialis herbæ illius, quã ephemerã appellant, quo die oritur, marcescit, & emarescit, & vrente sole penitus cõsumitur, ita multorum amicitia fluxa est, & aduersante quacunque molestia statim arescit, & omnino amittitur. Id quod Aristoteles etiam de ephemero animalculo prope Hypanim fluuiũ nascente cuius vita spatium non excedit vnius diei.

Simile.

Quemadmodum columbæ in domum dealbatam se vltrò conferunt, & cãdida tecta frequentant, terra autem domicilia contemnunt, sic in fidi amici eorum amicitiam conciliant, quorũ opibus rebusque prosperis iuuẽtur, inopes & abiectos pro nihilo ducunt. Sed cum molestia aliqua eorum fallit opinionem, amicitiã etiam diuitum confestim abscindunt. De amico fideli ait Salomon in Prouerbijs: Omni tẽpore

Prou. 17. diligit, qui amicus est, & frater in angustijs cõprobatur. De iniidis autẽ ait: Diuitiæ addunt

Prou. 19. amicos plurimos, à paupere autem & hi, quos habuit, separantur. Est igitur perspicuum inter scelerates non permanere diu amicitiam. Sed quid dico? Imo nullo modo inter nefarios homines amicitia potest vnquã esse: si de vera amicitia loquamur. Nã virtus amicitiam gignit & continet: quã sine virtute, qua conglutinatur, nullo pacto posse esse existimo. Ea est diuinarum humanarumque rerũ cum beneuolẽtia & charitate cõsensio. Hanc viri sapiẽtes in expetendis ducunt, asserentes nullam possessionẽ, nullam vim auri & argenti esse pluris æstimandam. Ideo ait Ecclesiasticus: Beatus, qui inuenit amicum verum.

Ecclę. 25.

Et recessit anima mea ab ea. Verba sunt Dei dicentis se à Hierosolyma recessisse, vt iam à Samaria recesserat. Priùs euersa fuit Samaria ab Assyrijs, & postea Hierosolyma à Babyloniis. Et quoniam hoc fuit ob Iudæorũ scelera, ait Deus recessisse animã eius à ciuitate illa ingrata. Eodẽ modo per Ieremiam, Non est, inquit, anima mea ad populũ istũ. Ac si diceret: Quoniam Iudæi recesserũt à me, & dijs falsis adhęserunt, recessit ab illis dilectio mea.

Iere. 15.

Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti: & insaniuit libidine super concubitũ eorum, quorũ carnes sunt vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum fluxus eorũ: Et, visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto vbera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. Proptera Oholiba, hæc dicit dominus Deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos cõtra te, de quibus saturata est anima tua, & cõgregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrannosque, & principes omnes, filios Assyriorũ, iuuenes formaegregia, duces & magistratus vniuersos, principes principum, & nominatos ascensores equorum. Et venient super te instructi curru, & rota, & multitudo populorum: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium: & iudicabunt te iudicijs suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecũ in furore: nasum tuum, & aures tuas præcident: & quæ remanserint, gladio concident. Ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuũ deuorabitur igne. Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ. Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem

D

tuam

tuam de terra Ægypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius. Quia hæc dicit dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua: & agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittet te nudam, & ignominia plenam: & reuelabitur ignominia fornicationũ tuarum, scelus tuum, & fornicationes tuæ. Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es post Gentes, inter quas polluta es in idolis earum. In via sororis tuæ ambulasti: & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus Deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum: eris in derisum & in subsannationẽ, quæ est capacissima. Ebritate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia ego locutus sum, ait dominus Deus. Propterea hæc dicit dominus Deus. Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas.

E

Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ. Id est, auxit idololatrias suas, memor tẽporis adolescẽtiæ suæ quãdo in Ægypto infinita idola colebat. Itaque dictio, recordans, refertur ad regnũ Iuda. Potest ad Deum referri, vt sit sensus: Cũ populus Hierosolymæ indies se ingurgitaret in vitia, & impia coleret idola, eaq; cotidie multiplicaret, meminit deus eius tẽporis, quo populus ille in Ægypto vana simulachra adorabat. Deus videtur obliuisci flagitiorum nostrorũ, cum ea non punit: cum autem nos calamitatibus exercet, videtur meminisse.

Insaniuit libidine. Id est, adamauit Ægyptiorum omni superstitionum generi deditos. Vult significare Ægyptiorum idololatriã summã fuisse, eiusque insatiabile Iudæorũ desiderio, sub libidinosorum persona.

Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te. Prædicit Hierosolymæ euersionem per Chaldæos, quos ipsa fuerat amore prosecuta, & quorum superstitiones elegerat. Hierosolyma posthabito Dei amore dilexit Babylonios, à quibus postea fuit distracta & seiuncta, & tandem deuicta, & penitus deleta. Acquũ est, vt ea, quæ Deo relicto summè diligimus, perniciem nobis moliantur. Vide quid inter se differant amor Dei, & amor mundi, de quo ait diuus Iacobus apostolus: amicitia huius mũdi inimica est deo, quicũque voluerit esse amicus seculi huius, inimicus dei cõstituitur. Amor dei cõfert in nos vitã, amor mũdi mortẽ. Ideo dicebat Deus in Deutero. Elige vitã, vt & tu viuas, & semẽ tuũ, & diligas dominũ deum tuũ, vtq; obedias voci illius, & illi adhęreas: ipse enim est vita tua, qui Deum toto animo diligũt, eũq; summo amore prosequũtur, immortalẽ vitæ coronã obtinebũt, de qua ait apostolus Iacobus: Accipiet coronã vitæ quã repromisit Deus diligentibus se. Qui verò mundum Deo pro nihilo habita amplectuntur, in æternas pœnas mittẽtur. Ideo ait diuus Ioannes: Nolite diligere mundũ, nec ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Et diuus Paulus: Scimus quoniã diligentibus deum, omnia cooperantur in bonũ. In Deutero. dicebat deus: Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et in Euãgelio ait Christus hoc esse maximũ & primum mandatum. Cur eum non amabimus, qui nos amat, qui de seipso ait: Ego diligẽtes me diligo, & qui manè vigilãt ad me, inueniunt me. Et rursum: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. De quo ait diuus Ioãnes: Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Eum debemus diligere non ex parte cordis, sed ex toto corde. Ipse enim ait: Præbe mihi fili mi cor tuũ. Totum cor nostrũ postulat à nobis. Non vult vt eũ eius amore mũdi amoré copulemus, amor enim euertit amorẽ, corporalis spiritualẽ, terrenus cælestem. Filij Aaronis quoniam in thuribus ignem alienum posuerunt, fuerunt igne combusti. Ignis alienus in thuribulo, est amor mundi in corde. Si aues quærunt aerem, pisces aquam, ignis terræ, ignem elementarem, cuius locus est spatium inter conuexum aëris & cõcauum lunæ, si omnia denique quærunt suum locum & centrum, & illuc tendunt, quare nos non quæremus Deũ, qui est quies nostra, nostrum centrum, & summum bonum? Si flumina magno impetu tendunt in mare, quia, vt ait Salomon, exeunt è mari, cur nos non amabimus, non aspirabimus, non tendemus omni conatu amoris in Deũ, in illud immẽsum mare bonitatis diuinæ, vnde procedimus, ipse enim nos creauit ad imaginẽ & similitudinem

Iacob. 4.

Deut. 30

Iacob. 1.

Ioan. 2.

Rom. 8.

Deut. 6.

Matt. 22.

Matt. 22.

Luc. 10.

Prou. 8.

Iere. 31.

Apoc. 1.

Prou. 14

Leuit. 10

Simile.

Eccle. 1.

Gene. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus? Si tenemur præcepta Dei seruare, quantò magis hoc, quod est maximũ & primũ, quod est præceptũ charitatis, quæ tenet inter omnes virtutes principatum, cuius obiectũ est deus, omnium obiectorum excellentissimum? Vt ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagãdum canis, sic, imò multò magis ad amandum Deum natus est homo. Est enim deus excellens illud præstãtissimæ bonitatis numen, summum & sempiternum, perennis vitæ fons, vniuersi conditor & opifex, qui cum sapientiæ suæ opes hominibus communicare decreuisset, eos creauit immortali anima illustrator, vt eum ipsum diligerent, eum contemplarentur, eius amore flagrarẽt, quo vita beatissima quo sempiterno fruerentur. Hic igitur est ad æternam beatitudinem certissimus aditus, si deum ardenter amauerimus, si id effecerimus, cuius causa nos deus sui sanctissimi numinis similes creauit, & naturam rationis participem impertiit. At si eo contempto Babylonem vnicè dilexerimus, si mundi amore incẽsi ad inania & caduca aspirauerimus, ea ipsa, in quibus quietem & vitam inuenire putabimus, perturbationem nobis & interitum conflabunt.

Quemadmodũ dei amor sedat effrænatas appetitiones, easque coercet, & efficicit vt obtẽperent rationi, conseruatq; recta animi iudicia, ita huic aduersarius mundi amor, omnem animi statum exagitat, incendit, & perturbat. Et mundus ipse amatores suos dilacerat, exulcerat, affligit. Intuere Iudæos illos Hierosolymæ habitatores, eorũq; statũ alta mente repete, & id, quod dico, in illis expletum apertissimè cognosces. Asserunt amore erga Babylonios, & contra Dei præceptum impias eorum superstitiones susceperunt, dilexerunt eorum diuitias, contulerunt se ad eorum amicitiam, & ipsi Babylonij eos vndiq; oppugnarunt, & ad interitum crudelissimum vocarunt. Ideo alloquẽs hoc loco deus Iudæorum populum ait: Ecce ego susciabo omnes amatores tuos contra te.

Et dabo coram eis iudicium. Id est, permittam eis potestatem te suis legibus iudicandi, faciã eos ministros iustitiæ meæ.

Et iudicabunt te iudicijs suis. Explanatio est superioris.

Et ponam Zelum meum in te, quem exercent tecum furore. Hoc est, ostendam contra te iram meam, quam Chaldæi exercebunt, te grauiter punientes. Accipitur zelus aliquando pro amore, vt in libro numerorum: Zelo meo commotus est. Et tertio libro Regum dicebat Elias. Zelo zelatus sum pro domino. Quasi diceret: Ardente amore erga Deum flagro, crucior ob dei amorem, quod videã multos ab eo deficere. Eodem modo Christus apud psalmographum: Zelus domus tuæ comedit me. Id enim expletum in Christo fuisse, diuus Ioannes testatur. Aliquando verò accipitur zelus pro ira & furore, vt apud Esaiam: Sicut vir prælutor suscitabit zelũ. Et apud Sophoniam: In igne enim zeli deuorabitur omnis terra. Et apud diuũ Paulum: Cùm sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Et hoc loco apud Ezechielem.

Num. 25
3. Reg. 19.
Pſal. 64
Ioan. 2.
Eſai. 41.
Sophon. 3
1. Cor. 3

Nasum tuum, & aures tuas præcident. Deformabũtte, & membra tua mutilabunt. Poterit per nasum, qui eminet in facie, & medium obtinet locum, regem intelligere, per aures verò, quibus discitur scientia, sacerdotes, de quibus ait Aggæus propheta: Interroga sacerdotes legem. Et Malachias: Labia sacerdotis custodiunt scientiã. & legẽ requirẽt ex ore eius. Et noster Ezechiel: Non peribit lex à sacerdote.

Agg. 2.
Mala. 2.
Sup. 7.

Et residuum tuũ deuorabitur igne. Id est, & tẽplũ tuũ, quod euersis aliis ædificijs integrũ remanebit, tãdem ruet, & incendio flagrabit.

Et tollent vasa gloriæ tuæ. Hoc est, vasa templi. Vel loquitur de monilibus, & vestibus pretiosis Iudæorum.

Et requiescere faciam scelus tuum de te. Tam acerbis calamitatibus te opprimã, vt nulla tibi idola colendi detur facultas. Ideo te æruminis lacerabo, vt impios Gentium ritus detesteris, & ad meipsum conuertaris. Vide afflictionis vtilitatẽ. Ideo aiebat regius ac diuinus vates: Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomẽ tuũ domine. Ac si diceret: Permitte domine eos in æruminas incidere, & percipere luctus, affligeos, & preme dolore, vt potentiã tuam sentientes diuinum numen tuum venerentur, nomenq; tuum querant, vt illud perpetua memoria & obseruantia colant.

Pſa. 82.

De terra Ægypti. Id est, quam didicisti in Aegypto.

In via sororis tuæ ambulasti. Id est, secuta es ô Hierosolyma flagitia Samariæ, turpem eius viuendi rationem amplexata es.

Dabo calicem eius in manu tua. Hoc est, eius calamitates subibis, cuius flagitia imitata es. Puniam te eadem pœna, qua puniui Samariã, qui eam imitata in eadem vitia te ingurgitasti. Verũtabimini ô Hierosolymæ cultores in eadem calamitate cum decem tribubus. Illæ fuerũt captæ, vos etiam capiemini, sed decem tribus ab Assyrijs, vos à Babylonijs. Bibere calicem, est calamitatem sustinere, perspicuum est enim in literis diuinis nomine calicis afflictionẽ significari. Ita in psalmo: Pluet super peccatores laqueos, ignis, & sulphur, & spiritus procellarum. Et subdit: Pars calicis eorum. Ac si dicat: Hæc erit eorum calamitas,

Pſal. 10.

hæc erit portio, quæ in eos conferetur. Metaphora est sumpta à vetere consuetudine, vbi præses sympotij cuique suam portionem vini in calice impartiebat. Sed aduerte obsecro, & impiorũ supplicia alta mẽte perpende. Dicens: pluet, significat pœnarum multitudinẽ: Dicens: laqueos, ostendit nullam esse spem declinandi supplicia, quæ à deo exhibentur: contra deũ enim nõ est spes. Nomi nans ignẽ, sulphur, & ventum procellarũ, terribilem suppliciorum magnitudinem & acerbitatem declarat. Et in alio psalmo: Calix, inquit, in manu domini, vini meri plenus misto. Et inclinabit ex hoc in illud: veruntamẽ fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Acsi dicat: Habet deus in manu sua iustæ vltionis dispensationẽ, quã improbis propinat. Vinum huius calicis ira dei est: quod vinũ dicitur merũ absq; mistione aquæ & nihilominus dicitur mistum, hoc est turbulentum & fæcis plenum, ad atrocitatẽ & amaritudinẽ pœnarum significandã. Ex hoc calice potiũ propinat Deus omnibus impijs, quos simul damnat iudicio: ideo calicẽ hunc ex impio inclinat in impium: sed fæx eius semper durat, cùm ex eo bibãt omnes peccatores. Volens Esaias acerbissimas Israelitici populi calamitates exprimere ait: Consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius: vsq; ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsq; ad fæces. Primoribus labijs hunc calicem gustare est pœnam leuem suscipere: illũ autem vsque ad fundum, & fæces potare, est pœnas luere grauissimas, summisq; doloribus cruciari. Ieremias inducit deũ sibi in hũc modum loquentẽ: Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cũctis Gentibus, ad quas ego mittam te. Et in Threnis alloquens Idumæam, ad te quoq; inquit, perueniet calix. Diuus Ioãnes in Apocalypsi de pœnis loquens, quas nefarius fuet, has voces emisit: Hic bibet de vino iræ dei, quod mistum est mero, in calice iræ ipsius. Vinum furoris domini merum appellat, hoc est forte absque aqua, & mistum, hoc est fæculẽtum, & turbulentum, tropũ invitis psalmographi. Ex hoc calamitatum calice bibunt non solũ impij, sed iusti, quos Deus per varias ærumnarũ angustias ad vitam ducit immortalem. Sed quid dico? Imò ille, qui est ipsa iustitia, ipsa bonitas, ipse Christus Deus noster, afflictionis calicẽ bibit, vt doloribus suis animos nostros expiaret. Quã ob causam ait D. Bernardus: Super oĩa reddit teamabilẽ mihi domine Iesu calix, quem bibisti. Hic est calix, de quo ipse dixit diuo Petro: Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Et Iacobo ac Ioanni primatum affectantibus: Potestis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum? Hic est calix boni Ioseph inuentus in sacco Beniamin, quem Ioseph incredibili cõplectebatur amore: quoniã illis, quos bonus Iesus diligit, suum afflictionis calicem propinat. Quemadmodum magni pisces non in fluuijs dulcibus nutriuntur, sed in aquis amaris, sic magni viri, excellenti virtute prædiți, nõ falsis mũdi voluptatibus oblectantur, sed amaris calamitatibus, quas propter deum toleranter ferunt, nutriuntur. Et veluti est gloriosum & illustre militi, arma & stemmata sui principis portare, sic nihil est homini præstantius, nihil illustrius, nihil perpetuæ hominum memoriæ accommodatius, quàm esse Christi armis indutum, hoc est calamitatibus affectum, & tolerantia munitum. Audi strenuum illum ac diuinum militem Paulum dicentem: Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Imo omnes, vt verbis vtar eiusdem apostoli, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutiones patientur. Si eas passus est Christus, quid mirũ si illas eius mẽbra patiantur? Has calamitates, & morte ipsam propter deũ quo animo toleratam appellat diuina scriptura calicem. Hic est calix, ad quem recipiendum ob Dei gloriam paratus erat regius vates, cũ ita canebat: Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Explicans autem quis esset hic calix, subdit: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. Habet Christus calicem suum, habet etiam mundus suũ: Christi calix potionem habet amaram, sed salubrem, mundi verò contra aureus est foris, & intus voluptatis penus, sed pestilens & mortiferum: potionem habet sensibus dulcẽ, sed animæ lethalẽ. Quemadmodũ medicus amara quædã & insuauia ægrotis propinat, vt noxius corporis humor expellatur, sic Deus medicus cœlestis volens sceleribus nostris mederi, porrigit nobis calamitatis & molestiæ calicẽ, vt ablatis sceleribus instauremur, & ad pristinam salutem restituamur. At mundi calix pulcher apparet, sed plenus est veneno: oblectat oculos & gustum, sed perniciem animis infert, & interitũ sempiternũ. Id voluit diuus Ioannes in Apocalypsi significare, cum literis mandauit, se mulierem quandam vidisse nomine Babylonem, per quam mũdũ intelligebat, auro ornatam & margaritis, habentem poculum aureum in manu sua plenũ abominatione & immunditia. Hunc calicem detestemur, non nos decipiat exteriore auro, & gustus suauitate, quoniam intus mors est, ducens ad excidium sempiternum. Calicẽ domini læti accipiamus, pœnas iustas, nostris flagitiis

Matt. 20
Gen. 44
Simile.
Pſal. 115
Simile.
Apoc. 17.
Galat. 6.
2. Tim. 3
Pſal. 10.
Ioan. 18.

flagitijs debitas æquo animo luamus, quibus scelera nostra expiemus. Hunc calamitatum & molestiarum calicem propinauit Deus Hierosolymæ, vt eam à maleficijs abduceret, & ad seipsum conuerteret, dicens hoc loco: Dabo calicem eius in manu tua. Sed considera summam dei misericordiam, qui volens Hierosolymam punire, priùs et futuram annuntiauit calamitatem, vt præmeditatio futurorum malorum leniret eorum aduentum, sunt enim omnia repentina grauiora, & prouisio ac præparatio molestias extenuant & diluunt, subita maris procella plus terret nauigantes, quàm antea prouisa, & repentinus hostiũ aduẽtus magis sæpenumero perturbat quàm expectatus, & omnia denique mala improuisa acerbiora videntur.

Calicem sororis tuæ bibet profundum & latũ. Magnitudinem pœnæ significat intensiuè, & extensiuè. Sequitur: Et eris in derisum & in subsannationem, quæ est capacissima. Hoc est, incides in maximam contemptionem opprobriorum omnium capacissimam. Potest dictio, capacissima, ad pateram siue calicẽ referri. Quam ob causam vertit Pagninus: Magnus, vt multum capiat vini. Potest ita verti locus hic: Eris in derisum & contemptum, quòd hic calix multæ sit capacitatis.

Et potabis vsque ad fæces. Innuit acerbissimã calamitatem. Et quemadmodum qui totum vinum bibit, videtur quodãmodo vas ipsum deglutire, sic tu totam sustinens calamitatem, videberis ipsam deuorare. Id indicant ait: Et fragmẽta eius, siue testas eius deuorabis. Hoc est, eris summè afflicta.

Proiecisti me post corpus tuum. Hoc est, auertisti à me faciem tuam, & meipsum fugiẽs ad mundum confugisti. Verba sunt Dei aduersus Hierosolymam. Eodem modo apud Ieremiam. Elongauerunt se à me patres vestri, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. Et paulò pòst. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ non valent aquas continere. Et rursum. Venerunt ad me terga, & non facies. Id lamẽtabatur Esaias, hac flebiles voces emittens. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Et quoniã Iudæi Deum suum ejecerunt, ideo eos ejecit Deus, dicens per Oseam prophetam. Propter malitiam adinuentionum eorũ de domo mea ejiciam eos, non addam vt diligam illos.

Ieremi. 2.

Ieremi. 32.

Esa. 1.

Ose. 9.

Tu quoque porta scelus tuum. Hoc est, tu etiã Hierosolyma persolues pœnas tuis flagitijs debitas. Cum hoc cohæret id, quod est apud Michæam prophetam. Iram domini portabo, quia peccaui ei. *Mich. 7.*

Et ait dominus ad me, dicens. Fili hominis nunquid iudicas Oholã, & Oholibam, & annuntias eis scelera earum? Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earum: & cum idolis suis fornicatæ sunt. Insuper & filios suos quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum. Sed & hoc fecerunt mihi: polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea prophanauerunt. Cumq; immolarent filios suos idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meũ in die illa, vt pollluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miserunt ad viros venientes de longè, ad quos nuntium miserant: itaque ecce venerunt: quibus te lauasti, & circunliniſti stibio oculos tuos: & ornata es mundo muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo: & mensa ornata est ante te: thymiama meũ, & vnguẽtum meũ posuisti super eum. Et vox multitudinis exultantis erat in ea, & in viris, qui de multitudine hominũ adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum. Et dixi ei, quæ attrita est in adulterijs: Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebantur ad Oholam, & ad Oholibam mulieres nefarias. Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum: & cum idolis suis fornicatę sunt. Hęc enim dicit dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem: & trade eas in tumultum, & in rapinam: Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiãtur gladijs eorũ: filios

filios & filias earum interficient, & domos earum igne succendent. Et auferam scelus de terra, & dicẽt omnes mulieres, ne faciant secundũ scelus earum. Et dabunt scelus vestrum super vos: & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis, quia ego dominus Deus.

Nunquid iudicas Oholam & Oholibam. Quasi dicat, iudicas, tu debes iudicium suorum scelerum illis nuntiare. Vel sic. Nonne absque singulari iussu nuntiabis Iudæis esse ob scelera tua iustè affligendos? Non proferes eorum interitus iudicium, nisi ego tibi hoc præcipiam?

Sanguis in manibus earum. Hoc est, innocẽtes interficiunt. Sic apud Esaiã: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Vel loquitur de sanguine animaliũ, quæ Iudæi idolis immolabãt, nõ enim solũ bruta, sed filios etiam suos in idolorum honorem interdũ trucidabãt. Ita enim ait psalmographus: Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & effuderunt sanguinem innocentẽ, sanguinẽ filiorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Solebant Gentes sanguine humano aras imbuere, nec solum ex, quæ erant barbaræ & incultæ, sed illæ etiam, quæ erant literis & doctrina perpolitæ. Nũ Græci ferè oẽs, priusquam bellũ hostibus inferrent, hominũ cæde templa funestabant, & Romani interdũ, etiamsi minus frequenter, dijs suis homines immolabant, quibus diuinum numen placari credebant. Quid dicam de natione Scythica ab omni humanitatis cultu relicta, & de alijs huiusmodi nationibus ab omni doctrinæ cultu abhorrentibus, quæ nulla crudelitate satiabantur? Dæmonum enim impulsu exagitata Gentes illæ filios suos, quos singulari amore prosequebantur, in magnis æruminis suis ingulabant. Hanc nefariam & funestam consuetudinem secuti sunt Iudæi, quã ob causam eis obiicit diuinus vates sanguinẽ, in quo impij homines versabantur. Qua de re alibi locuti sumus.

Esa. 1.

Psal. 105

Polluerunt sanctuarium meum. Id est, contaminauerunt templum meum, in eo idola collocantes. Hoc factum fuit præcipuè tempore Achaz, & Manassis. *4. Re. 16 & 21.*

Miserunt ad viros venientes de longe. Describit superstitionem & idolorum cultum Samariæ & Hierosolymæ sub nomine harum duarum mulierum, tanta libidine ardentium, vt non solùm homines præsentes ad libidinem excitarent, sed absentes quærerent, & ad eos etiam longè distantes nuntios mitterent, vt ad eas ingrederentur. In quorum aduentum se abluunt, & ornant, & oculos stibio furant, & lectum pulcherrimum parant. Denique nihil omittunt, quo possint homines ad se turpiter allicere. Exaggerat diuinus vates Iudæorum idololatriam.

Thymiama meum. Præcipiebat Deus in libro Exodi, vt ipsi soli offerretur thymiama, at Iudæi illud idolis offerebant. Verba dei sunt hæc: Sanctum sanctorũ erit vobis thymiama. Talem compositionem non faciatis in vsus vestros, quia sanctum est domino. Erat autem Thymiama compositio quædam odorifera, quæ in ignem coniecta fussitum & vaporationem efficiebat suauissimi odoris. *Exod. 30*

Et vox multitudinis exultantis erat in ea. Describit hominum multitudinem, qui congregabantur ad laudes idolorum concinendas.

Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum. Hierosolymam & Samariã cõparat cũ duabus mulieribus nuptis, virorũ contemnentibus, & inimitis se propè adulterijs contaminantibus. Et quoniam fuerunt grauiter punitæ earum more, quæ adulteria & homicidia perpetrarũt, ideo ait, viros esse iustos esse, qui eas grauissimis pœnis multarũt. Nominat prophęta viros numero multitudinis, quoniam duarum mulierum fecerat mentionem, sed vanus re vera erat earum vir, nimirum Deus, qui cũ eas antea ardenter amaret, & incredibilibus beneficijs afficeret, postea tamen eas magnis calamitatibus oppressit, & Assyrijs ac Babylonijs capiendas & iugulandas tradidit ob earum superstitiones, & idololatrias, & cætera flagitia, quibus pascebantur. Nec mirandum est, si deũ, quem Ezechiel vnum esse sciebat, numero plurali appellauerit, quoniã eum esse credebat trinũ in personis. Tres sunt, inquit diuus Ioãnes, qui testimoniũ dant in cœlo: pater, verbũ, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. In psal. 49. vbi nos habemus: Deus deorum dominus locutus est, est in hebraico, el elohim iehouah diuer. Quæ verba ita possunt rectissimè verti: Deus, deus, deus, locutus est, Dicens ter, deus, ostendit trium personarum distinctionem, sed vt essentiæ vnitatẽ significaret, dixit: locutus est, non autẽ locuti sunt. Diuus Antoninus quarta parte theologali titulo decimo asserit fuisse à Mercurio Trismegisto homine ethnico hæc verba literis mandata. Monas genuit monadem, & in seipso reflexit ardorem. Hoc est, vnus genuit vnum, pater ingenitus genuit filium vnigenitum: & spiritus sanctus procedit ab vtroque. Ardor reflexus siue amor ille à patre & filio procedens est absque dubio spiritus sanctus. Fieri *1. Ioan. 5* *Psal. 49*

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuit, vt ethnicus illo verba illa non intelligeret, quoniam Ægyptij sapientes postquam virgæ suæ fuerunt à virga Moysi deuoratæ, in tertio signo defecerunt, hoc est, Gentium philosophi admirabile trinitatis sanctissimæ mysterium ignorarunt: quemadmodum multis verbis asserit libro primo magister Sententiarum. Nihilominus tamen id, quod Trismegistus dixit, Deorum disponente, qui asinæ Balaam dedit loquelam, admirabile trinitatis arcanum continere videtur. Persona significat in diuinis relationem: vt rem subsistentem in natura diuina, cùm autem in diuinis sint plures relationes reales, apertè concluditur, plures esse res subsistentes in diuina natura: & hoc est, esse plures personas in diuinis. Id intelligens Ezechiel, Deum hoc loco numero multitudinis expressit, dicens: Viri, &c.

Exod. 7. *Exod. 8.* *Num. 22*

Addui ad eam multitudinem. Hoc est, vaticinatus me adiutrix eam magnum Chaldæorum exercitum esse adducturum, qui eas oppugnet, & funditus euertat. Sed dices: Quomodo Deus per exercitum Chaldæorum erat euersurus decem tribus, siue Samariam per Oholà significatam, si eam iam per Assyrios euerterat? Huic obiectioni respondendum est, multos ex decem tribubus in fugæ mandasse in vastatione Samariæ, seq; Hierosolymam contulisse. Est enim perspicuum multos confugisse ad regem Iuda, fuisseque in Iudæa seruatos. Et ita ex omnibus tribubus fuerunt Hebræi in Babylonia adducti, & inde in Iudæam reuocati, etiam si plures fuerint ex tribu Iuda & Beniamin. Vnde legimus in euangelio fuisse Hierosolymæ Annam prophetissam filiam Phanuel de tribu Asser, cum virgo dei genitrix puerum Iesum illuc ferret, vt sisteret eum domino.

Luc. 2.

Et tradet eam in tumultum & rapinam. Hoc est, vaticinabatis esse Hierosolymam magno cum tumultu vastandam, & direptioni committendam.

Et discent omnes mulieres. Et aliæ nationes videntes Hierosolymi ob fiducia sui deletã, discent in virtutem incumbere, eiusque sceleta non imitari.

Et dabunt scelus vestrum super vos. Hoc est, videtes cæteræ nationes arumnas vestras, eas vestitis maleficijs imputabunt: vos autem luetis eorum pœnas. Alloquitur diuinus vates Iudæos, quorum luctuosissimam calamitatem lamentabatur.

Annotationes ex Hebræo in caput XXIII.

Iuuenes cupidinis. In hebraico est: Iuuenes חמדות chemedh: quod nomẽ significat desiderium; Eam ob causam vertit Pagninus: Iuuenes desiderabiles. Deriuatur à verbo חמד chamadh, quod significat desiderare, vt in Cãticis: Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi. Illud Genesis: Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, potest etiam ita verti: Vestibus desiderabilibus Esau, &c. nam in hebraico est חמדות hachamudhioth, ab hoc verbo chamadh, pro quo noster interpres vertit valde bonas, & rectè quidẽ, nam vestes illæ dicuntur desiderabiles, quæ valde bonæ & pretiosæ sunt. Illud etiã Danielis: Vir desideriorũ es, poterat verti: Vir desiderabilis es. Hoc est bonus, & deo gratus. Pro quo quidã vertunt: Rerum expetendarum cupidus es. Et quoniam Ezechiel hoc loco elegantem Assyriorum ornatum & decorem describit, quos Oholà & Oholibà ardenter amabant, poterit vertere: Iuuenes elegantes, seu pulchritudine ornati. Solet enim apta membrorum compositio oculos monere & oblectare. Septuaginta habent: Iuuenes ἐπιλέκτους, hoc est selectos. Id enim dicitur selectum, quod est cum iudicio inter alia electum, quemadmodũ Romani iudices selectos eos appellabant, qui erant cũ delecta & magna deliberatione ex ordine equestri electi, & in honore constituti. Vnde Cicero pro Cluentio, Iurati, inquit, debent optimũ quenque in selectos iudices referre.

Cant. 2. *Gene. 27* *Dani. 9.*

In immunditijs eorum polluta est. Pagninus habet: In cunctis idolis eorum polluit se. Dictio hebraica gillulim & fordes significat & idola. Septuaginta autem explicantes quid per hæc idola, & per has immunditias significaretur, transtulerunt. In omnibus desiderijs suis polluta est.

Indutis veste varia. Pro veste varia est in hebraico dictio vna, nimirum מכלול micelol, quæ significat vniuersitatẽ, perfectionẽ, & venustatem, & pulchritudinẽ. Sensus est: Erant quidẽ induti omni genere pulchrarũ vestiũ. Ita vertit hunc locum Pagninus. Potest verti. Indutis venustate & decore. Septuaginta habẽt: Induti speciosis. Illud psalmi: Ex Sion species decoris eius, deus manifestè veniet, potest ita trãsferri: Ex Sione vniuersitate decoris eius deus resplẽdebit. Vt sit sensus: Deus ex terra Sionis, in qua est vniuersus decor, vbi recõditur omnis aliarũ regionũ pulchritudo, lucem suã emittet, quæ vniuersas orbis terrarũ oras illustrabit. Id quod ita euenisse est omnibus cognitũ & perspectũ. Ni Christus Deus noster ex Sione discipulos suos ad oẽs mundi prouincias concionaturos misit, qui mortaliũ animos veritatis splẽdore illuminarunt. Misit Deus ex Sione lucẽ fidei, & splẽdidissimã

Psal. 49

suæ

sapientiæ claritatẽ. Ex illo enim loco egressa est euangelij prædicatio, & vt dixit Esaias: De Sion exibit lex, & verbũ domini de Ierusalẽ. Vocat psalmographus Sionẽ vniuersitatẽ decoris, seu perfectionẽ pulchritudinis, quia mẽtis oculis intuebatur fore, vt in ea regione crux resplenderet, euãgelium inciperet, nouæ legis sacramenta cõstituerentur, & alia multa à Christo præclarè gesta micarent. Illic edita sunt signa & miracula illic fuit Christi præclaratio, mors, reditus ad vitam, ascensus in cælum, illic inceperũt proœmia & initia nostræ salutis, & nũtiata fuerunt arcana diuina, & alta redemptionis humanæ mysteria.

Esai. 2.

Saturata est anima eius ab illis. Septuaginta habent: Recessit anima eius ab illis. Quos sequuntur Pagninus, Brixianus, & alij. Sed eadem est sententia. Qui enim amicitiam dissuit & deponit, & ab eo, quem amare & complexari debebat, animum distraxit, dicitur esse satur, & fastidio plenus.

Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ. Pro & visitasti est in hebraico ותפקדי vatiphcedhi: à verbo פקד paqadh, quod significat visitare. Is hanc significationem secutus est cõmunis interpres, & ante cõseptuagintã, vt sit sensus: Iterum redijsti ad scelera, quæ cõmiseras in Ægypto, cum adhuc esses in tenera ætate. Ad ea te signa retulisti, quæ longo temporis intervallo intermissa reuocasti. In Genesi cap. quinquagesimo, vbi nos habemus: Post mortem meam Deus visitabit vos, est verbum hoc pacadh: & capite tertio Exodi, vbi nos habemus: Visitans visitani vos. Et multis alijs locis, vbi hanc retinet significationẽ. Significat etiam verbũ hoc præter alia recordari, & respicere. Eam ob causam Pagninus ita hunc trãsferri locum: Et recordata es fœditatis adolescentiæ tuæ. Ideo locus ille Genesis paulò ante citatus ita poterat conuerti: Postquam excesserò è vita, Deus recordabitur vestri. Et illud Exodi, Respiciens respiciã vos. Id, quod est apud Zacharã: Visitauit dominus exercituũ gregẽ suum, vertit R. Dauid: Recordatus est dñs exercituũ. Et eodẽ modo paraphrastes Chaldæus. Vnde illud Psalmi: Visita vineam istam, potest verti: Recordare vineam hanc. Populũ Israeliticum comparat cum vinea. Qua similitudine vtitur etiam Esaias cap. 5. & Christus in euangelio. Similiter illud: Almus Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia visitas eũ? potest in hunc modum transferri: Quid est homo, quòd memoris es eius, aut filius hominis, quod illũ inuisis? Ac si dicat diuinus vates: Cõsiderasti mihi domine, & incredibile tuam erga nos benẽficentiam memoria repetẽs, illud mirabile ei

Gene. 50 *Exod. 3.* *Zach. 10* *Psal. 79.* *Esa. 5.* *Matt. 21.* *Mar. 12.* *Iud. 20.* *Psal. 8.*

primis videtur, quòd hominem memoria teneas, & in illum oculos tui fauoris conijcias. Cùm enim sit omnium rerum dominus & effector, libertatis nostræ causa fuscepturus ex fœmina serili, & vt nobis immortalitatem largiũs, nostrã immortalitatem es induturus. Quare tanti beneficij admirabilitate stupefactus ex clamo: Quid est homo, quòd eius à te non excidat memoria, aut filius hominis, quòd eum tam admirabili benignitate prosequaris?

ARGVMENTVM CAPITIS VIGESIMI QVARTI.

Nomine ollæ liquefactæ significatur Hierosolymæ incendium. Explicatur parabola de vxore Ezechielis, quæ excesserat è vita. Ostenduntur Iudæorum scelera, propter quæ pœnas dederunt.

CAPVT XXIIII.

ET factum est verbum domini ad me, in anno nono in mense decimo, decima die mensis, dicens: Fili hominis scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersus Ierusalem hodie. Et dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam: & loqueris ad eos: Hæc dicit dominus Deus. Pone ollam, pone inquam, & mitte in eam aquam: congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, & femur & armum, electa, & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume: compone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus Deus. Væ ciuitati sanguinum; ollæ, cuius rubigo in ea est: & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes tuas eiice eã: non cecidit super eam sors: sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, vt posset operiri pulvere. Vt superinducerem indignationem meam, & vindictã vlciscerer, dedi sanguinem eius super petrã limpidissimam, ne operiretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propterea hæc dicit dominus Deus: Væ ciuitati sanguinũ, cuius ego grandem faciam pyram. Cõgere ossa, quæ igne succendam: cõsumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent.

Nah.3.c. Hab.2.c

EXPLANATIO.

Et factum est verbum domini ad me in anno nono. Quando Ezechiel hæc literis mandauit, erat in Babylonia cum Iudæis, qui cum Iechonia illuc transmigrauerant. Cùm aũt Sedechias defecisset à Nabuchodonosore, qui eũ in regia dignitate constituerat, parauit ipse Nabuchodonosor exercitũ aduersus illum, & obsedit Hierosolymã, cãq; euertit, & incẽdio consumpsit. Hoc Hierosolymæ excidiũ ostẽdit nunc Ezechiel sub ollæ liquefactæ metaphora. Et describit & designat diẽ, quo Nioro solymis obsessa fuit, cum ipse tũc in Chaldæa habitaret, vt Iudæi, qui cum eo erant, & alij intelligerent eũ esse verũ prophetã, qui in Chaldæa existans ea, quæ Hierosolimæ fiebant, mẽtis oculis intuebatur. Diuini vates non solùm de futuris vaticinãtur, sed etiam de præteritis, quemadmodum Moyses, qui mundi constitutionem descripsit. Et de præsentibus, quẽadmodũ hoc loco Ezechiel, qui ea, quæ alio loco longo interuallo dicturæ fiebant, apertè ostendebat, & diẽ designabat, dicẽs: Scitote, hodie obsessam esse Hierosolymam. At propriè vaticinatio est futurorum prædictio.

Gene. 1.

In anno nono. Subaudi, transmigrationis Iechoniæ, qui alio nomine appellabatur Iozachin, qui fuit annus etiam nonus regni Sedechiæ eius successoris. Narrat diuina scriptura libro 4. Reg. & cap. trigesimo nono Ieremiæ fuisse Hierosolymã obsessam à Babylonijs anno nono regis Sedechiæ, mẽse 10. qui fuit nouus à transmigratione, vt ait hoc loco Ezechiel. & duratsse obsidionem vsque ad annum vndecimum, quo ciuitas fuit funditus deleta.

4. Re. vl. Ieremi. 39

Scribe tibi nomen diei huius. Vehæc eius enũciatio sit perpetuis monimentis consignata. Non solum Ezechiel diẽ obsidionis designauit, sed quotus esset, literis ac memoriæ prodidit.

In qua confirmatus est rex Babyloniæ. Hoc est, quo die Nabuchodonosor aduersus Hierosolymam roborauit, eãque cœpit obsidere. Paganus habet: In qua approximauit rex Babel aduersus Ierusalem ipso die.

Ad domum irritatricem. Hoc est, ad Iudæorum populum, qui ob scelera sua misericordem Deum ad iram prouocauit.

Pone ollam. Nimirum vt poni solet ad ignẽ vt in ea carnes excoquantur. Appellatur Hierosolymæ olla, quia in eam cõuenerunt Iudæi omnes, qui erant per Iudæã dispersi, vt in ea se possent à Babylonijs protegere. Vel quia in illa Deo ita disponente fuerunt calamitatum igne instar carnium concocti, & diluti.

Emitte in eam aquam. Per hanc aquam, quã Ezechiel fudit in ollam illã, intelligebatur Babyloniorum exercitus, qui Hierosolymã obsidebat. Prædicẽs Esaias aduentũ Assyriorũ in Iudæã, qui eam præter Hierosolymã vastarũt, has voces emisit: Dominus adducet super eos aquas fluminis, fortes, & multas. Exponẽs autem quid aquarum nomine intelligeret, ait: Regem Assyriorũ, &c. Vbi aspicis per aquas intelligi populos, iuxta id, quod ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & ex cõsequenti hanc aquã, de qua hic loquitur propheta, esse Babyloniorũ populũ Hierosolymæ bellum inferentem. Poteris nõ mine aquæ calamitatem, & pericula, & res aduersas intelligere: id enim sæpe in literis diuinis per aquas significatur. Id volens innuere regius vates inquit: Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Ac si diceret: Cùm ego essem maximè afflictus, vndique oppugnatus, & in summum capitis periculum falsis criminibus adductus, misit deus manũ suam de cælo, & ex profundis arũnarum gurgitibus, quæ me propè obruerant, extraxit. Et alio in psalmo: Saluũ me fac Deus, quoniam intrauerũt aquæ vsq; ad animam meã. Et paulò pòst: Libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum: Nõ me demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me profundũ. Et in alio: Cùm insurgeret furor eorũ nimirũ, forsitan aqua absorbuisset nos. Forsitan pertransiuit anima nostra aquã intolerabilem. Hæ sunt aquæ, de quibus in Canticis: Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatem. His aquis fuerũt Gedeonis milites explorati. Et quoniam has calamitatum & tentationum aquas nõ possumus absque diuino auxilio firmiter tẽsis ire, & securè penetrare, ait diuina scriptura Iacobum patriarcham Iordanis aquas baculo transisse, cùm molestijs angeretur, per quẽ baculum crux Christi significatur, in quo innixi possumus ab afflictionũ pelago liberari. Hic est baculus ille quo amaræ aquæ Mara sunt in dulcedinem conuersæ. Eliseus absque pallio Eliæ Iordanis aquas nõ transisset, quin absque Christi fauore nemo potest à tẽtationũ & molestiarum fluctibus eripi, & profundas ac inãres. Id intelligens Ieremias, iebat in suis lamẽ

Esai. 8.

Apoc. 17.

Psal. 17.

Psal. 68

Cant. 8.

Iudi. 7.

Genes. 32.

Exod. 14

4. Reg. 2.

Thren. 3.

tis: Inundauerunt aquæ super caput meũ: Dixi perij: inuocaui nomen tuum domine de lacis nouissimis, vocem meam audisti. Lacus nouissimos, appellat altissimos dolorũ gurgites, quibus erat penitus obruẽdus, nisi cum dominus liberaret. Has aquas significauit hoc loco Ezechiel esse in ollam Hierosolimæ mittendas. Hãc ollam collocauit Ezechiel inter ossa, quę erant loco lignorũ: fecitque ea, quę sunt huic capiti mandata, vt per ea Hierosolymæ obsidionem & calamitatem, & luctuosum denique excidium significaret.

Congere frusta eius in eam. Hoc est, mitte Iudæorum partes & frequentiam in illam. Maiora frusta erant Iudæi nobiles, illustri aliqua laude celebrati, minora verò erãt ij, qui in tilẽtio iacebant, obscuro loco nati, in nulla dignitate constituti. Carnes positæ in olla erãt indifferenter Iudæi, vrbis mœnibus septi, vadiq̃ oppugnati.

Omnem partem bonam, femur & armum. Per femur, quod dicitur à ferendo, quòd femora totum corpus ferant, & præsertim sustineant, intelligitur rex, qui debet totius regni corpus & pondus sustinere. Quam ob causam appellatur græcè Basileus: basis sedes & fundamentum est, laos populus: quasi rex populum sustẽtet quantò enim sublimiùs rex tutus & clemens collocatus est, tanto ampliùs laborum pondere grauatur. Illud psalmi, quod nos iuxta septuaginta translationem habemus: Quoniam quæ tu perfeciſti, destruxerũt: potest verti ex hebræo: Quoniam fundamenta euerterunt. Vbi per fundamenta pij principes & iustitia præstantes intelliguntur. Quanquam R. Salomoh doctus inter Iudæos intelligat sacerdotes Deo seruientes, quos ait esse mũdi fundamenta, pondus omne sustinentia. Nec mirandum accidat alicui, esse reges fœmora, & basẽs, ac fundamenta appellatos, cùm eos diuina scriptura clypeos appellet, quòd in se ictus pro sub. litorum salute recipiant, eorumq; virtuti & tutelæ sit regnum commendatum. Deplorans Dauid luctuosum Hebræorum interitum in montibus Gelboe, has lamentabiles voces emisit: Ibi abiectus est clypeus fortium intelligẽs per clypeum regem Saulẽ. Id quod est apud Oseam: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius: potest verti ex hebræo: Dilexerunt inferre alijs ignominiam clypei eius. Vt sit sensus: Principes Israelis, qui tuta sunt populi, non solùm illum non tuebantur, sed etiam opprobrijs afficiebant. Nomen enim magen, quod est in hebraico, clypeum significat, vt in libro Iudicum: Clypeus & hasta ii apparuerũt in quadraginta millibus Israel. Illud etiam psalmi: Quoniam dij fortes

Psal. 10.

Iud. 5.

Psal. 46.

Ioan. 8.

1. Mac. 6.

4. Re. vl.

2. Reg. 1.

Ose. 4.

4. Re. vl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

memoriæ proditum: sed fuerunt capti à Babyloniis, variisque pœnis cruciati. Ieremias etiã per ollam succensam significauit succendendã esse Hierosolymam, & igne per Babylonios comburendam. Quam ob causam ait se faciem illius ollæ bullientis à facie aquilonis vidisse. *Ier. 1.*

Væ ciuitati sanguinum. Explicat quodammodo parabolam. Olla est Hierosolyma, aqua Babylonios totum obsidio, ignis calamitas, carnes & ossa intra ollam, Iudæi tam nobiles, quàm obscuro loco nati, ossa incensa cædes innocentũ, ob quas Hierosolyma, hoc loco ciuitas sanguinum vocatur. Eam ob causam illã alloquẽs Christus ait: Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Hoc significauit etiam in parabola de vineis agricolis locata, qui seruos domini occiderunt, variisque modis vulnerauerunt. Solẽt diuini vates vrbes in quibus cædes innocẽtibus inferuntur, sanguinũ ciuitates appellare: vt hoc loco Ezechiel, & paulò posthoc eodẽ capite: & Nahum cap. 3. & Habacuch. 2. *Mat. 23. Luc. 13. Matt. 21. Nahũ. 3. Haba. 2.*

Cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea. Hæc ollæ æneæ plena est rubigine: nũ nec aqua nec ignis eam purgarunt. Significat Hierosolymæ malitiam & obstinationẽ, in qua etiam afflicta permansit. Ille dicitur rubigine affectus, qui est peccato contaminatus. Quẽadmodum gladius rubigine inquinatus abluitur cinere & oleo, sic anima sordibus peccatorum polluta mũdatur cinere, hoc est, memoria mortis, & pœnitentia, atque oleo misericordiæ & eleemosynarum. Et ita remanet anima perpolita, & splendida. Quemadmodũ sunt nonnulli, qui cũ priorũ vident gladium rubigine aliqua affectum, illũ statim exacuunt & perpoliũt, alij semel in anno, alij nunquã, nisi sint in extrema necessitate constituti, & tunc accidit sæpe, vt non possint gladium è vagina educere, ex quo efficitur, vt ensis cũ vagina in sterquilinũ mittatur, sic sunt nonnulli, qui cùm animã intelligunt esse crimine aliquo contaminatam, confestim se conferunt ad expolitorem, vt eam excolant & perpurgent, hoc est, ad confessarium, ad sanctum pœnitentiæ sacramentum, vbi anima expietur & perpolitur. Præclarè illi quidẽ, qui ilico ad confessionis tuacitũ confugiunt. Alij semel in anno minus pij, Christiani tamẽ. Alij nunquam, nisi fortè eùm iam habent mortem visceribus conceptam, tunc enim magis magisque metu commoti quàm Christiana pietate cõfessionem petunt, sed accidit plerunque, vt non possint de peccatis confiteri: tanta enim rubigine cõtaminatus est gladius, tantis sordibus inquinata est anima, vt non possit educi è vagina, & ostendi sacerdoti, & ita absque cõfessione, absque cõfessione, absque satisfactione, absque ecclesiæ sanctę sacramentis discedit ẽ vita, & sterquilinũ pœnarum æternarũ proijcitur, quoniam migrat sceleribus polluta, & quibus se nõ abluit. Lauamini, inquit, Esaiæ. 1. mundi estote: auferte malum cogitationũ vestrarum. Et D. Paulus in epistola ad Ephesios. Renouamini spiritu mentis vestræ. Et in secunda ad Corinthios: Mũdemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus. *Simile.* *Ephes. 4. 2. Cor. 7.*

Per partes & per partes suas eijce eam. Id est, ostende esse carnium partes, quæ sunt in olla, extra eam ejicie adas absque distinctione. Hoc est, annuntia occidendos esse habitatores Hierosolymæ, & extra mũros sine delectu proijciendos: non enim cadet super eorum cadauera sors: sed absque ordine & cõsideratione dignitatis ejicientur extra vrbẽ. Hoc ideo ait, quia in obsidione illa factæ sunt magnæ cædes & immanitates à Babyloniis: & intra vrbẽ ex Hebræis multi perierũt fame, multi peste, multi gladio: & eorum cadauera ob nimium fœtorem extra vrbem per muros proijciebantur.

Sanguis enim eius in medio eius est. Sêsus est: Hæ calamitates opprimitur Hierosolyma, quia plena est sanguine prophetarum, & aliorũ virorum pietate præstantium, quos ad interitũ publicè vocauit. Ideo subdit: Super limpidissimam petram effudit illum. Ac si diceret: Non effudit sanguinem in locum occultum, sed super lapidẽ purũ & lucentẽ, vt ab omnibus videretur. Explicat publicã Iudæorũ immanitatẽ.

Dedi sanguinem eius. Quoniam ipsa publicè aliorum sanguinem fundebat, ideo ego permitam, vt Babylonij eius sanguinem publicè etiam fundant. Aegyptij obtruebant filios Hebræorum aquis flammis: & postea aquæ illæ vertebantur in sanguinẽ: & bibebant Aegyptij sanguinem, qui videbatur esse eorum infantiũ innocentum, quos illi in flumine suffocauerãt. Sed quid dico? Imò ijdẽ Aegyptij fuerũt maris rubri aquis obruti, & in profundũ demersi. Aquis peccarunt, aquis pœnas suorum scelerum luerunt. *Exod. 1. Exod. 7. Exod. 14 Sap. 18.*

Cuius ego grandem faciam pyrã. Hoc est, quã ego magno incendio consumam. Et eius habitatores concoquentur. Indicat acerbissimas Iudæorum ærumnas.

Ossa tabescent. Viri fortitudine pollentes labefactabuntur, & timore hostium penitus tabescẽt. Babylonij feri & immanes furore incitati ad Hebræorum eadem rapiebantur.

Pone quoque eã super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat æs eius: & conflatur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est: & non

Non exiuit de ea nimia rubigo eius, nec per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mũdare te volui, & nõ es mundata à sordibus tuis. Sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meã in te. Ego Dominus locutus sum. Veniet, & faciam, non transeam, nec parcam, nec placabor. Iuxta vias tuas, & iuxta adinuẽtiones tuas iudicabo te, dicit dominus. Et factũ est verbũ domini ad me, dicẽs: Fili hominis ecce ego tollo à te desiderabile oculorũ tuorũ in plaga: & non planges nec plorabis, nec fluẽt lachrymæ tuę. Ingemisce tacẽs, mortuorum luctum non facies. Corona tua circũligata sit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus sum ergo ad populum manè, & mortua est vxor mea vesperi. Feciq̃e mane sicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus: Quare nõ indicas nobis, quid ista significent, quæ tu facis? Et dixi ad eos: sermo domini factus est ad me dicens: Loquere domui Israel: Hęc dicit Dominus Deus.

Pone quoque eam super prunas vacuam. Id est, dices eam esse ponẽdam vacuam super prunas, vt ab igne absumatur. Explicat Hierosolymæ incendium. Non modò carnes & ossa intra olam lacerabuntur, sed etiam ipsa moenia incẽdio flagrabunt. Voluit Deus vti potentia sua, & ostenderet vim seueritatis & iustitiæ contra magnitudinem scelerum Iudæorum.

Et conflatur in medio eius inquinamentũ eius. Hoc est, & malitia eius erit in ea. Ac si dicat: In flagitijs suis peribit.

Multo labore sudatum est. Loquitur deus more humano, ac si diceret: Dedi operam, vt mũdaretur Hierosolyma: sed ipsa noluit mundari. Eodem modo apud Esaiam, Laboraui, inquit, sustinens. Et rursum: In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi. Et apud Ieremiam: Laboraui rogans: & dispergam eos ventilabro in portis terræ. Vbi per portas terræ intelliguntur fines, & egressus, atque limites terræ sanctæ, vt sit sensus: Laboraui, rogans eos, vt relictis flagitijs ad me confugerent: sed quia mihi parere noluerunt, mittam eos in exilium extra terã promissionis. Poteris hoc de diuinis vatibus intelligere, vt sit sensus: Toto pectore in fluditũ hoc incubuere diuini vates, vt Hierosolymã à vitijs abducerent, & ad virtutem impellerẽt: sed oleum & operam perdiderunt. Lege totũ Ieremiam, & videbis eius conciones nihil in Iudæis profuisse, quia nequitia & obstinatione indurati propheram contemnebant, cuius labores frustra susceptos, pios illos quidem, & sanctos, vitio tribuebant, eumq̃e ad odium, & interitum falsis criminibus vocabãt. Nemo eos cohortabatur ad virtutem ardẽtiùs, nemo eorum flagitia vituperabat asperius, nemo viros virtute præstantes laudabat ornatiùs, nemo in vanas nefariorum hominum superstitiones inuehebatur vehementiùs. Et pro ijs laboribus in eum procellas excitabant. Quid dicam de diuino illo Esaia, tanta eloquentia exculto, vt non solùm homines suæ ætatis, sed antiquitatis memoriam vi admirabili dicendi superauerit? Hic pro rectè factis, & constantibus diuinarũ suarũ cõcionum laboribus fuit à Iudæis neglectus, & ad interitum luctuosissimum reseruatus. Audi diuum Paulum in epistola ad Hebræos ita de viris iustis aientem: Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus. Multi damnantur mundi iudicio, quos Dei iudicium laudabiles ostendit. Susannã à lasciuis senibus accusata damnata mundi iudicio, fuit per Danielem erepta, Daniel enim sonat iudicium Dei. Multi mundi iudicio damnantur, qui Dei iudicio absoluuntur. Sed quã uis impiorũ gladius viris iustitiã & pietatẽ colentibus vitã eripuerit, eorũ tamẽ laudes nulla vnquã obscurabit oblivio: quin potius vigebũt memoria omnium sæculorũ. Cœlum primũ mobile appellatũ vehementi suo impulsu & incitata conuersione alios globos ætherios coercet, & rapit, atque effecit, vt ab oriente ad occidentẽ violenter, & per accidens moueantur. Nihilominus tamen hi inferiores cœli in uito primo mobili mouentur suapte natura proprio motu ab occidente ad orientem: sic quamuis tempus suo discursu omnia, quę possunt labefactari, cõsumat, ea rapiẽs, & ad occasum adducens, tamẽ velit nolit, rectè facta & admirabiles virtutes semper habẽt suum cursum & motũ in sphæra famę immortalis, quæ velut cœlũ variis syderibus ornatũ, pulchrisque luminibus distinctũ de tẽpore ipso triũphat, quoniã illã ipsa perpetuitas semper intuetur. Nec solùm viri iusti, qui sele à cõtagione corpo- *Esai. 1. Esa. 49. Ier. 15. Hebr. 11. Dani. Simili-tudo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis integros castosque seruarunt, totosq; sese diuini numinis veneration dediderũt, in hominũ cœtu in hac vita celebrãtur, sed etiã, quod illustrius est, in cœlum peruolant, vbi requiescunt, in beatissimis ac splendidissimis sanctorum sedibus, nullo dolore affecti, nulla deformitate maculati, sed rerum superarũ cõtemplatione fruentes, & gloria immortali redundantes. Et tamen hi sunt, qui dum in hoc mundo vitam agerent, non poterant nefarios homines à vitijs deterrere. Scribẽs diuus Paulus ad Galatas, iebat illis: Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Et Timotheo: In hoc enim laboramus, & maledicimur. Potest etiam locus hic ita explanari. Multo labore sudauit Hierosolyma. Hoc est, multis se flagitijs contaminauit. Nullus labor maior est impietate. Est, qui animum à corporis contagio non reuocantes fuerunt summis cupiditatis stimulis cõcitati, & infinitis flagitijs coopertis, inducit liber Sapientiæ in hunc modum loquentes. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Alloquens Esaius nefariam Babylonẽ sceleribus imbutam, ait: Sta cum multitudine maleficiorum tuorũ, in quibus laborasti ab adolescentia tua. Et Ieremias de Hebræis illis, qui erant scelerum nota inusti, & in facinoribus impijs versati, iebat: Vt iniquè agerent, laborauerunt. Et regius vates verba faciẽs de anima flagitiosi hominis, quam ciuitatem nequitia & controuersia plenã vocat, Iniquitas, inquit, & labor in medio eius, & iniustitia. Qui se vitijs dedunt, & retias fraudes concipiunt, non possunt vitam tranquillè leniterq; traducere: quin potius turbulentis animi permotionibus exagitati, semper inani solicitudine, aut effrenata cupiditate cruciantur. Et licet videantur foris lætitia gestientes, intus tamẽ dolore torquentur: nam aut odio & inuidia ad vltionẽ, aut violento auaritiæ impetu ad diuitias, aut incitata aduersus rationem libidine ad pessimas voluptates rapiuntur. Ex quibus omnibus gignuntur pœnæ illæ interiores, quas poetæ & philosophi furias vocabant. Hinc voces Didonis apud Vergilũ AEneidos quarto: Heu furijs incensa feror. Et multa apud Eutipidem in Oreste. Id intelligens diuus Hieronymus, Quot, inquit, sunt vitia, tot sunt animi tormẽta. Et diuus Ambrosius: Impius ipse sibi pœna est, iustus gloria. Et diuus Bernardus: Nihil est in hac vita laboriosius, quàm desideriis rerum æstuare, & nihil quietius, quàm seculi huius nihil appetere. Hæc viri hi & sanctitate & sapientia insignes. Sua quẽque fraus, suus terror, suum scelus vexat, & exagitat: suę cõscientiæ & pestilentes cogitatus, cor qui aliquid impiè commiserunt, veluti ardentes tædæ vrunt, terrent, & excruciant. Hæ sunt canes illæ latrantes, de quibus ait Latinus poeta 6. Aeneidos: Visæq; canes vlulare per vmbram. Quid acerbius, quid plenius dolore & labore, quàm memoria peccati? Cõtrà verò quid potest esse vel ad vitæ suauitatem dulcius, vel ad animi tranquillitatem comparandam accõmodatius, quàm colere virtutem, amplecti Deum, suauissimo eius amore inflammari? Nec solùm scelera, priusquam dimittantur, sed etiam postquam sunt per pœnitentiam dimissa, & acerbo fletu deleta, pœnam in animo relinquunt. Vt enim abstracto à corpore telo non statim sanatur vulnus, sic remisso peccato non statim necesse est remitti pœnam peccati. Remittitur tamen in purgatorio: & tãta ac talis potest esse pœnitentia, vt etiam in hac vita remittatur.

Gala. 4. *2. Tim. 4.* *Esai. 47.* *Ierem. 9.* *Psal. 54.* *Simile.*

Quemadmodum non est idem abstrahere telum, & vulneri mederi, sic non est idem condonare peccatum, & pœnam illi debitam remittere. Duplex est pœna, prima debita culpę, altera verò, qua homines afficiuntur, dum se peccasse recordantur. Et vtraque potest post peccatum in animo remanere. Cùm igitur vita scelerati sit laborum plenissima, & non solùm ipsa culpa sit labor, sed etiam nutrix laboris, rectè dixit hoc loco Ezechiel, Hierosolymam, quæ se vitijs contaminauerat, multo labore sudasse. Possunt itaque verba hæc referri ad deum, & ad Hierosolymam: si ea referas ad deum, significant, illum laborasse in Iudæorum salute, si ad Hierosolymam, significant eam in vitijs suis exercẽdis laborem subiisse, & peccando laborasse.

Mundare te volui, & non es mundata. Verba sunt Dei ad ingratam & fidifragam Hierosolymam. Eodem modo Christus in Euangelio: Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti! Sed dicet aliquis: Si Deus volebat Hierosolymam expiare, quomodo illud non fecit? Quomodo non impleta est voluntas eius: cùm ipse dicat apud Esaiam: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et dicat per psalmographum: Omnia, quæcunque voluit, fecit Deus! Huic obiectioni facilè respondebis, si dixeris, volũtatem Dei, quæ in ipso est, quæ est ipsemet volens, semper habere effectũ suum: non autem eam voluntatem, quæ voluntas signi appellatur. Fieri quidem potest, vt aliquid fiat extra ordinem alicuius causæ particularis agentis, non autem extra ordinem causæ vniuersalis, sub qua omnes causæ particulares comprehẽduntur: nam si accidat, vt causa aliqua

Matt. 23. *Luc. 13.* *Esa. 46.* *Psa. 113.*

aliqua particularis effectum suum non obtineat, hoc erit ob alicuius causæ particularis impedimentum, quæ sub ordine causæ vniuersalis necessariò continetur. Cùm autem voluntas Dei sit causa vniuersalis omnium rerum, fieri non potest, vt suum effectum non cõsequatur. Eam ob causam id, quod recedere videtur à diuina voluntate iuxta quendam ordinem, relabitur in ipsam iuxta alterum: quemadmodum qui tetra facinora committit, seque à Deo abducit & separat, & si secundum ordinem gratiæ recedit a voluntate diuina, tamen secundum ordinem iustitiæ incidit in eam, cùm pœnas luit suis sceleribus debitas & iustas. Volebat Deus mundare Hierosolymam à delictis suis, imò vt verbis vtar Apostoli, vult omnes homines saluos fieri, sed hoc, vt ait Damascenus, intelligitur de voluntate antecedente, non autem de voluntate consequẽte. Quicunque iustus iudex vult omnem hominem viuere voluntate antecedente: sed voluntate consequẽte vult, vt homicida vita priuetur. Eodem modo vult Deus antecedenter, vt omnes gloriam immortalem consequãtur, at consequenter vult, illud diuina iustitia exigente, quosdam in cœcas tenebras relegari, vbi ob nefaria facinora sua in æternum cruciẽtur. Volebat voluntate antecedente mundare & conseruare Hierosolymam, sed quia illa noluit, voluit voluntate consequente eam vastare & euertere. Et hæc volũtas eius impleta est, quæ est proprię voluntas. Nam voluntas antecedens non est simpliciter volentas, sed secũdũ quid: & vt verbis vtar scholasticis, potiùs dicitur velleitas, quàm simpliciter volũtas. Ex quibus concluditur, omne id, quod deus simpliciter vult, fieri, etiam si id, quod antecedenter vult, aliquando non fiat. Hæc Dei voluntas, quæ propriè voluntas est, appellatur voluntas beneplaciti, & voluntas consequens, altera verò voluntas signi, & voluntas antecedens.

1. Tim. 2.

Veni, & faciam. In libris nonnullis est, Venit: vt subaudiatur calamitas tua. Et subditur: Non transeam. Hoc est, non deijciar a sententia mea: sed implebo, quod dico. Verba sunt Dei promittentis se esse Hierosolymam euersurum.

Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorũ in plaga. Hæc est altera metaphora: cuius hic est sensus. Ecce ego auferam à te vxorem tuã chariss imam intento repentino! & tamen non plorabis. Solent homines oculos in rem dilectam conijcere: & Ezechiel, vt par erat, vxorem suam magno prosequebatur amore. Viri, inquit Apostolus in epistola ad Ephesios, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Et in epistola ad Colossenses: Diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Et tamen præcepit illi Deus, ne mortem vxoris suæ, quam ardenter in Deo amabat, lachrymis & lamentis prosequeretur. Quemadmodum sanies vlceris intus latitans ægrotum magnopere angit, & exagitat: sin autem exeat, & erumpat, mitigatur dolor, sic mœrens in corde inclusus vehementer affligit, sed si per lachrymas & suspiria fundatur, animum placat & lenit. Quo fit: vt illi mitium in modum crucientur, quibus sit etepta fiendi & suspirandi facultas. Excesserit è vita charissima Ezechielis vxor, & fuit ei mors hæc grauis & acerba & insuper augebat illi dolorem, non posse suum dolorem deplorare. Est in corde fons doloris, cuius aquæ nisi fluant per oculos, obruunt cor ipsum, & cogitationem à languoribus auertere non sinunt. Vt magnus frequensque fumus ex nigro igne exhalans nisi habeat luculentum caminum, aut apertam ianuam, qua egrediatur foras, totam domum denigrat, sic mœror ex igne calamitatum procedens, in cordis domo inclusus eam afficit nigredine, & atra bile corrumpit, nisi per os & oculos erumpat, & fiat suspiriorum exhalatio, quæ ab imo pectore egrediatur. Non laudo muliebrem eiulatum, non gemitus lamentabiles, abiectos, & seruiles: turpe enim viro est muliebriter lamentari, dolore omnino debilitari, & frangi at deplorare mortuos, eos præsertim, quos in vita charissimos habuerat, idque moderatè & honestè, non solùm non vituperio, sed pium esse & laudabile existimo. Oportet tamen non ita opprimi dolore, vt temperantia amittatur: sed quod illatura est ipsa diuturnitas, quæ sensim progrediẽs dolorẽ extenuat & diluit, id nos præripere debemus consilio, nec expectare temporis medicinam, quam consequi ratione valemus. Notum est illud Anaxagoræ, quem ferunt nuntiata filij morte dixisse: Sciebam me genuisse mortalem. Et illud Lacænæ illius clarissimæ, quæ cùm filium, quem vnicè amabat, in prælio interfectum audisset, Idcirco, inquit, genueram, vt esset, qui pro patria non dubitaret mortem subire. Illud tamen velim tibi persuadeas, nunquam mihi gratam fuisse illam Stoicorum opinionem: Sapientem nunquam moueri: nec misericordia, nec dolore, nec ira concitari. Nam commotiones animi ratione, & consilio, & prudentia oportet moderari, non autem radicitus euellere. Illud enim præclarum est, & impetrare nostra cum diuino nutore situm, hoc autem fieri nec potest, nec si fieri posset, expetendum esset, & in bonis connumerandum.

Coloss. 3. *Simile.* *Simile.* *Ephes. 5.*

Similè. Quemadmodum in mari non ea optatur tranquillitas, quę est omnis venti expers omnino, sed illa potiùs in qua persiat aura, qua fluctus mouentur, & nauis prospero cursu impellitur, sic in animo non eam debemus cupere quietem, quæ sit languida, & ab omni sensu abhorrens, sed temperatam commotionem, qua animus in vasto mundi gurgite ad æternæ gloriæ portum tendat, & felicem vitæ cursum conficiat. Illa est eximia ac præclara virtus, quæ procedit ab animo commoto amore Christi, & studio æternæ beatitudinis consequendæ incitato. Quare non sunt audiendi, qui omnem animi commotionem penitus expellendam dicunt, qui asserunt neminem debere mortem alicuius deplorare. Quanquam enim Ezechiel necem vxoris suæ nullis lachrymis prosecutus est, hoc fuit particulari quadam ratione, quæ rarò inuenitur: communiter autem laudabile est pro ijs, qui excedũt è vita, lachrymas fundere, & signa mœroris
Eccl. 22. ostendere. In libro Ecclesiastici ait ita diuina scriptura: Mortuum lamenteris, quòd sit luce
Eccl. 38. priuatus. Et rursus: Fili in mortuum produc lachrymas: & quasi dira passus, incipe plorare. Cùm Maria Magdalena mortem Lazari
Ioan. 11. fratris eius deplotaret, & alij cum ea lachrymas etiam funderent, tantum abfuit, vt Christus hoc reprehenderet, vt potiùs ipse deflere: Ita enim ait diuus Ioannes: Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Corona tua circumligata sit tibi. Hoc est, contine intus dolorem tuum: non illum signis exterioribus ostendas. Solebant olim, qui rem aliquam sibi charam amittebant, non solùm lachrymas fundere, sed etiam capita pileis & coronis nudare. Quod erat doloris apertissimum signum. Id quod prohibet hoc loco Deus Ezechieli. Pro corona vertunt nonnulli tiaram, quæ erat capitis ornamentum, quo sacerdotes vtebantur. Erat enim Ezechiel sacerdos. Ieremias deplorans miserum Iudæo-
Thren. 5. rum excidium, aiebat: Versus est in luctum chorus noster, cecidit corona de capite nostro. Poteris per coronam comam intelligere:
Iob. 1. nam antiqui in signum doloris capillos tondebant. Vnde Iob cùm oues & filios amisisset, scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terrã adorauit. Volens Ieremias summum Moabitarum mœrorem explicare, ait:
Iere. 48. Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit. Et per Amos propheram annuntiat Deus
Amos 8. ijs verbis Iudæis suam luctuosam calamitatẽ: Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium. Huic expositioni fauet translatio septuaginta, qui pro corona habent crines. Et paulo post, vbi nos habemus: Coronas habebitis in capitibus vestris, habent illi: Comæ vestræ super capita vestra.

Calciamenta tua erunt in pedibus tuis. Hoc est, non ambulabis nudis pedibus more lugentium & afflictorum. Qui quondam angorem suum ostendere volebant, pedes nudabant. Dauid in magna calamitate versatur, *2. Reg. 15.* cùm fugeret Absolonem, ascendit clivium olivarum scandens, & fleus, nudis pedibus incedens. Volens Deus vt Esaias ostenderet imminentem Iudæis calamitatem, dixit illi: Calciamẽta tua tolle de pedibus tuis. Soliti etiam *Esa. 20.* erant mœsti homines die funeris caput velare pannis tetris, & non comedere nisi cibos missos ab alijs, qui appellabantur cibi lugentium. Hoc etiam Ezechieli prohibet Deus, dicens: Nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Sed cur Deus præcipiebat ei, vt in die funeris vxoris suæ, quam ardente complectebatur amore, nec ploraret, nec signa aliqua mœroris ostenderet? Nimirum vt Iudæi huius rei tã insolitæ admirabilitate stupidi, ab eo causam quærerent tam portentosæ & insuetæ nouitatis, & ita intelligerent summam sibi imminere calamitatem.

Locutus sum ergo ad populum mane. Id est, manè prædixi populo, vxorem meam esse illo die è vita migraturam, & ita euenit: nam vespere eiusdem diei mortua est.

Ecce ego polluam sanctuarium F
meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra, & filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent. Et facietis, sicut fecit: ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis: coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus: & non plangetis, nec flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum: eritque Ezechiel vobis in portentum, G
Iuxta omnia quæ fecit, facietis, cùm venerit illud: & scietis, quia ego dominus Deus. Et tu fili hominis ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorũ eorum, super quo

quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum: in die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annunciet tibi: in die inquam illa aperietur os tuum cũ eo: qui fugit, & loqueris, & non silebis vltrà: erisque eis in portentum: & scietis, quia ego dominus.

Ecce pollutam sanctuarium meum. Explicat parabolam: cuius hic est sensus. Quærentibus Iudæis, inquit, diuinus vates, cur ego contra omnium morẽ hæc facerem, ita respondi. Quẽadmodum Deus abstulit à me vxorem meam, quam singulari amore prosequebar, ita auferet à vobis templum Hierosolymæ, & filios ac fratres, & exteros, quos ibi reliquistis, quibus essẽs admirabili amicitia deuinctus. Et cùm inter Babylonios habitetis, nõ audebitis deplorare calamitatem vestram, & Hierosolymæ euersionem, ne videamini ob Babyloniorum victoriam comprimi dolore, eorumque triumphum prosequi lamentis. Si enim vos intelexerint dolore angi ob eorum gaudium, torquebunt vos, & ad exeidium crudelissimũ vocabunt. Præterea tantus erit dolor vester, cùm audieritis cladem & stragem amicorum & consanguineorum vestrorum, & patriæ vestræ vastitatem & incendium, vt veluti stupidi & admirantes ob summam vestram miseriam & calamitatem nec flere possitis, nec ordinem ac consuetudinem mœstorum seruare, cùm dolor vester aliorum superet dolorem, & ea vos solatia deficiant, quæ extetit, qui poterant lugere, in ærumnis suis non defuerunt. Verùm illud est hoc loco aduertendum per sanctuarium intelligi templum Salomonis, de quo Deus ait: Ecce ego polluam sanctuarium meum. Hoc est, pollui permittam, suum enim Babylonios illud contaminare & euertere.

Superbiam imperij vestri. Hoc est, templum, quo superbũ & arroganter gloriamini. Tanta erat Iudæorum insolentia, vt non modò rebus humanis, sed etiam diuinis intemperanter abuterentur, non ad Dei cultum, sed ad eorum superbiã. Eam ob causam fuerunt victi, abiecti, & calamitatosi, ita Deo permittente, qui super
Iacob. 4. bis resistit, humilibus autem dat gratiam, vt
1. Pet. 5. eius apostoli testantur. Et, vt ait psalmographus: Quoniam tu populum humilem saluum
Psal. 17. facies, & oculos superborum humiliabis. Solet enim Deus homines humiles, submisse de se sentientes, extollere, insolentiam autem superborum sese efferentiũ deprimere.
Eccl. 10. Nam vt ait Ecclesiasticus: Odibilis coram deo & hominibus est superbus. Et paulò post: Initiam omnis peccati est superbia. Et Iobde diabolo loquens, ait: Ipse est rex super om- *Iob. 41.* nes filios superbiæ. Egressi latrunculi quidam de Syria captiuam duxerunt puellam Hebreã, quam Naaman Syriæ principi tradi- *4. Reg. 5.* derunt. Syria cuius Naaman princeps erat, sonat elationem & superbiam, cuius dæmon princeps est, qui dixit: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Na- *Esai. 14.* aman idem est quod pulcher, siue præparatus motum. Talis fuit lucifer, admirabili pulchritudine decoratus, sed præparãs motum sibi à cœli fastigio ad inferni profunditatem, in ò ipse est, qui in hominum cordibus mouet superbiæ, & perturbationes arrogantiæ præparat. Latrones sunt appetitus nostri, qui puellam, hoc est, animam nostram principi Syriæ tradiderunt, cùm superbis elati omnem nobis excellentiam fumimus & arrogamus, & in domicilio & arce insolentiæ collocamus omnia cõtemnimus, nobisque inferiora ducimus, atque ipso Dei templo vanè & superbè gloriamur. Tanta est mortalium superbia, vt etiam opera alioquin bona depraueat, cùm in illis iactantiam, & populi tumultus quærant, eaque ob vanitatem efficiant. Quemadmodum A- *Similè.* thenienses, vt alijs obiecit Anacharsis philosophus, non habebant numos, nisi vt eos numerarent, sic multi non aliam ob causam in virtutum actiones incumbunt, nisi vt eas arroganter prædicent, & mundi gloriam aucupentur. Fumus initio ingens & densus, sursum ascendens facile dissipatur & amittitur: *Similè.* sic gloria superborum sensim obscuratur, & penitus euanescit. Id fatebantur impij pœnis æternis cruciati, quos liber Sapientiæ ita facit *Sap. 5.* loquentes: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa sicut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Nos igitur cœlestia spectemus, humana fluxa & fragilia contemnamus: si enim voluerimus alte contiderare, & æternam beatitudinem conneri, nec nos dabimus sermonibus vulgi, nec vanos hominum rumusculos aucupabimur, nec in præmijs humanis locabimus spem rerum nostrarum, sed ad Deum ipsum aspirabimus, qui semper est, quem nulla conficit & consumit vetustas, de quo ait Dauid: Tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent. *Psa. 101.* Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Eã ob causam dicebat dominus Moy- *Hebr. 1.* si: Ego sum, qui sum. Sic dices filijs Israel: *Exod. 3.* Qui est me misit ad vos. Hoc est: Qui semper fuit, qui est, qui semper erit, cuius æternitas nullis finibus comprehenditur, ille me misit.

misit ad vos. Si nos humana mouent, quorum nulla est tanta vis, quæ tempore non debilitetur & penitus consumatur, si id quod non est stabile in vita, sed subitò frangitur, & perit, aut saltem sensim defloreſcat, & vetustate extinguitur, nos excitat ad labores magnos subeundos, cur nos ad eos, imò ad multò maiores non mouebit, non excitabit ille, qui semper est, quem ipsa æternitas semper intuebitur, qui seipsum summo amore prosequentibus præmia largitur immortalia, eosque in cœlesti beatitudine collocat & constituit, vbi eo in æternum fruantur? Relinquamus igitur ea, quæ sunt caduca & mortalia, & studio immortalitatis inflammati, Deum ipsum, sempiternam illam pulchritudinem contemplemur, & amore ardentissimo amplectamur, ne Iudæos imitantes, conijciamur in vincula Babyloniorum, qui lapidibus templi gloriantes, & in rebus etiam spiritualibus vanam mundi gloriam quærentes, Deum verum repudiarunt, & gloriam imperij sui amiserunt.

Desiderabile oculorũ vestrorũ. Hoc est, quod magnoperè diligitis. Idem repetit sequẽtibus verbis, dicẽs: Et super quo pauet anima vestra. Soleut enim amantes timere, ne rei amatæ aliqua veniat calamitas.

Quæ reliquistis. Nempe in Iudæa, cùm vos contulistis in Chaldæam.

Ora amicta non velabitis. Hæc supra explicuimus.

Britque Ezechiel vobis in portentum. Hoc est, in signum calamitatis, quæ opprimemini: nam vt ille vxoris suæ interitum non deplorauit, sic vos nec amicorum cædem, nec patriæ euersionem flere poteritis, sed afflicti & mœrumnosi in doloribus acerbissimis versabimini.

Fortitudinem eorum. Templum, quod paulò antè appellauerat sanctuarium, & gloriã imperij Iudæorum, & desiderabile oculorum, super quo pauebant, appellat modò fortitudinem Hebræorum, & gaudium dignitatis suæ, & desiderium oculorum, & requiem animarum.

Cùm veneris fugiens ad te. Id est, cùm aliquis, qui euaserit, fugerit, & venerit ad se, vt tibi Hierosolymæ narret euersionem. Potest totum hoc referri ad tempus Titi Vespasiani, qui Hierosolymã vastauit, & sunditus euertit: quo nam Iudæi Christum Deum nostrum, qui eos liberatum venerat, immaniter occiderunt. Eam ob causam in hoc loco Ezechiel: Væ ciuitati sanguinum. Hic sanguis est cædes agni innocentissimi, de quo sanguine aiebat Esaias alloquens Iudæos: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Ipsi enim dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et quoniam Christus est petra illa, de qua ait apostolus: Petra autem erat Christus, ait hoc loco propheta, fuisse hunc sanguinem super limpidissimam petram effusum, hoc est, super Christum innocentissimum & purissimũ, qui plenus & aspersus sanguine suorum vulnerum nostra vulnera sanauit. Hic est filius hominis, cuius vxor, hoc est, synagoga mortua est vespori, hoc est, in fine temporis: nam à Christo ad mundi finem vltima ætas est. Hi sunt vltimi illi dies, de quibus vaticinatus fuerat Iacob, cùm iam mortem in visceribus conceptam teneret, dicens filijs suis: Congregamini, vt annuntiẽ, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Et Esaias: Et erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus dõmini in vertice mõtium. Et quemadmodum Ezechiel Iudæis prædixit euersionem Hierosolymæ per Babylonios, ita est Christus prædixit vastitatem & incendium eius per Romanos. Quod ita absque dubio euenit.

Esa.1. Mat.27. 2.Cor.10

Genes 49

Esai.2.

Luc.19.

Annotationes ex Hebræo in caput XXIIII.

Compone quoque ferues ostium sub ea. Pro componere ferues est in hebraico vnum tantùm verbum, nimirum, דרך dur, quod significat struere ligna ad pyram, aut incendere rogum: vnde medhurah significat pyram, vt paulò pòst: Grandem faciam pyram. Vel, vt potest etiam verti, crebrefacere faciam cõbustionem. Et quoniam vita consumitur instar pyræ, ponitur hoc nomen dor pro tempore vitæ. Vnde verba illa Ezechiæ apud Esaiam: Generatio mea ablata est, possunt verti: Tempus vitæ meæ ablatum est. Vel peregrinatio mea finita est. Septuaginta hunc Ezechielis locũ ita transferunt: Succende ossa sub eis. Pagninus: Incende ossa sub ea.

Esai.38.

Super limpidissimam petram. Pro limpidissima est in hebraico צחיחה tzechiach. quod nomen significat locum eleuatum & eminentẽ in petra, Eam ob causam vertit Pagninus: Super eminentem petram. Septuaginta habent: ἐπὶ λιοπετρίαν. Hoc est, super leuissimam petram. Targhum habet: Super lenitatem petræ nudæ. Ac si dicat: Super petram puram, in qua nullus sit puluis. Potest verti: Super petram aridam, vbi emineat, & non possit occultari. Significat enim dictio hæc locum aridum: pro qua septuaginta alibi transtulerunt sepulchrum. Vnde illud psalmi: Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris, potest transferri: Similiter rebelles, qui habitant in locis aridis. Quem locum Diuus Hieronymus ita transtulit ex hebræo, Incredduli autem habitauerunt in siccitatibus. Vt sit sensus: Viros iustitia munitos, & virtutum præsidio septos abducit Deus à locis incultis & agrestibus ad terras fertiles & amœnas, nefarij autem & Dei contẽptores loca incolũt sterilia & arida. Et licet ij, qui ad id flagitij & furoris perducuntur, vt quicquid imperet effrænatus appetitus, quicquid suadeat insatiabilis intẽperantia, expetendum ducant, in florentibus ciuitatibus, atque in summa rerũ omnium affluentia vitam ad extremam senectutem perducant, verum est tamen, eos vastat & incultas terras habitare, quoniam etiam in hominum cœtu soli sunt. Quomodo nõ erũt soli, qui absque temperantia sunt, sine charitate, ab omni virtute penitus derelicti? Quemadmodum viri pij, honestate & charitate præstantes, quocunque loco vitã degunt, in cœlo cõmorantur, iuxta id quod ait apostolus. Conuersatio nostra in cœlis est, sic impij vitiis contaminati vbique miseri sunt, & tanquã relegati in sterilem solitudinẽ, vitam degunt aridã & infructiferam. Omnes enim sceIerati, & flagitijs dediti, quos lex exilio affici volũt, exules sunt, etiãsi solũ nõ mutarũt.

Phil.3.

Multo labore fo tatum est. Septuaginta habẽt: Humiliabitur, siue affligetur rubigo eius. Vt sit sensus: Conteretur Hierosolyma ob eius nequitiam. Solet enim Deus improbos coercere & affligere: ne ob diuturnam impunitatem teriora scelera admittant. Pagninus habet: Mendacio faciendo laborare fecit seipsam. Vt sit sensus: Dedit Hierosolymæ operam mendacij. Et ita R. Dauid hunc locum interpretatur. Dictio hæc apud hebræos mendacium significat, & nihil, & iniquitatem, & afflictionem. Nihil est enim, quod magis animum affligat, quàm conscientia malefactorum. Pro labore accipitur à psalmographo dicente: Si autẽ in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Ac si dicat: Anni vitæ nostræ ad summum sunt octoginta in viris robustis, post quos quicquid est, labor est & molestia. Vel, vt alij interpretantur, Tota vita nostra non excedit spatium octoginta annorum, quorum præcipuum plenum est laboris & calamitatis. Quid est enim vita humana, nisi quædam rota viuens laborum? Alij verba illa: Amplius eorum labor & dolor, ita exponunt: Fortitudo eorum est nihil. Dictio significans amplius, significat etiam præcipuum, & fortitudinem, nihil. Id quod tortius, & præcipuum, & magnificentius apparet in vita vanitas est, & nihil, non vita solida, sed vitæ quædam vmbra & imago. Ideo aiebat idem diuinus vates: Vniuersa vanitas omnis homo, vniuersa vanitas tamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Non solùm homine appellat vanum, sed ipsam vanitatem: nec ait eum in substantia pertransire, sed in imagine, per quam intelligit inanem quandam vmbram rerum. Et alibi: Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Pro iniquitate accipitur nomẽ hoc ab Habacuc propheta, cùm ait: Pro iniquitate vidi tẽtoria Aethiopiæ. Ac si dicat: Aspicio mentis oculis fore, vt propter iniquitatem tentoria inferni conturbentur, cùm Christus humanum genus morte sua ex mortis faucibus liberauerit. Non desunt tamen qui loco illo pro iniquitate vertãt tribulam, vt sit sensus: Quemadmodũ Aethiopiæ tentoria tempore Gedeonis fuerunt irrita & euersa, sic mentes oculis intuetur futurum esse tempore Messiæ, cœlestis Gedeonis, mortem enim sua cœtus Gentium idololatricum dissipabuntur, & in nihilũ redigẽtur. Ab hoc nomine derivatur dictio teuah, qua vtitur hoc loco Ezechiel, quæ significat laborem, & mendacium: primam significationem secutus est noster interpres, secundam Pagninus.

Psal.38.

Psal.101

Habac.3.

Veni, & factum. Veni visum scelera hominum, & faciã, quod illis minitatus sum. Verba sunt dei more humano loquentis. Eodẽ modo cùm diuina scriptura impiam eorum temeritatem narraret, qui Babylonis turrim ædificabant, ait: Descendit autem dominus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Docet nos Deus, ne temerè solo rumore fratres damnemus, nisi prius certi reddamur. Ideo init capi. decimo octauo Geneseos: Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. At in nonnullis codicibus est. Venit, in tertia persona, vt sit sensus: Venit Hierosolymæ calamitas: seu venit, quod Deus decreuit. Septuaginta habent. Veniet, de futuro. Et subditur: Et faciam, Quasi dicat Deus: Veniet excidiũ Hierosolymæ, quẽadmodum dixi, & faciã, quod promitto. Pagninus habet: Venit, quod decreuit, nimirum Deus.

Genes.11

Genes.18

Super quo pauet anima vestra. Septuaginta transtulerunt: Quibus parcũt animæ vestræ. Hoc est, quibus nimium indulgetis. Pagninus habet: Indulgentiam animæ vestræ. Quod idem est. Accipitur enim indulgentia pro molli permissione opposita seueritati, quæ indulgentia nerues allidit virtutis, & nimium ostendit amorem.

Super quo requiescũt animæ eorum. Pro super quo requiescunt, est in hebraico solùm vna dictio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicto, nimirum משא massa, quæ significat requiem, elevationem, prophetiam, pondus siue onus. Esa. 13. Onus Babylonis. Hoc est vaticinium nuntians futuram Babylonis calamitatem. Septuaginta verterunt: Elarionem animæ eorum, quos secutus est Paguinus, & alii. Significat Ezechiel templum, quòd Iudæi diligebant, & quo magnopere oblectabantur. Solent enim homines adrem, quam amore complectuntur, animum extollere, in eamque mentis oculos conijcere, atque in illa conquiescere. Verbum est נשא nasa, quod significat extollere, recipere, condonare. Vtitur eo diuina scriptura capite quarto Geneseos pro recipere. Gen. 4. Cùm enim Cain iratus esset, & vultus eius concidisset, dixit ei Deus: Nonne si bene egeris, recipies? Subaudi meritedem à deo. Potest tamen locus ille ita verti: Nonne si bene egeris, condonabit tibi Deus peccatum tuum? Vel sic: Nonne si bene egeris, attolles vultum? Hinc fugum habet: Nonne si benefeceris, remittentur tibi opera tua? sin autem non benefeceris, ad diem iudicij peccatum tuum reseruatur. Sunt, qui ita vertant: Nonne si bene egeris, exaltatio seu gloria erit tibi? At si dicas: Vere animo iniquo esse te à facie tuo superatum, quòd ego eum malose fauore prosequar, quòd te, sed si in virtutum studium incubueris, eris ad honorem euectus, vt ille, eris à me eodem fauore affectus, & in eadem gloria constitutus. Significat etiam verbum hoc quiescere, & nomen ab eo deriuatū quietem. Et hanc significationem secutus est noster interpres.

ARGVMENTVM CAPITIS XXV.

Vaticinatur de futura Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, & Palæstinorū vastitate & euersione, qui cum opibus & potentia florerent, & diuturnam scelerum suorum impunitatem obtinerent, se lætitia extulerunt, videntes decem tribus è Samaria in Assyriam abductas, & in uiferam captiuitatem coniectas: & duas tribus tempore Ieconiæ partim Hierosolymæ afflictas, partim in Babyloniam trāslatas. Et postea Hebræorum calamitatibus insultauerunt, in euentu Hierosolymam à Babyloniis expugnatam, & templum combustum tempore Sedechiæ, & templum incendio flagrantes, & Hebræos fuerunt partim tormentis occisos, partim in seruam captiuitatem abstractos, & summis doloribus afflictos.

CAPVT XXV.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: fili hominis pone faciem tuam contra filios Ammon & prophetabis de eis, & dices filijs Ammon: Audite verbū domini dei. Hæc dicit dominus Deus. Pro eo quòd dixisti: euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quoniā desolata est, & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem: idcirco ego tradam te filijs orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria tua. Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibēt lac tuum. Daboque Rabba in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum, & scietis, quia ego dominus: quia hæc dicit dominus Deus. Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terrā Israel, idcirco ecce ego extendam manum meam super te: & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & scies, quia ego dominus. Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod dixerunt Moab & Seir: ecce sicut omnes Gentes domus Iuda, idcirco ecce ego aperiam humerū Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus eius inclytas terræ: Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim filiis orientis cum filiis Ammon.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam contra filios Ammon. A secūdo capite vsq; ad hūc locū vaticinatus est Ezechiel contra Hebræos, pauca inserens de Gentibus, nunc aduersus eas suā dirigit vaticinationem, imprimis cōtra Ammonitas, qui cū deberent dolore affici ob Israelitarum ærumnas, qui afflicti & oppressi, atq; auxilio humano destituti in luctu & mœrore iacebant, eorúe aliqua saltem ex parte angere & mo-

Gen. 19 & molestia leuare deberent, quod descenderent ab Ammone filio Loth consanguineo Abraham, à quo Iudæi genus suum ducebāt,
Gen. 12 eorum calamitatibus insultabant. Nō solùm non opitulabantur illis, sed ob eorum excidium efferebantur lætitia. Eam ob causam permisit Deus, vt ipsi in ærumnas acerbissimas incidерēt, & in eisdem calamitatibus versarentur. Non enim debemus aliorum aduersitate lætari. Volens Iob innocentiam suā ostendere, non vt virtutes suas prædicaret, aut iustitiam iactaret, sed vt qui eum obiurgabant, in quo accusabatur, culpa vacare cognoscerent, ait: Iob. 31. Si gauisus sum ad ruinā eius, qui me oderat, & exultaui, quòd venisset in eum malum. Vbi particula, si, ponitur pro non, vt in psalmo: Psal. 94 Quibus iurauī in ira mea, si introibunt in requiem meam. Hoc est, iurauī, impios Hebræos non esse terram promissionis ingressoros, quam ipsorum quieti destinauerā. Et multis aliis in locis, vbi huic particulæ, si, vis inest negandi. Cùm immanis Saul ne verbo quidem violatus, à Dauide animum alienasset, illumque ad crudelissimum excidium vocauisset, tantum abfuit, vt 1. Reg. 24 pius Dauid iniurias grauissimas vlcisceretur, 2. Reg. 26 vt cùm illi bis eius occidendi facultas accidisset, noluerit eum tangere, quin potius eius vitam seruauit, & propriæ suæ præposuit.

Et postea audito tristi cædis Saulis nuntio clementissimus ille, & illustrissimus rex Da-
2. Reg. 1. uid non solùm eius calamitati & excidio non insultauit, sed etiam dolore confectus vim lachrymarum profudit. In Prouerbijs ait Prou. 17. ita Salomon: Qui in ruina alterius lætatur, Prou. 24 non erit impunitus. Et rursum: Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum. Et Ecclesiasti- Eccle. 7. cus. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Et iterum: Laqueo peribunt, qui oblectātur casu tostorum, Eccle. 27. dolor autem consumet eos, antequam moriantur. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Rom. 12. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere, gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Sed quoniam Ammonitæ huic doctrinæ repugnantes Deū grauiter offenderūt, præcepit huc loco dominus Ezechieli, vt cōtra eos poneret faciem suam, ac si diceret: Dirige aduersus Ammonitas vultum tuum minacem, & vaticinare contra eos. Vocat eos filios Ammon, quemadmodū Vlyssipponenses appellamus filios Vlyssipponis, siue Vlyssiæ, ita enim Strabo libro tertio hanc celebrem ciuitatem vocat. Et Lusitanos vocamus filios Lusitaniæ. Ammon fuit quondam ciuitas Arabiæ, quæ postea, vt ait diuus Hieronymus in libro de nominibus hebraicis, appellata fuit Philadelphia. Ab hac ciuitate denominata est tota illa prouincia Ammon, de qua hic agit Ezechiel, cuius etiā supra meminit capite vigesimo primo. Adueros eam vaticinatus est etiam Ieremias capite Ier. 49. quadragesimo nono multis verbis. Et Amos Amos 1. capite primo in hunc modum inducit Deum loquentem: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum. Ac si diceret, Ammonitæ luent pœnas suorum scelerum, quertam eos, quoniam nullum peccandi finē faciunt. Per tria & quatuor intelligit numerum septenarium, qui apud Hebræos infinitam multitudinem significat. Vt sit sensus: Si semel, aut bis incideret in flagitia, & iterum ac iterum sepolluerēt vitijs, & agerent pœnitentiam, ego illis omnia maleficia condonarem. Sed quoniam eorum delictis nullum habent terminum, nec solùm ipsi nullam agūt pœnitentiam, sed flagitia cumulant, & in dies augent, sum ego de omnibus illis vltionem sumpturus.

Euge euge. Interiectiones sunt exultantium & plaudentium, quibus Ammonitæ Iudæorum calamitati insultabant, videntes eorū templum à Babylonijs contaminatum, quod hic, quemadmodū alijs in locis appellatur sanctuarium. Contaminarunt illud Gentes ingressu suo, & eius vasa rapiētes, & illud postremo penitus vastantes.

Et super terram Israel. Hoc est, super decem tribus, alias autem duas appellat domum Iuda. Ammonitæ torquebātur inuidia videntes res Iudæorum secundas & florentes. Et recte illis congruebat nomen Ammō, quod præter alias significationes sonat populum mœroris: erant enim mœrore affecti ob aliorum felicitatem. Et videntes eos postea magnos luctus percipere, & in miserijs incredibilibus versari, lætitia gestiebant. Magnum est profectò inuidorum malum, qui alienis malis insultant, alienis autem bonis cruciantur. Magna est eorum infelicitas & miseria, qui aliorum infelicitate & miseria profunduntur gaudio, felicitate verò & prosperitate infeliciter & aduersè torquentur. Inuidus est sepelchrū sui ipsius, ipse est suus hostis & carnifex. Sed quid dico? Est sui ipsius infernus. De eo ait Iob: Paruulum occidit inuidia. Et Salomō Iob. 5. in Prouerbijs. Putredo ossium est inuidia. Prou. 14. Quemadmodum rubigo ferrum, sic inuidia inuidum consumit. Torquentur inuidi felicitate superioris, quoniam illi non æquātur, inferioris, ne sibi æquetur, paris, quia sibi æquatur. Diuus Basilius, & post eum diuus Bernardus comparant inuidum cum vipera, vt enim Simile. illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa concipit prolem, quæ, vt aiunt, abrupto matris vtero nascitur ipsam matrem occidés, sic inuidus eam concipit inuidiam, quæ eum ipsum corrodit & lacerat, illhoc interitum machinatur. Inuidia est imago inferni, damnum absque vllo commodo. Huius stimulis concitatus Cain occidit iustum Abelum fratrem suum. Et filij Iacob innocentem Ioseph, suum etiam fratrem inuidentia exagitati vendiderunt. Ex perturbatus Saul fideli Dauidi vitam ferro eripere cupiebat, eum ad periculum capitis arcessens, qui vt eum ab hostibus liberaret, mortis periculum in singulari certamine non timuit, quin potius pro eius salute se in asperam dimicationem, & fortissimi Goliæ, vasta procerirate terribilis impetũ obiecit. Et, vt est in libro Sapientiæ literis mandatum, Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Quid plura? Pharisæorum inuidia Christum Deum nostrum ad interitũ crudelissimum falsis criminibus vocauit. Id quod etiam impius Pilatus intellexit, vt euangelica contestatur historia. Est enim huius seculi labes quædam & macula virtuti inuidere, vellegue ipsum Rutem decoris labefactare, & honestatis splendorem extinguere. Si volueris legere historias, & annalium replica re memoriam, videbis apertissime nullum fuisse honorem ingenio excellenti, doctrina exquisita, fortitudine admirabili, animi magnitudine illustri, virtute præstante, qui non fuerit ab inuidis oppugnatus, & eorum telis sæpenumero percussus. Hoc intelligens Pittacus philosophus aiebat, vt refert Strabus, Tandiu mihi videbor felix, quandiu inuidiosus fuero. Quemadmodum iter facientes per solem necessario comitatur vmbra, sic incedentibus per gloriam comes est inuidia. Nulla, inquit Valerius Maximus, tam modesta felicitas est, quæ inuidiæ dentes vitare possit. Vnde cùm quidam virum doctum interrogaret, quomodo inuidos non haberet, si nihil, inquit ille, ex magnis rebus habuerit, aut nihil feliciter gesserit. Virtutis socia est inuidia, & viros præcellentes plerunq; infestatur, sola miseria non admittit inuidiam. Omnis inuidus etsi alijs in rebus inuidioso superior, in hoc tamen quod inuidet, inferior est. Vt enim planeta inferior superiorem obscurat eclypsi, non autem contra, sic qui minus sapientia, & fortitudine, & virtute valent, dignorum decus nituntur maculare, eorũque splendorem extinguere. Ideo Iob, cum qui inuidentia discruciatur, paruulum appellat. Inuidus tam inutilis est ciuitati, quam lolium tritico, tgnauus bello. Inter omnes labores, quos vestibularibus Herculi, nullus fuit maior illo, quem subiuit aduersus hydram. Erat hydra, vt antiqui scriptores fictis fabulis memoriæ prodiderunt, serpens multorum capitũ in Lerna palude viuens, qui ob id inuictus dicebatur, quia pro vno capite ei excisio multa ei capita cõtinuo renascebantur. Per Herculem ideam virtutis intelligebant. Quam ob causam aiebant eum magnos subiuisse labores & terribilibus certaminibus obiectum fuisse, quia virtus magnas habet in hac vita ab impijs aduersus seipsam contradictiones: accumulant namque omnes impij contra eam suarum detractionum aceruos, & in illam inuehuntur. Sed præcipua aduersus virtutem contradictio est inuidia per hydram significata, quæ ideo fingitur paluestris, & cœno sordido pullulare, quòd non nisi in abiecto & polluto animo reperiatur. Non in terra fertili & feraci, sed in paludibus, & aquis stagnantibus: hoc est, non in cordibus nobilibus, & fructuosis nutritur, sed in sordidis, impuris, vitiorumque luto infectis. Et quoniam inuidus, si eum in vno conuincas, & rebus addicas necessarijs, iterum inuidet, & ex victoria, quam de illo reportasti, alia atque alia illi oritur inuidia, dixerunt veteres, parum prodesse capita hydræ secare, cùm ei alia confestim ortentur. Eã ob causam asserebant, Herculem in nullo monstro domando magis laborasse, quàm in hoc. Qui in virtutum studium toto pectore incumbunt, nõ debent cadere animo, cùm se viderint inuidorum pondere premi: premantur, sed non opprimantur: non cedant oneri, sed surgant aduersus illud instar palmæ, cui Plutarchus in octauo Sympoſiacorum, & Aristoteles in octauo Problematum, & Gellius in tertio Noctium Atticarum, eam vim & naturam tribuunt, vt oneribus impositis resistatur. Si Christus verus ille Deus noster contradictionem fustinuit, & vt de illo dixit iustus Simeon, positus est in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum, cui cõtradicetur, quid mirum, eos, qui illi adhærent, à mundo contradictiones subire? Sed debent recogitare, vt ait in epistola ad Hebræos diuus Paulus, eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus seipsum cõtradictionem: & iustorum calamitates ab impiorum inuidia ortas aditum aliquando ad gloriam & nominis celebritatem aperuisse. Nisi fuisset inuidia filiorum Iacob, non obtineret Ioseph Aegypti principatum. Inuidia fuit bestia illa, & hydra paluestris, de qua aiebat Iacob: Fera pessima deuorabit eum. Sed quæ illi pernitiem machinabatur, etusque lucem extinguere volebat, in causa fuit, vt ipse consequeretur nominis claritatem & amplitudinem,

Similc. *Gen. 3.* *Gene. 35* *1. Re. 18.* *1. Reg. 17* *Sap. 2.* *Mat. 27.* *Mar. 15.* *Similc.* *Iob. 5.* *Similc.* *Lue. 2.* *Hcb. 12.* *Gent. 37*

tudinem, essetque in omnium ore cum illustri laude versatus, & in magna dignitate constitutus. Cùm autem posteà eius fratres calamitatibus premerentur, aiebant inter se: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Philo Platonicus in libro qui inscribitur πολιτικὸς βίος ait, id quod Gentium literæ sub Herculis ænigmate significarunt, fuisse re vera in Iosepho adimpletum, & hydrã illam in Lerna fuisse fratrum inuidentiam. Per Iosephum etiam qui rectè factis aduersus seipsum incitauit æmulationem, eos intelligẽdos censet, qui rerum publicarum tractant gũbernacula, & in præclara virtutum facinora incumbunt, per fratres verò Iosephi existimat inuidos omnes significari. Huiusmodi fuerunt Ammonitæ, qui quoniam in Hebræos peccauerunt, eorum prisinæ felicitati inuidentes, & posteà eorum ærumnis insultantes, fuerunt calamitatibus oppressi, & incredibilibus doloribus lacerati.

Gene. 41

Tradam te filijs orientalium in hæreditatem. Hoc est, Persis & Medis, qui sunt ad orientem respectu terræ Ammonitarum. Sunt, qui per filios orientis intelligunt Chaldæos. Quod posset cum prima opinione cohærere, nam Persæ & Medi euersa Babylone in Chaldæa habitarunt. Ego existimo hos filios orientis fuisse milites Nabuchodonosoris, qui Ammonitas superarunt, vt suprà explicuimus capite vigesimo primo. Et si Iudæi fuerunt ob scelera sua in captiuitatem adducti, erant tamen inter eos nonnulli, in quibus lumen fidei elucescebat, iustitia insignes, & in omni virtutum genere admirabiles. Quare impium fuit gaudere Ammonitas eorum calamitatibus. Sit quamuis omnes illi Hebræi impij essent, non tamen Ammonitæ eos deberent odio habere, sed scelera eorum, nec eorum ærumnis lætari ob inuidiam & maleuolentiam, sed ob iustitiam, & Dei gloriam. Sed quoniam iniquo animo illis insultabant, fuerunt immanibus Babylonijs traditi, & in cæcas inferorum tenebras detrusi, indigni luce, quoniã lucis largitorem aspernabantur.

Sup. 12.

Et collocabunt cauilas suas in te. Hoc est, pecorum habitacula.

Daboque Rabbath in habitaculum camelorũ. Id est, ita vastabo regionem Ammonitarum, vt vbi erant vbes insignes, sint foueæ & pascua iumentorum. Eodem modo Esaias de regione alia deuastanda dicebat: Erit cubile draconum, & pascua struthionum. Rabbath ciuitas fuit Ammonitarum, & vt ait diuus Hieronymus, totius regni metropolis.

Esa. 34.

Et scietis quia ego dominus. Nimirum cùm iustitiam meam senseritis. Tanta est Dei misericordia, vt etiam ad hostes nominis sui respiciat, non tantùm Deus est vnius nationis, sed omnium. Ideo non solum eorum, qui ipsum colunt, curam gerit, sed impiorum etiam, qui ab eo animum habent penitus alienatum. Eos punit, vt intelligant eum esse deum, & ad illũ conuertantur, eos coercet, vt cognoscentes diuinam iustitiam & potentiam se non esse tant in sublime, sed timeant & diuitijs, rebusque prosperis, & ad voluntatem fluentibus non abutantur ad excidium miserorum, sed intelligant aliquando, & animo perspiciant esse se mortales & caducos, ea lege natos, & florentes eorum res possint marcescere, & in luctum ac mœrorem mutari. In Prouerbijs ait Salomon: Pestilente flagello stultus sapiẽtior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam.

Prou. 19.

Extendam manum meam super te. Hoc est, puniam te. Hebraismus est, de quo alibi diximus.

Moab & Seir. Vaticinatur aduersus Moabitas & Idumæos. Moab est vrbs Arabiæ, quæ tempore diui Hieronymi, vt ipse testatur, vocabatur Areopolis, dicta Moab ab vno ex filijs Loth appellato Moab, hoc est à patre, filia enim Loth cũ habuit à patre suo. Quod ijs verbis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Cõceperunt duæ filiæ Loth de patre suo: peperitque maior filiũ, & vocauit nomen eius Moab, ipse est pater Moabitarum vsq; in præsentem diẽ. Minor quoq; peperit filiũ, & vocauit nomen eius Ammon, &c. Ab vrbe Moab appellata est tota illa regio hoc nomine. Seir mons est in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena, quæ quia Esau pilosus erat, appellata est Seir, hoc est, pilosus. meminit Esaias montis Seir in visione Iudææ, & Malachias capite primo, & noster Ezechiel capite trigesimo quinto.

Gen. 19. *Gene. 36* *Esa. 21.* *Mala. 1.* *Infr. 35.*

Ecce sicut omnes Gentes domus Iuda. Id est, delictus est populus Israeliticus, sicut populi idolorũ cultores. gloriari solebat populus Iudaicus esse se populũ dei, & sibi ipsi tantùm non tum esse dominum, iuxta illud psalmographi. Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius. Sed videntes Moabitæ eum esse calamitatibus pressum, & in seruitutem ad ductum, illum irridebant, existimantes fortasse, deum nulla tangi cura rerum humanarum, nullum iustorum iniustorumque habere delectum. Hac opinione erant imbuti nonnulli, qua nulla est deterior pestis, nulla capitalior, delet enim fundamentum religionis, omniaq; iura diuina & humana peruertit.

Psa. 75.

Ecce ego aperiam humerũ Moab de ciuitatibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc est, aperiam muros & arces munitas ciuitatum Moab, vt in eas ingrediatur hostes, eásque capiant, & direptioni committant. Hume rum appellat quemcunque locum fortem & munitum. Vel sic: Ego puniam vrbes Moab, nam aperire humeros alicuius, est eum flagellis grauiter vulnerare. Vel sic: Ego infringam omne robur vrbium Moab. Verba illa Dei apud Esaiam: Dorsa regum vertam, ita possunt verti: Humeros regum aperiam. Hoc est, reddam reges imbecillos, & auferam ab illis virtutem & fortitudinem. Quæ verba septuaginta in hunc modum transtulerunt. Fortitudinem regum confringam. Hunc autem Ezechielis locum ita verterunt. Ecce ego dissoluã humerum Moab. Hoc est, omne robur eius labefactabo, & confringam.

Esa. 45.

Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim. Ciuitates erant Moab insignes, quibus Deus euersionem minatur.

Filij Orientis cum filiis Ammon. Constructio pendet à superioribus. Dixerat se esse aperturum muros ciuitatũ Moab: nũc eos explicat, quibus erat illos aperturus, vt per illos introiret, & vrbes expugnarent. Hi erãt filij oriẽtis, qui ingressi sunt ciuitates Moabitarum cum filijs Ammon. Nam postquam milites Nabuchodonosoris, qui per filios orientis intelliguntur, victoriam reportarunt de Ammonitis, nonnullos ex ipsis captiuis secum duxerunt ad Moabitas expugnandos. Vel cũ filijs Ammon, hoc est, quemadmodum dixi traden dos esse filios Ammon. Potest totum hoc ita verti ex Hebraico: Idcirco ecce ego aperiam muros ciuitatum Moab, ciuitatum, inquam, quæ sunt in finibus, seu limitibus eius inclytæ, & nobiliores, quæ sunt Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim, & tradam eas filijs Orientis euntibus contra Moab, & contra filios Ammon.

Et dabo eam in hæreditatem, vt non sit vltra memoria filiorum Ammon in Gẽtibus: Et in Moab faciam iudicia, & scient, quia ego dominus. Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filijs Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis, idcirco hæc dicit dominus Deus. Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentum: & faciam eam desertam ab austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent. Et dabo vltionem meam super Idumæam per manũ populi mei Israel: & facient in Edom iuxta irã meam & furorem meum: & scient vindictam meam, dicit dominus Deus. Hæc dicit dominus Deus: Pro eo quòd fecerunt Palæstini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres, propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego extendam manũ meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: faciamque in eis vltiones magnas, arguens in furore. Et scient quia ego dominus, cum dedero vindictã meã super eos.

Et dabo eam. Subaudi Ammon ciuitatem, seu regionem. Totam illam regionem dedit Deus Babylonijs.

Vt non sit vltra memoria filiorum Ammon in Gentibus. Hoc est, vt nulla sint inter gentes illustri laude celebrati. Euanescet & obscurabitur eorum memoria. Vidi impium superexaltatum, ait diuinus psaltes, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non inuentus est locus eius. Et Salomon in Prouerbijs: Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Scelerati homines, qui maleficijs pascuntur, etsi exitus prosperos aliquando, & nominis celebritatem consequuntur, non diu tamen permanent in illo florente rerum statu. Qui illos laudibus efferebant, postea de illis penitus conticescunt. Nam illi gloriam illam falsam, positam non in virtute, sed in populi temeritate amittunt in vita, aut saltem post vitam, quãdo in æternas miserias præcipitantur. Nõ est igitur in falsa mundi gloria nitẽdum, quoniã, vt ait Esaias, Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et Ecclesiasticus: Omnis caro, inquit, sicut fœnum veterascet, & sicut foliũ fructificans in arbore viridi, alia generantur, & alia deijciuntur. Loquens Dauid de impio potente, & mũdi fama celebrato, ait: Cùm interierit, non sumet omnia, nec descẽdet cum eo gloria eius. Quod ait non sumet omnia, hebraismus est, pro quo nos dicimus: nihil sumet. Et Ecclesiasticus memoriam superborum potdidit Deus, & reliquit memoriã humilium. Ideo aiebat Esaias: Auferetur gloria Moab. Et rursus: Auferetur gloria Cedar. Et postea induxit Deum ijs verbis loquentem: Ego

Esa. 40.
Eccle. 14.
Psal. 48.
Eccli. 10.
Esa. 16.
Esa. 21.

Esa. 45. Ego glorioso terræ humiliabo. Similiter Osee ita adloquitur impios Iudæos deum hæc verba dixisse testatur: Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Oportet nos Dei gloriam quærere, &, vt admonet apostolus, omnia in gloriam eius facere, vt gloriam immortalem comparemus. Nam mundi gloria fluxa est, & caduca, quoniam obruitur hominum interitu, & oblivione posteritatis extinguitur. Audi diuinum Paulum aientem: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes. Si gloriam cupit, inquit Chrysostomus, gloriam despice: & omnibus eris gloriosior. Et Hieronymus: Si verè laudabilis esse cupis, laudes hominum non requiras. Falsa gloria est veræ pœnæ procreatrix: & quamuis te dilatet, & magnum oculis populi efficiat, in summo te tamen periculo constituit. Quemadmodum sagittarius scopum magnum facilè attingit, à paruo autem aberrat, sic diabolus eum, qui se inani mundi gloria amplificat, ictu sagittarum suarum facilè percutit, submissum autem & abiectum nõ item. Omnis inanis gloriæ cupidus insipiens est, quoniam apud dæmonem inflatur, vt eius transfigatur telo & sagitta. Ideo ait in Prouerbijs Salomon: Nescit, quòd ad vincula stultus trahitur, donec transfigat sagitta iecur eius. Vera gloria in virtute consistit, quæ radices agit, ac longius propagatur: vana omnia celeriter decidũt, nec inane quicquã potest esse perpetuũ. Ammonitæ & Moabitæ in omnium ore quondã cum gloria versabantur, sed ita ab illa decciderunt, vt nõ esset eorum memoria in gentibus, vt ait hoc loco Ezechiel. Sed dices: Nonne Ieremias posthæc de Ammonitarũ euersione vaticinatus est, subdidit: Post hæc reuertar faciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait dominus? Subdidit quidem: Imò postquam Moabitarũ excidium prædixit, adiunxit: Et conuertã captiuitatẽ Moab in nouissimis diebus, ait dominus. Sed hæc non repugnant: Isaiæ Ezechielis vaticinioniã Ezechiel loquitur de vana mũdi prosperitate & amplitudine, in temeraria vulgi opinione cõstitura, quã Ammonitæ & Moabitæ amiserunt, quæ vsque adeò euanuit, vt postea longo temporis spatio nulla esset eius memoria: Ieremias autem loquitur de vera nobilitate, in virtute collocata, quam erant in tempore gratiæ per Christi fidem cõsecuturi. Multi enim ex regionibus illis per apostolorum prædicationem fuerunt ad Christi fidem conuersi, & repudiatis idolis ad numen sanctissimum confugerunt. Ideo dixit Ieremias illud implendũ esse in nouissimis diebus, Solent nanq; diuinæ literæ tempus Messiæ nouissimos dies appellare. Ita patriarcha Iacob, quo nemo tunc erat sanctior, nemo sapientia illustrior, nemo charitate feruentior, cum ad exitũ vitæ vocaretur, conuocatis filijs suis has voces emisit: Congregamini, vt annuntiẽ quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Et tunc mysteria Christi venturi illis altè prædixit. Hi sunt dies, quos apostolus in epistola prima ad Corinthios fines sæculorum vocauit, & in epistola ad Galatas, temporis plenitudinem.

Jer. 49.
Jer. 48.
Gen. 49
1. Cor. 10
Gala. 4.

In Moab faciam iudicia. Id est, eos grauiter castigabo. Septuaginta habent: In Moab faciam vltionem.

Pro eo quod fecit Idumæa vltionem. Idumæa appellatur etiam Edom, sumpto nomine ab Esau illius regionis habitatore, qui vocabatur Edom, hoc est rufus, & rutilus. Et quoniam Iacob obtinuit primogenituram & benedictionem paternam, quam fratri suo Esau maiori natu subripuit, fuit vexatus ab illo. Similiter Idumæi posteri Esau Israelitas à Iacob originem ducentes odio prosequebantur. Et in vltionem primogenituræ & benedictionis insultarunt Hebræorum calamitatibus, eosq; oppugnarunt, & opprobrijs affecerunt. Quam ob causam euertit Deus Idumæos: ipse ait: Mihi vindictam, & ego retribuam. Quem locum affert diuus Paulus in epistola ad Romanos, dicẽs, Non vosmetipsos defendentes, sed date locum iræ, scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Vbi participium, defendentes, non accipitur pro se protegere, vimque vi repellere, & bona sua turari, id enim cuique licet, dummodò bono fiat animo. Nam ipse apostolus dedit operam, vt se à Iudæorum coniuratione per milites tribuni tueretur. Vult enim natura esse conseruatrix sui, estque omni animantium generi à natura tributum, vt se, vitam, corpusque tueantur, detrimentũ, ea, quæ eis nocitura videntur. Estque lex hæc nõ solùm scripta, sed nata, quam non solum didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non modò docti, sed facti, non solum instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in hostium incidat insidias, vt si vim nobis inimici inferant, si nos ad excidium vocauerint, liceat nobis defendere nos ipsos cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Quis non videt honestum esse rationem expediendæ salutis? Potest accidere aliquãdo, vt laudabilius sit seipsum non protegere, iuxta id, quod dixit dominus: Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram, & id quod ait apostolus in prima ad Corinthios: Quare non magis

Gen. 25
Gen. 27
Deut. 32.
Ezech. 9.
Rom. 12.
Act. 22.
Matth. 5
1. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Verùm id, quod ait Christus de maxilla altera præbenda est in animi præparatione præcipuè obseruandum, vt cũ opus fuerit, non solũ maxillam, sed corpus & vitã pro Dei fide & honore iniurijs, & opprobrijs, & vulneribus, & gladijs, & flammis offeramus. Sed cõmuniter vnicuiq; se protegendi datur facultas. Quare defendere loco illo apud diuum Paulum non significat protegere, sed vlcisci. Id quod ostenditur ex sequentibus: subditur enim: sed date locum iræ: Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam. Vbi videt vindictã esse prohibitam, non autẽ defensionem. Solent tamen literæ diuinæ verbũ defendere pro vindicare & vlcisci aliquando vsurpare, vt in libro Iudith, vbi scriptum legimus iurasse Nabuchodonosorem se esse defensurum de regionibus his, à quibus nuntij sui fuerant cum dedecore repulsi. Et loco illo apud apostolum modò citato. Nec existimes prohibitã esse omnẽ vltionem, sed eã, quæ propria sit potestate, potest enim quis iure per publicam potestatem aduersariũ punire, vt iustitia exerceatur, & hominum societas conseruetur: dummodò absit ira, & spiritus non iustitiæ, sed vltionis. Ideo ait: Sed date locum iræ. Hoc est deponite iram, cũ qua nihil rectè, nihil cõsiderate fieri potest. Vel date locum iræ inferentis iniuriam. Vel relinquite locũ iræ dei, ipse enim vltionem sumet, qui ait: Mihi vindictam, & ego retribuã. Sed quoniam Idumæi seipsos cum Babylonijs ad Iudæorum euersionem & excidium cõiunxerunt, & propria authoritate eos vlti sunt, in eosque ventos excitarunt, nulla iustitia moti, sed odij & inuidiæ stimulis concitati, quoniã quæ vitia in alijs reprehendebant, in ijs ipsis deprehendebantur, meritò fuerunt puniti, & ab ijsdem Iudæis superati, & in summam ignominiam adducti. Per quæ enim quis peccat, vt dicitur in libro Sapientiæ, per hæc & torquetur.

Iudith. 14.

Sap. 11.

Extendam manum meam in Idumeam. Hoc est, animaduertam grauiter in illã. Extendere deum manum in aliquem, est in eo facere iudicium, qua dicendi exornatione vsus est paulò antè, cùm dixit: In Moab faciam iudicia.

Ab Austro, & qui sunt in Dedan gladio cadent. In hebraico pro Austro est Themã, quæ dictio austrum significat. Est etiam nomen cuiusdam ciuitatis, Latinè Auster appellatæ. Igitur Auster & Dedan nomina sunt vrbium insignium Idumææ. Sunt, qui dicant nõ esse vrbes, sed loca quædam ita vocata. Diuus Hieronymus ita ait: Theman regio est principũ Edom in terra Gebalitica à Theman filio Eliphaz filij Esau sortita vocabulũ. Sed & vsq; hodie est villa nomine Theman, distans ab vrbe Petra quinq; millibus, vbi Romanorũ militum præsidium sedet. Hæc ille in libro de locis Hebraicis. In libro autem de nominibus Hebraicis ait Theman sonare austrum.

Et dabo vltionem meam. Id est, sumam vltionem de Idumæis per manus Hebræorum. Solet enim Deus aliquando homines per homines punire. Vade impium & immanem Assyriorum regem vocat virgã furoris sui, quoniã eo sceleratos castigabat. Vbi autem scripta sit victoria hæc, quam Iudæorum populus obtinuit de Idumæis, non inuenio in sacra scriptura, nisi sit ea, de qua agitur libro primo Machabæorum cap. quinto.

Esai. 10.

1. Mach. 5.

Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam. Prædicit Palæstinorũ excidiũ. Philistim fuit quædam ciuitas celebris, quæ postea amisso nomine tẽpore diui Hieronymi, vt ipse testatur, vocabatur Ascalon, à qua tota regio denominata est Philistæa, & Palæstina, eiusque habitatores Palæstini, & Philisthæi, & Philistini, de quorum excidio vaticinatur hoc loco Ezechiel, quod eò passi sunt, quòd de filijs Israelis vltionem sumpserant. Hi fuerunt antiqui Iudæorum hostes, qui cùm vidissent Babyloniorum exercitum aduersus Hierosolymam, adhæserũt illis, vt oẽs simul Iudæos oppugnarent, & acerbis calamitatibus opprimerent.

Et prædam reliquiæ maritimæ regionis. Id est, Palæstinæ, quæ sita est ad mare mediterraneũ. Vaticinãs Sophonias de Palæstinorum excidio ait: Væ qui habitatis funiculũ maris, gens perditorũ. Verbũ domini super vos Chanaã terra Philistinorũ. Quasi dicat. Væ vobis, qui habitatis in ora maritima terræ sanctæ, hoc est, in Palæstina. Væ vobis, qui estis gẽs vastatrix & perdita: latum est contra vos verbum domini ô Chananæi, quo indicat statuisse perdere vos, & totam terram Chanaan euertere & deuastare. Vbi nos habemus, gens perditorum, potest verti ex Hebræo gens Cerethæorum, ita enim appellabantur Palæstini.

Sophon. 2

Et scient, quia ego dominus. Per experientiã diuinæ iustitiæ.

Cum dedero vindictam meam super vos. Id est, cùm vos puniero, cũ mihi dederitis pœnas sceleris vestrorum. Tunc enim apparet gloria dei, cũ de impijs sumit vltionem. Eodem modo loquẽs Esaias de sceleratorũ Iudæorũ extidio, ait: Exaltabitur autẽ dominus solus in illa die. Et rursum: Exaltabitur dñs exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Et psalmographus: Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Esa. 2.

Esa. 5.

psal. 9.

Pro cognoscetur est in Græco & in Hebraico cognoscitur, sed parum refert, dummodo intelligas, falsam & impiam eorum opinionem, qui somniantes aiunt, Deum non curare res humanas, sed sinere mundum temere ferri, impios impunè grassari, innocentes affligi & opprimi, nullamque esse Dei providentiam, nullum iudicium, cùm appareat sapienter intuentibus deum mundi esse opificem & gubernatorem, & iustitiam ac potẽtiam suam in sceleratorum hominum castigatione ostenderet tunc eum cognoscitur, cùm iudicia facit. Tũc eum gentes miris laudibus efferunt, cùm impios superbos delectos vident, & publicorum maleficiorum suorum iustas pœnas persoluere. Solent tum homines Deum iustum esse experimento cognoscere, cùm eum vident contingentem vires & opes improborum ferocitate exultantium, eosque calamitatibus insignibus opprimentem. Nihil est, quod vulgi animos magis excitet ad diuinam religionem colendam, quàm vltio diuina, vbi Deus iustitiæ suæ manifesta documenta constituit, bonos eripiens, iniquos autem delens. Ideo ait

Psal. 7. Dauid: Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorũ circũdabit te. Ac si diceret: Ostende Domine iustitiã tuam, ne me sinas tãdiu impiorum hominum calamitatibus exerceri, & vndiq; oppugnari: extolle teipsum in ira contra hostes meos immanes. Tu iuste Deus mundi gubernator & rector, fac quod rerum publicarum gubernatoribus faciendum præcepisti, vlcisci impios bellum & interitum innocentibus publicè inferentes: & ita populorum cœtus te toto ore laudabit, cùm a porta tua fœcunditatis monimenta conspexerit.

Annotationes ex Hebræo in caput XXV.

Ecce ego tradam te filijs orientalibus. Pro orientalibus est in hebraico קֶדֶם cedem, quę dictio significat orientem: & quoniã orient appellatur mundi principiũ, accipitur pro principio: & quoniam principium rei est antiquius medio & fine, accipitur etiã pro antiquitate. Cap. 1. Geneseos vbi nos habemus. Plantauerat autẽ dominus Deus paradisum voluptatis à principio, est in hebraico: Plantauerat autẽ dominus Deus paradisum מִקֶּדֶם בְּעֵדֶן mikkedem beedẽ mice. dc. Dictio hedem significat voluptatem, & delicias, pro quo Symmachus trãstulit paradisum floretem. Cedẽ est dictio, de qua agimus, pro qua Aquila trãstulit, ἀπὸ ἀρχῆς, hoc est, à principio. Symmachus verò ἐκ πρώτης, quod idem fere est. Eodem modo paraphrastes Chaldæus: Plantauit Dominus Deus hortum in loco voluptatis ab exordio. Hos omnes secutus est noster interpres & rectè quidem. At septuaginta verterũt: κατὰ ἀνατολάς, hoc est, ad orientem: Ita enim habent: Et plantauit dominus deus paradisum in Eden ad orientem. Quos præter authores Græcos secutus est diuus Ambrosius in libro de paradiso, cuius ad literam hæc sunt verba: Legimus in Genesi à Deo paradisum esse plãtatum secundum orientem. Et diuus Hieronymus in quæstionibus in Genesim: Et plantauit Dominus Deus paradisum in Eden cõtra Orientem. Eodem modo legit diuus Augustinus octauo de Genesi ad literam. Qui legunt plantatum fuisse paradisum voluptatis à principio, non ita intelligunt à principio, vt eum plantatum fuisse credant ante cœlum & terram, sed à principio, hoc est, à tempore creationis mundi, quando Deo iubente terra herbam lignaq; germinauit. Ita Rupertus abbas, & Hugo de sancto Victore locum illum interpretantur. Eodem modo apud Ioannem, vbi Dominus de diabolo loquens ait: Ille homicida erat ab initio, hoc est à sexto die, in quo homo per peccatum incidit in mortem, quam ille diabolus machinatus fuit. Aspicis igitur nomen hoc cedem orientem significare & principium. Capite vigesimonono Geneseos, vbi nos habemus: Profectus ergo Iacob venit in terram orientalem: pro orientali est in hebraico dictio hæc cedem: pro qua etiam septuaginta transtulerunt orientem: & similiter paraphrastes Chaldæus. In Hebraico ita est, si verbum verbo reddere volueris. Et erexit Iacob pedes suos, & abijt in terram filiorum orientis. Vbi per filios orientis gentes illæ significantur, quę vltra Euphratem habitabant, & Mesopotamiam incolebant, quæ respecta Iudææ erant ad orientem. Accipitur nomen hoc cedem pro re antiqua capite trigesimotertio Deuteronomij, vbi ita scriptum est: De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium. Vel vt potest ex hebraico verti ad literam: de vertice montium antiquitatis. Quorum verborum hic est sensus. Sit terra Ioseph benedicta à Deo, plena excellentibus fructibus, qui solent produci & maturescere beneficio caloris solis, & influentia lunæ, & fructibus prouenientibus in cacuminibus montium antiquorum, vel montium orientalium, seu respicientium ad orientem, vel montium, qui fuerunt à principio mundi. Ab hoc nomine cedem derivatur nomẽ cidmath,

Genes. 2.

Ioan. 8.

Gene. 29

Deut. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod significat principium, orientem, antè, contra. Capite secundo Geneseos, vbi nos habemus: Nomen fluminis tertij Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Pro contra est in hebraico eidnath: Eam ob causam paraphrastes Chaldaica habet: Ipse fluit ad orientem Assyriæ. Et reuera hic fluuius, vt ait Strabo, fertur in partem Assyriæ, quæ spectat ad orientem. *Genes. 2.*

Noster autem interpres transtulit: Contra Assyrios: secutus septuaginta, qui eodem modo verterunt: & rectè quidem, quoniam perspicuum est, dictionem hanc id etiam, vt diximus, significare. Appellatur autem fluuius hic Tigris, vt ait diuus Hieronymus de locis Hebraicis initio: bestiæ hoc nomine appellatæ admirabili pernicitate currentis: qui fluuius, vt asserit Iosephus, post multos circuitus influit in mare rubrum. Et quoniam dictio eadem, qua hoc loco vtitur Ezechiel, significat, vt dictum est, antiquitatem, poterat hic locus ita verti: Ecce ego tradam te filijs antiquitatis, vel filijs antiquorum. Hoc est, Chaldæis: nam ab illis ducebant Idumæi genus, & originem suam: Idumæi enim descendebant ab Esau, Esau ab Isaac, Isaac ab Abraham, Abraham verò à Chaldæis, Ergo à primo ad vltimum antiquitatem tuam ducebant à veteribus Chaldæis, qui hoc loco antiqui appellantur. Filij autem antiquorum erant recentiores Chaldæi, à veteribus Chaldæis principium familiæ suæ asserentes: qui quidem veteres Chaldæi fuerunt maiores & antiqui Idumæorum. Septuaginta interpretes noluerunt dictionem mutare, sed eandem intactam relinquentes verterunt. Ecce ego tradam vos filijs Cedam. *Genes. 36. Genes. 25 Genes. 21. Genes. 11.*

Ecce ego extendam manum meam super Palestinos, & interficiam interfectores. Pro interfectoribus est in hebraico הרתים Cerethim, à verbo carath, quod significat prædicere, vaticinari, perdere, interficere. Vt apud Ezechielem decimosexto: Non est præcisus vmbilicus tuus. Vnde Cerethim significat vastatores, præcisores, & interfectores. Et hanc vltimam significationem secutus est noster interpres. R. David in libro radicum ait Ceretlim siue Cerethæos esse familiam quandam, & nomen gentilitatis, ac magni generis apud Palæstinos, possèque hunc locum ita verti, Castigabo Palæstinos, & occidam Cerethæos, qui sunt apud eos nobiles, & magnæ atq; illustris gentilitatis & familiæ. Vbi communis versio apud Sophoniam habet. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum, habet literam hebraica. Væ qui habitatis ad tractum maris, gens Cerethæorum. Quidam existimant Cerethæos idem esse quod sagittarios: nam secundo Regum octauo, vbi communis versio habet: Benaias autem filius Ioiadæ erat super Cerethi, & Phelethi: habet paraphrasis Chaldaica: Erat super sagittarios, & fundibularios. Sunt, qui arbitrentur fuisse duas nobiles familias & cognationes, quæ ab aula Dauidis nunquam recedebant. Diuus Hieronymus duas asserit fuisse legiones, quarum vna ideo Cerethæorum vocabatur, quod homines interficeret & iugularet. Aquila, Symmachus, & Theodotio pro Cerethim siue Cerethæis verunt interfectores. Paginus nomen ipsum non mutat: ita enim hunc Ezechielis locum vertit: Succidete faciem Cerethæos. At septuaginta pro Cerethæis habent Ceretenses. Ita enim transtulerunt: Et disperdam Cretenses. Locum etiam Sophoniæ paulò antè citatum ita verterunt: Væ qui habitatis funtensum maris aduenæ Creretium. Hi Cretenses sunt hi, de quibus ait Epimenides: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Quem locum citat diuus Paulus in epistola ad Titum. Etsi non desint, qui testimonium hoc ad Callimachum Cyrenæum referant, apud quem initium huius carminis inuenitur. Erant Cretenses vafri & fallaces. Vnde ortum est tritum vetustate prouerbium: Cretiza cum Cretensi. Quo vsus est Plutarchus in vita Lysandri, & in vita Pauli Æmilij. Creta est insula in mari mediterraneo, quæ hodie appellatur Candia, celebrit centum vrbium fama, quarum præcipua fuit Gnossus, Minois regia, & Strabonis cosmographi patria. Fortasse fuit apud Pallestinos ciuitas aliqua vel regio appellata Creta, cuius habitatores appellarentur Cretenses, de quibus iuxta editionem septuaginta loquitur hoc loco Ezechiel: quemadmodum apud Scythas telle Valerio Flacco oppidum est appellatum Creta. Sed in diuinis literis huiusmodi vrbis mentionem factam non inuenio, nec talium Cretensium: nisi fortasse sint illi, de quibus ait in Actis D. Lucas: Iudæi quoque, & proselyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Sed credibilius est Cretes illos esse insolæ Cretæ habitatores, qui tempore Apostolorum negotia Hierosolymæ gerebant. *Sup. 16. Sophon. 2. 2. Reg. 8. Sophon. 2. Titum. 1. Act. 2.*

ARGVMENTVM CAPITIS XXVI.

Tyrum nobilem Phœnices ciuitatem, totius regni ciuitatumque emortendam prædicit, quod in Hierosolymam deletam insultauerit: & in tudæos calamitosos, eramonis acerbissimis oppressos insolentes contumelias iecerit.

CA-

CAPVT XXVI.

A Et factum est in vndecimo anno prima mensis, factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalem: Euge, confracta sunt portæ populorum: conuersa est ad me, implebor, deserta est, propterea hæc dicit dominus Deus: Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans. Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius. Et radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram: siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus
B sum, ait dominus Deus, & erit in direptionem Gentibus. Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro, gladio interficientur, & scient, quia ego dominus: quoniam hæc dicit dominus Deus: Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regum cum equis & curribus, & equitibus, & cœtu, populoque magno. Filias tuas, quæ sunt in agro, gladio interficiet, & circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum, & vineas & arietes temperabit in muros tuos: & turres tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum, à sonitu equorum, & rotarum, & curruum mouebuntur muri tui. Cùm ingressus fuerit portas tuas quasi in troitum vrbis dissipatæ, vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet: & statuæ tuæ nobiles in terram corruent. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruens muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent, & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio ponent. Et qui escere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus citharatum tuarum non audietur ampliùs. *Isai. 7.8.*

EXPLANATIO.

Et factum est in vndecimo anno. Subaudi transmigrationis Iechoniæ, quo anno captus est Sedechias, vt vltimo capite quarti libri Regũ diuinæ literæ memoriæ prodiderit. *4. Reg. vl.* In fine capitis superioris vaticinatus est Ezechiel aduersus Palæstinos: & quia Palæstinæ succedit Phœnicia, cuius metropolis & emporium erat Tyrus, aduersus eam dirigit nunc vaticinium suum. Vocata fuit quondam hæc vrbs Sarra, vt refert Aulus Gellius libro quartodecimo noctium Atticarum. Meminit eius Plinius libro quinto, capite decimonono ijs verbis: Tyrus quondam insula, prælto mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens. Huius vrbis fuit colonia Carthago illa insignis, Romani imperij æmula, terrarum orbis auidissima, vt ait idem Plinius, & Iosephus contra Apionem, & ostendit ijs verbis Virgilius: Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni: Carthago, Italiam contra, &c. Fuisse Tyrum ab Alexandro magno expugnatam, asserit Iosephus libro Antiquitatum vndecimo, Nicolaus Damascenus, & Pomponius Mela libro primo de situ orbis, capite duodecimo: vbi ait fuisse illam quondam insulam in corde maris sitam, sed ab Alexandro propter expugnationẽ multis breui comportatis aggeribus, & in fretum iactis factam fuisse terram continentem: quod Plinius antea dixerat, & Diodorus in vita Alexandri, vbi eam appellat dominam maris, & orbis emporium. Iosephus libro primo contra Apionem asserit seruatas fuisse etiam suo tempore apud Tyrios epistolas multas Salomonis regis ad Hiramum Tyriorum regem, & Hirami ad Salomonem. Fuisse enim hos duos reges amicitia coniunctos literæ diuinæ libro tertio Regum testantur. Berosus Chaldæus ait, vrbem hanc à quodam, qui Tyrus vocabatur, conditam fuisse anno post diluuium 289. Iosephus ait constructam fuisse ante templum Salomonis anno 240. Iustinus libro decimooctauo refert fuisse conditam à Sidonijs. Fuit hæc vrbs à Mauris exusta, à Dominico Veneto capta, & à Soldano anno à virginis partu 1290. incendio tradita, & funditus euersa. Huius ciuitatis meminit diuina scriptura libro Iosue, capite decimonono, dicens, Reuertitur in Horma vsque ad ciuitatem munitissimam Tyrum. Et lib. 3. Regum *5. Reg. 5. Iosue. 19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Reg. 5 Regum cap. 5. Et apud Esaiam cap. 23. vbi eius euersio prædicitur. Et apud Ieremiam. 47.
Esai. 23. Et apud Amos. 1. & multis alijs in locis.
Ierem. 47.
Amos. 1. *Pro eo quod dixerit Tyrus de Ierusalem: euge.* Id est, quia Tirij videtes Hierosolymam auersam, illi verbis insolentibus insultarunt, lætitia gestientes ob eius vastitatem.

Confracta sunt portæ populorum. Id est, euersa est vrbs, quæ erat porta omnium gentium. Periphrasis est Hierosolymæ, quę ideo porta populorum dicebatur, quia ex omnibus terrarũ oris multi ad eam cõuenichant. Id indicat D.
Actor. 2. Lucas Actorum secundo, vbi ait fuisse ibi tẽpore apostolorum Parthos, & Medos, & Elamitas, & Mesopotamios, & Cappadoces, & qui incolebant Pontũ & Asiã, Phrygiã, & Pamphiliam: Aegyptios, Libyos, Romanos, Cretes, & Arabes. Iosephus libro septimo de bello Iudaico ait in euersione Hierosolymæ fuisse numerum captiuorum nonaginta & septẽ mil lia, quorum multi Gentiles erant: Poteris per portas fortitudinem & robur intelligere, vt sit sensus: Euersa est vrbs, cuius fortitudinem homines admirabantur. Apud veteres enim in portis vrbium agitabantur iudicia: quam ob
Deut. 22 causam ait sancta scriptura in libro Deuteronomij: Deferent signa virginitatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt. Et in psalmo: Nõ
Psal. 126 confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta. Ac si dicat: Non timebit vir iustus, cùm et aduersarij intenderint litem, nulla afficietur ignominia, cùm responderit accusatoribus suis in iudicio, quod fieri solet in vrbis porta. Ibi erant iudices & satellites, & arma, &
Genes. 22. tormenta bellica. Vnde dixit deus Abrahamo: Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Volens Ieremias significare nullum esse Hierosolymæ robur, nullam fortitudinem, di
Iere. 14. xit: Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. Ex quo effectum est, vt portæ pro fortitudine & potentia accipiantur. In hanc significationem
Mat. 16. accipiuntur apud Matthæum, cùm Christus dixit: Tu es Petrus: & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Fortitudo inferi, eius potentia, vires, & arma, sunt tentationes dæmonum, immanitates tyrannorum, hæreticorum perfidiæ, & impiorum hominum fraudes & scelera: quæ omnia non poterunt Dei ecclesiam delere. Hoc enim Dei templum vigebit memoria omnium seculorum: nullo poterit incendio amitti, nulla vi tempestatum obrui, nullis dæmonum machinis expugnari.
Genes. 6. Hæc est enim arca Noe, quæ nullis potuit diluuij fluctibus submergi. Hæc est vera illa specula, de qua ait diuinus psalmes: Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Ia-
Psal. 86. cob. Hæc est turris illa Dauidis, quæ ædificata est cum propugnaculis, vt dicitur in Canticis, ex qua mille clypei pendent, & omnis
Cant. 4. fortium armatura. Hæc est domus illa Dei, vt ait apostolus, columna & firmamentum veri
1. Tim. 3. tatis, quam D. Ioannes in Apocalypsi appellat tabernaculum Dei cũ hominibus. Hæc est ve
Apo. 21. ra Hierosolyma inexpugnabilis, non terrena illa, quæ fuit in cineres conuersa, sed cœlestis, quam ipsa perpetuitas semper intuebitur: quã
Apo. 3. Diuus Ioannes vidit descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo, admirabilibus ac pulcherrimis ornamentis magnificentissimè decoratam, & deo ipso munitam. De ea ait Esaias: Vrbs fortitudinis nostræ
Esai. 26. Sion, saluator ponetur in ea, murus & antemurale. Et ipse saluator ait apud Zachariam prophetam: Ego ero eis murus ignis in circuitu, &
Zachar. 2. in gloria ero in medio eius. Hæc est aduersus quam inferorum portæ nunquam poterũt præualere.

Conuersa est ad me: implebor: deserta est. Verba sunt Tyri dicentis: Cõuersa est ad me Hierosolyma, tota eius opulentia & negotiatio ad me transibit. Ideo ea euersa ero ego in magna dignitate constitura: implebor diuitijs & delicijs, abũdabo mercibus. eius euacuatio erit mea impletio, eius vastitas erit mea celebritas, eius ignominia redundabit in meam gloriam. Illa deserta est, ideo ego ero frequentiore mercatorum multitudine referta. Intuere mundi conditionem & qualitatem: nõ ornatbos, quin spoliet illos, si quendam cumulat diuitijs, aliũ premit inopia, non potest impleri hic, quin euacuetur ille, nec vnus affluit diuitijs, quin alius opum suarum naufragium faciat. Quemad- *Simile.*
modum fieri non potest, vt sol hemisphærium nostrum compleat splendore, quin alteri hemisphærio tenebras obfundat, quo fit, vt cùm nobis dies est, illis sit nox, qui è regiõe nobis, è contraria parte terræ stant contra nostra vestigia, quos antipodas vocamus, & è cõtrario, sic non his effulget dies prosperarum rerum, quin alios atra calamitatum nox tenebris obscuret, quo fit, vt cùm quidam lucrantur, alij amittant, cùm quidã lętitia efferuntur, alij mœrore comprimantur. Vt in haustrorum rota *Simile.*
non possunt quidam modioli impleri, quin alij euacuentur, ita in huius mundi varietate si quidam opes & dignitates consequuntur, alij eas amiserunt, & sine miseria horum non
Eccl. 12. possunt illi mundi amplitudinem comparare, sine tenebris vnius nõ potest alter splendorẽ adipisci. Ideo monet Salomon in Ecclesiaste vt creatoris nostri meminerimus, antequam tenebrescat sol & lumen, hoc est, dum fluunt secundæ res, dum micat claritas prosperitatis,

priusquam

priusquam veniat atra & tristis rerum aduersarum caligo. Nemo confidat, semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod in alijs fluxũ & fragile intuetur. O vanam mũdi gloriam, incertam & fallacem, & tetris ignominiæ maculis deformatam, ad quam sine alterius ruina nemo ascendit! Nos igitur ad eas opes & dignitates aspiremus, quas absque aliorum detrimento comparare possimus, quas nec casus eripit, nec inuidia labefactat, nec vetustas vlla consumit. Hę à viro iusto possidentur, de quo
Psa. 111. ait diuinus vates: Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Et alibi: Spera in Deo, & fac bonitatem, &
Psal. 36. inhabita terram, & pasceris diuitijs eius. Ac si dicat: Si pietatem & virtutem colueris, velim tibi persuadeas, esse te vitam placidè & tranquillè traducturum, & magnis diuitijs abundaturam, non illis, quæ transeunt, & fluunt, & tã quam flosculi decidunt, sed quæ permanẽt, & animum verè diuitem faciunt, ex quibus vera nobilitas reflorescit. His carebant Tyrij, & eã ob causam Iudæorum mœstitia lætabantur, vt humanas diuitias augerent, & portum suum variis mercibus amplificarent.

Ecce ego super te Tyre. Subaudi veniam, vt te euertam. Potest verti: Ecce ego cõtra te. Quasi dicat Deus: Quoniam tu aliorũ euersione delectaris, ego te euertam. Considera quàm nefariũ sit aliena pernicie delectari. Qua de re differemus initio capitis superioris.

Sicut ascendit mare fluctuum. Id est, quemadmodum procellosum mare extollit in aerẽ fluctus suos turbulentos & innumerabiles, sic ego efficiam, vt Babylonia aduersus te mittat milites immanitate barbaros, & numero infinitos. Comparat Babyloniam cum mari sæuo atque tempestuoso, milites verò eius cum fluctibus innumeris, vi ventorum concitatis.

Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius. Euerterunt enim Babylonij mœnia omnia vrbis. Poteris per muros & turres magnates intelligere & superbos, quemadmodũ
Esai. 2. apud Esaiam. Super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum. Explicans autem seipsum ait: Super omnem superbum &
Thren. 2. excelsum. Ita potest illud Ieremiæ in Lamentationibus explicari: Cogitauit dominus dissipare murum filiæ Sion. Et id, quod sequitur: Luxit antemurale, & murus pariter dissipatus est. Vel vt potest etiã verti ex hebræo: Luxerũt propugnacula, & muri pariter euersi sunt

Et dabo eã in limpidissimã petrã. Hoc est, non manebit in ea lapis super lapidẽ, ita eius ædificia delebo, vt solum remaneat rupes, vbi vrbs sita est, & nullum appareat priscinæ ciuitatis vestigium

Siccatio sagenarum erit in medio maris. Vbi nũc est Tyrus ciuitas frequentissima & florentissima, erit locus desertus, vbi piscatores retia expandant. Nonnulli codices ad marginẽ pro siccatione habent expansionem.

Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro. Hoc est, eius oppida, quæ sunt in continente. Vrbs præcipua dicitur mater, villæ verò & oppida filiæ, vt primo capite Iudicum: Manasses quoque
Iud. 1. non deleuit Bethsan, & Canath cum viculis suis: vbi pro viculis est in hebraico cũ filiabus suis. Vbi Esaias ait: Sic erunt filiæ Moab in
Esai. 16. transcensu Arnon, per filias Moab intelligit oppida & vicos. Eodem modo Ieremias: Oculus meus deprædatus est animam meam in cũctis filiabus vrbis meæ. Quasi dicat: Oculi mei
Thren. 3. dolore affecerunt animam meam in omnibus oppidis regni Iuda euersis & deuastatis: fleui amarè ob oppidorũ Hierosolymæ excidium. Quæ verba ita vertit paraphrastes Chaldæus: Fletus oculi mei ascẽdit, vt noceat animæ meę propter desolationem regionis populi mei, & propter euersionem filiarum Ierusalem vrbis meæ. Ezechiel etiam ca. 16. Dabo te in animas
Sup. 16. odientium te filiarum Palæstinarũ: seu filiarum Palæstinæ. Vbi vides filias oppida esse, & villas, & vicos, respectu ciuitatis metropolis. Accipitur etiam filia pro ipsa metropoli, si eam ad totam contuleritis regionẽ, cuius ipsa metropolis pars est. Hinc efficitur vt Hierosolima
Thren. 2. appelletur filia Ierusalem, vt apud Ieremiam: Mouerunt capita sua super filium Ierusalẽ. Et
Sophon. 3 apud Sophoniam: Lætare & exulta in omni corde filia Ierusalem. Et apud Zachariam: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Et a-
Zach. 9. Pfa. 136. pud psalmographum: Filia Babylonis misera.
Psal. 44 Et alibi: Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis. Vbi in hebraico est filia Tyri, similiter in Græca translatione. Voluit enim diuinus vates significare fore, vt Tyrus idolorum cultrix, dona offerret Christo, & tẽpla conderet diuino cultui dedicata, cùm se ad Christi fidem apostolo
Luc. 1. rum prædicatione conuerteret. Accipitur etiã filia pro tribu: vt apud Lucam: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abiæ: & vxor illius de filiabus Aaron, hoc est, de tribu sacerdotali. Hoc tamen loco apud Ezechielem accipitur filia pro oppidulo & vico.

Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor. Dixerat missurum Gentes aduersus Tyrum: modò explicat, quæ essent Gentes illæ.

Et comportabit aggerem in Tyro. Id est, circumdabit vndique vallo, & coacernatione lapidũ & terræ. Id enim significat agger.

Et vineas & arietes temperabit in muros tuos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc est, collocabit è regione ad muros tuos machinas bellicas, quibus te concutiat. Vinea est bellicum instrumentum, ex ligni cõpactũ, crudis ac fornibus conjectis exteriùs contectum. Aries tormentum est instar capitis arietis, quo hostes solent muros diruere.

Statuæ tuæ nobiles in terram corruẽt. Hoc est Idola tua aurea & argẽtea decident in terram. Poteris per has statuas trophæa intelligere, & monimenta à victoribus erecta in signum victoriæ. Vnde Pompeius deuictis Hispanijs, vt narrat Sallustius, trophæa in iugis Pyrenæi montis collocauit. Et Romæ solebant veteres trophæorũ loco fornices siue arcus triũphales construere, quorum nonnulli nunc extant, vt est arcus Constantini imperatoris in radicibus montis Palatini versus amphitheatrum, quod nunc appellatur Colosseum, erectus ob victoriam de Maxentio reportatam. Et arcus Seueri in radicibus Capitolij versus aquilonem & zephyrum: & arcus Vespasiani in via sacra ad deuictam Hierosolymam extructus. Et arcus Domitiani ad sanctum Syluestrum, qui vulgo dicitur arcus Portugalliæ. Quos ego vidi Romæ, cùm ibi ordinis nostri negotia gererem. Cùm Saul mirabilem de
1.Reg.15. Amalechitis victoriam reportaret, ait diuina scriptura libro primo Regum, cùm sibi formicem triumphalem erexisse, etiamsi aliqui interpretentur cum trophæum in loco victoriæ collocasse. Sunt, qui per has nobiles statuas excelsas turres intelligant, & munita propugnacula. Alij aiunt esse imagines virorum illustriũ. Solebant enim antiqui simulachra ex lapide, aut ære, aut aliqua alia materia illis decernere, & in loco conspicuo collocare, qui facto aliquo insigni rempublicam illustrabant, vt nulla de illis obmutesceret vetustas, & vt alijs adderent ilimulum ad virtutum labores. Quem-
Simile. admodum vt globus ferreus expandatur, vt ex eo fiat extensa lamina, oportet illũ in ignis fornacem mittere, & in dura incude postea contundere, & secudere, sic non potest fama extendi & propagari, nisi sit in honestorum laborum ignem coniecta, & calamitatum ictibus percussa. Etsi enim veteres illi cognoscerent satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructum esse, tamen mortalibus immortalitatem illam non existimabant esse contemnendam. Sed quoniã multi ad id idololatriæ perducti
Exod.34 sunt, vt statuas colerent illis summum honorem & latriam venerationem soli Deo debitã
Num.33. tribuentes, prohibuit Deus ne simulachra e-
Deut.7. rigerent, ne idola venerarentur. Ait enim
Rom.1. Diuus Paulus eos mutasse gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Non tamen prohibuit Deus imagines sactorum. Imò pium est & laudabile eas venerari: eas autem confringere, detestari, & delere impium est, & hæreticum, & diabolicum. Qua de re copiosè disseruimus in nostris in Esaiam commẽtarijs, verba illa capitis sexagesimi quinti explanantes. Qui ponitis Fortunæ mensam.

Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum. Eodem modo Esaias euersionem prædicens Moabitarum, ait: Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, nec iubilabit. Et Ieremias Deũ in hũc modũ inducit loquẽtem. Quiescere faciam de vi bus Iuda, & de plateis Ierusalẽ vocem gaudij, & vocem lætitiæ. *Esai.16.* *Ierem.7.*

Et dabo te in limpidissimam petram: siccatio sagenarum eris: nec ædificaberis vltrà, quia ego dominus locutus sum, dicit dominus Deus: Hæc dicit dominus Deus de Tyro: Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cùm occisi fuerint in medio tui, commouebuntur insulæ, & descendent de sedibus suis omnes principes maris, & auferent exuuias suas, & vestimẽta sua varia abijcient, & induentur stupore? In terra sedebunt, & attoniti super repentino casu suo admirabuntur, & assumentes super te lamẽtum, dicent tibi: Quomodo peristi, quæ habitas in mari vrbs inclyta, quę fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant vniuersi? Nunc stupebunt naues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari, eò quòd nullus egrediatur ex te: quia hæc dicit dominus Deus: Cùm dedero te vrbẽ desolatam, sicut ciuitates, quæ non habitantur, & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, & detraxero te cũ his, qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his, qui deducuntur in lacum: vt non habiteris. Porrò cùm dedero gloriam in terra viuentium, in nihilum redigã te, & nõ eris: & requisita non

nõ inuenieris vltrà in sempiternum, dicit Dominus Deus.

Et dabo te in limpidissimam petram. Explica vt suprà paulò antè.

Nec ædificaberis vltrà. Esaias cap. vigesimo secundo, vbi de Tyri vastatione & excidio
Esai.23. vaticinatur, ita ait: In obliuione eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius. Post septuaginta autem annos erit Tyro quasi ẽsticum meretricis. Ac sidicat: Septuaginta annis eris euersa ò Tyre, tot enim annos durabit captiuitas Babylonica, in qua erunt filij Israelis detenti, quorum calamitatibus tu insultasti. Sed finito hoc tempore instaurabitis: dabisque operam, vt ad te negotiatores allicias, quemadmodũ solet meretrix canticis suis ad se amatores excitare. Cùm autẽ Ezechiel dicat hoc loco non esse Tyrum vltrà ædificandam, nõ videntur prima fronte hęc duo vaticinia cohærere. Præterea qui fieri potest, vt vetũ sit id, quod hic ait Ezechiel, non esse Tyrum vltrà instaurandam, cùm constet eam post euersionẽ à Nabuchodonosore sibi illatam instauratã fuisse, & ab Alexandro Magno iterum deletã, & postea ad pristinam dignitatem restitutã? Nam quo tempore Christus Deus noster humanam formã induit, & terras lustrauit, ac cũ hominibus vixit, extabat Tyrus, vt ex multis
Matt.15. locis Euãgelij cõstat. Ait enim Matthæus: Egressus inde Iesus secessit inde partes Tyri &
Mar.3. Sidonis. Et Marcus: Qui circa Tyrum & Sidonem audientes quæ faciebat, veniebant ad eũ. Huic obiectioni respondendũ est, partem iam vltrà non significare hoc loco in æternũ, sed longum tempus, quemadmodũ multis aliis in locis, vt in explanatione quinti capitis supra ostendimus. Dicens Ezechiel, non esse Tyrum vltrà ædificandam, intelligit hoc esse spatio septuaginta annorum. Et ita non differt ab Esaia, imò vtriusque oracula maximè cohærent. Poteris etiam dicere fuisse instauratam post septuaginta annos iuxta Esaiæ vaticinationem, sed non eodem loco, nec eadẽ structura & magnificentia, iuxta Ezechielis oraculum. Fuerat prius in mari sita, postea in terra firma coniectis in mare innumeris aggeribus prius excelsis muris, fortibus propugnaculis, munitis arcibus, pulchris mœnibus constructa, postea abiecto muro septa, & humilibus ædificijs instaurata.

Commouebũtur insulæ. Id est, qui insulas incolunt tuã euersionem audientes terrebuntur. Metonymia est, ponitur enim locus pro loco.

Omnes principes maris. Hoc est, omnes insularum dominatores. Vel omnes duces classium in alto nauigantes,

Auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abijcient. Describit admirationem & stuporem, quo illi teneretur, qui euersionem Tyri audirent: & multò magis qui eam viderent: nã oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, aspicere coguntur, nec sinunt cogitationem ab ipsarum re separare. Exuuiæ sunt vestes, etiam si pro spolijs hostis detractis propriè sumuntur. Vestimenta varia sunt ex multis licijs confecta, varijsq; coloribus distincta, quæ polymitæ vestes appellantur: qualis erat, qua in-
Gene.37. duebatur Ioseph. Huiusmodi erat velum ta-
Exod.36 bernaculi, & super humerale sacerdotis, & ra-
Exod.28 tionale, & vestis ea, qua induta erat Hieroso-
Exod.39. lyma, iuxta id, quod suprà dixit Ezechiel cap
Exp.16. te sextodecimo. Sciẽtes igitur principes maris excidium Tyri, ornamenta sua abijciebant: & admirati ac stupidi reddebantur. Id solent diuini vates literis mandare, cùm volunt magnã alicuius ciuitatis vastitatem significare. Ita E-
Esai.26. saias prædicens Babyloniæ ruinam hæc voces consignauit monimentis: Cernui, cùm audirẽ, conturbatus sum, cùm viderem: emarcuit cor meum: tenebræ obstupefecerunt me. Et Nahũ
Nahum.3 de cuerhane Niniuæ, Omnis, inquit, qui viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue. Quis commouebit super te caput? &c. Verum pro exuuijs habent septuaginta interpretes coronas.

Attoniti super repentino casu tuo admirabuntur. Solent enim repentina videri grauiora: nõ est enim dubium, quin omnia quæ mala existimentur, sint improuisa acerbiora. Eam ob causam sapienter cogitant, qui temporibus secundis calus aduersos reformidant: oportet enim cùm res ad voluntatem fluunt, meditari, quo pacto aduersarum rerum moles declinetur, aut feratur. In humanis historijs scriptũ legimus imperatorem Adrianum annulũ gestasse, quẽ aiebat fuisse Drusi Germanici, in quo erãt hę literæ sculptæ: Illis grauis est Fortuna, quibus est repentina. Augustinus de singularitate clericorum, Vbicunque, inquit, fuerit prouidentia, frustrantur vniuersa contraria: vbi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur. Et Gregorius in homilia: Minus iacula feriunt, quæ præuidentur, & tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per prouidentię clypeum munimur. Et Seneca in
Prou.13. Prouerbijs: Grauius nocet quodcũque inexpertũ accidit: melius est præcauere, quàm cauere. Et Scipio Maior dicere solebat, turpe verbũ esse: Nõ putaram. Ideo oportet consilio vti, quod est veluti oculus futurorũ. Nã vt ait Salomõ in Prouerbijs: Astutus omnia agit cum
Eccl.32. consilio. Et Ecclesiasticus: Fili, inquit, sine cõsilio nihil facias, & post factũ nõ pœnitebis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deut. 32. Et Moyses: Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent.

Non stupebunt nautæ. Hoc est, nauiganter. Metonymia est.

Eò quòd nullus egrediatur ex te. Hoc est, quòd nullus mercator exeat ex portu tuo. Quidam vertunt: Terrebuntur insulæ, quæ sunt in mari ab exitu tuo, hoc est ob exilium tuum, quòd ciues tui captiui ducantur.

Et adduxero super te abyssum. Hoc est, aquarum multitudinem, quæ te obruant, & penitus operiant. Erat Tyrus insula: quã ob causam ait Deus adducturum se esse super eam abyssum aquarum: solent enim aliquando oppida maritima insularum fluctuum maris inundatione subuerti. Sed per has aquas intelligit diuinus vates afflictiones: & nominans abyssum innuit summam calamitatum magnitudinem. Volés regius vates describere rerum aduersarum angustias, & vim ærumnarum, atque calamitatum multitudinẽ, quibus penè fuerat Psa. 39. demersus, Exaudiuit, inquit, præces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Vbi pro lacu miseriæ, potest verti ex hebræo, cisterna strepitus. Quasi dicat: Cùm essem periculis cinctus, eripuit me Deus de cisterna calamitatũ, in quam turbulentæ & impetuosæ molestiarum aquæ undique irruebant, & cum ingenti strepitu decidebant, ac præ nimia agitatione resonabant. Cùm autem aquarũ nomine intelligãtur ærumnæ, dolores, & cruciatus, par est, vt per abyssum summa calamitatum magnitudo significetur: abyssus enim aquam significat profundissimã. Id quod est in lib. Geneseos Genes. 1. scriptum: Tenebræ erant super faciem abyssi, significat esse aquarum vim & profunditatem tenebris coopertam. Et de AEgyptijs in mari rubro mirabiliter obrutis ait diuina scriptura Exod. 15. in Exodo: Abyssi operuerunt eos, descendérũt in profundum quasi lapis. Est igitur abyssus aduersitas acerbissima, periculis plenissima, & ferè intoleranda. In hanc significationem accipitur à regio vate in psalmo dicente: Psal. 41. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarũ tuarum. Hoc est, calamitas magna alteram secundam ducit non minus ingentem calamitatẽ, in voce nubium pluuiam vehementẽ effundentium. Vna afflictio alteram secum trahit, te domine pluente super me calamitates: finis vnius est principiũ alterius. Insuita imbrium copia, & ingens aquarum procella me ferè obruit & submergunt. Et subdit statim. Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierũt. Ac si dicat: Eheu quare me tot premis erũnis, refugium meum, & singularis spes mea! nam excelsa tua, hoc est, tonitrua, & fulmina, & grãdines, quæ te disponente in aere fiunt, & fluctus aquarum in terræ fluuijs agitatarum, omnia denique aspera & aduersa, plena molestiarum & dolorum ita decidunt super me, vt nulla detur à miserijs intermissio. Quod ait: in voce cataractarum tuarum, potest transferri ad imitationem vocis cataractarum tuarum. Sunt autem cataractæ ianuæ pensiles, & vasa pensilia, vbi aquæ fisti solent, & vnde demittuntur pro hominum arbitrio. Imò ipsæ aquæ ex alto cum impetu defluentes, & nubes in aquas resolutæ, & ipsæ pluuiæ ex nubibus vehementer decidentes cataractæ appellantur, atque in hanc significationem hoc loco accipiuntur, vt horribiles calamitates significét. Sed quoniam in his ærumnis confugiebat ad diuinum numen, & in eius suauissima memoria conquiescebat, fuit ab illis ereptus; vt ipse ijs verbis in alio psalmo testatur: Quantas ostendisti mihi domine tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Vbi etiam per abyssos calamitatum profunditas & immensitas significantur. Psa. 70.

Et detraxero te cum his, qui descendunt in lacum ad populum sempiternum. Hoc est, cùm te interfecero. Potest verti: Tunc detraham te cum descendentibus, &c. Sensus est. Cùm te vastauero, & abysso calamitatum oppressero, tunc te deponam cum his, qui descendunt in sepulchrum ad eos, qui ante multa secula à vita migrarunt. Accipi lacum pro foues & sepulchro indicat locus ille psalmographi: deus meus ne fileas à me, ne quando taceas à me: & assimilabor descendentibus in lacum. Hoc est, ne ad precationes meas obsurdescas Deus meus: præbe mihi aures misericordiæ tuæ, ne si mihi opem non tuleris, similis sim illis, qui demittuntur in sepulchrum. Et illud: AEstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vel accipitur hic ab Ezechiele lacus pro inferno: in quam significationem accipitur in loco illo Esaiæ: Veruntamen ad infernum detraheris, ad profundum laci. Et à Zacharia: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Christũ alloquitur, qui sanguine suo mundum redemit, & patres detraxit è limbo, quem vocat carcerem siue lacum sine aqua. Noster etiam Ezechiel capite trigesimoprimo infernum his verbis lacum appellat: Traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum ad eos, qui descendunt in lacum. Populum sempiternum vocat Ezechiel eos, qui in cæcas inferorum tenebras relegantur, vbi in æternum torquentur. Ibi cruciãtur omnes, qui absque gratia decedũt è vita, Psal. 87. Psal. 87. Esai. 14. Zach. 9. Infr. 31.

vita, etiam si dum viuerent, in virtutum nonnullarum actiones incumberent. Nulla enim virtus absque charitate perfecta est. Quemadmodum sol lunam illuminat & stellas, sic charitas illustrat, & perficit virtutes. Audi Paulũ apostolum dicentem: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Hæc autem charitas siue gratia esse non potest, gratia autem cum peccato mortifero, nunquam est. Quicunque ergo est funesto delicto cõtaminatus, est charitate & gratia alienatus, & vinculo diaboli astrictus: & migrans hoc modo è vita, in mortem æternam, & pœnas semper duraturas relegatur, & in lacum infelicitatis proijcitur. Simile. 1. Cor. 13

Et collocauero te in terra nouissima. Hoc est, in inferno. Est enim infernus locus pœnarum impiorum in medio terræ, ideo eum hic vocat terram nouissimam, & capite trigesimo primo terram vltimam, quod est idem. Vide periphrases inferni. Præterea appellatur in literis diuinis gehenna, terra obliuionis, vmbra mortis, abyssus, puteus interitus, lacus miseriarum. Quidam pro terra nouissima vertunt inferiorẽ terræ, at ex hebraico rectiùs verti potest, in inferioribus terræ. Quemadmodum in psalmo: Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ. Ac si dicat diuinus vates: Hostes mei frustra conati sunt eripere mihi vitam, nequicquam machinati sunt mihi perniciem, quoniã tu domine protexisti me, ipsi autẽ ad inferos detrudẽtur. In hebraico pro in vanũ est Ieseah, quod potest rectè verti in excidium, vt sit sensus: Inimici mei ad excidiũ quæsierunt vitam meam, sed ego ereptus sum, ipsi autem æternos suorũ scelerum cruciatus in inferno persoluent. Infr. 32. Psal. 62

Sicut solitudines veteres. Descendes ad inferos, & locus, vbi nunc sita est vrbs, erit diu desertus instar solitudinum antiquarum. Eodem modo dixit Deus per Ieremiam, loquens de Iudæis, qui erant in Chaldæam captiui ducendi: Ponam eos in fluporem & sibilum, & in solitudines sempiternas. Sempiternas vocat eas vastitates, quæ durauerunt spatio annorum septuaginta. Nam tot annis duravit captiuitas Babylonica, quibus elapsis reuersi sunt Iudæi in terram suam, quæ erat in solitudinem redacta. Iere. 25.

Porrò cum dedero gloriam in terra viuentium. Hoc est, cum per vltionem, quam sumpsero de te, ostendero gloriam meam in mundo. Ac si dicat Deus: Ego te ô Tyre ciuitas opulenta & ob superbiam & immanitatem tuam, & ob cætera flagitia, quibus es cõtamina: & in hoc apparebit iustitia mea, & gloria mea, cum ostendero me esse iustum & potentem. Ostendere autem Deum gloriam suam in hominum sceleratorum punitione ostendimus copiosè in fine capitis vicesimi quinti. Hunc mediũ mundi globum appellat propheta terram viuentium, ad differentiam inferni, qui vocatur terra mortuorum & obliuionis, vt in psalmo: Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Appellari autem hanc terram, in qua viuimus, terram viuentium, indicat locus ille psalmographi: Propterea Deus destruet te in finẽ, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Psa. 87. Psal. 51.

Quæ verba ita possunt ex hebraico in latinũ conuerti. Deus etiam perdet te in æternum, cõsternabit te, & euellet te de domicilio tuo, & generationem tuam de terra viuentium, vt nulla tibi in vita posteritas relinquatur. Ac si dicat: Non solùm tu, sed domus tua, & posteri tui, omnes peribitis. Vbi vides terrã viuentium esse terram hanc, in qua vitam degimus. In eandem significationem accipitur ab eodẽ propheta in versiculo illo: Credo videre bona domini in terra viuentium, cuius hic est sensus: Et si me video periculis expositum, & ab inimicis meis vndiq; oppugnatum, qui me ad cædem crudelissimam vocant, & hanc lucem mihi eripere conantur, tamen credo esse me visurum in hoc mundo ea bona, quæ mihi promisit Deus, nimirum regnum securum, vitam tranquillam, & cæterorum bonorum abundantiam. Esaias etiam volens Christi Iesu mortem significare, ait: Abscissus est de terra viuentium. Quare non est dubium, quin terra viuentium mundum hunc significet. Sunt, qui hunc Ezechielis locum ita interpretentur. Ego te ô Tyre delebo, cum asseruero gloria Hierosolymam, eamq; finita captiuitate Babylonica instauraturo, & ad pristinam dignitatem restituero. Dixerat Deus euersurum se esse Tyrum, sed quoniam potuerat quis interrogare, quando futura esset euersio hæc, respondit tunc fore, cùm Hierosolyma amissam gloriam recuperasset. Tunc enim aiunt euersam fuisse Tyrũ, cùm Iudæi reuersi sunt ex Babylonica captiuitate in patriam suam. Et hoc modo accipitur terra viuentium pro sola Iudæa, in qua tantùm erat verus cultus, & sacrificia Deo vero oblata, ibi erat fides & religio, & vera vita, quare terra viuentium vocabatur. Illi enim viuere dicuntur, qui fide, quæ per charitatem operatur, muniti, Deo seruiunt, eũq; summè venerantur. Illi verò mortui sunt, qui sceleribus imbuti, malefici, ijs pascuntur, & oés, qui sunt à fide alienati. Esai. 53. Gal. 5.

Non enim viuunt, qui Deo grati non sunt: atqui sine fide, vt ait apostolus, impossibile est placere Deo. Eorum enim quæ dicitur vita, mors est. Hæc terra viuentium est illa, de qua ait regius psaltes: Placebo domino in regione viuorum. Appellabatur igitur Iudæa terra viuentium, & terra sancta, quia solùm fideles viuunt, & ibi fides erat. Vel quia viri iusti, qui ibi è vita migrauerant, resurrexerunt cũ Christo: Ita enim ait diuus Matthæus: Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monimentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Fortasse id inuétes mentis oculis spiritu prophetico illustratis Iacob & Ioseph, illustres patriarchæ, qui in Aegypto excesserũt è vita, dederunt operam, dum viuerent, vt eorum ossa ad terram promissionis afferrentur, vt ibi sepulti cum Christo ad vitam redirent. Sed tunc insurgit difficilis quædam quæstio. Si Tyrus euersa est, cum Hierosolyma fuit per Iudæos à Chaldæa in Iudæam reuersos instaurata, quomodo verum erit id, quod hic dixit Ezechiel eam euertendam esse per Nabuchodonosorẽ, si iam Nabuchodonosor erat mortuus, eiusque memoria extincta? Nam, vt liquet diuinæ testantur, Persæ & Medi Babylonẽ expugnauerunt, & vastauerunt, eiusque regem vita priuarunt. Et tunc Cyrus rex Persarum Iudæos liberauit, & in patriam misit, vt Hierosolyman instaurarent, & ad antiquam magnificentiam restituerent. Huic obiectioni respondebis facilè, si per Nabuchodonosorẽ intelligas Cyrum, qui rex fuit totius Babyloniæ, qui & Iudæos liberauit, & Tyrios deiecit. Nec est inconueniens, Cyrum vocari Nabuchodonosorẽ, nam consuetudo est scripturarum reges omnes Babylonios Nabuchodonosores appellare. Eodem modo reges Palæstinæ quondam Abimelech appellabantur, vt asserit Lyppomanus vir omni sapientia & virtute præditus in Catena sua in Genesim, explicans locum illũ capitis vicesimi primi: Abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum. Abimelech, inquit ille, nõ personæ nomẽ est, sed regiæ dignitatis nomenclatura apud Palæstinos, est enim Abimelech idem quod pater meus rex. Huiusmodi enim debent esse, qui populis præficiuntur, patres, & reges. Eodem modo reges Aegypti dicti sunt Pharaones, & postea Ptolemæi, & reges Persarum Arsacidæ, & Athenienses Cecropidæ, & Romani imperatores, Augusti, & Cæsares. Sed quoniam non inueniamus in historijs Cyrum euertisse Tyrum, cùm fuerit missus in patriam suam, & multi scriptores magni & graues asserãt fuisse Tyrum ab Alexandro magno deletam, per Nabuchodonosorem intelligunt Alexandrũ. Nabuchodonosor rex Chaldæorum capta Hierosolyma templum incendit, quod, vt ait Eusebius de tẽporibus, & Clemens in primo stromate ab initio ædificationis suæ manserat annis 442. Mortuo Nabuchodonosore obtinuit imperium Euilmarodach, cui successit frater eius Balthasar, qui vidit scripturam in pariete mirabiliter ostensam, quam Daniel interpretatus est, significans imperium Chaldæorum esse ad Persas & Medos transferendũ. Et eadem nocte mortuus est Balthasar, & Babylon capta fuit. Et regnauerunt in Chaldea Cyrus rex Persarum, & auunculus eius Darius rex Medorum, sed postea totum imperium fuit ad Cyrum redactum. Hic Hebræorũ captiuitate soluta eos misit honorificè in Iudæam, & fuit primus rex Persarum, Medorum, & Chaldæorum. Post eũ confecuti sunt principatum duo fratres, qui Magi appellabantur, quibus successit Darius, post quẽ regnauerũt Xerxes, Artabanus, Artaxerxes, Xerxes secũdus, Sogdianus, Darius cognomẽto Nothus, Artaxerxes secundus, Artaxerxes tertius, Arses, Darius Arsani filius, in quo fuit imperium Chaldæorum & Persarum euersum, fuit enim victus ab Alexandro, qui Dario interfecto Babyloniam obtinuit, & Tyrum expugnauit & euertit & de illa euersione loquitur hoc loco Ezechiel. Vide chronica Eusebij de temporibus, vbi hæc copiosiùs inuenies. Cùm igitur à Cyro, à quo fuerunt Hebræi in pristinam dignitatem restituti, & gloria Hierosolymæ instaurata vsque ad Alexandrum Magnũ, qui Tyrum deleuit, quatuordecim reges regno Chaldææ præfuerint, & inter Nabuchodonosorem & Alexandrum, tot anni interfluxerint, in quibus Tyrus non fuit deleta, nisi tempore Alexandri, videtur concludi, hunc Nabuchodonosorem, de quo hic loquitur Ezechiel, Tyri euersorem, esse Alexandrum Magnum, qui Dario interfecto imperiũ totius Chaldææ fuit magnificentissimè adeptus, qui more aliorum Babyloniæ regũ fuit etiam Nabuchodonosor ab Ezechiele hoc capite meritò appellatus. Præterea omnibus illis veteres tribuebant nomen Nabuchodonosoris, qui per insolentiam & immanitatem viribus imperij abutebantur. Talis fuit Alexander Magnus, qui fratribus suis, & vxori patrię fuit, & Aminæ consanguineo suo eodem immaniter intulit. Insuper amicum suum Parmenidem, & Philotam, & venerandum senem Clitum patri suo multis de causis amicissimum, & condiscipulum suum Calisthenem, & Attalum, Eurylochum, Pausaniam, multosq;

Dani. 5.
1. Esd. 1.
Psa. 114
Mat. 27.
Gen. 9 4
Gen. 50
Gen. 21.
Dan. 5.
1. Mac. 1.

multosque alios Macedoniæ principes, & viros sapientes, animisque magnitudine præstantes crudeliter occidit, & quos ne verbo quidẽ violare deberet, ferro vita priuauit, quia ei veluti deo diuinum cultum tribuere noluerunt. Quam ob causam eum Paulus Orosius magnum miseriarum gurgitẽ vocat, & totius orientis atrocissimum turbinem. Et eadẽ ratione Ezechiel eum hoc capite Nabuchodonosorem appellauit. Sed dices: Qui fieri potest, vt de euersione Tyri per Alexandrum loquatur hic Ezechiel, cùm dixerit, hoc futurum esse, cũ Deus daret gloriã Iudææ? Quæ fuit gloria hæc? Respondendum existimo hãc Hierosolymæ gloriam fuisse, cùm idem Alexander, qui vt libro primo Machabæorũ scriptum legimus, obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ, & obtinuit regiones Gentium, & tyrannos, capta Tyro ingressus est Hierosolymam, vbi deo victimas immolauit, & templi pontificẽ summis honoribus prosecutus est, & Iudæorum religionem coluit, & alia fecit, in ornamentum & gloriã Hierosolymæ cedentia: quæ Iosephus libro Antiquitatum vndecimo capite octauo multis verbis describit, & tanquam verissima perpetuis monimentis consignauit: quorum meminit Eusebius in Chronico de temporibus. Asserunt nihilominus graues authores fuisse Tyrum bis euersam, semel à Nabuchodonosore, & iterum ab Alexandro. Verùm tota hæc euersio, de qua hoc loco agit diuinus noster vates, potest ad vitia referri, ac si dicat Deus: Ego te delebo ô Tyre, non quò ad substantiam, sed quò ad flagitia, & idolorum cultum: desines esse, non quò ad mœnia, sed quo ad peccata. Peribis, nõ quò ad personas, sed quò ad impietates. Ita intelligitur locus ille psalmographi: Increpasti gentes, & periit impius, nomen eorum delesti in æternum, & in seculũ seculi. Increpauit Deus Tyrios idolorum cultores per apostolos suos: & relictâ vana idolorum superstitione fidem receperunt: & animorum pulchritudinem, quã flagitijs deformauerant, fidei, cæterarumque virtutum ornamentis instaurarunt. Eam ob causam loquens hoc capite Deus de hac sceleruũ euersione, dixit eam futuram esse, cùm ipse in terra viuentium gloriam suã ostenderet: hoc est, cùm ad terras ex cœli fastigio filium suum mitteret, quem diuus Paulus splendorem gloriæ in epistola ad Hebræos appellauit. Et hoc est, quod ait. Cùm dedero gloriam meam in terra viuentium.

In nihilum redigamte, & non eris. Potest hoc referri ad ædificiorum euersionem, vt sit sensus: Delebo te ô Tyre: & longo tẽpore non habitaberis. Sequitur: Et requisita non inuenieris. Ita dicitur in psalmo: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Et in Apocalypsi: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam non inuenietur. Vel, non eris quò ad flagitia, & idolorũ cultum, vt paulò antè dicebam. Id autem quod sequitur, Vltrà in sempiternum: non æternitatem significat, sed longi temporis spatium, nimirũ septuaginta annorum, iuxta Esiæ vaticinium. Dictio Hebræa, pro qua noster interpres vertit in sempiternum, significat temporis continuitatem, vsque ad terminum præscriptum rei, de qua agitur. Vnde si attribuatur deo, qui nullum habet præscriptum terminum, quoniam ipse est sua vita, & suum esse, & semper fuit, est, & erit, significat veram sempiternitatem. Sed si attribuatur temporis spatio, significat totum ætatis interuallum vsque ad rei, de qua agitur, præscriptum finem. Si autem attribuatur homini viuenti, significat eius vitæ curriculum. De deo ait Ieremias: Ipse est Deus viuens, & rex sempiternus. Et Daniel: Potestas eius potestas sempiterna. Et diuus Paulus: Sempiterna quoque eius virtus. De ætate ad spatium præfinitum intelligitur id, quod Deus dixit filijs Israel de festo paschali: Habebitis hanc diem in monumẽtum, & celebrabitis eam solennem domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Hoc est, vsque ad Messiam, quousque durabãt veteris legis sacrificia, & ceremoniæ. Eodẽ modo de sabbato: Custodiant filij Israel sabbatũ, & celebrẽt illud in generationibus suis, pactum est sempiternum inter me & filios Israel. Similiter illud Numerorum: Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos, duos cotidie in holocaustũ sempiternum. Tres sunt ætates, in quas Hebræi mundum diuidebant: prima à principio mundi vsque ad exitum filiorum Israelis de Aegypto, & legem Moysi: altera à lege ad Christum: tertia à Christo vsque ad hunc seculi. Et quoniam sacrificia, & ceremoniæ, & iudicia, quæ Deus illis cõstituit, duratura erat tota illa ætate secunda vsque ad Messiã, ideo æterna vocabantur. Significari verò æternũ & sempiternum vitæ humanæ spatium indicant verba illa Achis regis Get: Erit mihi Dauid seruus sempiternus. Hoc est, quandiu vixero. Ita intelligunt nonnulli versiculum illum regij vatis: Quoniam dixisti: In æternũ misericordia ædificabitur. Vt sit sensus: Tu domine promisisti Dauidi, esse misericordiam tuam cum illo duraturam, quamdiu ipse

habitaberis. Sequitur: Et requisita non inuenieris. Ita dicitur in psalmo: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Et in Apocalypsi: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam non inuenietur. Vel, non eris quò ad flagitia, & idolorũ cultum, vt paulò antè dicebam. Id autem quod sequitur, Vltrà in sempiternum: non æternitatem significat, sed longi temporis spatium, nimirũ septuaginta annorum, iuxta Esiæ vaticinium. Dictio Hebræa, pro qua noster interpres vertit in sempiternum, significat temporis continuitatem, vsque ad terminum præscriptum rei, de qua agitur. Vnde si attribuatur deo, qui nullum habet præscriptum terminum, quoniam ipse est sua vita, & suum esse, & semper fuit, est, & erit, significat veram sempiternitatem. Sed si attribuatur temporis spatio, significat totum ætatis interuallum vsque ad rei, de qua agitur, præscriptum finem. Si autem attribuatur homini viuenti, significat eius vitæ curriculum. De deo ait Ieremias: Ipse est Deus viuens, & rex sempiternus. Et Daniel: Potestas eius potestas sempiterna. Et diuus Paulus: Sempiterna quoque eius virtus. De ætate ad spatium præfinitum intelligitur id, quod Deus dixit filijs Israel de festo paschali: Habebitis hanc diem in monumẽtum, & celebrabitis eam solennem domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Hoc est, vsque ad Messiam, quousque durabãt veteris legis sacrificia, & ceremoniæ. Eodẽ modo de sabbato: Custodiant filij Israel sabbatũ, & celebrẽt illud in generationibus suis, pactum est sempiternum inter me & filios Israel. Similiter illud Numerorum: Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos, duos cotidie in holocaustũ sempiternum. Tres sunt ætates, in quas Hebræi mundum diuidebant: prima à principio mundi vsque ad exitum filiorum Israelis de Aegypto, & legem Moysi: altera à lege ad Christum: tertia à Christo vsque ad hunc seculi. Et quoniam sacrificia, & ceremoniæ, & iudicia, quæ Deus illis cõstituit, duratura erat tota illa ætate secunda vsque ad Messiã, ideo æterna vocabantur. Significari verò æternũ & sempiternum vitæ humanæ spatium indicant verba illa Achis regis Get: Erit mihi Dauid seruus sempiternus. Hoc est, quandiu vixero. Ita intelligunt nonnulli versiculum illum regij vatis: Quoniam dixisti: In æternũ misericordia ædificabitur. Vt sit sensus: Tu domine promisisti Dauidi, esse misericordiam tuam cum illo duraturam, quamdiu ipse

Psal. 9.
Hebr. 1.
Psal. 36.
Apoc. 18
Esa. 23.
Ierem. 10
Dani. 4.
Rom. 1.
Exo. 12.
Exo. 31.
Num. 28
1. Reg. 26
Psal. 88.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viueret: hoc est, te illi vsque ad mortem regnũ Israeliticum, potentiam, diuitias, & opes datu-
Isa. 23. rum. Et quoniam Esaias prædixerat, duraturũ esse Tyri vastitatem spatio annorum septua-
Psal. 89 ginta, quod est vitæ humanæ curriculũ, iuxta illud psalmi: Dies annorum nostrorũ in ipsis septuagita anni: & toto illo spatio desertã esse vrbem illã, & non inueniendã, ideo ait hoc lo co Ezechiel: Et requisita non inuenietis vltra in æternum. Hoc est annis septuaginta, siue toto vitæ spatio vnius hominis, quod idẽ est.
Ier. 25. Eodem modo vaticinans Ieremias de captiui tate Iudæorum in Chaldæa, vbi fuerunt septuaginta annis detenti, inducit Deum ita loquentẽ: Interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas. Sempiternas eas vocat, quæ annos septuaginta duraturæ.

Annotationes ex Hebræo in caput XXVI.

Confractæ sunt portæ populorum. Septuaginta habent: Contritæ sunt: perierunt Gentes. Iudæos vocat Gentes, quòd Gentiũ idola colerent, eorumque ritibus & superstitionibus adhærerent. Ad id amentiæ & perfidiæ deuenerunt Iudæi, vt deo suo, vero vniuersi conditore relicto falsos & vanos Gen-
Isa. 2. tium deos adorarent. Eodem modo Esaias: Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

Implebor, deserta est. Septuaginta verterunt. Quæ fuit plena, deserta est. Poterat hoc ita transferri: Quæ fuit excisa, euersa est. Pro implebor est in hebraico אִמָּלְאָה immaleah. Verbum est מָלֵא male, quod significat implere, excidere, & perire. Pro implore accipi-
Iob. 15. tur etiam à Iob aliente: Nunquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? Ac si dicat: Loquetur ne sapiens verba inania, & vento similia? Stomachabitur ne, & implebit se furore? Quasi dicat: non. Pro ardore seu furore potest verti ex hebraico eurus. Paraphrasis Chaldea habet: Et replebit tanquam vento orientali ventrem suum? Per ventrem siue stomachum intelligit animum, per ventum orientalẽ vanas opiniones. R. Moyseh ita vertit hunc locum: Nunquid sapiens respõdebit sociis suis verba ventosa, & eius cogitationes erunt vẽtus & vanitas? Et paulò pòst in eodem capite: Antequam dies eius compleantur, peribit. Pro peribit est in hebraico idem verbum. Loquitur de homine sceleribus imbuto, quem ait morte immatura excedere è vita. Id quod dixit regius vates: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Mors immatura viro iusto nunquam accidit, nam integritas vitæ ipsam adolescentiam in senectutem conuertit. Nec dicendus est aliquis parum vixisse, si vitam ad certam rationis normã direxit, & officiorum momenta perpendit. Poterat versus ille Iob ita verti ex hebraico: Ante diẽ suum succidetur. Thargum vertit. In die nõ suo implebitur sepulchrum eius. R. Abrahã Perusol: In non die suo complebit impius diem suum: & implebit sepulchrum suum. Illic iacent à vermibus deuorati, qui in hac vita homines deuorabant: illic conuertuntur in terram, qui in hoc mundo terram cupiebant, & terræ pompis & diuitiis abundabant. Vox *Simile.* quandiu profertur, quia multa ad eius articulationem concurrunt, vt dentes, lingua, guttur, palatum, labia, videtur quippiam magnũ existens, solidum, & admirabile: at in domo testudine concamerata, vbi nihil præter sonũ quendam percipitur, statim iudicans id, quod magnum videbatur, nihil esse præter aerem quendam percussum, & inanem tonum. Eodẽ modo principes & magnates quamdiu vitam degunt, quoniam multa conueniunt, quæ eos augere & amplificare videntur, vt opes, potentia, dignitates, mundi gloria, & celebris nominis amplitudo, videntur magni, stabiles, & permanentes: at positi in sepulchro, in domicilio illo concauo, & veritatem ostendẽte, confestim cognoscis, & animo comprehendis, eos, qui illustres videbantur, puluerẽ esse fœtidum, & parum quippiam venti. Vbi est inanis eorum gloria? vbi eorum pulchritudo? vbi eorum pompa? Transierunt omnia illa si- *Sap. 5.*
cut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Nihil in vita semper floret: nemo est, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum. Sed quamuis in terrã conuertamur, & naturalia corpora eo abeãt, vnde orta sunt, tamen ea manent, quæ rectè factis obtinentur. Moriuntur viri iusti, sed nõ mo-
ritur eorum virtus, quoniam nec oblivione eorum, qui sunt, nec reticentia posterorũ potest esse sepulta. Breuis est vita & mortalis, sed gloria, quæ vita benefacta comparatur, magna & sempiterna. Exiguum nobis vitæ curriculum Deus dedit, immensum gloriæ, cuius spe mortales ad immortalitatem excitantur. At homines nefarij, in lethali crimine migrantes in dienon suo implent sepulchrũ suum cadaueribus, & eorum animæ defcendunt ad inferos, æternis cruciatibus torquendæ.

Et dabo eam in limpidissimam petram. Pagninus ha-

nus habet. Et ponam eam, vt est summitas petræ. Brixianus: Dabo eam in eminentem petram. Paraphrasis Chaldaica: Dabo eam super lenitatem petræ nudæ. Quæ omnia in idẽ recidunt. Vult diuinus vates significare. Tyri euersionem. Ac si dicat: Publicè punietur ciuitas hæc non sub tecto occulte, sed super lapidem lenem & eminentẽ, vt ab omnibus vi-
Sup. 24. deatur. Hac dicendi exornatione vsus est etiã capite vicesimoquarto. Lapis accipitur aliquando pro eo, quod est totum, quòd lapis sit corpus vnum, iuxta sententiam R. Kimhi. Vnde effectum est, vt id quod habet commu-
Gene. 49 nis editio quadragesimonono capite Geneseos: Inde pastor egressus est, lapis Israel, vertãt nõnulli: Inde pastor est lapidis Israelis. Quasi dicat Iacob. Filius meus Ioseph diues, & pulcher, variis calamitatibus fuit pressus à fratribus, & domina sua, sed ex omnibus illis eum eripuit Deus Iacob, obtinuit enim magnum in Aegypto principatum, & ipse pauit totum Israelem, pastor fuit totius lapidis, hoc est totius corporis, seu omnis congregationis Israelis. Potest tamen locus ille ita explicari. Etsi Ioseph fuit multis ac acerbis ærũnis expositus, semper tamen stabilis ac firmus permansit: nullæ eum tentationes potuerunt de gradu constantiæ deijcere. Quin potius ex voluntate dei Iacob fuit pastor & princeps totius Aegypti, ille qui semper fuit lapis immobilis Israelis, qui fuit firmamentum sustentans Israelitas, cuius firmitas & fortitudo lapidi simo & valido cõparantur. Sed quoniã præcedunt verba hæc. Et dissoluta sunt vincula brachiorum & manuũ Ioseph per manus potentis Iacob, hoc est, per manus dei Iacob, qui potẽs est, & subditur illarum: Inde pastor egressus est lapis Israel, possunt hæc verba ad deũ de quo loquitur, referri: vt sit sensus: Multa pertulit Ioseph, sed protexit eum Deus Iacob, ex quo Iacob egredietur, secundũ carnẽ Messias, qui erit pastor, & lapis Israelis, qui Israelitas non solũ pascet, sed firmiter sustẽtabit, qui verè credentes & fideles doctrina, gratia, & virtutũ dapibus oblectabit, & firmiter
Isa. 28. tuebitur. Ipse est lapis ille, de quo dixerat eoꝛ lestis pater apud Esaiã: Ecce ego mittã in fundamentis Sion lapidẽ, lapidẽ probatũ, angula
Psal. 117 rẽ, pretiosum. De eo prædixerat Dauid: Lapidẽ, quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus
Rom. 10. est in caput anguli. Quem locũ diuus Paulus
1. Pet. 2. in epist. ad Romanos, & diuus Petrus in pri-
Mat. 21. ma sua epistola de Christo exponũt: imò ipse Christus de seipso apud Matthæum interpretatur. Accipitur etiam lapis pro põdere. Ideo
Deut. 25 cap. 25. Deuteronomii pro eo quod est in hebraico: Non habebis in sacculo diuersos lapides, vertit cõmunis interpres. Non habebis in sacculo diuersa pondera. Illud etiã Micheæ: *Micha. 6*
Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli lapides doli? vertit ille & rectè quidẽ: Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli pondera dolosa? Accipitur etiam lapis pro re pertinaci & obstinata: vnde cor lapideũ apud Ezechielẽ capite vndecimo, significat *Sup. 11.* animum impium & induratum. Hic autem petra limpidissima capitur pro publica punitione: idem enim est, dabo eam in petram limpidissimam, ac publicè eam euertam.

Et statuæ tuæ nobiles in terram corruent. Pro statuis est in hebraico מַצֵּבוֹת matsseuoth, à verbo יָצַב iatsau, quod significat stare, sta-
Gene. 29 tuere, erigere: vt ca. 29. Geneseos: Vidit scalam stantem super terram, siue erectã. Illud quarti Regum: Fecerunt sibi statuas, poterat verti: *4. Reg. 17*
Erexerũt sibi statuas. Vbi Ieremias habet: Statue tibi speculũ, pone tibi amaritudines, pro *Ier. 31.* statua est in hebraico hoc nostrum verbum. Estque horum verborum sensus. Erige speculam ô Israelitice populo, pone te in excelso quodam loco, vnde vias omnes circũspicias, & videbis te non virtutum sed vitiorum vias percurrisse: aspicies infinita scelera tua, intueberis vias, quibus ambulasti, impias, & ad infernum ducentes. Et cùm hoc perspexeris, pone tibi amaritudines in animo tuo, dole flagitia tua, & dolore confectus ob tuas impietates, age pœnitentiam, & ad viam veritatis cõuertere. Pro specula est in hebraico tsinnim, pro quo quidã vertũt titulos, alij, signa, alij aceruos lapidũ. Pro amaritudinibus est in hebraico tamrurim, pro quo nonnulli vertũt lapides erectos, seu titulos. Quibus verbis aiunt deum velle populum Iudæorum in captiuitatem Babylonicam euntem consolari, ac si diceret: Vias has, quibus iter facis ductus in Chaldæam signa titulis, & altis lapidũ aceruis, vt cùm in patriam tuam redieris, possis vias, quibus transiuisti, facilè cognoscere: reuerteris enim Hierosolymã, & in dulcem patriam tuam longo interuallo intermissam reuocaberis. Nec est inconueniens, dictionem pro qua noster interpres posuit amaritudines, titulos erectos significare, nam deriuatur à verbo marar, quod & amarum esse, & erigere significat. Vnde illud Oseæ: Ad ira- *Osc. 12.*
cundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, hoc est, in suis sceleribus, quibus conscientia amarescit & torquetur, potest verti ex hebræo: Ad iram me prouocauit Ephraim in titulis, & statuis suis. Quasi dicat Deus. Volebam ob pietatem meam decem tribus magnis honoribus afficere, illius; libertatem ac quietem largiri: at ipsæ me

Universidad de Deusto
Biblioteca

derelicto statuas ac simulachra coluerũt, quibus me ad iram prouocarunt. A verbo hoc נצב derivatur dictio מצבה quæ statuam significat, & titulum erectum in rei alicuius
4. Reg. 18 insignis memoriam, & permansurum monimentum, vt quarto Regum: Ipse dissipauit excelsa, cõtriuit statuas: & capite trigesimo
Gene. 35 quinto Geneseos: Hic est titulus monumenti Rachel. Significat etiam stationem, vt primo
1. Reg. 13 Regum: Egressa est autem statio Philistijm. Est autem statio locus, in quo milites considerunt, qui præsidium dicitur, & capitur pro ipsis militibus, cum suo præfecto præsidentibus vniuerso exercitui, vel custodiæ arcis, seu oppidi, seu principis. Quã ob causam stationes significant antesignanos, & præcipuos milites castra custodientes. Ideo poterat verti locus hic Ezechielis: Et duces tui nobiles, seu præcipui tui milites corruent in terram. Pro quo septuaginta transtulerunt: καὶ τὴν ὑπόστασιν τῆς ἰσχύος σου ἐκ τοῦ τείχους κατάξει. Hoc est, kit substantiã fortitudinis tuæ in terram deducet. Quasi dicat Deus. Euerteris ô Tyre ciuitas celeberrima, & exercitus hostiũ tuorum prosternet in terram robustiores & fortiores milites tuos, qui sunt tota substantia fortitudinis tuæ.

ARGVMENTVM CAPITIS XXVII.

IDem est argumentum huius capitis & superioris, nimirum euersio Tyri. Sed additur altera causa, quæ est superbia ex nimia opum, rerũque prosperarum affluentia proueniens. Est hoc caput ita apertum & clarum, vt nulla ferè indigeat explanatione, nisi in aliquorum nominum significationibus.

CAPVT XXVII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: Tu ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum, & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas: Hæc dicit dominus Deus: O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuũ, abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum: quercus de Basan dolauerunt in remos tuos: transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ. Byssus varia de Aegy B pto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo, hyacinthus & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum. Habitatores Sidonis & Aradij fuerunt remiges tui: sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui, senes Biblij, & prudentes eius præbuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ: Persæ, & Lydi, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu suo super muros tuos in circuitu, sed & Pygmęi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum. Ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam. Carthaginenses negotiatores tui. A multi- C tudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque repleuerunt nundinas tuas. Græcia, & Thubal, & Mosoch ipsi institores tui. Mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo de domo Thogorma: equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum, Filij Dedan negotiatores tui. Insulæ multæ negotiatio manus tuæ. Dentes eburneos & hebeninos commutarunt in prætio tuo. Syrus negotiator tuus. Propter multitudinem operum tuorum guttam, & purpuram, & scutula, & byssum, & sericum, & chodchod posuerũt in mercatu tuo. Iuda & terra Israel, ipsi institores tui, in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis.

EXPLA

EXPLANATIO.

TV ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum. Præcipit deus Ezechieli, vt Tyrum euertendam lamentetur. Vt est cæli proprium in orbem moueri, & ignis sursum ascẽdere, & terræ in ima sedere, veluti mundi centro cõglobari, ita est in animo hominis insitũ misereri afflictorum, eorũq; calamitates deplorare, aut saltem dolere. Fera appellari potest, & non homo, qui hominum ærumnis non mouetur. Agreste est & immane non tangi mœrore eos, qui in aliorum gemitu, & ruina, & fle-
Iudi. 21. bilibus querelis versantur. Etsi Israelitæ fuerant à filijs Beniamin grauiter offensi, tamen videtes eorũ cladẽ, & luctuosum excidiũ omnes lamentabilibus vocibus ploraueruũt. Audi
2. Reg. 1. ens Dauid eadem Saulis hostis sui acerrimi & cladem populi Iudaici planxit amarẽ, & lachrymarum affluentiam profudit. Hoc excidium intuens mentis oculis Samuel lamentis illud prosequebatur, vt ait ijs verbis di-
1. Reg. 15 uina scriptura: Lugebat Samuel Saulem, quo etiam dominum pœnitebat, quòd constituisset eum regem super Israel. Prædicens Esaias
Esai. 16. Moabitarum excidium has voces plenas doEsai. 21. loris emisit: Super hoc plorabo in fletu Iazer. Et paulò pòst: Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Et Babylonis euersionem his verbis deplorauit: Repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me, sicut an
Iere. 48. gustia parturientis: Et Ieremias: Cor meũ ad
Iere. 9. Moab quasi tibia resonabit. Et alio in loco, Quis, inquit, dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Eius lachrymarum abundantiã ostẽdunt tristes illæ lamẽtationes, quas sedens, & amaro animo suspirans composuit, ac mœstissimus literis mãdaLuc. 19. uit. Et Christus deus noster videns euertendã ciuitatẽ fleuit super illã. Eodẽ modo Ezechiel intuens animo futuram Tyri vastitatem, eã hoc capite lamentatur, inquiens esse sibi à deo iussum sumere lamentum super illam. Sed vt planctus tristior appareat, describit huius ciuitatis nobilitatem, opulentiam, diuitias, & celebritatem ex situ, & mœnium pulchritudine & magnificentia, & magnatum frequentia, & mercatorum varietate. Fuit enim hæc vrbs florentissima, vt capite superiore ostendimus, & celebre totius orbis emporium. Sed quoniam pro hac prosperitate, cuius memoriam Tyri beneuolentia & pietate perpetua colebant, quin potius immemores, & ingrati, & impij extiterunt, fuerunt meritò vi calamitatũ oppressi, & victi, & partim captiui, partim ferro trucidati: & ciuitas prostrata, & diruta & funditus euersa. Eam etiam ob causam cõnumerat diuus vates eorum opes, rerumq; fecundarũ abundantiã, vt eorum appareat ingrata ingratitudo, & in eorum pœnis diuina iustitia ostendatur.

Quæ habitat in introitu maris. Id est, quæ est insula iuxta ostia maris. Erat Tyrus cincta mari, sed littori propinqua.

Negotiationi populorum. Negotiationem populorum eam vocat, quia ad eã vndique mercatores concurrebant.

O Tyre, tu dixisti. Scilicet te iactãdo, & diuitias tuas tibi arroganter tribuendo. Crimen est bona sua non deo attribuere, sed sibi.

In corde maris sita. Hoc est intra mare. Ita intelligitur versiculus ille psalmographi: Nõ timebimus, dum turbabitur terra, & transfe- Psal. 45.
rentur montes in cor maris. Quasi dicat: Nos diuino præsidio fieti vitã in animi securitate & tranquillitate degemus, etiã si terra terribilibus motibus tremat, & concutiatur, & montes intra mare proijciat. Magnus Basilius hæc verba dicta existimat sub omnium illorũ persona, qui fiducia roborati, & vinculis charitatis astricti deo adhærent, propter quem nihil timent, nihil intolerandum ducunt. At diuus Augustinus per terram intelligit Iudæã, quæ Christi prædicatione perturbata est, ac tandẽ adeò cõmota, vt mõtes, hoc est apostoli transferrentur inde in cor maris, hoc est, in corda gentilitatis, quæ cũ mari magno comparatur. Et licet hæc Augustini expositio pia sit, vera, & præclara, illa tamẽ Basilij promitur magis ex litera, quę per cor maris profundũ maris intelligit. Ita illud intelligitur euangelij: Sic erit fi- Mat. 12.
lius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Vbi cor terræ significat intra terrã, hoc est, foueã & sepulchrũ. Cor etiã accipitur aliquando pro opinione, vnde furari cor alicuius, est aliquid efficere eo inscio, ideóq; nõ opinãte. Ita Isaismus est, quo vtitur diuina Gene. 31.
scriptura capite trigesimo primo Geneseos, dicens: Iacob furatus est cor Laban Syri, quod fugam suam ei non indicasset. Pro quo noster interpres trãstulit, & rectè quidẽ: Nolãtes; Iacob cõsiteri socero suo, quòd fugeret.

Abietibus de Sanir extruxerunt te. Loquitur cum Tyro, quasi cum naui in medio maris. Sanir mõs est abietum proceritate insignium plenus, qui authore diuino Hieronymo appellatur etiã Samor, vnde afferebantur ligna abietina ad cõstruendas naues Tyri, cũ omnibus suis transtris & tabulatis.

Vt facerent tibi malum. Id est, nauis arborẽ, vbi vela expanduntur. Ex Libano mõte Phœniciæ deducebantur ligna cedrina ad nauium

mala. In hac Phœniciæ regione sunt Tyrus & Sidō vrbes, & Carmelus & Libanus mōtes

Quercus de Basan. Basan est regio trans Iordanem, vnde quercus proceritate insignes deducebantur Tyrum ad remos conficiendos. *Esai. 2.* De ijs loquitur Esaias capite secundo. Transtra sunt remigum sedilia in nauibus. Prætoriola verō sunt cellaria nauium, & reconditoria, vbi victualia seruantur.

De insulis Italiæ. Quæ sunt Sicilia, & Corsica, & aliæ ex quibus ligna pulchra deferebantur ad vrbem Tyriorum, ad prætoriola nauiū *Genes. 10* construenda, & ad naues ipsas ornandas.

De insulis Elisa. Elisa fuit filius Iauan, qui cū alijs fratribus suis insulas coluit, vt in libro Geneseos memoriæ proditum est. Ab hoc Elisa denominatæ sunt nonnullæ insulæ, quæ sunt hæ, de quibus hic loquitur Ezechiel. Ionathas Chaldæus per Elisam intelligit Italiam. Alij insulas maris Ionij.

Habitatores Sidonis & Aradii. Sidon vrbs est Phœniciæ, cuius paulò ante meminimus, Chananæorum terminus. Aradus est insula in mari Phœnicio, cuius meminit Plinius libro 5. capite trigesimo, & Strabo libro sexto decimo.

Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui. Effert laudibus Tyrum, quòd viros eligeret sapientes, à quibus gubernaretur. Verè sapientes nihil admirantur. Verè sapientes nihil priusquam accidat, non euenire posse arbitrātur. Non pendent ex insipientium sermone, nec extrinsecas ab imperita & temeraria multitudine aut benè aut malè viuendi suspensas habent rationes, sed incumbunt in virtutum actiones, & quicquid homini accidere possit, præmeditatur, & priusquam calamitas adueniat, eā declināt, aut saltē toleranter & modestè ferunt. Eam ob causam sunt eligendi sapientes ad rempublicam gubernandam, qui eā conseruent, qui intercludant omnes seditionum vias, qui si eam viderint labefactari, valeant opem ferre patriæ, succurrere communi omnium saluti, occidēti reipublicæ opitulari. Ei, cui respublica cōmittitur, necessaria est sapiētia, qua regat populū, leges ferat, puniat scelerator, fauore prosequatur viros virtute præditos, reuocet à vitijs, cohortetur ad virtutes. Tū ait Plato posse ciuitates appellari felices, cùm aut philosophi regnāt, aut reges philoso- *Deut. 1.* phantur. Volēs Moyses gubernatores populi constituere, in hunc modū fuit Hebræos allocutus. Date è vobis viros sapiētes, & gnaros, quorū conuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponā eos vobis principes. Sapiēs Moses sapientiā in principibus populi imprimis optabat. Debet enim, qui alios regit, eos sapientia anteire. Hoc intelligēs Salomō nō diuitias à Deo postulauit, sed sapientiā. Id illi- *3. Reg. 3.* præuerat eius sapiens pater, cùm ad deum has preces emisit, Deus iudiciū tuū regi da, & iu- *Psal. 71.* stitiā tuā filio regis. Et in alio psalmo: Eruditi- *Psal. 3.* mini, qui iudicatis terrā. Per Oseā ait Deus: *Ose. 4.* Quoniā tu scientiā reppulisti, repellam ego te. Cùm Salomō non solùm homines suæ ætatis, sed antiquitatis etiā memoriā sapiētia superaret, arebat in lib. illo Sapi. quē viri & sanctita- *Sap. 6.* te & eruditione præstātes illi tribuērūt. Si delectamini sedibus & sceptris ō reges populi, *Eccl. 30.* diligite sapientiā, vt in perpetuū regnetis. Diligite lumē sapiētiæ omnes, qui præestis populis. Et paulò pōst: Rex sapiens stabilimentum populi est, ait ecclesiasticus: Rex, inquit, insipiens perdet populum suum. Eam ob causam di- *Ier. 9.* cebat Deus per Ieremiam: Introducam vos in Sion, & dabo vobis pastores, secundū cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Intuere animo, quàm necessaria sit sapientia reipublicam gubernantibus, cùm afferat ipse deus, eos sibi placere, qui populum scientia & doctrina pascunt. Gubernator reipublicæ absq; scientia est nauis absque clauo, & auis absque pennis. Gubernandi dignitas magistratus ap- *Similitu.* pellatur à magistro, vt ait Varro, quoniam qui alijs præest, eorum vitæ debet esse magister. Vnde diuus Paulus in epistola ad Ephesios, *Ephes. 4.* Deus, inquit, dedit quosdam apostolos, quosdam autē prophetas, alios verò euangelistas, alios aūt pastores & doctores. Pastores & doctores simul copulat & connectit: Non ait, alios pastores, alios doctores, sed alios pastores & doctores, significans debere illos præditos esse doctrina, qui rempublicam gubernādam susceperunt. Id quod in epistola prima *1. Tim. 3.* ad Timotheū, & in epistola ad Titum in epi- *Tit. 1.* scopi descriptione apertissimè ostēdit. Apud Plutarchum ait ita Antisthenes: Nō solùm sapientia præstare eū par est, qui antecedit alios imperio, sed religione etiā & pietate. Et Vegetius de arte militari, Nullus, inquit, est quē oporteat vel plura, vel meliora scire, quàm principē, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis. Prometheus fuit sapientia præstanti, promithias enim idem est prudentia. Ideo fictis historijs dixerunt poetæ hunc fuisse hominū creatorem, quòd cum sapiens esset, hominum feritatem & imperitiam ad humanitatem & scientiam traduxit, vt asserit Eusebius de temporibus. Non eos vocabant homines, qui inculti, indocti, ab omni eruditione alienati vitam degebant. Eum verò qui eos vagos & errantes ratione quadam compulit in vnum locum, docuit, instruxit, & mites reddidit, hominum conditorem appellauere.

Vide

Vide quātum principi erudito tribuerint. Sed debet princeps cum viris sapientibus communicare, & sermones conferre, ac philosophis doctrina præstantibus familiariter vti, vt scientiam consequatur. Hinc natum est vetus illud Prouerbium: Commercio sapientium rex sapit: quod Zenodotus refert ex Aiace Locrēsi: & Plato tribuit Euripidi. Si princeps fuerit sapientia munitus, non solùm dum vixerit, populum in tranquillitate & iustitia gubernabit, sed etiam post eius mortem durabit aliquo tēpore eius regendi ratio, & gubernandi institu- *Simile.* tio. Vt enim sol post occasum suum non statim lucem penitus abscondit, quin potius claritatem quandam relinquit, quæ aduentāte nocte sensim euanescit, donec tetra caligine pentus obscuratur, sic princeps sapientia ornatus, & virtutum præsidio septus etiam postquā excedit è vita, relinquit pacem & iustitiam, & ad mirabilem illam gubernandi rationem, quæ aliquandiu durat, donec sensim labefactatur, & aduenientе alterius principis tyrannide penitus consumitur. *Simile.* Quemadmodum triremis non solùm mouetur, dum à remigibus vi brachiorum exagitatur, sed etiā quiescētibus illis ex currit, & vi prioris impetus aquas scindit & sulcat, sic respublica nō modò eo rege viuēte, qui eam sapientia & iustitia illustrauit, & vi suæ virtutis ad summam amplitudinem perduxit rectè gubernatur, sed vbi ille migrat è vita, formam illam præclaram administrandi aliquo temporis spatio conseruat. Non aliam ob causam veteres mathematici, eruditione insignes, dixerunt Iouem & Saturnum esse in cœlo cōiunctos, nullo eos sydere diuidente, nisi vt significarent non debere potentiam à sapientia separari: per Iouem enim potentiam, per Saturnum verò sapientiam intelligebant. Illa respublica poterit dici beata, quā viri sapientia præstantes administrandam suscipiunt. Talis esset Tyrus illa, quam hoc loco ait diuinus vates fuisse à sapientibus gubernatā, nisi eorum sapientia humana fuisset, & cum malitia coniuncta: *Rom. 8.* de qua ait apostolus: Sapientia carnis inimica est Deo. Vera sapientia cœlestis est, & cū virtute copulata, & vt verbis vtar Lactantij Firmiani libro primo de diuinis institutionibus, Omnis sapientia hominis in hoc vno consistit, vt Deum cognoscat, & colat. Cùm autem Tyri sapientes à veri Dei cultu deuiarent, & sceleribus imbuti, in idololatrijs & erroribus intolerandis versarentur, perspicuum est eorū sapientiam fuisse potiùs ignorantiam. De hu- *Iob. 5.* iusmodi sapientibus dicitur in libro Iob: Apprehendit Deus sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Et Esaias: Sapi- *Esai. 9.* entes, inquit, consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Prudentia carnis, inquit apostolus, mors est. Et alibi: Scriptū, inquit, est *Rom. 8.* enim: Perdam sapientiam sapientum, & prudētiam prudentium reprobabo. Et rursus: Sapiē- *1. Cor. 1.* tia huius mundi stultitia est apud Deum. Non *1. Cor. 3.* est vera sapientia ea, quæ est à fide, spe, & charitate separata. Vnde Gentes illæ, quæ fide carebant, non fuerunt veram sapientiam consecutæ: ipsi enim philosophi confusionem suam aspicientes id aliquando veritate coacti fatebātur. Nam Socrates, cui Apollinis oraculō primas sapientiæ tribuit, in Apologia planè asseruit esse mortales vera sapientia destitutos, & se nihil scire nisi idipsum. Et iudicatus fuit cæteris præstare, quòd illi, quæ nescirent, se scire putarent, ille se nihil scire, id vnum sciret. Id quod etiam asseruit postea Carneades. Hinc fluxit Academicorum secta, qui nihil omnino asserebant: quoniam nullam esse sapiētiam ori stimabant. Hoc significare volentes antiqui dixerunt Mineruam, quam sapientiæ deam finxerunt, virginem fuisse, à nullo homine tactā, vt à nullo cognitam esse veram sapientiā ostēderent. Quod ita reuera erat in ijs, qui erant à fide alienati. Democritus & Empedocles, & alij veteres philosophi aiebant, nihil verè percipi, nihil sciri: angustos esse sensus, imbecillos animos, breuis curricula vitæ: in profundo veritatem esse demersam: opinionibus omnia teneri, nihil solidæ veritati relinqui: omnia denique tenebris circumfusa esse dixerunt. Arcesilas, qui altero nomine Arcesilaus appellatur: negabat esse quicquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. Lælius apud Ciceronem asseruit à nemine fuisse positam sapientiam, quam Stoici interpretantur. Vide quibus tenebris cooperiebantur homines illi miseri, qui veri Dei fide carebāt. Christus est sapiētiæ fons, & vt verbis vtar Ecclesiastici: fons sapientiæ verbū Dei in excelsis. Cùm autem Gentiles hoc Dei verbū *Eccle. 1.* ignorauerint, apertè concluditur, eos fontem sapientiæ non cognouisse, & ex consequenti non esse veram sapientiā consecutos. Et quoniam eam mortales inquirebant, non est passus Deus eos diutiùs oberrare, aperuit eorum oculos aliquando, & errantibus ac vagis viam adiscendæ immortalitatis aperuit. Misit filium suum vnigenitum, doctorem cœlestem, ducem virtutis, fontem sapientiæ, cuius hausto ac potu possent homines diuinam philosophia cōparare, conceptam visceribus sitim sedare, ardoremque rerum humanarū restinguere. Illi sunt vera instructi sapientia, qui huic diuino parent præceptori, qui Christi Dei nostri doctrinam sequuntur, eumque pro viribus cum eius gratia imitātur: Christiana philosophia medetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

animis, vanas sollicitudines detrahit, impijs cupiditatibus liberat, noxios timores expellit. Hæc est vitæ mortalium dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quæ conscientiæ tranquillitatem largitur, & mortis terrorē docet auferendum, & viam offendit ad beatitudinem sempiternam comparandam. O mortaliū philosophia magistra, ó vera animarum cultu
Hebr. 1. ra, quid sine te esse potuissemus? Christe sanctæ splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, tu nobis hanc cœlestem tradidisti doctrinam, tu nos ad veram sapientiam inuitasti, tu vt nobis vitam tribueres, mortem subire non dubitasti, sed te in crucis ara pro nobis hostiam cōstituisti. Quare nulla erit memoria, nulla vis ingenij, nulla magnitudo obseruantiæ, quæ tot tantisque beneficijs possit vnquam respōdere.

Persæ & Lydij, & Libyes. Persia regio est orientalis, delicijs abundans, quam Ptolemæus lib. 5. describit. Lydia regio est Asiæ minoris Cræso rege notissima, Phrygiæ vicina. Libya est tertia pars orbis, quam Africam vocamus. Ex omnibus his oris conueniebant Tyrum milites strenui, qui eam defenderent, & aduersus eius hostes pugnarent.

Pygmæi. Hi erāthommes paruæ staturæ, qui, vt Plinius ait lib. 7. ca. 2. ternos dodrantes nō excedebant. Aristoteles ait eos in cauernis habitare. Verùm pro pygmæis veterum septuaginta, custodes: Symmachus, Medos: Aquila tamen transtulit Pygmæos.

Carthaginenses negotiatores. Carthago fuit vrbs Africæ celeberrima, à Didone condita, à Scipione Æmiliano penitus euersa.

Græcia, & Thubal, & Mosoch. Græcia Europę regio est, omnium bonarum artium quondam mercatura, & Musarum domicilium: nunc impijs Turcis subiecta. Thubal est Hispania, Mosoch Cappadocia, cuius metropolis appellabatur Mazaca: quæ postea ab Augusto Cæsare fuit vocata Cæsaria. Insulæ & regiones post diluuium obtinuerunt nomina à cōditoribus
Gene. 10 & primis occupatoribus, vt in libro Geneseos scriptum legimus. Noe habuit tres filios, Sem,
Gene. 6. Cham, & Iopher. Iapheth habuit septem filios,
Gene. 10 vrbium principes & conditores, Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mosoch, Thiram. Iauan coluit Ioniam & Græciam, Thubal Hispaniam, Mosoch Cappadociam: de quibus regionibus hic loquitur Ezechiel. Gomer habuit quendam filium nomine Thogormam. Iauan genuit Elisam, Tharsim, Cittim, & Dodanim. Gomer occupauit Galatas, Thogormā Phryges & Troianos. Elisa Aelios, siue Italiam, Tharsis Ciliciam, Cittim Cyprios, Dodanim Rhodios. Filij Cham fuerunt Chus, Mesraim, Phut, Chanaā. Chus constituit Aethiopiam, Mesraim Aegyptum, Phut Africā, & Lybiam, Chanan populum Chananæorū. Chus habuit filium nomine Saba, vnde Saheā & alterum nomine Regma, Vnde Regmæi populi in Arabia. Hic Regma habuit filium nomine Dadan, qui constituit veteres Idumæos, priusquam Idumæi appellarentur. Chanaan genuit Sidonem, qui condidit vrbem eo nomine appellatam: & Aradium, qui Aradum insulam coluit, & Hetthæum, & Iebusæum, & Amorrhæum, & alios, qui populum Chananæorum deseminarunt. Sem habuit filios Aelam, vnde Aelamitæ, & Persæ: Assur, vnde Assyrij: Lud, vnde Lydij: Aram, vnde Aramæi. Aspicis igitur per Thubal Hispanorum constitutorem Hispanū significari. Hic Thubal, vt ait Berosus lib. 5. deflorationis Chaldaicæ floruit tempore Nini filij Beli, & Celtiberos, qui nunc Hispani vocantur, legibus instruxit. Diuus Hieronymus & Eusebius aiunt eum fuisse primum Hispanorum regem. Quod etiam ex Hebræis concedit Iosephus, quemadmodum ex Chaldæis Berosus. Prima vrbs Hispaniæ, vt aiunt appellata est Thubal ab ipso conditore nomine desumpto, quam viri docti eam dicūt esse, quæ nūc Setubal appellatur, in hac nostra Lusitania sita, ad occidēte in littore pulcherrimo maris Oceani, circūdata muro admirabili, toto iaspideo. Omnes eius lapides sunt pretiosi, & magna pars templorum & ædium est ex iaspidibus constructa. Prope Setubalum est magna quædam ciuitas eversa, & solo adæquata in pulchro illo & spatioso littore, quam incolæ Troiam appellant, vbi hodie multa antiquitatis signa conspiciuntur. Illuc ego me contuli appetitu has ciuitates viuendi, de quibus memoranda nonnulla audieram, quę ibi oculis aspexi. Sed licēt viri magni contendant, ciuitatem Thubalum à Thubal conditam esse hanc, de qua loquor, in nostra Lusitania sitam, non tamen me fugit esse nonnullos, qui testimonio quodam Pomponij Melæ perperam mea quidem sententia intellecto, eam in Bætica sitam esse contendant. Est autem Bætica pars quædam Hispaniæ in tres partes distributæ, Tarraconam, Lusitaniam, & Baticam.

De domo Thogorma. Hoc est, de Phrygia, quę fuit postea à Troo rege vocata Troia. Vel à Thogorma Troa dicta fuit, & Teucria, quæ hodie appellatur Turciamam Iudęi nostri tēporis pro Turcia Thogormā dicūt. Diximus paulò antè Thogormam fuisse filiū Gomer, & Phryges ac Teucros constituisse.

Filij Dedan. Id est, Idumæi. Pro Dedā scribunt nōnulli Dadan, sed idē est. Diximus supra fuisse Dadan filium Regmæ, & Idumæum coluisse.

Hic condidit vrbem quādam in Idumæa, quam à nomine suo Dedan appellauit, cuius suprà meminit Ezechiel cap. 25.

Hebeninus. Hebenus est arbor in India & Aethiopia nascens, quæ, vt ait Plinius lib. 12. cap. 4. durescit in lapidem.

Guttam. Lachryma est ab arbore quadā fluens in Libya, quæ destillans decidit in subiectam arenam, vbi in grumos instar thuris cōcrescit. Est odorifera, & appellatur etiam ammoniacum, siue ammoniaca. De ea dicitur in
Psa. 44. psalmo: Myrrha, & gutta, & casia à vestimētis tuis. Vbi Basilius ait guttā esse speciē myrrhæ tenuissimam: ex hoc enim aromate contuso omne quod exit liquidum in guttā separatur, reliquum, quod restat crassius appellatur myrrha. Dioscorides asserit eam esse eximiā guttā, magniq; ptetij, quæ ex myrrhæ flore exprimitur. Eius meminit Ecclesiasticus, dicens:
Eccl. 24. Quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris: & quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta.

Scutulatæ, & byssum. Scutulata sunt vestes habentes quosdam orbes, quasi scutulis distinctos, quales habet sericum Damascenū. Sunt qui existiment esse indumenta variis coloribus depicta. Byssus genus est lini tenuissimi, ex quo delicatissimæ fiunt vestes. Sūt qui has duas dictiones ita cōiungāt: polymitā byssum.

Chotcholi. Dictio est hebraica, quam interpretes ferè omnes ita reliquerunt, vt erat in hebræo: Aiunt nonnulli ex Hebræis significare pretiosis merces, alij existimant esse carbunculum pretiosum lapidē: alij margaritū: quos secutus Pagninus vertit, vniones.

D Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mozel in nūdinis tuis, proposuerūt ferrum fabrefactum, stactem, & calamū, in negotiatione tua. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. Arabia, & vniuersi principes Cedar ipsi negotiatores manus tuæ, cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. Venditores Saba, & Rema ipsi negotiatores tui, cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo. Aram, & Chāne, & Edem negoE tiatores rui. Saba, Assur, & Chelmach venditores tui, ipsi negotiatores tui, multipharium in uoluceris Hyacinthi, & polymitorum, gazarumq; pretiosarum, quæ obuolutæ & astrictæ erāt funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis maris adduxerunt te remiges tui, ventus auster contriuit te. In corde maris diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum. Nautæ tui, & gubernatores tui, qui tenebāt suppellectilem tuam, & populo tuo præerant, viri quoque bellatores tui, qui erant in te cum vniuersa multitudine tua, quæ est in medio tui, cadent in corde maris, in die ruinæ tuæ.

Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum. Hoc est, Damascenus negotiatur tecum propter copiā rerum miro artificio effectarum, quæ inter alia præclara videntur. Damascus est ciuitas florentissima, caput Syriæ: & regio ipsa, quæ totā illam Syriæ partem complectitur, quæ adiacet monti Libano, Damascene appellatur. Autores sunt Pomponius Mela lib. 1. & Strabo lib. 16.

In vino pingui. Hoc est, excellenti. Solet diuina scriptura res optimas pingues appellare. Ita in lib. Geneseos, cap. 27. dicebat Isaac filio:
Gene. 27. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. Præposuit cœlum terræ, nam per rorem cœli intellexit bona animi, per pinguedinem terræ ea, quæ in terra electa sunt & optima ad corpus pertinentia. Capite etiam Geneseos 45.
Gene. 45 vbi nos habemus: Vt comedatis medullā terræ, habet littera hebraica: Vt comedatis pinguedinem terræ. Et capite. 49. eiusdem libri,
Gene. 49 id quod habet editio vulgata: Aser pinguis panis eius, potest verti ex hebræo: Ex Aser pinguis terra panis eius. Quasi dicat. Abundabit. Aser omnibus ad vitam necessarijs, nam terra eius erit electa & frugifera, & frumentum hubertimum producet. Sacrificium pingue appellatur illud, quod est electum & Deo gratum, vt in psalmo: Memor sit omnis sacrifi-
Psal. 19. cij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Aesi dicat: Gratum sit Deo munus tuum, & holocaustum tuum sit optimum. Quidam vertendum ducunt: Et holocaustum tuum pingue fiat, nimirum Deus: seu pingue æstimet. Alij vertūt Et holocaustum tuum in cinerē cōuertat. Vt sit sensus: immittat deus igni de cœlo,

qui

qui holocaustum tuum deuoret & absumat: atque ita illud gratum sibi esse ostendat. Eodé modo testatus est Deus gratiam sibi esse primam illam Aaronis oblationem, cuius meminit scripta 9. capite Leuitici: & sacrificium Eliæ, cuius meminit capite decimoseptimo libri Regum tertij.

Dan, & Grecia, & Mozel. Dan locus est, in quo habitauit tribus Dan. Fuit Dan filius Iacob, à quo & tribus, & locus nomé acceperõt. Græcia & Mozel regiones sunt, quarum habitatores ad nundinas Tyri conueniebant.

Arabia. Regio est inter Iudæam & AEgyptum. Iuxtà Plinium triplex est Arabia, vna felix, altera Petræa, tertia deserta.

Cedar. Regio est Agarenorum, aduersus quam vaticinatus est Ieremias. Fuit autem Cedar filius Ismaelis, à quo prouincia nomen accepit.

Ipsi negotiatores manus tuæ. Id est, tecum negotiantes manibus mutuò datis.

Venditores Saba. In hac regione regnauit regina Saba, quæ venit visum Salomonem. De ea dicitur in psalmo: Reges Arabum & Saba dona adducent. Pro quo alij vertunt, Reges Arabiæ felices, & reges Aethiopię munera honoraria offerent. Quod Tertullianus libro aduersus Iudæos de Magis orientalibus exponit, qui Christo aurum thus & myrrham obtulerunt. Et, vt ait diuus Augustinus libro quarto de symbolo ad Catechumenos, nõ solùm hæc, verumetiam animas suas obtulerunt Domino.

Chelmach. Paraphrastes Chaldæus existimat esse Mediam. Est autem Media regio Asiæ terminata à septentrione mari Hyrcano, à meridie Perside.

Mitriphariũ, iuncturis hyacinthi & polymitorum, gazarumque pretiosarum. Totũ hoc potest ita verti: In multis generibus rerum, in pallijs hyacinthinis, & polymitis, in scrinijs vestium pretiosarum.

In aquis multis adduxerunt te. Hoc est, ad multas te adduxerunt calamitates. Significari calamitates aquarum nomine ostendimus capite 24. & 26.

Ventus exsiccauit contriuit te. Hoc est, exercitus Babylonicus: Babylonia enim est ad orientem respectu Tyri.

F A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes, & descẽdent de nauibus suis omnes, qui tenebant remum. Nautæ, & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt, & eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè. Et superiacient puluerem capitibus suis, & cinere cõsper gentur, & radent super te caluitium, & accingentur cilicijs. Et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre, & plangent te. Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationum tuarũ de mari implesti populos multos, in multitudine diuitiarum tuarũ, & populorum tuorum: ditasti reges terræ. Nunc contrita es à mari: in G profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt. Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te, & reges earum omnes tempestate perculsi mutauerunt vultus. Negotiatores populorum sibilauerunt super te. Ad nihilum deducta es: & non eris vsque in perpetuum.

Conturbabuntur classes. Hoc est, tantus erit nautarũ clamor, vt classes omnes maris conturbentur. Verti potest ex hebræo: Conturbabuntur suburbia. Tyrus erat insula prope littus, in littore autem erant ædes suburbanæ Tyri, quæ ob horribilem naturarum clamorem turbabantur.

Superiacient puluerem capitibus suis. Hoc erat quondam signum doloris & luctus. Cùm capta esset arca fœderis à Philistæis, ait diuina scriptura: Currens autem vir de Beniamin ex acie venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Eodem modo interfecto Saule in prælio, apparuit homo veniens de castris Saulis veste consciſſa, & puluere conspersus caput. Id etiam, quod sequitur. Et cinere conspergentur, idem significat. Sedere in cinere signũ erat planctus & miseriæ. Ideo dicebat Esaias: Sede in puluere virgo filia Babylon. Quasi diceret: Indica clarissima doloris signa ciuitas Babylon, quia funditus euertes. Et Nimiuæ rex audita Ionæ prophetę cõcione indutus est sacco, & sedit in cinere.

Radent super te caluitium: Hoc erat quoque signum luctus & mœroris, vt alibi ostendimus: quemadmodum etiam accingi cilicijs, seu saccis.

Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Hoc est, quænam ciuitas fuit vnquam similis Tyro, quæ præ timore obmutuit, cùm esset in medio maris. Potest verti: quæ succisa est, seu eversa est, in medio maris. Vt sit sensus. Nulla vrbs fuit vnquam similis Tyro, quę cùm inexpugnabilis esset in medio maris, fuit tamen expugnata.

Et non eris vltrà in perpetuum. Hoc est, annis septuaginta, vt prædixerat Esaias. Quæ de te in fine capitis superioris disseruimus.

1. Reg. 4.
2. Reg. 1.
2. Reg. 4.
Esa. 47.
Ion. 3.
Esai. 23.

Annotationes ex Hebræo in caput XXVII.

De insulis Italiæ. In hebraico est: De insulis בתיתים Cittijm. Paraphrastes Chaldæus habet: De insulis Apuliæ. Quod cum lectione communi maximè cohæret: est enim Apulia Italiæ regio mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam in regno Neapolis. Insulę Italiæ sunt Sicilia, Corsica, & aliæ huiusmodi, sitæ in mari Mediterraneo, littoribus Italiæ propinquæ. Septuaginta habent: ἀπὸ νήσων τῶν Χεττιείμ. Hoc est, de insulis Chettijm. Pagninus: De insulis Cittim. Sunt qui existiment Cittijm esse numeri pluralis, & significare eos, qui incolunt insulas maris Ionici & Græci. R. Druid Kimhi asserit esse in numero singulari, etiamsi formam habeat pluralẽ. Ex literis diuinis cõstat Cittim fuisse filium Iauan, Iauan autem fuisse filium Iapheth: Iapheth autẽ filium Noe. Habuit hic Iauan quatuor filios, quorũ hæc sunt nomina: Elisa, Tharsis, Cittim, & Dodanim: vt in lib. Geneseos literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Et ab ijs, vt ibidem asserit diuina scriptura, diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis. Et quoniam ex his insulis quædã est Cyprus, existimant nõnulli eam esse Cittijm. Quã ob causam per has insulas, de quibus hic loquitur Ezechiel intelligunt Cyprum, & nõnullas paruas insulas illi subiectas. Huc accedit, esse in Cypro vrbem quandam celebrem nomine Cittium, patriam Zenonis philosophi, cuius meminit Laertius in eius vita: quã ob causam Zeno Citieus appellabatur. Hæ sunt coniecturæ, quibus inducti nõnulli possunt existimare Cittim esse Cyprum insulam nobilem in Carpathio mari sitam inter Syriã & Ciliciam: hodie Venetijs subiectam. Attrectauit est meo quidẽ iudicio, vt per Cittijm Italia intelligatur: nã capite vicesimoquarto numerorum est hoc idẽ nomẽ Cittijm, per quod absque dubio Italia intelligitur: & eã ob causam Latinus interpres pro illo Italiã vertit, dicẽs: Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyros, vastabuntque Hebræos. Verba sunt Balaam, qui vbi vaticinatur fuit de Christi aduentu in mundum, vidit mentis oculis eum esse à Iudæis crucifigendum, & eam ob causam Iudæos à Romanis vastandos tempore Vespasiani, & venturum esse exercitum ab Italia, qui de Assyrijs victoriam reportaret, & Hierosolymam funditus euerteret. Et quoniam exercitus Romanorum vectus fuit nauibus vsque ad portum Iudææ, dixit Balaam: Venient in trieribus de Italia. Sũt enim trieres naues oblongæ, quas Latini à tribus remorum ordinibus trieres vocarunt. Vbi septuaginta habent: Et exibit de manu Italorum, & affligent Assur, & affligent Hebræos. Paraphrasis Chaldaica Onceli ita hunc locum vertit: Et naues venient à Romanis. Thargum Hierosolymitanum vertit: Egredientur copiæ multæ ex prouincia Italię vnà cũ multis legionibus Romanorũ. Est etiã dictio hæc Cittijm apud Danielem capite 11. pro quo etiam noster interpres Romanos transtulit, dicens: Et veniet super eũ trieres, & Romani. Quẽ locũ R. Abraham in commentarijs de Romanis etiã interpretatur. Inuenitur quoque dictio hæc apud Ieremiam capite secundo dicentẽ: Transite ad insulas Cettim: vbi in hebraico est Cittijm, nõ Cettim. Eodem modo apud Esaiam capite 23. De terra Cittijm reuelatũ est eis, & paulò pòst. In Cittijm consurgent transfreta. Quibus in locis per Cittijm intelligitur Italia. Quare rectè hoc loco transtulit noster interpres. De insulis Italiæ. Berosus Chaldæus libro quinto defloratorum Chaldaicæ asserit Cittim regnasse apud Ianigenas, à quibus fuit Italus vocatus. Ianigenæ verò appellabantur hi, qui Italiam colebant à Iano antiquissimo rege denominati: à quo nomen desumpsit Ianiculus mons trãs Tyberim prope Romam, & antiquum oppidum in eo ab eodem Iano conditum, Ianiculũ vocatum. Hic Italus Cittim authore Fabio Pictore in libro de Aureo seculo regionẽ illã Italiam vocauit. Et ab eo fuit etiam vocata Cittim, cùm antea Oenotria à Iano vocaretur: quem enim Aramæi Iannim dicunt, vocant Græci Oenotrium. Duo agitur ferunt Cittijm, vnus filius Iauan, qui insulam Cyprum coluit, qui fuit Nepos Iapheth filij Noe, alter postea appellatus Italus, qui in Italia obtinuit principatũ, à quo regio illa denominata fuit Cittim, de qua loquitur hoc capite noster Ezechiel. Scribitur aũt Cittim cũ litera, i, non aũt cum litera, e. nam Cethim, quę per, e, scribitur, vrbs est Macedoniæ, cuius meminit scriptura cap. primo libri primi Machabæorum.

Num. 24.
Gene. 10.
Gene. 10.
1. Mach. 1.

Sentes filiæ. Biblia est Thraciæ regio vinò excellentũ quondam insignis. Huius regionis senes & viri prudentes, tertiæ administratores præbuerunt nautas ad ministeriũ nauũ Tyri. Vel loquitur, de Byblo vrbe Phœnicię, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ait Strabo 16. libro, sita est in excelso quodam loco non procul à mari. Est etiam quædã patua insula maris Mediterranei vocata Byblis: cuius meminit Plinius libro quarto, cap. duodecimo. Quidam vertunt: Senes Gebal: est enim Gebal regio quædam Palæstinæ authore Stephano. In hebraico est: Et senes גבל à verbo גבל gaual, quod significat terminare. Vnde illud Exodi: Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo: potest verti. Facies in rationali catenas termini opere tortili ex auro purissimo. Exo. 28.

Catenas termini seu terminales vocat, quia erant in fine & termino pectoralis. Alij dicunt eas appellari catenas termini, quia erãt paruæ, & terminatæ magnitudinis. Ab hoc verbo deriuatur gebelim, quæ dictio significat dolatores lapidum ad terminum & mensuram, dicti à gebul, hoc est, à termino, quòd terminum mẽsuræ lapidibus imponant. Ita intelligunt nõnulli id, quod est in tertio lib. Regum capite quinto. Porrò giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum. Hoc est, latomi periti & fabri solertes præparauerunt lapides & ligna ad construendum templum Salomonis. Et hunc Ezechielis locum ita vertendum ducunt. Senes & latomi prudentes instauraue runt in te ruinas tuas. Existimo tamen & in 3. Regum, & hic apud Ezechielem Giblios accipi pro hominibus Gebal, qui erant optimi artifices, & in nauibus efficiendis, ac ædibus fabricandis principatum tenebant. 3. Reg. 5.

Dentes eburneos & hebeninos. Pro hebeninis A est in hebraico תורבנים hoobenim. Existimant nonnulli esse genus ligni, de quo locuti sumus in explanatione. R. Abraham ait esse bestias quasdam ex quarum cornibus fiebãt opera elaborata & subtilia. Alij arbitrãtur esse pauones, inter quos est Ionathas Chaldæus, & Pagninus Lucensis. D. Hieronymus ait esse ligna nigra pretiosa.

Gutta. In hebraico est: נטף nophec. Pagninus vertit carbunculum. Est autem carbũculus lapis pretiosus, splendidus. In Exodo præcepit Deus, vt in rationali sacerdotis essent quatuor ordines gemmarum, in quorum primo esset sardius, topazius, smaragdus, in secundo nophec, saphirus, iaspis. Vbi pro nophec posuit noster interpres carbunculum. Et ita transtulerunt septuaginta, & paraphrastes Chaldæus. Quare hoc loco pro gutta poterat transferri, carbũculus. Et nonnulli codices habent ad marginem gemmam pro gutta. Dictio hęc absq; dubio vtrunq; significat, & gttũ, & gemmã. Quare rectè vertit interpres noster. Quid aũt sit gutta, diximus in explanatione. Exo. 28.

Græcia, & Mozel. Pro Mozel est in hebraico מאזל meuzal, à verbo אזל azal, quod significat abire, & transire, & præficisci. Capite nono lib. primi Regum, vbi editio vulgata habet: Panis defecit in cistarijs nostris, pro defecit est in hebraico verbum hoc azal. Ideo poterat locus ille ita verti: Panis abijt è vasis nostris. Ac si diceret. Panem iam non habemus. 1. Reg. 9.

Capite 32. Deuteronomij pro azal vertit noster interpres infirmari, dicens: Videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. Quæ verba poterant in hunc modum in Latinum conuerti. Videbit abijsse fortitudinem, & nullos esse clausos, nemmemque relictum esse, qui nõ sit in captiuitatem ductus. Per manum intelligitur fortitudo & robur, per clausos ij, qui erant in arcibus conclusi, per relictos hi, qui fuga euaserunt. Est igitur sensus: Postquam Deus oppresserit populum, illũque hostibus tradiderit, miserebitur eius, cùm cũ aspexerit fortitudine destitutum, & eius arces expugnatas, & vacuas habitatoribus, & eos, qui superstites euaserint, esse in vincula conjectos. Libro 1. Regum, vbi cõmunis versio habet: Sedebis iuxta lapidẽ, cui nomen est Ezel, existimãt nonnulli dictionem Ezel esse ab hoc verbo azal, esseque illorum verborũ sensum. Sedebis prope lapidem transeuntis, hoc est, qui indicat viam transeuntibus. Quidam vertunt. Moraberis iuxta lapidẽ viæ, indicẽ itineris, quod ideo est. Cùm igitur verbum hoc azal abire significet, & transire, potest hic locus Ezechielis ita verti. Græcia abiens, siue inquieta, siue vagabunda. Erant enim Græci negotiatores, diuitiarum cupidi, quam ob causam huc atque illuc gradiebantur. Symmachus transtulit. Græcia deferens, vt subintelligas, merces ad nundinas. Deut. 32. 1. Reg. 20.

ARGVMENTVM CAPITIS VIGESIMI OCTAVI.

VAticinatur aduersus principẽ Tyri, qui cùm in domicilio superbiæ, & in sede insolentiæ collocatus omnia eximia sibi attribueret, & arrogaret, incidit in summam abiectionem & calamitatem: & ciuitatem suam sanctam euertit. Inuitatur diuinus vates ad eius miseriæ deplorãdæ. Et postea Sidonis euersionem prædicit. Multa tamen dicit sub nomine regis Tyri, quæ ad literã de diabolo, eiusque superbia & casu intelliguntur.

CAPVT XXVIII.

ET factus est sermo domini ad A me, dicens: Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit dominus Deus:

Eò

Eò quòd eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cùm sis homo, & nõ Deus: & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisisti aurũ & argentũ in thesauris tuis, in multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuum in robore tuo. Propterea hæc dicit dominus Deus: Eò quòd Eleuatum est cor tuũ, quasi cor Dei, idcirco ecce ego adducam super te alienos, robustissimos gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum. Interficient, & detrahent te, & morieris interitu occisorum in corde maris. Nunquid dicens loqueris: Deus ego sum coram interficientibus te, cùm sis homo, & non Deus, in manu occidentium te: Morte incircumcisorũ morieris, in manu alienorum, quia ego locutus sum, ait dominus Deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis leua planctum super regem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus Deus: Tu signaculum similitudis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berylus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es præparata sunt. Tu cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis, à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: & eieci te de monte Dei, & perdidiste ò cherub, protegens de medio lapidum ignitorum.

EXPLANATIO.

EO quòd eleuatum est cor tuum. Regis Tyrij superbiam arguit, qui tanta se extulit insolentia, vt Deum seipsum vocaret. Detestabilis est homo superbus, & vt ait Ecclesiasticus, odibilis coram Deo & hominibus est superbia. Eam ob causam illam Deus opprimit: & vt ait D. Iacobus apostolus: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiã. Ideo ait Ecclesiasticus: Humilia valde spiritum tuũ, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. Et rursus: Quid superbit terra & cinis? Et Iob: Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Cùm Alexander magnus ad id superbiæ deuenisset, vt solus vellet esse totius orbis imperator, & Dario dimidium regni sui offerenti respõderet, nec terrã duos soles, nec Asiam duos reges ferre posse, decreuit, vt illum omnes Deum appellarẽt. Ostendit ei Deos fragilitatem suam: nã cùm in prælio vulnus sagittæ acciperet in crure, multis accurrentibus, qui ei diuinitatẽ tribuebãt, dixit. Vos vocatis me Deum, impatibilem, & immortalem, at hic sanguis ostendit me esse hominẽ, fragilẽ, & caducũ. Id euenit principi Tyrio, qui cùm se efferret in sublime, summamq; sibi potestatem vsurparet, tum cognouit se esse hominem, cùm fatt vulneratus, & varijs calamitatibus oppressus. Cecidit animo, amisit vires, ruit præceps in ignominiam, & fuit desperatione penitus labefactatus. Vt ostria & conchilia cũ luna crescunt paritet, & decrescunt, sic insipientes homines, qui à mundi pendent opinione, nũc se superbia extollunt, non pensus imbecillitate debilitantur, cũ inopinato accidentium rerũ euentu seipsos mutantes. Nũc turgescunt, & intumescunt, seque magnos iactant, nunc animo fracti quacunque calamitate se abijciunt, & turpiter deprimũt, & paruos ostendũt. At viri sapientes semper ijdẽ sunt: & cõtra omnes mundi ictus muniti nihil intolerãdũ putant, nihil, à quo culpa absit, in malis numerandũ ducunt. Ea, quę habent speciẽ gloriæ, collecta, ex inanissimis splendoris insignibus cõtẽnũt, breuia, fugacia, caduca existimãt: verũ decus in virtute, & diuini numinis imitatione collocãt & cõstituũt. At cùm Tyri princeps à vana & temeraria diuinitatis fiducia cederet, & in mundi potentia beatitudinẽ collocaret, ea mutata mutatus est, rempublicam suam funditus euertit, & ipse languit animo, & cum

Exo. 28. *Similes.*

mundi gloria vires & fortitudinem amisit. Vide eius superbię finem, & ad quàm miserum casum eum adduxerit eius arrogantiam. Humilitas homines sanctis angelis quodammodo efficit similes, superbia angelos in dęmones conuertit. Superbia turrem contra Deum erexiti sed illam euertit ille, eamque ædificatium linguas confudit. Hæc obruit Pharaonem in mari rubro, prostrauit Goliã, suspendit Amã, interfecit Sennacherubim, euertit Antiochum, Nabuchodonosorem eiecit è regno, vt fœnum comederet, & cum bestijs habitaret.

Gene. 11.
Exod. 14
1. Reg. 17.
Esther. 7.
1. Mac. 6
Dani. 4.

Hæc denique regem Tyri ex alto dignitatis fastigio in profundum ignominiæ barathrum præcipitauit. Non rueret fortasse Tyrus, si regem haberet prudentia munitum, humilitate præditum, iustitia ornatum, cæteris{que} virtutibus tanquam mœnibus septum, quas subditi aspicerent, & imitarentur. Quales enim in republica principes sunt, tales solent esse & ciues. Vt anima in corpore omnibus membris motum tribuit & vitam, sic optimi regis prouidentia omnibus regni sui partibus adest, excitans ad virtutem totam rempublicã, eamque tanquam præsens iustè gubernãs. Duabus rebus dicebat Solon contineri rempublicam, præmio & pœna. Vt oportet viros virtute præstanter præmijs afficere, ita flagitiosos pœna multare. Vt medici membrum putre factum sæpenumero incidunt, ne alia membra corrumpat, & labefactet: sic oportet, si rempublicam saluam esse volumus, homines pestilentes ex illa extirpare, ne corrupti integris, violati castis, impij iustis labem infringant. Sed nulla debet esse in principe temeraria festinatio, nulla inconsiderata celeritas, sed maturitas & prudentia. Vt enim Saturnus, qui ex astris errantibus summum obtinet locũ, quanuis motu violẽto & rapto celerrimè circũagatur, motu tamen proprio & secundum naturam tardissimè mouetur, sic princeps & quicunque est in excelsa dignitate constitutus, quanuis cura & cogitatione debet omnia diligentissimè percurrere, vt possit omnibus consulere & prouidere, debet tamen à præcipitatione longissimè abesse, & cum prudentia magna & deliberatione gubernare. Hoc significare volentes veteres philosophi bouẽ pingebant humano vultu præditum cum delphino super caput, per delphinum velocitatem, per bouem tarditatẽ significanter. In omnibus enim rebus consilium prius cum deliberatione, deinde factum cum celeritate, postea felices euentus spectantur. Sed regnante superbia hæc omnia excluduntur, non enim admittit consilium, non regitur ratione, expellit æquitatem. Quare in rebus secundis & ad voluntatem nostram fluentibus superbia magnopere cum omni insolentia & arrogantia fugienda est. Si hoc considerate & imitari vellet Tyrius princeps, non se efferret in excelsum aerem, vnde miserè in calamitatum mare decideret. Id quod Icaro euenisse veteres fictis fabulis memoriæ prodiderunt. Vnde ingeniosus poeta canit: Dum petit infirmis nimium sublimia pennis, Icarus Icareas nomine fecit aquas. Cùm Phaethon patri suo in regno successisset, illudque ob superbiã & temeritatem perderet, finxerunt antiqui esse eum filium Solis, cui pater currum tradidisset, vt eius cursum conficeret, eumque, cùm excessisset viam solis, ruisse, totumque orbem incendio vastasse. Id accidit regi Tyri, qui ob insipientiam suam regnum à maioribus suis partũ & conseruatum, funditus euertit. Verum est id quod ait Ecclesiasticus: Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates habitabuntur per sensum prudentium. Et paulò pòst: Sedes ducum superborũ destruet Deus, & sedere faciet mites pro eis. Et Esaias, Dissipatione, inquit, dissipabitur terra, & direptione prędabitur, quia transgressi sunt reges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum.

Simile.
Simile.
Simile.
Ecclesi. 10.
Esa. 24.

Et dixisti: Deus ego sum. Non poterat maior superbia & impudentia excogitari. Hoc vel secum cogitauit, vel ore protulit. Duo sunt, quæ Deus sibi retinet, vltio & gloria: de primo ait Deus in libro Deuteronomij: Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Et Ecclesiasticus: Qui vindicare vult, à domino inueniet vindictam. Et D. Paulus in epistola ad Romanos: Date locum iræ scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Et ob causam dominus Deus vltionum appellatur. De secundo autem ait Deus per Esaiam: Gloriam meam alteri non dabo. Et Dauid primo Paralipomenon: Tua est domine magnificentia, & potentia, & gloria. Quã ob causam cum in psalmo regem gloriæ vocauit, cùm angelos Christum in ascensu cœlum comitantes in hunc modũ facit loquẽtes. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Vel, vt potest verti ex hebræo: Attollite portæ capita vestra, & tollamini portæ, quæ ab æterno fuistis clausæ, & ingredietur rex gloriæ. Vt sit prosopopœia, figura in literis diuinis non infrequens. Qui igitur vltionem à cõtumelijs in se iactis sumere vult, & gloriam sibi de diuitijs, pulchritudine, scientia, & rebus gestis vendicare, hic Dei officium vsurpat, & Deum ipsum appellat. Talis fuit princeps, de quo hic loquitur Ezechiel. Fortasse ob nimiam superbiam volebat, vt sibi diuinus cultus exhiberetur, quemadmodum Nabuchodonosor apud Danielẽ præcepit, vt omnes

Deut. 32.
Eccl. 28.
Rom. 12.
Psal. 95.
Esai. 42. & 48.
1. Pa. 29.
Psa. 23.
Dani. 3.

omnes statuam eius adorarent. Narrat Suetonius Tranquillus Iulium Cæsarem fuisse ad id arrogantiæ perductum, vt ampliores honores humano fastigio decerni sibi pateretur, nimirum templa, aras, simulachra iuxta deos, & è suo nomine mensis appellationem. Fuerunt etiam multi alij ex Romanis imperatoribus, qui diuinitatem sibi per summam insolẽtiam tribui voluerunt. Populus verò eos deos appellabat, & summis honoribus venerabatur. Sed quid mirũ, cùm Iouem, Saturnum eius patrem, Martẽ, Venerem, Iunonẽ, Bacchũ, & alios huiusmodi maxima veneratione coluerint, diuina esse numina asserentes, quorũ acta eos non solùm mortales fuisse indicant, sed mortalium omnium teterrimos, & cunctorum scelerum maculis notatissimos? Illa ipsi hoc fatentur, qui eos deos prædicauerunt, & notũ res gestas monimentis mandarunt. Iupiter rapuit Ganymedem, corrupit Iunonem sororẽ suam, quam & vxorem habuit, & sororem: in Lædam, Alcmœnam, Dianam, Maiam, Danaẽ, Antiopam, stupra, & scelera portentosa patrauit. Nulla erat turpis voluptas, cui non succumberet. Insuper patrem suum vulnerauit, & ea admisit flagitia, quæ nullæ humanæ leges impunita reliquerunt. Quis erit tam agre stis, & incultus, & ab omni intellectu alienatus, qui hæc audiens non ipsum vituperet, & morte multandum censeat? Et tamẽ tanta fuit hominũ cæcitas, tanta insania, vt eum quem funestam terræ pestem, & vitiorum votaginẽ esse crederent, pro summo deo adorarent. Fabulantur Martis cum Veneris adulterium, & Vulcani contra vtrunq; insidias, & alios deos fuisse à Vulcano ad stupri spectaculum vocatos, qui etiam scelere & maleficio pascebantur, & nihilominus tantis tenebris erant miseri homines circunfusi, vt quos ea committere crederẽt, quæ erant pestilentia & execranda, & suis legibus prohibita, & perpetuam ignominiam secum ferentia, illos esse deos immortales censerent, ad eorum aras supplices accederent, eosque numina sanctissima vocarent. Et non solùm homines pro dijs coluerunt, sed, vt ait diuus Paulus in epistola ad Romanos, mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Et paulò pòst, ait: Tradidit illos Deus in reprobũ sensum. Pro quo verũt nõnulli, in improbã mentẽ, aientes rectiorẽ esse hanc suam versionẽ. Sed mihi magis placet translatio nostra. Mens enim, quæ dicitur spiritus, concupiscit aduersus carnẽ: & quanuis caro præualeat prauæ adiutæ consuetudine, non videtur tamen spiritus ipse, qui est in homine quippiam supremum, fieri posse reprobus, cùm semper aspiret ad bona, & mala detestetur. Sensus tamen reprobus dici potest, per quẽ intelligitur intellectus, vt diuus Bernardus in sermone de intellectu & affectu ait. Ita accipitur in loco illo Sapientiæ: Deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Nec improbus sensus, sed reprobus illic dicitur ab apostolorum ergò quandiu quis in crimine lethali dei permissione permaneat, sensum habeat improbum, quemadmodũ diuus Petrus in trina negatione, non tamen statim necessarium est, reprobum habere sensum, vel in sensum reprobum tradi: quod non nisi obfirmatis in malitia sua, & in sceleribus obstinatis conuenire videtur. Grauius enim est tradi in sensum reprobum, quàm in sensum improbum. Quare non illis assentior, qui vulgatam editionem ab ecclesia approbatam reprehendunt. Non damno versiones, ex quibus fructus vberrimus colligitur, sed omnibus illis eam anteponendam duco, quæ communis est, qua vtitur Romana ecclesia, quæ est in concilijs vniuersalibus approbata. Huiusmodi est ea, quæ habet: Tradidit illos deus in reprobum sensum. Nonne reprobum habebant intellectũ, qui execrandarum impietatũ authores tanquam sanctitate plenissimos colebant, & in deos referendos putabant? Nonne reprobi erat in illis vis rationalis secundũ inferiorem sui portionem, cùm so assẽtu corrupto, sitmo cum carne fœdere coniungens, bruta animalia, & res insensibiles deos esse iudicabat? Ait diuus Athanasius in oratione, quam habuit aduersus idola, nõ apud omnes eosdem existimari deos, sed quot essent gentes, totidem deorum genera confingi. Nam crocodilus apud quosdã, vt Deus colebatur, apud alios habebatur abominationi. Leo apud nõnullos habebatur loco dei in summa veneratione, apud alios vt bellua immanissima necabatur. Vt ij, qui Solem ob lippitudinẽ auersantur, oculos aperire non audentes, delectantur locis vmbrosis & obscuris, & cũ solẽ nõ videant, circunfrunnit per multa inuia sic qui verum Deum contẽnunt ob animi caliginem, tenebris errorũ reficiuntur, & verã illã ac diuinã lucẽ nõ considerantes, per multas opiniones falsas deorũ incedunt. Hæc, & multa alia pulchra, & lectu dignissima Athanasius Alexandrinus. Sed si insanũ gentilium deorum cultũ, & deplorandã deceptorum hominũ cæcitatem copiosè videre volueris, lege Blondum libro primo de Roma triumphante: vbi præter alia refert solitos fuisse duces in prælio effigies animaliũ in galeis sculptas ferre, & ea animalia, quorum imã-

Rom. 1.
Gala. 5.
Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gine gestassent, parta victoria in deos referre, & adorare. Et ait, dixisse Hesiodum poetam, fuisse suo tempore in terris triginta deorum millia, præter ea quæ postea culta fuerūt. Nam ligna & lapides, & æra, & infinitas res alias pro dijs venerabantur. Sed illi erāt omni superbia & insolentia elati, qui dum viuerent in terris, se deos faciebant, sibiq́ue diuinū cultū arrogabāt, cuiusmodi fuit rex Tyri, cui hoc loco ait Ezechiel: Et dixisti: Deus ego sum.

In cathedra Dei sedi in corde maris. Hoc est, quemadmodum Deus inhabitat lucem inaccessibilem & securam, ita ego locum tutum possideo ille in loco cœlesti, ego in urbe sublimi. Nemo potest ad ciuitatem meā me inuito accedere, cū sit intra mare sita, & vndiq; munita, tuta, & inexpugnabilis. Cor autem medium maris, seu intra mare significat, vt ostendimus superiore capite.

Cum sit homo. Hoc est, fragilis, imbecillus, caducus, miseriis, laboribus, & calamitatibus obnoxius. Hoc explicuit Iob planè his verbis: Homo natus de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Vide quàm breuiter & apertè hominem describat, omnemque eius imbecillitatem, & vitæ breuitatem complectatur. Et alibi: Memento domine, quòd sicut lutum fecisti me, & in pulueré re duces me. Et psalmographus: Homo, inquit, vanitati similis factus est. Et rursus: Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Et Salomon in Ecclesiaste: Cunctis dies hominis doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit: & hoc nomine vanitas est. Cùm quidam philosophus interrogaretur, quid esset hominis vita, monuit se subitò in orbē, & statim disparuit, significans esse breuissimum circulum, non quietū sed perturbatum, & laboribus plenum. Volēs Ioannes Damascenus hoc idem ostendere, hac vtitur similitudine ab Antonino in primam partem theologiæ relata. Fugiens quidam à facie rhinocerotis sæuissimi animalis, ne ab illo deuoraretur, incidit in quoddā profundū barathrū, & ruens, arbusculā quandam manibus apprehēdit, & in basi lubrica & instabili pedes affixit. Respiciens verò vidit duos vermes, vnum album, alterum nigrum radicem frustri, quem apprehenderat, continuò corrodentes, & propè resecantes. Inmorantem verò barathri vidit draconem terribilem, spirantem ignē, apertis faucibus ipsum deglutire cupientem. Cùm autem oculos extolleret, exiguum sylvestris in fruticis ramis aspicerat, obliti periculorū, quibus erat vndique circumdatus, totum se voluptati dedidit, mel illud exiguum suauissimè gustans. Rhinoceros est mors quæ hominem sequitur, & apprehēdere cupit, vorago est mundus malorū multitudine plenus, qui, vt ait diuus Ioannes, totus in maligno positus est: arbuscula est vnius cuiusque vita, quæ per dies & noctes, tanquam per vermes albos & nigros corroditur, & consumitur: basis lubrica est corpus fragile & caduc⁹: draco terribilis est infernus omnes deuorare desiderans: dulcedo tamusculi melliri est fallax mundi voluptas, qua deliniti mortales seducuntur, ne pericula, quibus sunt expositi, intueantur. Et ita cū voluptas vincat rationem, blandaq́; deliciæ, quæ celeriter defloruerunt & consumuntur, homines teneāt impeditos, illiq́ue seipsos libentissimè tradant pestiferis mūdi oblectationibus & illecebris, non vident se esse è vita excessuros, Et hoc modo consumpta arbusculæ radice, corrupta & euersa base terrena in voraginem præcipitantur, & à leonis faucibus absorbentur. Si volueris planè hominis miseriā & fragilitatē intueri, legenda, quæ literis mandauimus, verba illa secundi capitis huius diuini vatis explanantes: Filii hominis sta super pedes tuos: & commentaria nostra in quadragesimum caput Esaiæ, vbi verba illa explicuimus: Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri.

Et dedisti cor tuum, quasi cor dei. Hoc est, existimasti diuinum esse cor tuum, eique diuinā tribuisti sapientiam.

Ecce sapientior es tu Daniele. Ironia est. Eodem modo postquam Adam funestas epulas comedit, ad quas cum Heua inuitauit, dixit Deus: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Cùm quondam tractabatur de eximia sapientia, afferebatur in medium Daniel quasi loco proverbij: fuit enim admirabili sapientia præditus, vt ex eius libro apertissimè constat. Potest hoc legi per interrogationem.

Tu sapientia. Quæ erat apud deum stultitia, quoniam erat à virtute seiuncta. Initium enim sapientiæ timor domini. Sapientes huius seculi insipientes sunt: de illis ait Esaias: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. Et Ieremias: Sapientes sunt, vt faciant mala, benè autem facere nescierunt. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax: Quoniam sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta. Vel vt potest verti ex græco: inimicitia est deo. Et ita vertit Erasmus. Sed Origenes legit: inimica est Deo, quemadmodum est in editione vulgata. Eodem modo Theo-

Theophilactus. Et ex Latinis Hieronymus & Augustinus. Quare est versio nostra communis hoc in loco, imò in omnibus translationibus alijs præferenda, cum sit à cœtu omnium doctorum recepta, & ab ecclesia comprobata, & omnibus alijs grauior, conuenientior, & præstantior.

Fecisti tibi fortitudinem. Hoc est, parasti mihi tes fortitudine præstanter. Vel cōstruxisti mœnia, & arces munitissimas, & fortissimas. Quidam vertunt: Parasti tibi diuitias. Mundus enim fortitudinem in opibus constituit.

Adducam super te alienos robustissimos gētiū. Hoc est Chaldæos, qui cæteris hominibus præstant robore & fortitudine.

Nudabunt gladiet super pulchritudinem sapiētiæ tuæ. Hoc est, super Tyrum ciuitatem tuam quam sapientia tua pulchram fecisti, & variis mœnibus & ornamentis decorasti. Vel super te, qui sapientem te esse arbitratus. Ac si dicat: Perdent tuam pulchram sapientiam.

Et morieris in interitu occisorum in corde maris. Hoc est, morieris vulneribus confossis in vbertate, quæ est in medio maris sita, quā tu in expugnabile putabas, & in qua fiduciā tuā figebas. Vel sic, Vbi fueris hostium gladijs trajectus, proijcieris in cor maris, vbi sepeliēris.

Mare erit frigidum & inquietum sepulchrum tuum, vbi à piscibus deuoraberis, in quorum vētre erit cadauer tuum miserè sepultum. Vide obsecro superbi regis infelicissimū finem, & alta mente considera, in quàm miseram calamitatem fuerit eius insolens potentia conuersa. Vidit vrbem suam euersam, opes suas direptioni commissas, & seipsum inimicorum telis trajectum, qui eum in profundū maris gurgitem proiecerunt. Quid illi profuit potentia, quid sapientia, quid opum abundantia?

Merito dixit Salomon: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et rursum: Risum reputaui errori, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Moriuntur potētes, & stunt in infernor. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactātia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa ficut vmbra, & tanquam nuntius præcurrens. Extulit se princeps Tyri in superbiam, sed eum dedit deus pastum piscibus. Eodē modo de Pharaone ait diuus psaltes cū deo loquēs: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum. Et in alio psalmo: Deiecisti eos, dum eleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subitò defecerūt, perierunt propter iniquitatem suam. Et si impij valuerint potentia, omnium que affluēt exitus infelix fuit: fluxit eorum prosperitas, euanuit eorum memoria, obscura est eorum claritas & nominis amplitudo, & ipsi fuerunt taudē in æternas pœnas præcipitati. Hanc eorum miseriā expressit Esaias, alloquens ijs verbis Nabuchodonosorem: Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuū, subter te sternetur tinea, & operimentum tuū erunt vermes. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, &c. Cōfert diuinus vates regē Babylonis cum Lucifero, qui ob superbiam suam de dignitate, in qua fuerat constitutus, decidit in infernum.

Nunquid dicens loqueris, Deus ego sum coram interficientibus te! Quasi dicat: nō. Tunc te esse hominem fateberis, cum te summis ærumnis pressum videris.

Morte incircumcisorum morieris. Hoc est, mors tua erit infelicissima, non solùm temporalis, sed æterna. Morieris, quemadmodum moriri solent homines sceleribus imbuti, qui fide carent, & à veri dei cultu sunt omnino alienati. Incircuncisos appellat Gentiles, qui nec corpore, nec animo circuncidebantur. Incircūcisi etiam appellabantur Iudæi illi, qui etsi erant corporis circuncisione à Gentibus distincti, cor tamen non circuncidebant, nec malas cogitationes, & impia facinora resecabant. In Deuteronomio sunt hæc Dei verba literis mandata: Circuncidite præputium cordis vestri. Et apud Esaiam: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et apud Ieremiam: Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vnde diuus Stephanus in oratiōe, quam habuit apud Iudæos, Dura, inquit, cervice, & incircūcisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. In libro Deuteronomij sunt hæc verba literis consignata: Si mulierem pulchram post bellum victis hostibus captam voluerit, qui eam ceperit, habere vxorē, introducet in domū suam, quę radet cæsariē, & circuncidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est, & flebit patrem & matrē mense vno, & sic erit illi vxor. Mulier hæc anima nostra est, pulchra dei imagine decorata, quam victo mundo, & tenebrarum principe ejecto foras Christus cepit in prælio passionis suæ. Hæc si Christo cupit desponsari in eius domum, hoc est ecclesiā, debet per fidē introduci. Deinde pilos superuacaneatum & inutilium cogitationum est diligenter abrasura, & vngues, hoc est prauarum actionū sordes circuncisura. Sed oportet deponere vestem, hoc est, veterem peccandi consuetudinē relinquere, iuxta id, quod ait diuus Paulus: Deponite vos secundum pristinam conuersationem hominē veterem, qui corrumpitur secundū desideria erroris. Renouamini aūt spiritu mentis vestræ,

Ioan. 5

Esa. 14.

Gen. 3.

Dan. 2.

1. Cor. 3.
Psal. 110

Esa. 5.

Rom. 8.

Ioh. 15.

Ioh. 10.
Psal. 143
Psal. 101

Eccle. 2.

Deut. 10
Esai. 1.

Ierem. 4.

Act. 7.

Deut. 21

Eccle. 1.
Eccle. 2.
Sap. 5.

Psal. 73.

Psal. 72.

Ephe. 4.

vestire & induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Demum ob patris & matris separationem, quòd se à Dei, & ecclesiæ præceptis aliquando separauerit, vim lachrymarum profundat. Anima hoc modo circuncisa erit per charitatem Christo copulata. Ipse etiam Christus voluit octauo die circuncidi, quia nos erat suo sanguine redempturus. Insignis mercator nundinis magnis cum ab alio etiam noto mercatore merces emit, nõ statim pretium omne persoluit, sed relicto signo, soluta parte aliqua pretij, cùm postea fiunt nundinæ, reliquum persoluit. Hic mundus est emporiũ, ad quod venit ex cæli fastigio filius Dei cælestis ille mercator, vt animas nostras emeret suo sanguine: octauo die partem eius dispersit in nostræ redemptionis signum, & pretium, sed postea in crucis nundinis totum ipsum profudit, & sic pretium emptionis nostræ persoluit.

Luc. 2. Similit.

1. Cor. 6. Idco ait diuꝰ Paulus in epistola prima ad Corinthios: Empti enim estis pretio magno. Et

1. Pet. 1. diuus Petrus in prima sua canonica: Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Hic est agnus ille,

Ierem. 11. Similit. qui dixerat per Ieremiam: Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Solent aliquando periti medici, cum ægrotus totius corporis tot pedine laborat, capitis venã scindere, vt sanguinis effusio possit corpus morbo illo leuare. Christus est caput nostrum, vt ait diuus Paulus, nos autem membra: scinditur vena capitis, vt eorum corpus sanetur, patitur Christus, vt genus humanum redimatur.

Coloss. 1. Gala. 4. Cum venit plenitudo temporis, ait Apostolus, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. Mortuo autem Christo, mortua est corporalis illa circuncisio, & euangelio promulgato non solum mortua est,

Gala. 5. sed mortifera, nam vt ait diuus Paulus in epistola ad Galatas: Si circuncidamini, Christus vobis nihil prodest. Relictũ est nobis id, quod illa adumbrabat, nimirum baptismus, & vera cordis superfluitatum refectio. Id prænidens Ieremias, has voces emisit: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas, circũ

Iere. 4. Iere. 29. cidimini domino, & auferte præputia cordiũ vestrorum, Et rursus: Ecce dies venient, dicit dominus, & visitabo super omnem, qui circuncisum habet præputium. Aspicit igitur circuncisione Deo grata spirituales esse, ferumque inutilium & pestilentium amputationem. Fuit circuncisio corporalis necessaria ad salutem ante aduentum Christi, at nunc pestilens est, sed nihilo minus ab impijs & pertinacibus Iudeis obseruata, qui incrucifixi appellantur, quòd non resecent flagitia, impietatem, & perfidiam.

Lena planctum super regem Tyri. Inuitatur propheta ad regis Tyri mortem lugendam, eiusque luctuosam perniciem deplorandam. Gen. 23. Pium est mortuos deplorare. Nam diuina ostẽdit historia venisse Abraham in ciuitatem Arbee, vt vxorem suam Saram, quam singulari amore fuerat prosecutus, mortuam lugeret. Gen. 37. Isaac matrem suam fleuit: & Iacob scissis vestibus luxit Ioseph filium suum, quem è vita migrasse arbitrabatur: Ipse autem Ioseph, cum Gen. 50 cognouit patrem suum Iacob claussisse suum diem, flens & deosculans eum prorupit in lachrymas, pro quo luctus fuit planctus septuaginta diebus. Filij Israelis videntes Aaronem Num. 20 excessisse è vita, eum deplorarunt triginta die Deut. 34 bus, & totidem Moysem in Campestribus Moab. Dauid ille, quo nemo tunc sapientior, nemo charitate illustrior, nemo pietate præstantior, non solùm mortem Ionathæ, quem singulari comprehenderat amore, sed Saulis, qui eum affixerat, & ad exciditum vorauerat, fuit 2. Reg. 1. lachrymis & lamentis prosecutus, & filium suum Absalonem acerbissimo luctu deflcuit. Ioan. 11. Actor. 8. Martha etiã & Maria Magdalena sorores Lazari, eius mortem deplorarunt. Et in Actis Apostolorum euangelio coruscante fecerunt fratres Stephano protomartyri plãctum magnum. Et Ecclesiasticus ait: Supra mortuũ plora, defecit enim lux eius. Sed quis oporteat calamitates toleranter ferre, nihilq; quod accidere possit, intolerandum putare, monet statim, ne nimis & absque temperãtia lugeamus, dicens: Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. Memoriæ proditum est diuum Ambrosiũ lachrymas continere nõ posse, cum alicuius iusti viri mortem audiebat, tũ quòd præcesserat ad præmium, tum quòd ablata esset à fidelibus talis columna. Nec repugnat hoc verbis illis diui Pauli in prima ad 1. Thes. 4. Thessalonicenses epistola: Non contristemi de dormientibus, sicut & cæteri, qui spem nõ habent, nam Apostolus eos reprehendit, qui desperatione futuræ resurrectionis eos, qui è vita migrabant, intemperanter lugebant. Non prohibet amicorum obitum deplorare, moderatè, & affectu pietatis, & humanitatis intuitu, sed desperationem, & intemperantiã reprehendit. Nos qui reditum ad vitam, & animæ immortalitatem credimus, debemus absorberi dolore, quibus pro amicorum interitu angimur, ne videamur argumentum infidelitatis præbere? In nimia lachrymarum effusione? In epistola ad Paulam super obitu Blesillæ

sillæ ait ita diuus Hieronymus: Ignoscimus matris lachrymis, sed modũ quærimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo, quòd plangis, si Christianam & monacham, istis nominibus mater excluditur. Recès vulnus est, & tactus iste quò blandior, nõ tam curat, quàm exasperat, attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur? Hæc ille. Illud èst hoc loco aduertendum, di-

Deu. 34. xisse scripturam, factum fuisse planctum super Moyse, non autem super Iosue eius successore. Nam in Moyse, hoc est in lege vetere per Moysem significata, omnes ad inferos descendebant: in Iosue verò, hoc est, in euangelio per illum designato, cùm fuit apertus paradisus, non describitur planctus, quia iustorum animæ ad cælestẽ beatitudinẽ cœtu angelorum comitante ingrediuntur. Meritò flebãt antiqui, quia nondum de cæli fastigio venerat Dei filius, qui fontem illum lachrymarum sua resurrectione siccaret, meritò lamentabantur, quia adhuc cælum clausum erat, & inferorum portæ patebant. At modò nos qui fide instructi, sanctorum animas scimus ad cælum euolare, eorum mortem moderatè lugeamus, & quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ sunt mos luctus vetustate delet, id nos præripere consilio & prudentia debemus.

Tu signaculum similitudinis. Eius dotes commemorat, & laudibus extollit, vt miserior appareat eius calamitas, nihil est enim infelicius, quàm fuisse felicem. Horũ verborum hic est sensus: Tu eras perfecta imago, quam alij imitari deberent, tu eras omnibus numeris absolutũ exemplar. Poterat hoc ita verti ex Hebraico: Tu eras sigillum figuræ. Et quoniam qui sigillum imprimit epistolæ, eam perficit & absoluit, accipitur sigillum pro re perfecta, in quam debemus oculos conijcere, vt similem alteram faciamus. Quare poterat locus hic ita verti: Tu eras perfecta figura, aut consummata imago ad imitãdũ proposita. Vel po

Gene. 1. test hoc ita intelligi: Etsi omnes homines sint ad Dei imaginem & similitudinem creati, tamen in te hoc expressiùs apparebat. Loquitur ad literam de rege Tyri, sed ita, vt etiã de primo angelo, qui superbia elatus à deo recessit,

Esai. 14. & fuit in æternum præcipitatus, etiam loquatur. Eodem modo Esaias sub specie Nabuchodonosoris loquitur de Luciferi casu. Id intuens Cyrillus in Ioannem libro sexto, capite sexto ait: Quid boni nõ habuit Lucifer, si signaculũ dei similitudinis fuit? Propheta sub typo & nomine regis Tyri, qui membrum erat diaboli, de diabolo dicit: Tu signaculum, &c. Hæc ille. Loquuntur aliquando diuini vates permistim de diabolo & reprobis, quoniã eius sunt membra. Diuus Gregorius in Moralibus, & habetur de pœnitẽ. dist. 2. principium, exponit totum hoc de primo angelo, quem vocat Beemoth, Luciferum, & cherub, dicẽs: Licet homo ad similitudinem dei creatus sit, angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem dei conditum, sed ipsum signaculum similitudinis dei dicit, vt quò subtilior est natura, eò in illo similitudo dei credatur expressa.

In deliciis paradisi dei tu fuisti. Hoc est, in magna rerum prosperarum abundantia. Omnia tibi ad volũtatem fluebãt. Describit regis Tyri prosperitatem, & deliciarum affluentiã, qui in aula gemmis coruscante habitauerat, & margaritis auro inclusis vestes suas adornauerat. Vtitur propheta hyperbolica locutione, & ferè tragica, ad deliciarum & opum regis Tyri explicandã. Eodẽ modo loquitur diuina scriptura in lib. Geneseos, cũ ait, regio Gene. 13. nẽ circa Iordanem irrigari instar paradisi dei. Vel sic: In deliciis paradisi Dei tu fuisti, hoc est in ciuitate Tyria, quam tu paradisum Dei esse putabas, habitasti tu, qui te deũ esse credebas. Asserebas te esse deũ, & ciuitatem tuã esse paradisum tuum. Totum hoc refertur etiam ad primũ angelũ, qui in deliciis cœli fuit, ex quo ob superbiam suam præceps ruit in infernum. Sed quoniam propheta mẽtionem facit paradisi dei, videtur regis Tyri prosperitatem sub persona Adã significare, qui fuit in paradiso dei omnibus bonis affluens, ex quo ob peccatum eiectus est. Adam etsi non fuit natus in paradiso, in eo tamen habitauit, quoniam fuit illuc à deo translatus. Tertullianus li. secundo aduersus Marcionẽ ita ait: Nemo hominũ in paradiso dei natus est, ne ipse quidem Adã, translatus potius illuc. Augustinus sermone 16. in natali domini, Primus, inquit, homo, quo cadẽte oẽs cecidimus, cuius ruina est mortalitas nostra, non est natus, sed factus, patre nullo, nulla matre, sed deo operante. Hæc est hominis prima conditio. Adã de terra, secunda hominis conditio est, cũ deus creauit fœminã de latere viri: tertia, qua natus est homo ex viro & fœmina: quarta conditio est dei & hominis, qua natus est Christus de fœmina sine viro. Non esse autem creatũ in paradiso, sed illuc translatũ, indicant hæc verba secundi capitis Geneseos: Tulit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Gene. 2.

Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Hoc est, eras lapidibus pretiosis ornatus. Et statim ponit nouem gemmarum species, quoniã nouem sunt chori angelorũ, quibus ille primus & supremus apostata fertur ornatus, quoniam

erat splendidior illis, & quodammodo superior. Angeli vt simul facti sunt, lux facti sunt, vt ait diuus Augustinus libro 11. de ciuitate dei. Et æqualis felicitatis omnes ab initio creati sunt, iuxta eiusdem Augustini in eodē libro sententiam, licet alij alijs ingenij acumine & subtilitate præcellerēt, vt ex Dionysij sentētia constare videtur. Distinguit etiā hierarchias angelorū, & in qualibet tres ordines distinguūt secundum diuersos actus & officia.

Lucifer autem eminens inter alios, & illis veluti lapidibus pretiosis indutus appetiuit æqualitatē cum deo, dicens: Ero similis altissimo. Fuit peccatum superbiæ suę in hoc, quòd ad consequendā supernaturalē beatitudinem suā, quæ in plena dei visione cōsistit, non se erexit in deum tanquam in vltimam perfectionem, ex eius gratia desiderās cum alijs sanctis, sed eam consequi voluit virtute suæ naturæ non sine deo in natura operante, sed sine deo gratiam conferente. Et quia habere vltimā beatitudinem virtute suæ naturæ omnino absq; gratia alicuius superioris est proprium dei, apertè ostenditur, quo ad hoc concupiuisse angelum dei æqualitatē. Quo fit, vt quò ad hoc appeteret deo non subijci, vt scilicet eius gratia supra suæ naturæ virtutem indigeret.

Esai. 14.

Et foramina tua. Hoc est, ianuæ tuæ: vel vestiū incisiones, quæ gemmis iungebantur. Vel per foramina intelligit fossas auri, in quibus gemmæ includebantur. Sensus est. Cum natus es, statim tibi fuerūt omnia præparata, quæ ad regium ornatum & summā potentiā pertinere videbantur. Septuaginta habent: Auro replesti thesauros tuos, & horrea tua in te. Quidam vetterunt: Aurum opus tympanorū tuorum ac fistularum tuarū est in te. Per foramina fistulas intelligunt.

Tu cherub extenta, & protegens. Alludit ad cherubim, qui erant in templi sanctuario expādentes alas, & arcam testamenti tegentes. Sensus est. Quemadmodum cherub alas extendebat, & arcam tutabatur, sic tu dilatabas potentiam tuam, propagabas longè nomen tuum, illius claritatem per multas regiones celebrando, & vrbem tuam ab hostium impetu defendendo. Alis tuæ potentiæ, & tuorum exercituum populum tuū fortiter protegebas. Comparat diuinus vates regem cum cherub arcam Dei tegente, nam iustus rex debet ecclesiam dei suis alis protegere. At quemadmodum angelus apostata creatus ad protegendū subuertit inferiores, sic impius rex constitutus ad ecclesiæ defensionem, eam opprimere conatur. Comparatur autem rex Tyri hoc loco cum cherub, non cum seraph, quia cherub significat plenitudinē scientiæ, quæ inflat alig. 3. Reg. 6.

quando, seraph aūt significat feruorem charitatis, quæ ædificat. Ita diabolus ob scientiam appellatur dæmon, dæmo enim græcè idē est, quod scio. Plato in Cratilo ait dæmones ita à rerum prudētia dici: quem sequitur Capella, & Lactantius Firmianus libro secūdo diuinarum institutionum, & Chalcidius in Timęum Platonis, & diuus Augustinus libro nono de ciuitate dei, vbi ait dæmonibus esse scientiam sine charitate, ideo esse inflatos & superbos. Id enim, quod ait diuus Paulus; Scientia inflat, interpretatur ille, quād o est à charitate se iuncta, nā eā charitate ædificat, & fructus mirabiles producit. 1. Cor. 1.

Et posui te in monte sancto Dei. Vt cherub erat in tēplo in mōte Sione, ita tu in insula Tyri, vbi te posui, & regem constitui. Quoniam Hyrā rex Tyri fuit Salomoni multis de causis amicissimus, misitque ad eum ligna cedrina & abiegna ad templi constructionem, vt in libro Regū tertio scriptum legimus, & conse rebat se Hierosolymam, vbi pacificè & honorificè recipiebatur, ideo putant nonnulli deū ei hoc dixisse: Et posui te in mōte sancto dei. Sed hoc videtur lōgè petitū, rex enim hic, de quo agitur hoc loco, fuit multò post Hyram. Poterit per mōtē sanctū dei cælū intelligere, & cælestē Hierosolymam, vbi deus posuit angelū Luciferū, nā hoc vt paulò antè ostendimus, de illo etiam sub specie Tyri intelligitur. Hic est mons ille, de quo dicitur in psalmo: Quis ascendet in montē domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et rursus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? 3. Reg. 5. Psa. 23. Psa. 14.

In medio lapidum ignitorum ambulasti. Id est, gēmis fulgentibus ornatus incedebas. Forsāsse aulā regia erat lapidibus pretiosis aliquibus in locis structuræ decorata. Sunt qui per lapides ignitos nō quascunque gēmas intelligāt, sed solū carbunculos instar luminis micātes. Et in hac sententia est Ionathas Chaldęus. Alij per gēmas viros intelligūt ingenio excellēti, & doctrina exquisita, inter quos versabatur rex Tyrius. Alij existimāt esse lapides pretiosos tēpli Hierosolymæ, nā paulò antè regē cū templi cherub cōparauit. Sunt qui existimēt hos lapides non esse gemmas, sed cōmunes lapides tēpli, qui quoniā erant deaurati, ignitti appellantur, ait enim scriptura, nihil fuisse in tēplo, quod nō tegeretur auro. Sed quoniā totum hoc de Lucifero etiam intelligitur, potest per lapides ignitos angelos intelligere, qui non solum igniti, sed ignis appellantur: iuxta id quod ait psalmographus, & refert in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vren- 3. Reg. 6. 2. Par. 3. Psa. 103 Heb. 1.

trentem. Non solùm angeli boni splendidi sunt, sed etiam in angelis malis post lapsum dona naturæ splendida manserunt, vt ait diuus Dionysius capite quarto de diuinis nominibus.

Peccasti & eieci te de monte sancto dei. Si angelus peccauit in cœlo, & Adam in paradiso, qui locus erit tutus in terra? Etsi multi angeli peccarunt, tamē cum Lucifero præcipuè loquitur Deus, quia ipse fuit supremus inter omnes, ita enim ait diuus Gregorius in homilia de centū ouibus: Primus angelus, qui peccauit, dum cunctis agminibus angelorū præfatur eorum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. Et præterea eius peccatum fuit alijs causa peccandi, nō cogens eōs, sed quadam quasi exhortatione inducens. Eam ob causam ait diuus Ioannes in Apocalypsi, draconem traxisse secum tertiam partem stellarum. Genes. 3. Apoc. 12.

Et eleuatum est cor tuū in decore tuo. Perdidisti sapientiam tuā in decore tuo, in terrā proieci te, ante faciē Regum dedi te, vt cernerēt te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerē super terram in conspectu omnium videntiū te. Omnes qui viderint te in gentibus, obstupescent super te. Nihili factus es, & non eris in perpetuum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra Sidonem, & prophetabis de ea, & dices: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Sidon, & gloriabor in medio tui. Et scient, quia ego dominus, cū fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. Et immittā ei pestilētiam & sanguinē in plateis eius: & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & scient, quia ego dominus. Et non erit vltra domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorē inferens vndiq; per circuitum eorum, qui aduersantur eis, & scient, quia ego dominus deus. Hęc dicit dominus Deus: Quādo congregauero domum Israel de

populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus: & habitabunt in terra sua, quā dedi seruo meo Iacob, & habitabunt in ea securi. Et ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cū fecero iudicia in omnibus, qui aduersantur eis per circuitum: & scient, quia ego dominus Deus eorū.

Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. Hoc est, elatus ob pulchritudinem tuam intumuisti superbia, quæ tibi intellectum obscurauit, & ignorantiæ tenebris circunfudit. Aspicis hic omnes superbos insipientes esse. Nam vt ait diuus Paulus: Obscuratū est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Vbi nomine cordis animus intelligitur, qua parte carneus factus, subsidet ijs rebus, quæ sensu percipiuntur: qui ideo obscuratus est, quia illi se à vero sole auertentes, tenebras ipsas quęsierunt. Superbia enim inflati eam sibi gloriam arrogauerunt, quam deo tribuere deberent. Vnde effectū est, vt quilibet sectam inuenire & tueri conaretur, vt nominis sibi celebritatē cōpararet. Sed quō sensu ad altiorem sapientiam peruenisse existimabūt, eo densioribus tenebris obfundebantur. Eos alloquens Esaias aiebat: Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Quemadmodū Narcissus stribuens sibi eximiā pulchritudinis præstantiā, vt est fictis historijs proditū memorię, videsq; seipsum in fonte quodam, tam ardenti amore imaginis suæ conspectæ captus est, vt cōsistere cet, & in vanum florē conuerteretur, sic vani philosophi excellentem sibi scientiam arrogantes, videntes se in speculo vanitatis, tam incredibili sui amore flagrarunt, vt penitus euanescerent. Noluerunt oculos in Deū cōiicere, sed terram deorsum intueri voluerunt, non quæsierunt fontem vitæ & sapientiæ, qui Deus est, sed fontem mortis & ignorātiæ, & originē omnis peccati, quæ est superbia, vnde effectum est, vt quasi humana effigie destituti abirent in vanitatem, & vt ait apostolus: Euanuerunt in cogitationibus suis. 1. Cor. 1. Esa. 5. Simile. Rom. 1.

In terram proieci te. Hoc est, penitus te abieci, & decus tuum in ignominiam cōmutaui. Ita Ieremias in secunda lamentatione: Proiecit de cœlo in terram inclytam Israel. vel, vt potest verti ex hebræo gloriam Israelis. Apud Ciceronem dettahere aliquem de cœlo est obscurare eius splēdorem, & extinguere eius famam. Thren. 2.

Polluisti sanctificationem tuam. Id est, cōtaminasti virtutem tuam. Sunt, qui per sancti-

ficationem intelligant templum Salomonis, cui aiunt hoc loco aulam regis Tyri in structuræ magnificentia, auro, & ornamentis comparari. Vel sic: Maculasti tu ô Lucifer sanctitatem tuã: Omnes enim angeli in gratia creati sunt, quam ob superbiam multi amiserunt.

Producam enim ignẽ de medio tui, qui comedat &c. Alloquitur vrbem, cui sui ciues excidium machinati sunt. Labefactata æquitate, humanæ societatis conciliatrice, amittitur pax, & succedit discordia, malorum multoũ inuentrix, & tranquillitatis expultrix, & totius reipublicæ pernicies. Hoc fuit à Tyriis satis per spectũ & exploratũ. Nam cùm essent inter se discordes, & in varias sententias distracti, & odio incensi, inuicem sibi perniciem machinabantur. Hinc euenit, vt nonnulli ex illis ad Babylonios confugerent, eosq; ad euertẽdam Tyrum excitarent. Hoc odium appellat Ezechiel ignem de Tyria republica productum, qui eam cõbussit. Vel ad literam loquitur de igne, quo Tyrus flagrauit: fuit enim fortasse incendio absumpta & combusta.

Dabo te in cinerem super terram. Non solùm igne flagrabis, vt maneas carbo, sed tota in cinerem redigeris.

Pone faciem tuam contra Sidonem. Hoc est, vaticinare aduersus eam. Est Sidon vrbs Phœniciæ, cuius ciues, vt aiunt, Tyrũ condiderũt. Est igitur Tyrus colonia Sidonis, quẽadmodum Carthago colonia Tyri. Iosephus ait dictam esse Sidonẽ à Sichem filio Canahan, & ab Hebræis Sichem appellatam fuisse. Eusthathius tamen à Side Beli filia dictam putat Sidonem.

Glorificabor in medio tui. Hoc est, in euersione tui victor gloriosus apparebo. Tot vitiis es contaminata, vt homines me laudibus efferant, & potentiam meam pleno ore celebrent, cùm te per Babylonios deleuero.

Et non erit vltra domui Israel offendiculum amaritudinis. Postquam euersa fuerit Sidon, manebunt Hebræi liberi à calamitatibus, quibus à Sidonijs opprimebantur. Erant Sidonij acerrimi Hebræorum hostes, & in illos sæpe ventos excitabant. Pomponius Mela libro primo, capite duodecimo vocat Sidonem opulentã, & maximam vrbium maritimarum.

Quando congregauero domum Israel. His verbis promisit Deus congregaturũ se esse Israelitas in Babylonica captiuitate detẽtos, eosq; in patriam suam reducturum. Quod ita euenit, cùm Cyrus illis facultatem dedit redeũdi in terram promissionis, & Hierosolymã instaurandi. Sed hæc requies, quam Deus hic promittit Israelitis, potius est spiritualis, quàm corporalis. Hierosolyma est ecclesia, Babylon mundus idolorum plenus, à quo Christus eos, qui in eum credere voluerunt, abduxit, & in ecclesia collocauit, vbi possent in animi quiete & securitate viuere restincto pestilentium cupiditatum ardore. Verè Israelitæ sunt veri Christiani, tranquilli & quieti. Ad hanc tranquillitatem nos vocat, & inuitat Christus Deus noster apud Matthæũ dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris. Sed aduerte. Non ait: Et inuenietis requiẽ corporibus vestris, sed animabus. Non nos Deus ad carnis delicias inuitat, sed ad animi tranquillitatem, quæ non in regione mortis, non in falsis voluptatibus, non in pestilentibus flagitijs, sed in mũdi contẽptione, in vera virtute, & in Christi imitatione cõsistit. Hoc intelligẽs D. Augustinus in libro confessionũ, deceptos mortales in mundi peccatis requiẽ quærẽtes, ijs verbis alloquitur: Nõ est requies, vbi quæritis eam: quærite, quod quæritis: sed ibi non est, vbi quæritis. Vitam beatam quæritis in regione mortis: nõ est illic: quomodo enim beata vita, vbi nec vita? Hæc ille. Vocat Christus omnes laborãtes sub sarcina peccatorum, nihil enim grauius peccato. Vnde Zacharias propheta, Ecce, inquit, talentum plumbi portabunt, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ: & dixit: hæc est impietas. Et Dauid: iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Et paulò pòst: Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. Cognoscens peccator pondus suorum scelerum ita frangitur & debilitatur, vt tanto oneri penitus succumbat, nisi ad diuinã confugiat misericordiam, & ad Christum accedat, qui omnes ad requiem inuitat animarum. Sed qui in maxima sui ignoratione versantur, & errorum tenebris circunfunduntur, nec grauitatem maleficiorum sentiunt, nec quantũ absint à Christianæ philosophiæ præstantia cognoscunt. Ideo Christum nõ quærunt, portum diuinæ pietatis despiciunt, fontem suauitatis contemnunt, & amaros riuulos consectantur. Quid aliud est mundus, quàm onus laborum & calamitatum? Onus Babylonis, ait Esaias, onus Aegypti. Solus Deus est, qui à laboribus liberat, & verã tribuit quietẽ. Hoc intelligens Dauid canebat: Iacta super dominum curam tuã, & ipse te enutriet. Vel, vt potest verti ex hebræo: Iacta super dominũ pondus tuum, & ipse te subleuabit. Et diuus Petrus, Omnem, inquit, solicitudinem vestrã proiicientes in deum, quoniam ipsi est cura de vobis. Et diuus Paulus Dominus propè est, nihil soliciti sitis. Ac si dicat: Reijcite in illum

Matth. 11.

Zach. 5

Psal. 37.

Esai. 13. Esa. 19.

Psal. 54

1. Esd. 1.

1. Pet. 5.

Phil. 4.

illum omnis vestra pondera, qui ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Cum omnibus vestris solicitudinibus, curis, onenbus, calamitatibus, & tentationibus cõfugite ad Christum vos ipsos vocantem, eique omnia, quæ grauia existimatis, in sinum diuinæ misericordiæ reijcite. Ipse vos molestijs leuabit, & tranquillitate tribuet, vt nulla vos procellarum vis possit despe abducere, nec de gradu firmitudinis vnquam depellere.

Cùm fecero iudicia. Hoc est, cùm castigauero. Hebraismus est frequens in literis diuinis.

Annotationes ex Hebræo in caput XXVIII.

In cathedra dei sedi. In hebraico est ישבתי מושב אלהים moxau elohim iaxauti. Verbum iaxau significat sedere & habitare, vnde moxau significat cathedram & habitationem. Elohim significat Deum, & fortem, & principes. Ideo potest totum hoc ita verti. Habitani in habitatione forti. Hoc est, in insula fita in medio maris vndique munita, & arcibus ac propugnaculis cincta. Similiter illud: Et in cathedra pestilentiæ non sedit: potest ita transferri: In habitatione pestilentium nõ habitauit. In hãc significationẽ accipitur à psalmographo, vbi in hũc modum inducit Deum loquentem: Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Quibus verbis voluit Deus significare, se esse in Ecclesia Catholica perpetuum domicilium collocaturũ. Dixerat antea: Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. Et ne aliquis existimaret per Sionem intelligi Hierosolymam illam terrenam, quam scimus fuisse postea euersam, & in cineres redactam, subdit statim Dei verba, quibus significat: esse hoc de Sione perpetua, hoc est, de Ecclesia catholica intelligendum, quæ est semper durarura. Ciuitatem illam mentis oculis intuebatur diuinus vates, quam diuus Ioannes in Apocalypsi ait se vidisse de cœlo descendentem. Aspicis igitur verbum hoc iaxau non solùm significare sedere, sed etiam habitare. Hanc significationẽ secuti septuaginta verterunt: κατοικίαν θεοῦ κατόικησα. Hoc est, habitationem Dei habitaui.

Psal. 1.

Psa. 131.

Apoc. 21.

Tu signaculum similitudinis. In hebraico est: תאתה רותם תבנית attah chothé thacenith significat summam, aut numerum aliorũ numerorũ: deriuatur enim à verbo tacã, quod significat numerare, & ponderare, & appendere. Vt in prouerbijs: Appẽdit autem corda dominus. Ac si dicat: Ille qui ponderat & expendit hominum corda, Deus est. Vel qui numerat hominum cogitationes. Vnde verba illa cantici Annæ libro primo Regum mandatæ Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes: ita possunt verti: Deus scientiarũ Dominus est, ab ipso numerãtur cogitationes. Vel, ab ipso ponderantur hominũ opera & studia. Sed quoniam particula, lo, significat ipsum, & est etiam negatiua, significãs non, ideo possunt ita verti verba illa: Nõ sunt numerata operata eius: Ac si dicat: Tot sunt magnifica opera Dei, vt nullo modo possint præ multitudine numerari. Eam ob causam poterat hic locus Ezechielis ita verti: Tu es signaculum summæ: seu numeri perfecti. Hoc est, tu perficis totã summã, tu es totum sigillũ. R. Dauid in cõmentarijs ita hunc locũ interpretatur. Tu es plenus sapientia: tu es sigillum summæ & numeri omniũ scientiarũ, gloriæ, & opum. Ionathas Chaldæus: Tu es similis monetæ figuratæ, quæ directa est in sapientia, & perfecta in pulchritudine sua. Pagninus vertit: Tu sigillas summam septuaginta: Tu es signaculũ similitudinis. Ab hoc verbo est chotham pro signaculo, vt in Canticis: Pone me vt signaculum super cor tuũ, vt signaculũ super brachium tuum. Quibus verbis sponsus amorem erga sponsam singularẽ significat: ac si diceret: Nec me separes à corde tuo, nec à manibus tuis. Quemadmodum annulus, quo literæ sigillãtur, nõ remouetur à manu sigillantis, sic nec tu me separes à te. Quicquid cogitaueris corde, & feceris manibus, sit in meipsum directũ. Ideo ait spõsæ, vt eũ in manu portet loco annuli sigilli, quia solet scripturis rem dilectã nomine annuli in manu significare. Apud Ieremiã ait Deus: Si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eũ. Quasi dicat: Et si mihi Iechonias antè fuerit dilectissimus, & si eũ fuerim admirabili amore prosecutus, & tanquam annulum signatorium pretiosissimum in manu mea dextera gestauero, tamen si in mortifera scelera inciderit, si fraudes teterrimas commiserit, illum proijciam, & in Chaldæam traducam.

1. Reg. 2.

Iere. 22.

Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Septuaginta habent: Omni lapide pretioso indutus es. Quod in idem recidit. In hebraico est: Omnis lapis pretiosus מסכתך mesucathe ca: à verbo masac, quod significat miscere, vt in psalmo: Potum meũ cũ fletu miscebã. Ideo poterat hic locus ita verti. Omnis lapis pretiosus mistio tua. Vel, Omni lapide pretioso mistus es. Potest esse à verbo suc, quod significat

Cant. 8.

Psa. 101.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficat sepire, & circundare. Et tunc erit sensus: Septus erat & redimitus lapidibus pretiosis. Brixianus habet: Omnis lapis pretiosus tabernaculum tuum. Alij: Lapis pretiosus vmbraculum tuum.

Tu cherub extentus, & protegens. In hebraico est: אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁחַת הַסּוֹכֵךְ at cerub mimzach ha sococ. Dictio cerub deriuatur à carab, & significat figuram & cherub, qui erat in sacrario humanum habebat effigiem ob eius magnitudinem & dignitatem ex appellabatur cherub. Ira ait R. David in libro radicum. Eam ob causam hoc in loco per cherub extentum regem magnum interpretatur. Dictio mimzach, pro qua noster interpres vertit, extentus, deriuatur à verbo mazach, quod
1.Re. 15. significat vngere: vt in libro primo Regum: Me misit Dominus, vt vngerem te in regem.
Esai. 21. Id quod est apud Esaiam capite 21. Surgite principes, arripite clypeum: poterat vertisSurgite principes, vngite clypeum. Ac si dicat: Actum est de vita Baltassaris Regis: eam ob causam vos magnates regem constituite, qui sit populi clypeus. Diximus alibi, in literis diuinis regem clypeum appellari. Sunt qui existiment, vngere clypeum esse illo loco scuta oleo lenire, ne illa penetrent hostium gladij. Et ita explanant verba illa Dauidis secundo
2.Reg. 1. libro Regum mandata: Ibialbiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. Solebant enim veteres præsertim nobiles passus & scuta inungere, vt inimicorum ictibus faciliùs resisterent. Quanquam per clypeum possit illo loco intelligi Saul, vt sit sensus: Illic occisus est Saul, clypeus & defensor populi, ac si non esset vnctus oleo, quo reges Israelis vngebantur. A verbo hoc mazach deriuatur mexach, qui græcè dicitur Christus, latinè verò vnctus, vt in psal-
Psal. 2. mo: Aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. In hebraico est. Aduersus dominum, & aduersus Messiam eius. Eam ob causam poterat hic Ezechielis locus ita verti. Tu cherub vnctus, siue rex. Rex enim vnctus vocabatur, quod esset oleo vnctionis delibutus, & quoniam vnctus idem est quod Christus, ideo rex appellabatur Christus. Hinc effectum est, vt
1.Re. 24. Dauid regem Saulem Christum vocaret, dicens: Non faciam hãc rem domino meo Christo Domini, hoc est Sauli, qui fuit vnctus à domino. Et in psalmo: Nolite tangere Christos
Psa. 104 meos, hoc est, reges, siue sacerdotes, qui etiam vngebantur. Septuaginta interprete ita hunc Ezechielis locum verterunt. Præparatus es cũ cherub vnctus oleo. Tharghum habet. Tu rex vnctus ad regnum. Pagninus. Tu cherub magnus tegens. Poterat rectissimè verti, Tu cherub vnctus vnguento prætioso. Dictio enim sococ, pro qua communis editio habet, protegens, potest esse à verbo suc, quod etiam vngere significat, vt apud Danielem. Nec vnDan. 10.
guentis vnctus sum. Hæc est opinio R. Ionah asserentis dictionem sococ vnguentum optimum significare.

Polluisti sanctificationem tuam. In hebraico est: Polluisti מִקְדָּשֶׁיךָ miqdasecà. à verbo קָדַשׁ cadhax, quod significat sanctificare. vt
Exo. 19. in Exodo 19. Omnis, qui tetigerit altare, sanctificabitur. Significat etiam præparare. Vnde
Mich. 3. id, quod est apud Michæam: Si quis non dederit in ore ipsorum quippiam, sanctificãt super eum prælium: poterit verti: Si quis illis non dederit, quod petunt, præparant prælium aduersus illum. Non dare in ore alicuius hebraismus est, vbi os accipitur pro verbo & petitione: & significat totum hoc, negare alicui quod petit. Potest nihilominus verbum cadhax accipi illic pro sanctificare, & rectè quidem. Nam ille dicitur sanctificare prælium contra aliquem, qui affert iustum esse prælium illud, sanctumque esse bellum impijs hostibus inferre. Illud etiam, quod est primo capite Iob: Mittebat ad filios suos Iob, & sanctificabat illos: poterat verti: Mittebat Iob
Iob. 1. nuntium ad filios suos, & præparabat eos: nimirum ad sanctitatem. Vel sanctificabat eos, hoc est, suadebat illis abstinentiam & cæteras virtutes. Hinc eodhax sanctitatem significat, & sanctificationem. Ita appellabatur locus, vbi erat arca Domini, vt in psalmo: Mittat ti-
Psal. 19. bi auxilium de sancto. Hoc est de loco arcæ testamenti. Vbi Ionathas habet: de domo
Psal. 5. sanctuarij tui. Et in alio psalmo: Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Vel de monte sanctitatis suæ. Hoc est de monte Sione, vbi erat propitiatorium super arcam fœderis, è quo Deus promiserat, exauditurum se esse illos, qui preces ad illum ardentes funderent. Asserit ijs verbis Dauid in grauissimis calamitatibus suis ad sanctum Dei templum erexisse supplices manus, deumque ei attentas aures ad præces suas adhibuisse, eumque à periculis, quibus vndique erat expositus, liberasse. Vel per montem sanctum Dei intelligit cœlum, quò oculos dirigebat, ad Deum ipsum aspirans: quemadmo-
Psa. 120 dum alibi dicebat: Ad te leuaui oculos meos, qui habitat in cœlis. Ab hoc verbo deriuatur nomen hoc micdax, quod significat sanctuarium, vel aulam regiam. Apud Amos prophe-
Amos 7 tã sunt hæc dei verba literis mãdata in Bethel non adijcias vltrà, vt prophetes, quia sanctificatio regis est, & domus regni. Vbi pro sanctificatione poterat verti sanctuarium regis.

Ita

Ita apellabatur mons Bethel, quia illic erat vitulus aureus, quem impius rex Israel pro Deo adorabat. Quidam pro sanctificatione siue sanctuario regis aulam regis verterunt: existimãtes esse illic situm regis Israelis palatium. Eodem modo hunc locum Ezechielis interpretantur. Vbi enim nos habemus: Polluisti sanctificationem tuam: habent illi: Polluisti palatium tuum.

ARGVMENTVM CAPITIS VIGESIMI NONI.

Predicit Pharaonis calamitatem, & Aegypti per Babylonios euersionem. Induxit Deum polliceri se post annos quadraginta esse Aegyptum restituturum.

CAPVT XXIX.

A IN anno decimo, decimo mense, duodecima die mensis, factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti, & prophetabis de eo: & de Ægypto vniuersa loquere, & dices: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: & dicis: Meus fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponam frænum in maxillis tuis: & conglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis. Et extraham te de medio fluminum tuorum: & vniuersi pisces tui squamis tuis ad hærebunt. Et proijciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui;
B Super faciem terræ cades: non colligeris, nec congregaberis. Bestijs terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandum: & scient omnes habitatores Ægypti, quia ego dominus. Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel, quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum, & innitentibus eis super te comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum propterea hæc dicit, dominus Deus: Ecce ego adducam super te gladium meum, & interficiam de te hominem & iumentum. Et erit terra Ægypti in desertum, & in solitudinem: & scient, quia ego dominus. Pro eo quòd dixeris: Fluuius meus est, & ego feci eum: idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua. Daboque terram Ægypti in solitudine gladio dissipatam à turre Syenes vique ad terminos Æthiopiæ. Non pertrasibit eam pes hominis, nec pes iumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. Daboque terram Ægypti desertam, in medio terranum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum: & erunt desolatæ quadraginta annis.

EXPLANATIO.

In anno decimo. Subaudi, transmigrationis Iechoniæ, & principatus Sedechiæ, tunc enim fuit Sedechias in regia dignitate constitu- 4.Reg.
tus, cùm Iechonias fuit in Chaldæa trãslatus. Sed occurrit quædam dubitatio. Qui fieri potest, vt hæc visio facta fuerit anno decimo, cùm visio quæ præcessit, tribus præcedentibus capitibus contenta, facta fuerit anno vndecimo, vt ex principio capitis vicesimisexti apertissi- Sup. 26.
mè constat? præsertim cùm hæc visio illius memineri, vt perspicuum est caput hoc legenti. Huic quæstioni respondendum puto, diuinas visiones fuisse à prophetis in libris suis non semper dispositas iuxta ordinem temporis, sed aliquando secundum regionum connexionem. Priùs vidit Ezechiel visionem hanc Aegyptiæ calamitatis, quam eam, quæ tribus præcedentibus capitibus mandata fuit, euersionis Tyriorum, sed ideo priùs consignauit monimentis prophetiam aduersus Tyrum & Sydonem, quam aduersus Aegyptum, qui hæ duæ vrbes Tyrus & Sido propinquiores sunt Hierosolymæ, quam Aegyptus: & acerbiores iniurias fecerãt in Iudæos. Est enim diuini nostri vatis propositum hoc libro onera gentium vaticinari, à quibus Iudæi fuerant afflicti, & calamitatibus oppressi. Præterea & si priùs diuinus vates mentis oculis aspexit Aegypti calamitatẽ & euersionem, tamen priùs erat Tyrus euertẽda: quod hoc caput intuenti erit satis perspectũ, cũ Babylonij fuerint in Aegypti vastatione pro Tyri labore remunerati. Quare post onus

Tyri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyri agitur de Aegypti excidio & vastitate.

Duodecimo mense. Qui ab hebræis appellatur Adar, à Latinus autem Februarius: nam primus mensis, qui ab Hebræis vocatur Nisan, est Martius apud Latinos.

Duodecima die mensis. Quidam codices habent: Vna die mensis. Hoc est, prima die mensis. Ita in libro Geneseos. Factum est vespere & mane dies vnus, hoc est, primus. Et apud Marcum: Valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum. Et apud Lucam: Vna autē sabbati valde diluculo venerunt ad monumentū. Hoc est, prima die post sabbatum. Vna sabbati periphrasis est dominicæ.

Gene. 1. Mar. 16. Luc. 24.

Pone faciem tuam contra Pharaonem. Hoc est, vaticinare contra regem AEgypti. Omnes AEgypti reges Pharaones vocabantur.

Ecce ego ad te. Hoc est, ecce ego contra te veniam.

Draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum. Draco aquatilis vocatur rex Aegypti in medio fluminis, veluti cete magnum in medio maris. Nam Aegyptus fluuio magno rigatur: & cùm sit aquarum inundatio, tota terra cāpestris ita tegitur aquis, vt mare videatur. Ad hoc alludēs propheta vocat Pharaonem draconem magnum fluminum, & ipsum Nilum fluminā, quoniam septem ostijs mare mediterraneum ingreditur. Authores sunt Plinius lib. 10. Solinus capite quadragesimoquinto, Pomponius Mela libro primo capite nono. Dauid etiā Pharaonem draconem vocat ita canens: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum. Quibus verbis miraculū maris rubri, & Pharaonis excidium commemorat. Ad quod alludens Esaias ita dominum alloquitur: Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid tu non siccasti mare? Draco hic appellatur leuiathan, de quo ait Esaias: In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super leuiathan serpentem veterē: Per hunc draconē, Aegypti regem, poteris diabolum intelligere, quem Christus principem huius mundi appellauit. Cùm Aegyptus tenebras significet, impij autē sint tenebræ, iuxta id, quod ait Diuus Paulus: Eratis aliquando tenebræ, apertè conciuditur, principem Aegypti esse principem impiorum. Cùm autem diabolus sit Aegypti princeps planè ostenditur, eum habere super impios principatum. Eam ob causam dæmones appellat D. Paulus rectores tenebrarū, hoc est, principes impiorum, quos antea tenebras esse asseruerat. Id voluit Christus significare, cùm dæmonem principem mundi vocauit, nomine enim mundi impij significantur: vt apud Ioannem: Mundus eum non cognouit. Et rursus: Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo. Hic mundi princeps est draco ille fluuiatilis, qui in aquis versatur turbulētis & cœnosis: à quibus Ieremias his verbis homini suadet, vt separet seipsum: Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam. Contrà verò Christi aqua munda est & salubris, de qua ipse ait apud Ezechielē: Effundam super vos aquam mundam, & mūdabimini. Et apud Ioannem: Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ad huius aquæ affluentiam nos inuitat per Esaiam ipse dominus, dicens: Omnes sitientes venite ad aquas.

Psal. 73. Exod. 14 Esai. 51. Esai. 27. Ioan. 12. 14. & 16 Ephes. 5. Ephes. 6. Ioan. 12. Ioan. 1. Ioan. 15 Ierem. 2. Infra. 36 Esai. 55

Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Vide intolerabilem Pharaonis superbiam, qui non solùm ait se esse dominum Nili, sed esse sui ipsius factorem. Imitabatur regis Tyri superbiā, qui se Deum vocabat, vt superiore capite ostensum fuit. Vel significat se ob prudentiam suam esse in summa dignitate constitutum. Omnia sibi tribuit, nihil autem Deo, cùm dicat Diuus Paulus: Quid habes, quod non acceperis: sin autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Poteris per fluuium totam Aegypti plānitiem Nilo irrigatam intelligere. Id autem, quod ait: Ego feci memetipsum, potest ita verti: Ego feci eū mihi metipsi. Nam paulò pòst subditur: Pro eo quòd dixeris: Fluuius meus est, & ego feci eum.

Supr. 28. 1. Cor. 4.

Et ponam frænum in maxillis tuis. Te hominem effrænatum, tibique præsidentem coercebo, vt miseriam tuam, rerumque humanarum varietatem cognoscas. Vt equus coercetur frēno, ita tu eris constrictus calamitate, & in gyrum rationis ductus. Potest verti: Ponam hamum in ore tuo, vt te capiam, & extraham è regno tuo, & premam acerbissimis ærumnis. Eodem modo apud Esaiam dixit Deus Assyriorum regi: Ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis.

Esai. 37

Et conglutinabo pisces. Non modò te magna opprimā calamitate, sed omnes alios te ipsum imitantes. Quemadmodum extracto è fluuio magno aliquo pisce, extrahuntur simul cum eo alij minores ei adhærentes, sic Aegypti) tibi amore & imitatione diuincti simul tecum euerterentur: efficiam enim, vt impij tecum agglutinentur, quo vnā tecum deleantur. Et ita factum est: nam rex, & eum sequentes fuerunt à Babylonijs immaniter occisi. Aspicis hoc loco homines esse pisces in aquis mundi versatos. Quid est mundus nisi mare tentationum fluctibus exagitatum, procellis molestiarum concitatum, ventis vanitatum concussum? qui Euripus, qui Syrtes quę Charybdis, quod promontorium bonę spei tot tantasque fluctus habet, & tam varios ac procellosos motus quām mundus? Quis gurges tam vastus, quod fictum tam angustum, tot turbinibus concutitur, tot ventis commouetur, tam furentibus tempestatibus, tam densis nimbis, tam sæuis procellis horribili cum fragore cortis concitatur? In hoc mari sunt duo præcipui piscatores, vnus est Christus seruatorno ster, alter dæmon immanissimus hostis. Christus piscatur homines, non vt illis mortem tribuat, sed vitam, diabolus contrà. Quemadmodum pisces inuicem lacerantur, & quidem alios deglutiūt, sic homines lites sibi inuicem intendunt, & alij alios euertunt, & eorum sanguine saturantur. Aqua huius maris amara est, quò magis ex illa biberis, eò maiore siti cruciaberis. Huiusmodi sunt mundi operę, tecta magnifica, magistratus, & ex quibus decepti mortales astringuntur, pestiferæ voluptates, quæ omnia vir sapientes nunquam in rebus magnopere expetendis esse duxerunt, quippe cùm aspicerent, homines hīc abundantes ea tamen maximè desiderare, quibus circunfluerent, & tum ardentiùs sitim cupiditatis augeri, cùm plus se in amaras huius seculi aquas ingurgitarent. At Christi aqua sitim extinguit, & cupiditatum ardorem sedat, ipse enim ait: Omnis, qui bibit ex aqua mundi, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Christus homines piscatur, vt extractis illis ex aqua maris suauissimā gratiæ aquam impertiat. Sed Christus piscatur arundine hamatili, & paucos extrahit, dæmon autem impius piscator retibus & sagenis pisces extrahit multitudinem, qui se illi sponte tradūt, ab eoque capi patiūtur. O infaniam insignem, & deplorandam hominum excitatem! Piscatur Christus, vt conferat gratiam, & vitam tribuat æternā, & pisces eum fugiunt, Piscatur diabolus, vt occidat, & ad æternos cruciatus perducat, & pisces ad eum confugiunt. Ambulans diabolus iuxta mare seculi infinitā piscium multitudinem venabatur, Iesus autē ambulans iuxta mare Galileæ vidit duos fratres Simonē, qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, & procedens vidit alios duos, Iacobū Zebedæi, & Ioannem fratrem eius. Qui omnes quatuor relictis retibus eum fuerunt secuti. Quatuor piscatus est bonus Iesus, cùm impius dæmon infinitos piscaretur. Piscatur enim diabolus hamo, & plures prehendit, quam Christus, & causa est, quia eius esca dulcior est humano appetitui, & gratior depraua tæ hominum voluntati. Esca diaboli, est falsa voluptatum abundantia, inanis mundi gloria, diuitiæ, magistratus, potentia, vanitas, & insatiabilis dominandi cupiditas. His escis decepti pisces non sentiunt hamum, nisi postquam sunt diabolo traditi, & in eius vincula miserè coniecti. Grauissimus ille Plato, quem Panætius sapientissimum, & Homerum philosophorū principē vocabat, escā malorū appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. Et Architas Tarentinus asserebat, vt refert in Senectutis libro Marcus Tullius, libidine dominante temperantiæ nullum omnino locum esse, nec in voluptatis regno virtutem posse consistere. At Christus Deus noster cœlestis ille piscator, qui vult animas nostras in beatitudinem traducere ad cœlestem immortalitatem obtinendam, piscatur aspera esca, & corrupto apetitui insuaui, nimirum ieiunio, precum crebritate, vigilijs, honestis laboribus, mundi despicientia, paupertate spiritus, pijs lachrymis, ardentibus suspirijs, humilitate & submissione cordis, mansuetudine, pace, patientia, iustitia, rerum humanarum tolerantia, aliisque huiusmodi rebus, quæ & si amore diuino incensis suaues sunt, voluntati tamen carnis amicæ difficiles, & depraua to gustui amaræ videntur. Diuus Bernardus comparat monasteria flagris aut vi uarijs, in quæ Deus coniicit pisces quos extrahit ex mundi mari, vt ibi eos in tranquillitate animi custodiat, & gratia sua nutriat ad gloriam. Diabolus in tactu retis hoc vtitur artificio, quærit aquæ venā, qua vnusquisque currit: non enim omnes eodem modo aggreditur. Hunc diuitijs tentat, illum voluptatibus, hunc superbia, illum inuidentia, prout conspicit vnuscuiusque propensionem & affectum. Os retis latissimum est, & introitus apertissimus, sed exitus difficilis, instar nassæ, quò cum ingressus fuerit piscis, extre magno labore non potest. Quemadmodum piscator, cùm magnum aliquem piscem capit, non statim violentè astringit, sed extendit filum piscatorium, donec piscis deuoret penitus hamum, sibique machinetur perniciem, ne si confestim nimis coerceat, scindatur filum & sceta, & ita piscis aufugiat: sic diabolus cùm peccatorem hamo suo deuinctum tenet, mortifero scelere constrictum, & illecebris voluptatum alligatum, non illum statim opprimit, & exasperat, ne vehementer à dæmone irritatus & concitatus vincula abrumpat, & euadat. Mulcet illum, eumque permittit in aliquas virtutum actiones incumbere, vt paulatim hamo flagitij irretitus, ipse sibimet exitium parat. Extendit itaque dæmon fetam seu filum piscatorium, non vt peccatorem dimittat, sed vt securius teneat. Herodi hamo suo apprehenso permittebat, vt Ioannem Baptista audiret, eiusque

Ioan. 4. Simile. Simile. Simile. Mat. 4. Luc. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusque consilio nonulla facta ad iustitiæ normam dirigeret, donec illum penitus horribilibus maleficijs occisum in tartara æternorum cruciatuum contrecit. Præsules & concionatores, & omnes denique piscatores animarum cùm aliquem extraxerint è mundi flagitijs, non debent illum ilico constringere, vt vno die pertectus euadat: abscindet enim filum, & aufugiet, tam subita territus difficultate: sed arundinè mediocriter extendentes, & hamatilem setam prudenter aliquando laxanter, apprehendant animas esca diuini amoris, easque ad littus ecclesiasticę doctrinæ diuino fauore adducant: piscantes cautè & sapienter, hamum difficultatis humanitate tegentes, ne homines in principio perterriti, & desperatione debilitati, experiti virtutis fastigium nolint, quod se assequi posse diffidant & ad solita scelera reuertantur. Sed assuescant ascendere paulatim, donec ad euangelicæ perfectionis verticem perueniant. Nihil est simul & inuentum & perfectum: nihil se vniuersum profundit, nihil totum euolat repente, sed omnia, quæ fiunt, paruis exordijs natura ipsa prætexuit. Efficere Deus potest, vt aliquid fit repentè omni ex parte perfectum, non tollo diuinam potentiam, sed de his rebus loquor, quæ ferè semper accidunt. Sed aduertant ecclesiastici præsules & concionatores, se non esse honorum, redituum, opum piscatores, sed hominum: animas quærere debent, non mundi diuitias. Id docuit Christus, dicens Petro: Faciam vos fieri piscatores hominum. Hominum ait, non reditruum. Ea potiùs curare debent, quæ pertinent ad spiritum, quàm quæ ad corpus. Tales fuerunt hi duo apostoli Petrus & Andreas, quos Christus elegit, vt per eos multos alios piscaretur. Sed dices: Cur homines elegit tam obscuro loco natos? Huic obiectioni ita respondet Diuus Augustinus: Si rex electus esset, diceret: Dignitas mea electa est. Si diuiter, dicerent: Diuitiæ meæ electæ sunt. Si imperator, potestas: si orator, eloquentia: si philosophus sapientia. Pauperibus dictum est: Venite post me. Quia enim vacui erant, multum erat in illis implendum. Ad hanc veritatem defendendam surrexerat Diuus Paulus, ita in epistola prima ad Corinthios dicens: Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, ac contemptibilia, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Inter omnia, in quibus diuina sapientia illustrius resplenduit, vnum fuit apostolorum vocatio, vt per illos mundum expugnaret. Non arma quæsiuit, non machinas sulphurea, non munitiones, non bellica instrumeta, nō corporis vires, nō opes, non potentiam, nō generis nobilitatē & amplitudinē sed paucos piscatores, eosque inermes, inopes, obscuro loco natos, absque nominis splendore & claritate. Eos misit, dicens illis: Mitto vos sicut agnos inter lupos. Illi autem Deo fauente lupos in oues conuerterunt. Quē admodum ex multis transeuntibus, magnosque lapides impolitos prope viam vidēntibus, solus statuarius & solers ædificandi magister lapides contemplatur, & animo perspicit, posse ex illis admirabiles confici columnas, & cupit statim artem suam exercere, & columnarum industria elaboratarum structura suum ostendere artificium, sic ex multis iuxta mare Galilææ ambulantibus solus ille cœlestis statuarius, & admirabilis architectus Christus Deus noster, quem diuina scriptura libro Sapientiæ omnium artificem vocat, & Diuus Paulus in epistola ad Hebræos ciuitatis cœlestis artificem & conditorem, duos illos impolitos lapides Simonem & Andream intuitus, admirabiles ex illis ecclesiæ columnas conficiendas intellexit. Quid est hoc domine, nonne hi lapides iacent impoliti? Nonne sunt pauperes piscatores? Verum est, inquit, Christus, sed ego, qui non solùm exteriora, sed interiora cognosco, in illis ea video me esse facturum, quæ alij videre non possunt. Et cupiens statim cœlestis ille architectus, qui, è fastigio cœli constructum ecclesiam venit, in illis artem suam exercere diuinam, vocauit eos dicens: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: qui relictis omnibus eum fuerunt secuti, & pisces multos piscati. Aspicis igitur homines pisces esse, & regem piscem magnum: qui si flagitiosus est, & scelerum maculis inquinatus, multos secum contaminat: qui ei adhærentes, illiusque nequitiam imitantes cum eo simul euertuntur, & parem sibi perniciem machinantur. Hoc illis Deus his verbis hoc loco minatur: Conglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, &c.

Mat. 4.

Mat. 10. Luc. 10. Simile.

Mat. 4.

Sap. 7. Hebr. 11.

Et proijciam te in desertum. Alludit ad piscium capturam, qui cùm extrahuntur è mari, proijciuntur in terram, vbi moriuntur. Fortasse fuit prælium in deserto aliquo, vbi Pharao occubuit. Ex hebræo verti potest: Deseram te in deserto.

1. Cor. 1.

Non colligeris, nec congregaberis. Hoc est, non sepelieris: insepultum iacebit cadauer tuum, donec illud feræ & volucres deuorent. Hebraismus est in diuinis literis non infrequens, accipi colligi & congregari pro sepeliri. Capite trigesimo primo Numerorum sunt hæc verba literis

Num. 31. literis mandata: Colligeris ad populum tuum.

4. Reg. 22. Et capite 22. lib. quarti Reg. Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace. Hoc est, sepeliam te cum maioribus tuis, & deserent te in sepulchrum tuum. Hoc

Esa. 57. tropo vsus est Esaias dicens: Viri misericordiæ colliguntur. Hoc est viri pietate præstanti humo mandantur.

Bestijs terræ. Hoc est, brutis animalibus. Vel per bestias terræ intelligit Babylonios, crudeles, immanitate barbaros, ipsas feras feritate superantes. Ita intelligitur locus ille psal-

Psal. 73. mographi: Ne tradas bestijs animam cōfitentem tibi. Pro quo Chaldæa paraphrasis habet: Ne tradas populis similibus animalibus syluestribus animas discentium legem tuam. Vbi per bestias hostes intelligit, nimirum Palæstinos, aut Babylonios, qui Hebræis vim inferebant. Felix vertit: Ne des feris animam turturis tuæ. Hoc est, ne tradas hostibus populum tuum, qui pro canticis vitur gemitibus, & te ipsum assidua meditatione contemplatur. Hoc est enim turturis officiū, gemere & meditari. Per aues etiam homines superbi intelligūtur, qui inflati opinionibus, in magnis erroribus versantur. Hi sunt, de quibus

Mat. 8. Luc. 9. ait Christus: Vulpes foueas habēt & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Cyrillus per vulpes & aues dæmones intelligit: vt sit sensus: Cùm vulpes & volucres, hoc est, cùm dæmones māsionem in te habeant, qualiter Christus in te requiescet? Quidam per aues in aerem se efferentes, elatos & iactabundos homines intelligunt, per vulpes verò hypocritas.

Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel. Id est, quoniam tibi fidentes Israelitæ, & innixi in promissione tua fuerunt decepti, & spem suarum cogitationum grauissimæ calamitates fefellerunt. Promiserat Pharao se Hebræis aduersus Chaldæos opem laturum, sed non stetit promissis. Baculus fuit in promissione, sed arundineus in solutione: quam ob causam fuerunt Iudæi miserè occisi. Hoc permisit Deus, quia illi Deo ipso relicto & contempto ad AEgyptios confugerunt. Auxilium mundi absque Deo baculus est, non ligneus & firmus, sed arundineus & fragilis. cùm autem facilè confringatur, si ei fuetis innixus, vulneraberis, & corrues. Id intelligens

Iere. 17. ait Ieremias: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Ac si diceret: Maledictus homo, qui vero Deo relicto ad mundi præsidium confugit, quod est vanum & fallax, & denique baculus arundinis. Hic est baculus, de quo dicebat Christus: Nolite portare virgam. Ac si diceret: Nolite mundo fidere, sed omnem vestram fiduciam & spem in me figite ac locate. Ad id hortabatur Esaias, dicens. Sperent in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Vt baculus arundineus est vacuus, sic mundi fiducia est inanis. Ideo præcipiebat deus populo Israelitico per Esaiam, ne ad Aegyptum confugeret, eiusque illuc cōfugientis ijs verbis denuntiat excidiū: Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxiliū. Et rursus apud eundem Esaiam arebat Rabsaces: Ecce confidis super baculū arundineum confractum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Non solùm AEgyptij non tulerunt opem Iudæis, sed ipsis detrimentum intulerunt. Tale est humanum auxilium, ad quod mortales spreto Deo confugiunt. Nos verò virgæ diuinæ innitamur, quæ virgas AEgyptiorū deuorauit: & mare rubrum diuisit: de qua dicitur in psalmo: Virga tua & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Vbi per virgam & baculū diuina protectio intelligitur. Euthymius tamen grauis psalmorum interpres per virgam correctionem intelligit, per baculum verò sustentationem.

Mat. 10. Esa. 50. Simile. Exo. 18. Esai. 1. Luc. 2. Ephes. 6. Apocal. 1. Cant. 3. Ephes. 2.

Lacerasti omnem humerum eorum. Hoc est, fregisti eorum vires: Idem statim repetit, cùm ait: Dissoluisti omnes renes eorū. Humeri pro viribus accipiuntur, quemadmodum & renes. Videtes Iudæi Aegyptios victos à Chaldæis, fuerunt perterriti, & timore confracti.

Ecce ego adducam super te gladium. Cladem AEgyptiorum prædicit. Gladius in literis diuinis accipitur aliquando pro potestate, vt in Exodo dicebat Moyses. Eruit me de gladio Pharaonis. Pro quo septuaginta habent: De manu Pharaonis. Accipitur etiam pro ho

Esa. 1. stili indignatione, & cæde ab inimicis illata, vt apud Esaiam: Quod si noluerit is, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Aliquando pro acerbissimi doloris

Luc. 2. magnitudine, vt apud Lucam: Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Aliquando pro verbo Dei: vt apud diuum Paulum in Epistola ad Ephesios: Sumentes gladium spiritus,

Exod. 7. Exo. 14. Psal. 22. quod est verbum Dei. Hic est gladius acutus, quem diuus Ioannes in Apocalypsi aspexit exire de ore Christi Dei nostri. De eo intelligitur id, quod ait sponsus in Canticis: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenētes gladios, & ad bella doctissimi. Lectus est pax Ecclesiæ, Salomon, qui sonat pacificū, est Christus pax nostra, qui fecit vtraque vnum, nosque patri reconciliauit, fortes, qui pacē custodiunt, sunt verē concionatores, qui sunt ex fortissimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Israelis, hoc est, qui inter fideles præstant animi fortitudine, qui dicũtur sexaginta, hoc est, multi, numero definito pro indefinito, gladius est verbum Dei, bellũ est perpetuum certamen inter nos & hostes animarum, iuxta id
Iob.7. quod ait Iob. Militia est vita hominis super terrã. Vnde scribat D. Paulus in epist. prima
1.Tim.1. ad Timotheum. Hoc præceptum commendo tibi, vt milites in illis bonam militiam. Ad bellum hoc indigemus verbo Dei, quod est gladius ille, de quo Christus ait. Nõ veni mit
Mat.10. tere pacem, sed gladium. Hoc autẽ loco apud Ezechielem accipitur gladius pro clade, quam Babylonij erant Aegyptijs illaturi.

Fluuius meus est. Nilum intelligit, vt diximus paulò ante.

A turre Syenes vsque ad terminos Æthiopiæ. Hoc est, ab vno termino vsque ad alterum, à principio Aegypti vsque ad finem. Ac si dicat: Totam terrã Aegypti vastabo. Syene est vrbs in confinibus Aegypti. Hæc sunt verba Solini cap. 45. Ditionis Aegyptiæ esse incipit à Syene, in qua fines Aethiopum. Pomponius Mela connumerat Syenem inter præcipuas Aegypti ciuitates. Plinius libro 2. ait eam esse supra Alexandriam quinque millibus stadiorum.

Erunt desolatæ. Ex hebraico verti potest. Erunt ipsa desolatio.

Et dispergam Aegyptios in nationes, & ventilabo eos in terras. Quia hæc dicit Dominus Deus: post finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum de populis, in quibus dispersi fuerant, & reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terrã natiuitatis suę, in terra, de qua sumpti sunt: & erunt ibi in regnum humile. Et inter cætera regna erit humilima, & non eleuabitur vltrà super nationes, & imminuam eos, ne imperent gentibus.
D Nec erunt vltrà domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos: & scient, quia ego Dominus Deus. Et factum est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. Omne capur decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, nec exercitui eius de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra AEgypti, & accipiet multitudinẽ eius, deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius. Et operi, pro quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terram AEgypti, pro eo quòd laboratuerunt mihi, ait dominus Deus. In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum, & scient, quia ego dominus.

Et dispergam Aegyptios in nationes. Ad quas captiui ducentur. Sequitur: Et ventilabo eos in terras. Metaphora est sumpta à paleis, quæ in area, cùm granũ triturantur, à vento in diuersas partes proijciuntur. Vbi aspicis homines impios & vanos cum paleis comparari. De illis scribat Baptista: Ventilabrum in manu Domini, & permundabit aream suam: & congrega
Mat.3. Luc.3. bit triticum suum in horreum, paleas autẽ cõburet igne inextinguibili.

Et collocabo eos in terra Phathures. Phatures est in Aegypto. Aiunt nonnulli esse Aegypti Metropolim. Diuus Hieronymus libro de locis hebraicis ait regionem esse, in qua profugi Iudæi habitauerunt.

Et erunt ibi in regnum humile. Restituentur quidem in patriam, sed non in pristinam pompam & potentiam.

Et factum est in vicesimoseptimo anno. Subaudi, à Tyri euersione, de qua Ezechiel superioribus tribus capitibus vaticinatus est. Anne-
Ezn.26. & 28. ctitur hæc visio superiori, quia in vtraque de eadem agitur re. Sunt, qui existiment hos annos cõputari à Iechoniæ trãsmigratione. Sed tunc insurgit hæc dubitatio. Anno vndecimo transmigrationis euersa est Hierosolyma, vt ex quarto lib. Regum, & ex Ieremia apertissimè constat. Et fuerunt Iudæi in vincula con-
4.Reg.25. Iere.39. & 52. iecti, & in Chaldæam translati, exceptis paucis, qui Hierosolymæ manserunt, quibus Nabuchodonosor Godoliam præfecit. Septimo autem mense irruerunt Iudæi in Godoliam, quo occiso ad Aegyptum confugerũt. Quod scientes Babylonij parauerunt aduersus Aegyptum bellum, & totam eius terram deuastarunt

sit multò ante annum vicesimum septimum, quo factum Ezechieli fuit hoc verbum domini, de quo agit in præsentia. Cùm igitur annum vicesimum septimum à prima transmigratione euersa fuerit Aegyptus, non videtur fieri potuisse, vt anno vicesimo septimo fuerit Ezechiel de euersione illa vaticinatus. At alte spectare si voluerimus, videbimus apertè, fuisse hanc Aegypti vastationem ante annum vicesimum septimum factam, sed Ezechielem hoc loco non illam vaticinari, sed solum causam reddere, cur Deus Aegyptum tradiderit Babylonijs, quis videlicet in euersione Tyri laborarunt, & loco mercedis labore suorum Aegyptum receperunt. Anno decimo fuit reuelata diuino vati clades & vastatio Aegypti, vt in principio capitis ostendimus. Hoc autem loco multò post cladem & excidium non prædicit factum, sed narrat facti rationem. Ex quo fit, vt tres causæ huius euersionis assignentur: prima Aegyptiorum superbia & insolentia, altera eorum fraus & perfidia, quia suaserant Iudæis, vt relicto deo ad ipsos confugerent, qui eos erant protecturi, quod minimè fecerunt, tertia, quia deus volebat tradere Babylonijs Aegyptum, & præmium ob acceptum laborẽ in oppugnatione Tyri in illos conferre. Sunt tamen qui asserant, hanc Aegypti euersionẽ, de qua hic agitur, non esse eam, quæ facta fuit post cædẽ Godoliæ, sed aliam multò post illam.

Seruire fecit exercitum suum seruitute magna. Nimirum in oppugnatione Tyri, qua in re mihi seruierunt: vbi milites præ frequenti galearum armatura calui reddebantur, cum diu noctuque capita haberent galeis cooperta: & humeri eorum essent detriti præ crebra ponderum & sarcinarum magnitudine: batulabant enim aggeres, & machinas bellicas ad muros concutiendos. Et cùm ministri mei essent, inquit Deus, ego enim eos misi, non fuerunt premio affecti. Aiunt nonnulli ideo Babylonios in illa Tyri expugnatione spoliã nõ inuenisse, quia Tyrij de salute desperantes omnes diuitias suas partim in mare proiecerunt, partim igni tradiderunt: & ij qui se potuerunt in fugam conferre, eas secum asportarunt. Eam ob causam deus dedit terrã Aegypti spoliandam Babylonijs. Ex quo infertur, eos, qui sunt mortiferis criminibus implicati, aliquid temporale mereri pro aliquibus virtutum actionibus, in quas aliquando incũbunt, sed hoc non ex condigno, vt ego mihi statuo, sed ex congruo, vt verbis vtar scholasticis. Hinc colligitur, non omnem actionem infidelis peccatum esse, potest enim infidelis bonum opus facere in genere moris, seu bonum morale, quemadmodum si parentes honore prosequatur, si inopibus subueniat, si innocẽtum causam suscipiat. Quibus in rebus, & alijs huiusmodi non peccat: infidelitas enim, & quodcunque lethale flagitium & si vitam auferant gratiæ, non tamẽ tollunt bonum naturæ, & morale, ad quod se extendit naturalis potentia. Deus, inquit Ecclesiasticus, ab
Eccl.15. initio cõstituit hominem, & reliquit illum in manu cõsilij sui. Et paulò post: Ante hominẽ vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. At si infidelis bonum, quod facit, referat ad finem perfidiæ suæ, incidit absque dubio in peccatum, nam actio recipit speciem à termino ad quem, & boni moralis vel mali ratio ab agentis intẽtione, cum autem agentis propositum sit depraustum, depraustur etiam ipsa virtutis actio. Illud velim sic existimes, me de virtute loqui imperfecta, cum infidelium virtutis mentionem facio, virtus enim vera, & perfecta, & Deo grata absque fide esse non potest, dicente apostolo: Sine
Heb.11. fide impossibile est placere Deo. Imò vera & perfecta virtus absque charitate esse non potest, tunc enim habet absolutæ omnibus numeris nomen, cum operatur bonum in ordine ad vltimum finem supernaturalem, ad quem perficit & ordinat hominem simpliciter, quod absque charitate fieri non potest. Vnde diuus Augustinus virtutem ait esse ordinem amoris, quia vera virtute præditus deum summo amore prosequitur, proximum autem sicut se ipsum diligit. At qui non diligit, vt ait di-
1.Ioan.3. uus Ioannes, manet in morte, cum autem veris & perfectis virtutibus vita spiritualis perficiatur, apertè concluditur, sine charitatis dilectione esse illas non posse. Non est tamen negandum, posse homines, non solum fideles mortifero scelere afflictos, sed etiam infideles, esse aliquibus moralibus virtutibus ornatos, & aliquid efficere, quod peccatum non sit. Nec huic sententiæ repugnat id, quod ait in epistola ad Romanos diuus Paulus: Omne
Rom.4. quod non est ex fide, peccatum est. Nam verba illa hunc habent sensum: Omne id quod est contra conscientiam, peccatum est. Agebat apostolus de ciborũ sumptione, & ait, eũ, qui comedit id, quod impurum & prohibitum esse existimat, peccare, quoniam contra persuasionem & conscientiam facit, id enim quod fit non ex fide, hoc est repugnante conscientia, peccatum est. Hic est germanus huius loci intellectus. Hæc est sententia diui Augustini libro tertio Hypognostici contra Pelagianos: & libro de spiritu & litera ca. 28. & alijs in locis. Fuit hæc sententia decreto sanctæ Tridentinæ synodi sessione sexta confir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mata, canone septimo, cuius ad literam hæc sunt verba: Si quis dixerit opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quocunque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium dei mereri, aut quantò vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum grauiùs peccare, anathema sit. Quare de hoc non est amplius dubitandum. Id autem quod ait apostolus in epistola ad Titũ: Inquinatis & infidelibus nihil est mundum, intelligitur de ijs, quæ agunt ex sua infidelitate, malaque intentione. Sin autem ea quæ ex genere suo bona sunt, faciant, solo fine à natura eis præscripto, sunt absque dubio moraliter bona. Et à fortiori si ea dirigant ad deum. Eam ob causam Deus, cum nullum bonum relinquat irremuneratũ, ea bona opera munere aliquo compensat, vt constat ex hoc Ezechielis loco, vbi Deus ait tradidisse Aegyptum loco mercedis his, qui in euersione Tyri ei seruierant. *Tit.1.*

Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis. Asserunt nonnulli hũc Babylonis regem, qui Aegyptũ expugnauit, fuisse Cambysem filium Cyri. Asserit enim Herodotus hunc Cambysem totam Aegyptum ad excidium & vastitatem vocasse, & omnia eius simulachra deleuisse. Nec est inconuenientis appellari hoc loco Nabuchodonosorem, nam vt alibi diximus, hæc erat omnium Babylonis regũ nomenclatura.

Et accipiet multitudinem eius. Hoc est, accipiet sibi promiscuam plebem in seruitutẽ suã. Omnes erunt serui eius.

Et operi pro quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terram Aegypti. Hoc est, pro opere, quo mihi ministrauit aduersus Tyrũ, dedi ei loco præmij terram Aegypti.

In die illa pullulabis cornu domus Israel. Hoc est, cum hæc euenerint, faciam, vt reflorescat regnũ Israelis, & robur eius pullulascat, quia illum rex Cyrus instaurabit, & in pristinam dignitatem restituet, & in illo florenti rerum statu vigebit, cum Cambyses rex Cyri Aegyptum vastauerit. Sunt qui hoc ad tempus illud referant, quo Iechonias in Babylonica captiuitate constitutus fuit à rege Babylonis magnis honoribus affectus, & in throno regio collocatus, vt diuina historia libro quarto Regum testatur. Accipi autem cornu pro potentia, & robore, & regno, colligitur ex primo capite Zachariæ prophetæ, vbi agẽs de regnis, à quibus Hierosolyma afflicta fuit, ait: Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et paulò pòst: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem. Et decem cornua regnatura Daniel prophetæ cap. 7. se vidisse testatur. Vnde illud Zachariæ apud Lucam: Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Vbi per cornu regnum, & potẽtia, & robur, & propugnaculum inexpugnabile intelligitur. Sed hæc Ezechielis verba ad Christi regnum referuntur. Expugnata Aegypto, euersa mũdi idololatria, pullulabit, inquit, fortitudo credentium, qui sunt Israelitæ secundum spiritũ, & Christi regnũ fide, spe, & charitate, doctrina, miraculis, & virtutibus florebit. Hunc existimo esse veram huius loci intelligẽtiam. Erat enim Christus omnium diuinorum vatum scopus. Et quemadmodum qui sunt in densas tenebras coniecti, ibique diu detenti, non possunt subitam solis lucẽ intueri, sed oportet in subfucido aere eos prius versari, aliquin erunt repentino obcæcati splendore, sic mortales scelerum maculis contaminati, errorũ caligine cooperti, & in ignorantiæ tenebris sepulti, non possent in splendidissimã illã claritatem Christum deum nostrum fidei oculos repentè conijcere, nisi prius diuinorum vatũ oracula veluti stellulæ quædam emicuissent, & aetem modo suo illustrassent. Christus sol est, de quo ait per Malachiam deus pater: Vobis timẽtibus nomẽ meum orietur sol iustitiæ. Ipse est lux illa, de qua ait diuus Ioannes: Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. De qua ait ipsemet deus: Ego sum lux mũdi. Eum appellat diuus Paulus splendorem gloriæ, & figurã substantiæ eius. Fuerunt itaque prophetæ sapientia præstantes, & vaticinijs suis aliquid lucis afferẽtes, quo homines erroribus obrutos, & in antiqua ignoratione versatos, ad veram salutis claritatem intuendam præpararent. Vt igitur sol præmittit luciferum, & stellas alias ad diem pronuntiandum, sic Christus patriarchas & prophetas præmisit ad suum futurum aduentum in mundum ostendendum. Lege vtrunque testamentum, & videbis apertè, nouum testamentum fuisse in vetere inclusum. Id intelligens diuus Augustinus in libro de catechizandis rudibus ait nihil aliud esse vetus testamentum, quàm occultationem noui, & nouum nihil aliud, quàm reuelationem veteris. Et explicans primum Ioannis caput asserit euangelium esse veritatem, quæ latebat in lege veteris testamẽti: lex enim, vt ait diuus Ioannes, per Moysen data est, sed gratia & veritas illius legis per Christum in euangelio facta est. Origenes in Matthæum ait, testamentum vetus sepulchrum fuisse, in quo

2. Esd. 1.

4. Reg. vl.

Zach. 1.

Dani. 7.

Luc. 1.

Rom. 3.

Simile.

Mala. 4.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Hebr. 1.

Ioan. 3.

quo erat clausum euangelium, & velum quod dam, quo operiebatur euangelica veritas: sed in Christi morte velum templi scissum fuisse, & aperta monumenta, & tunc fuisse reseratam veritatem euangelicam, quæ ibi recondita latebat. Ideo dicebat Christus Iudæis: Scrutamini scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Et diuus Lucas, Incipiens, inquit, Iesus à Moyse, & prophetis interpretabatur illis omnia, quæ de ipso erant scripta. Hoc dico, vt ostendam prophetarum vaticinia esse de Christo intelligenda, & ex consequenti eos in erroribus intolerabilibus versari, qui vsqueadeo sese opinionibus Iudæorum addixerunt, vt nihil, aut certè parum ad Christum referant, nihil doctum, nihil literale, nihil denique approbandum ducunt, nisi quod ex turbidis Hebræorum fontibus hauserint. Testimonia de Christo apertissima, nostræque redemptionis mysteria altissima continentia trahunt violenter ad res gestas Iudæorum, eaque de illis dumtaxat interpretantur. Ego non solùm fateor, sed etiam profiteor, nunquam mihi horum hominum iudicium fuisse probatũ: quinpotius illud iudico detestabile, à Christiani professione alienum, & veræ religioni veritatis ac pietatis plenissimæ contrarium.

Matt. 27

Ioan. 5.

Luc. 24.

Et tibi dabo apertum os in medio eorum. Hoc est, dabo tibi loquendi libertatem. Vel sic, & melius meo quidem iudicio. Tunc faciam, vt vaticinium tuum sit apertum inter verè Israelitas. Tunc intelligent completa fuisse oracula tua, & scient me esse deum, de quo tu fuisti mirabiliter vaticinator.

Annotationes ex hebræo in caput vigesimum nonum.

Draco magne. In hebraico est תנין הגדול hatanim hagadhol. Nomen tanim draconem significat, & magnis piscibus commune est, cuiusmodi sunt balænæ, orcæ, thynni, & similes, qui omnes nomine ceti intelliguntur. Vnde noster interpres apud Esaiã pro tanim cetum vertit, dicens: Et occidet cetum, qui in mari est. Vbi Franciscus Forcionator regius eximius pro ceto vertit draconem, per quem in commentarijs diabolum intelligit & antichristum, per draconem verò animal intelligit marinum, non terrenum. Quare hoc Ezechielis loco per draconem piscis magnus intelligitur: pro quo Pagninus vertit cetum, & alij nonnulli. Accipitur etiã hoc nomen tanim pro dracone terreno, vt capite 32. Deuteronomij: Fel draconum vinũ eorum, & venenum aspidũ insanabile. Vel vt potest verti ex hebræo: Toxicum serpentium est vinum eorum, & virus aspidum citò necans. Quasi dicat: Homines impij, & idolorũ cultores vites sunt pestiferæ, producentes pro vino venenum, nefaria sunt eorum opera, & impij eorũ cogitatus. Pro hoc nomine tanim vertit etiam noster interpres lamias apud Ieremiã, Threnorum quarto: Sed & lamiæ nudauerunt mammam. Sunt autẽ lamiæ feræ quædam in intima Africa, muliebri facie, vt ait Dion Chrysostomus, & huberibus pulchris, quæ homines alliciunt in fraudem, captosque deuorant. Vnde pro veneficis illis accipiuntur, quæ sitiunt sanguinem infantium, de quibus copiosè differit Cœlius Rhodiginus. Est igitur Ieremiæ sensus: Immanes feræ catulos suos alunt, sola Hierosolyma filios suos penitus reliquit. *Deut. 32.* *Threu. 4.*

Et dissoluisti omnes renes eorum. In explanatione diximus, dissoluere renes hoc loco esse vires infringere. At Pagninus vertit: Et stare facies eis omnes renes. Quorum verborũ hic est sensus. Tu quidem confringeris, es enim baculus arundineus: & ita in causa eris, vt stẽt recti renes eorum. Quando in re immitebantur, curui erant, sed remoto sustentaculo stabunt recti. Huic interpretationi fauet paraphrasis chaldaica ita habens: Stare facies eos super lumbos suos, vt vltrà tibi non nitantur. Quidam codices ad marginem pro dissoluisti habent firmabis. Quod cum Pagnini & Ionathæ Chaldæi translatione cohæret. Harum versionũ varietas pendet ab hebraico, vbi pro dissoluisti est תעמרה ha amadhta: quod potest esse à verbo amadh, quod significat stare, & statuere, vt in psalmo: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Vnde ammudh significat fulcimentum & columnam, vt capite 13. Exodi: Columna nubis. Hanc opinionem secutus est paraphrastes Chaldæus, & Pagninus, & alij. Potest etiam esse à verbo, maad, quod significat dissoluere, & incuruare, vt in psalmo: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua: vel dissolue: Hoc est, adime eis domine iudicium, & vires nocendi: labefacta peruersa eorum consilia: dissolue eorum dorsum, atque robur illis confringe, ne innocentes calamitatibus opprimant, eisque vim inferant, & per summum scelus ad excidium vocẽt. Deũ, obse- *Psal. 121* *Exod. 13.* *Psal. 68.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

obsecrat diuinus vates, vt impiorum intellectum tenebris circunfundat: non quòd scientia ex se mala sit, sed quòd flagitiosi & impij eam non habeant, nisi vt illa ad aliorum perniciem intemperanter abutantur. Non dettahit de sapientibus, non in eos inuehitur diuinus psaltes, qui scientiam cum virtute cõiungunt, sed sceleratorum astutiam alijs pernicié machinantem detestatur. Non eorum habebat ingenium: qui viris verè sapientibus notã ignorantiæ inurunt: qui non existimant se efferre posse sursum, nisi alios deijciant deorsum. Quã ob causam obliti Christiani decori viros catholicos & doctos maledictis incessunt, reprehendunt, & macolãt, volentes eorũ famam extinguere, eorumque nominis splendorem tenebris commenticijs obfuscare. Vt qui stadium currit, eniti & contendere debet pro virtibus, vt superior euadat, Supplantare autem concertatorem, aut manu depellere nõ debet, sic in studium literarum debemus toto pectore incumbere, summaq; ope niti, vt palmam consequamur: at eos reprehendere, in eos inuehi, eos obiurgationibus infectari, qui nobiscum certant, & literis strenuè operã nauant, inutbanũ esse & nefarium semper duxi. Poteris hæc psalmographi verba ita rectissimè meo quidem iudicio exponere, vt nõ sint precationes, sed vaticinia: quasi dicat: Obscurabuntur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incuruabitur. Hoc est, Auferetur illis verus intellectus sacræ scripturæ: erũt Iudæi tenebris circunfusi, non intelligent cæleftia diuinarum literarum mysteria malitia obcæcati: & ita manentes sub iugo seruitutis, & libertatem spiritus non recipientes, portabunt onera legis, quo fiet, vt eorum dorsum semper incuruetur, pondus sustinentes legis veteris sacrificiorum, & cæremoniarum, à quibus liberi essent, si Christum recipere voluissent. Vbi vides verbum maadh incuruate & dissoluere significare. Et hanc deducendi rationem secutus est & rectè quidem noster interpres, vertens: Et dissoluisti omnes renes eorum.

Similè.

Nec erunt vltra domui Israel in confidentia decentes iniquitatem. Hoc est, Non fident posthac Israelitæ Ægyptijs docentibus iniquitatem. Solebant enim Ægyptij docere Hebræos impium idolorum cultum. Vbi nos habemus docentes, est in hebraico מזכיר mazccir, à verbo zachar, quod significat recordari, remmisci, memorare, mentionem facere, adolere, fulire, odorari. Vt in psalmo: Recordatus est, quoniam pulvis sumus. Et in alio psalmo: Memor sit omnis sacrificij tui. Vel efficiat sacrificium tuum. Solebant enim Hebræi thus incendere in sacrificijs, vt constat ex capite secundo Leuitici. Significat ijs verbis populus, qui pro rege suo Dauide ad bellum difficile proficiscente preces fundebat, se cupere, vt eius sacrificium esset deo gratissimum. Verba illa pincernarum magistri capiti quadragesimo primo Geneseos mandatur Confiteor peccatum meum: possunt ita verti: Commemoro peccatum meum, vel recordor peccati mei: est enim ibi verbum hoc zachar. Ab hoc verbo deriuatur mazccir, pro quo noster interpres vertit à commentarijs, dicens capite 8. lib. secundi Regum: Porrò Iosaphat filius Ahiluh erat à commentarijs. Hoc est, qui res gestas memorabiles mandabat literis, vt posteritatis memoria vigerent. Vel qui negotia gerenda commemorabat. Aiunt nonnulli regem Dauidem constituisse ministrum quendam, qui ei ad memoriam reduceret eos, qui pro illo aliquid fecerant insigne, vt rex illud munere & præmio compensaret. Intuere admirabilem regis iustitiam & æquitatem, qui hominem iustum mercede conducebat, vt sibi subditorum suorum præclara facinora in memoriam reuocaret, vt illa digno præmio remuneraret, & alios studio eorundem benefactorum incêderet. Cùm rex Assuerus noctẽ quandam duxisset insomnem, iussit sibi afferri hostiar & annales, & cũ coram eo legerẽtur, inuenit illic se beneficium quoddam accepisse à Mardochæo, & statim illud remuneravit. Qui igitur principi suadet, vt suorum benefacta dignis præmijs recompenset, eisque illos in memoriam redigit, qui pro eo labores subierunt, & in dimicationes & pericula pro republica se conijcere non dubitarunt, à commentarijs vocatur, deducto nomine à verbo zachar, quod commemorare, & in memoriam reducere significat. Quare potest locus hic Ezechielis ita verti. Non erunt deinceps domui Israel in confidentiam, ei in memoriam redigentes iniquitatem. Vel ita: Non erunt posthac domui Israel in confidentiam reducentem iniquitatem in memoriam. Hoc est in confidentiam, quæ sit causa, vt Deus memor sit illorum scelerum. Hebræi cùm deficiebant à deo, & freti Ægyptiorum promissis ad eos confugerent, à deo puniebantur. Et eam ob causam tunc dicebantur venire in mentem deo, quoniam eorum scelerum reminiscebatur, vt de illis pœnas debitas sumeret, qui eo rebito in humano auxilio spẽ omnem suam figebant ac locabant.

Leuit. 2.

Genes. 41.

2. Reg. 8.

Esther 6.

Psal. 102
Psal. 19.

ARGVMENTVM CAPITIS XXX.

Iuuat diuinus vates homines ad lachrymas & lamenta ob Ægyptiorum calamitatem, eorumque verbum per chaldaicã luctuosissimam eversionem: de qua fuerat capite superiore vaticinatus.

CAPVT XXX.

A ET factum est verbũ domini ad me, dicens: Fili hominis prophetã, & dic: Hæc dicit dominus Deus: Vlulate, væ, væ, diei, quia iuxta est dies, & appropinquabit dies domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et veniet gladius in Ægyptum, & erit pauor in Æthiopia, cum cecidерint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta eius. Æthiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis, cum eis gladio cadent. Hæc dicit
B dominus Deus: Et corruent sulcientes Ægyptum, & destruetur superbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait dominus Deus exercituum: & dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt. Et scient, quia ego dominus, cùm dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nuntij à facie mea in triclinibus ad conterendam Æthiopiæ confidentiam, & erit
C pauor in eis in die Ægypti: quia absque dubio veniet. Hæc dicit dominus deus: Et cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipsi, & populus eius cum eo, fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram, & euaginabunt gladios suos super Ægyptum, & implebunt terram interfectis: & faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum: & dissipabo terram, & plenitudinem eius in manus alienorum. Ego dominus locutus sum. Hæc dicit dominus
D deus: Et disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis: & dux de terra Ægypti non erit amplius: & dabo terrorẽ in terra Ægypti. Et disperdam terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudiciamea in Alexandria: & effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti: & interficiam multitudinem Alexandriæ: & dabo ignem in Ægypto.

EXPLANATIO.

Et factum est. Superiore capite prædixit Ægypti vastationem: nunc eam deplorat, tempus illud calamitosum vocans, & infelicem diem, quo Ægyptus erat euertenda.

Vlulate. Nempe vos ô Ægypti, & cæteri, quorum calamitatem præuuntio. Hoc ideo illis dicebat, vt ærumnarum suarũ timore perteriti à sceleribus desisterent, & intimis suspirijs, flebilibusq; lamentis dediti ad diuinũ numen, tanquã ad arcem munitissimã confugerent. Ita fecerunt Niniuitæ, & fuerunt ab euersione, quam Ionas propheta illis prædicebat, liberati. Solet nanque deus homines afflictos, seipsum vocantes, in lachrymis & squalore facentes, placidis oculis intueri: est enim, vt verbis vtar apostoli, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Nisi Ionas liberè & intrepidè concionatus fuisset, illisque ob flagitia sua excidium nuntiasset, non essent à vitijs suis ad pœnitentiam conuersi. Huiusmodi debet esse euangelicus cõcionator, Esaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Ionæ, Ioannis Baptistæ, & apostolorum imitator, quos diuinus amor, libertas spiritus, excellens promptaque virtus excitabant, vt pro veritate nuntianda nec exilium, nec cruciatus, nec mortem ipsam timerent, nihilq; quod ipsis propter deum accidere posset, intolerandum putarent. Quemadmodum Alexander magnus prohibuit, ne quis illũ pingeret præter vnum Apellem, cui in arte pictoria antiquorum ætas primas absque controuersia tribuit, sic non decet Christum deum nostrum à quolibet concionatore timido, indocto, adulatore prædicari, sed à viris animi fortitudine præstantibus, & sapientia ac virtute excellentibus, qui possint labentem & iacentem populũ ad decus erigere, ab errore deducere, eósque in rerum cœlestium amorem incẽdere, de arcanis redemptionis nostræ grauiter differere, & quencunque in animis hominum motum rei & causa postulet, vel excitare, vel sedare

Ionæ 3.

2. Cor. 1.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Tim.4. qui denique iuxta diui Pauli doctrinam possint recte arguere, obsecrate, increpare in omni patientia & doctrina. Diuus Ambrosius in sermone de ieiunio, & habetur dist. 35. sexta die, ita ait: Qui Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienũ. Et diuus Gregorius in homilia quadam: Cuius, inquit, vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur.

Quia iuxta est dies: Id est, quia iã imminet tempus acerbissimæ vestræ calamitatis. Hoc tempus appellat diem domini, hoc est diuinæ vltionis, quoniam tunc AEgyptij deo suorũ flagitiorum pœnas dederunt.

Dies nubis. Hoc est, tempus triste & nubilosum, plenum mœrore & molestia. Idem significare volens, ait capite 32. Solem nube tegã, Infra 32 & luna non dabit lumen suum. Et Ioel: Quia Ioel.2. venit dies domini, quia prope est dies tenebrarum, & caliginis: dies nubis & turbinis. Fortasse per nubem intelligit hoc loco Ezechiel Babyloniorum exercitum, vt ostendat, subitam procellam, quam mentis oculis intuebatur, esse AEgyptios oppressurã & obruturam. Vt enim ex nube oritur aliquando repẽtina & sæua tempestas, sic ex Babyloniorũ exercitu erat AEgyptijs prouentura subita & horribilis vastatio. Eam ob causam Esaias Assyriorum exercitum nubem leuem appellat, Esa.19. nubem ob nimbos & procellas, leuem ob velocitatem & agilitatem: tam celeriter enim, & concitato impetu ad AEgypti cladem & excidium properabant Assyrij, vt potiùs volare, quàm ambulare viderentur. Erant AEgyptij læti, in voluptatibus versati, & repentè fuerũt afflicti, & partim capti, partim occisi. Intuere mundi varietatem & vicissitudinem: post lætitiam & voluptatem sequitur mœror & cala- Prou.14. mitas: &, vt ait Salomon in Prouerbiis, extrema gaudij luctus occupat. Si cœli aliquando nonnullam aliquando recipiunt mutationem, nã sol & luna, & planetæ patiuntur eclipsim, nonne summa erit dementia, terrena stabilia & fixa ducere? Verum est id, quod ait poeta quidam: Sola manet virtus, labuntur cætera quæque. Et Seneca: Momento mare euertitur, & eodem die vbi luserunt nauigia, sorbentur.

Similе.

Tempus Gentium erit. Hoc est tempus Babyloniorum, qui tunc de AEgyptijs vltionem & supplicium sument. Potest per Gentes AEgyptios intelligere, vt sit sensus: Tempus calamitatis AEgyptiorum erit. Huic expositioni fauet paraphrasis chaldaica ita habens: Tempus erit, quo affligentur Gentes.

Feriet gladius in AEgyptum. Hoc est, inferetur cædes AEgyptijs ab exercitu Chaldæorũ. Et timebunt AEthiopes videntes AEgyptios tempestate calamitatum iactatos, huc ac illuc impulsos, partim occisos, partim in vincula coniectos: & munitas ac celebres eorum vrbes incendio commissas, & penitus consumptas. Erant enim AEgyptij & AEthiopes vicini & fœderati.

Et destructa fundamenta eius. Hoc est, munita militum castra. Potest per fundamenta vrbes intelligere: vel principes & magnates, quibus populi sustentatur: vnde rex græcè dicitur basileus, hoc est basis & fundamentum populi. Vel per fundamenta intelligit leges, in quibus nititur omnis ciuitatum salus. Id quod dicitur in psalmo: Quoniã quæ perfecisti, destruxerunt: vertunt nonnulli ex hebræo: Psal.10. Quoniam fundamenta destruxerunt, vel dissipata sunt. Vbi pro fundamentis intelligunt leges, iuxta Symmachi translationem, qui ita hunc locũ vertit: Quoniam leges dissipatæ sunt. Quem sequitur diuus Hieronymus in versione iuxta hebraicam veritatem.

AEthiopia, & Libya, & Lydi. AEthiopia est pars Africæ AEgypto finitima, torridæ zonæ subiecta. Libya est altera pars Africæ, vbi habitasse aiunt Libyã filiam Epaphi. Lydia prouincia est Asiæ, Phrygiæ vicina. Sed hi Lydi, de quibus hic agitur, nõ sunt ex Lydia, sed ex Lydi vrbe Palæstinæ AEgypto finitima. Chub est ciuitas Arabiæ. Sunt qui existimẽt esse ipsam Arabiã, inter quos est Symmachus, qui pro Chub Arabiã vertit. Fortasse hi Chubi sunt hi, quos Ptolemæus Cobios vocat.

Et filij terræ fœderis. Idest, omnes illarũ regionum cultores, quæ cum AEgypto fœdus ferire voluerunt. Sunt, qui per terram fœderis intelligant Iudæam, quæ fecerat cum deo fœdus, & per eius filios Iudæos, qui in legislatione fuerunt cum domino fœderati. Fortasse ideo terra promissionis terra fœderis vocatur, quia fuit à deo promissa Abrahamo, & semini eius in fœdere, quod inijt cũ eo, cuius meminit scriptura Genesis capite quintodecimo. Hoc ideo ait, quia Iudæi, qui post cædẽ Godoliæ se in AEgyptũ contulerũt, fuerũt à Chaldæis parti interfecti, parti vinculis ligati. Genes.15

Et corruent fulcientes AEgyptum. Hoc est pe ribũt, qui opẽ tulerint AEgyptijs. Sed dices: Nonne hi erũt laudibus efferẽdi, qui AEgyptiis, quibus erant fœdere coniuncti, opẽ tulerũt? Quis negabit debere homines opitulari miseris, & calamitosis, eorumque ærumnat dolere? Iob enim ita ait: Auris audiens beati- Iob.19. ficabat me, & oculus videns testimoniũ reddebat mihi, eo quòd liberassem pauperẽ vociferantẽ, & pupillum, cui non esset adiutor. Et paulò post: Oculus fui cæco, pes fui claudo, &c. Au-

&c. Audiẽs Nehemias miserabilẽ Hierosolymæ statum sicuit diebus multis, & tandem cõsilium adhibuit, & auxilium opportunum. Et

2.Esd.2 Esa.22. Rom.12. Esaias ait: Recedite, amare flebo, nolite incũbere, vt cõsoleminí me super vastitate filiæ populi mei. Et apostolus suadet flere cum flentibus & gaudere cum gaudentibus. Tunc enim innotescit membrorum in corpore vno colligantia, cùm vnius affectione reliqua alia afficiuntur, vt rerum prosperarum affluentia amici vnà cum illo afficiamur gaudio, eiusdẽ rerum aduersarum molem simul doleamus. Amicus enim, vt philosophorum sententia constare videtur, est alter idem, & amicitia est diuinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Hanc asserebant antiqui sapientes esse rebus humanis anteponendam, nihilque esse tam naturæ aptum, tam consentaneum ad res vel secundas vel aduersas, nihil esse amabilius, nihil copulatius morum similitudine bonorum. In quibus enim sunt eadem studia, eædem voluntates, in his efficitur, vt æquè quis altero ac seipso delectetur. Sed cùm in amicitia fuerint aliqua postulata, quæ honesta non sint, oportet ipsi amicitiæ fidem & religionem præferre. Non enim lætitia efferri debemus, quotiescũ

1.Cor.13 que amicus lætitia gestit, nec quocunq; mœrore suo angi dolere, sed iuxta charitatis præscriptũ, quæ non gaudet super iniquitate, cõgaudet aũt veritati. Si enim amici lætitia afficiuntur ob scelus aliquod perpetratũ, & iuxta

Prou. 2. id, quod ait Salomõ in Prouer. lætantur, cùm malè fecerint, potius dolendum nobis est eorum impiũ gaudium, & ægrè ferenda eorũ miseria, quàm lætitia ostendenda ob impia facinora. Verùm eorum felicitati sine Dei offensione debemus congratulari, eorumque calamitatibus subuenire. Quid plura? Hic noster Ezechiel in hoc capite homines ad ærumnas Aegyptij deplorandas inuitat. Quare non æquũ videbatur, vt qui Aegyptijs oppressis opitulabantur, ob id ipsum corruerent. Sed Deus potius respicit ad animũ, quàm ad opus. Cùm Cain Deo de fructibus terræ munera offerret, & Abel de gregibus suis, ait diuina scriptura

Gene. 4. respexisse Deũ ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius nõ respexisse. Abel seipsum, & sua deo offerebat, prius cor suũ, quàm munera præbebat, ideo ait diuina scriptura, deum respexisse ad Abel, & ad munera eius, prius respexit ad illum, quàm ad munera, potius vult animum, quàm opus, etsi fi verũque. Ad munera Cain non respexit, quia malè diuidebat dans Deo aliquid suum, Pro.23. sibi aũt seipsum. Deo offerebat fruges, sed cor suum sibi ipsi reseruabat, cùm dicat Deus: Fili prębe mihi cor tuum. Opitulari Aegyptijs calamitate oppressis ex se bonum opus videbatur, sed illud deprauabant hi, qui illis opẽ ferebant, cùm non dei honorem, nec bonum cõmune, sed propriam quærerẽt vtilitatẽ, & Babyloniorũ perniciem, & animo deprauato & obstinato vellent nei voluntati resistere. Fieri potest, vt duo homines in idem opus tam diuerso animo incũbant, vt vnus deo sit gratus, alter cum ad iracundiã prouocet. Coram Pha- Exod. 7. raone ediderunt mirabilia Moyses & Aaron, qua in se fuerunt Deo grati, & malefici Aegyptiorum, qua in se fuerunt deo inuisi. Chore Num. 16 & Aaron thus in thuribulis deo obtulerunt, sed non æqualis fuit eorũ acceptio apud deũ, nam Aaro deũ placauit, Chore autem eum offendit & lacessiuit. Grata erat durante lege vetei festorum obseruatio, & tamen impijs Iu- Exo. 20. 31. daïs dicebat per Esaiam dominus: Calendas Esa. 1. vestras & solennitates vestras odiuit anima Luc. 12. mea. Vnde dominus oblationẽ vidue duo minuta offerentis diuitũ muneribus anteposuit, obtulit enim quicquid habebat, & quod præstantius est obtulit seipsam. Qui aũt munera offerebant Deo, seipsos aũt mundo, non dei honorem, & pietatem, sed inanem mundi gloriam & populi rumusculos quærentes, tantum aberant à gloriæ merito, vt æternam pœnã mererentur. Huiusmodi fortasse erant, qui Aegypto auxilium dederunt. Hoc innuens Ezechiel, ait: Fulcientes Aegyptũ, ac si dicat: Qui tenebras fulciunt, qui scelera sustentant, qui mundi flagitia defendunt, æternam sibi perniciem machinantur. Christus Aegyptum, hoc Ioan.16. est mundum vicit, eiusque impietatem euertit, flagitiosi aũtem mundi scelera & vanitates tenouant & fulciũt, & ciuitatem Iericho, quã Iosue.6. Iosue deleuerat, hoc est, mundi nequitiam, quæ Iesu Christi prædicatione corruerat, instaurant, cum sic libro Iosue mandatum, maledictum esse, qui suscitauerit & instaurauerit Iericho.

Et destruetur superbia imperij eius. Hoc est, peribũt Aegypti opes, peribit eius rex, & eius imperij gloria & superbia subito euanescet. In libro Sapientiæ inducentur dãnati hæ Sapi. 5. voces in inferno mittẽtes: Quid nobis profuit superbia & diuitiarũ iactãtia quid contulit nobis? Trãsierũt omnia illa sicut vmbra, & tãquam nũtius præcurrens. Cur igitur tãtopere desideratur, quod tã facilè amittitur? Et si opum affluentia perpetuò duraret, deberemus tamen eas ratione stabili fimaq; contemnere, & in expetendis non connumerare. Quem- Simile. admodum luna non patitur eclipsim, nisi cùm plena est, sic homo tum maximè solet obscurari, cùm plenus diuitijs est, & mundi opibus

abundat. Et quemadmodum luna cum plena
Similit. est lõgius distat à sole, sic multi ex ijs, qui mũ
di opibus circũfluunt, solent se à Deo lõgissi
mè separare. Et quanquam in illis virtutes ali
quæ apparere videantur, obruuntur tamen so
licitudinibus, & diuitiarum curis opprimun-
Matt.13. tur. Eã ob causam saluator noster diuitias cũ
Mar.4. spinis cõparauit, explicans enim, quid per spi-
Luc.8. nas illas intelligeretur, in quas cecidit semen,
quod suffocatum ab illis fructum non tulit,
dixit esse mundi diuitias, quæ licet colore ob
lectent, opere tamen pungunt. De ijs ait Esa-
Esa.34. ias: Orientur in diebus eius spinæ, & viticæ.
Et D. Augustinus, Diuitias, inquit, inuenisti,
requiem perdidisti. Vnde Crates ille Theba
nus philosophus insignis nummorũ sacculũ
in mari proiecit, existimans fieri non posse, vt
simul & corporis diuitias possideret, & animi
quietem, auferunt enim plerunq; animi secu
ritatẽ, in qua nonnulli ex philosophis beati
tudiné constituerũt. Sunt tamen multi, qui eã
ob causam aiunt, se mundi opes ardenter cu
pere, vt in vita obtineant amplitudinem, & in
ter homines nominis celebritatẽ, in eos enim
aiunt esse omnium oculos coniectos, qui diui
tes existimantur. Sed causa hæc vana est, & in
anis, & omni homine præsertim Christiano
indigna, non enim veram amplitudinem diui
tiæ pariunt, sed virtutes. Qui virtutibus est
Simile. ornatus, et si pauper sit, est tamen in honore
constitutus. Vt enim gemmæ, quanuis abij
ciantur in lutũ, fulgorem tamen & proprieta-
tem non amittunt, sic viri honestate præditi,
quanuis inceant in silentio, & à mundo con
temnantur, non tamen splendorem, & verum
decus in diuini numinis imitatione cõsistẽs,
amiserunt. Qui virtute muniuntur, sunt ma
gni, quanuis eos mũdus paruos existimet, qui
verò vitijs cõtaminãtur, sunt infimi, etiãsi eos
mundus in honorum vertice constituat. Ni
hil altius est, nihil sublimius virtute, nihil de
pressius, nihil inferius vitio. Vbicunq; est iu
stus, ibi est magnus, vbicunque impius, ibi exi
Simile. guus. Vt exigua statua etiã si sit in excelso mõ
te collocata, pusilla tamẽ est, colossus aũt in i
ma valle magnitudinem suã nõ amittit, sic ho
mo nefarius, & sceleribus imbutus in sublimi
mũdi honore, rerumq; prosperarũ abũdantia,
pusillus est, contrà verò vir sapientia & pieta
te præstanti in sua inopia & abiectione est abs
que dubio magnus.

Aturre Syenes. Capite superiore de turre hac diximus.

In medio ciuitatum desertarum. Hoc est, vr
bes eius erunt de numero regionum vastata-
rum.

Et scient quia ego dominus. Pharao in rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus aiebat, vt in Exodo narrat diuina historia: Quis est *Exod.5.* dominus? Nescio dominum. Deũ non cogno scebat, à quo omnia facta sunt, qui est totius orbis moderator & rector. At postea calamita tibus pressus Moysem & Aaronem rogibat, *Exo.8.9 & 10.* vt pro eo ad Deum funderent precationes. Mundi prosperitates & vitæ turpitudo eũ ad id dementiæ perducebant, vt deum ipsum ne garet, & creatorem suũ non cognosceret. Quæ poterat maior excogitari stultitia? De huiusmodi ignorantibus ait diuinus psalmes: Dixit *Psal.13.* insipiens in corde suo: Non est Deus. Et licet Chrysostomus hoc de Saule dictum esse exi stimet, quòd relicto Deo consuluerit Pytho nissam: & Arnobius de illis hoc intelligendũ putet, qui Christũ ob carnis humilitatem, & formã serui, contempserunt, & Deũ esse negi runt, existimo tamen diuinum vatem in gene rè hoc dixisse de omnibus his, qui vitiositate *1.Reg.28* deprauati, & stultitia ducti diuinam prouidẽ tiam negarunt. Pro insipiente est in Hebraico nabal, quod nomen significat non quemcũq; insipientem, sed stultum malitiosum. Hic in cordis penetrabilibus statuit non esse Deum, qui mortalia curaret. Huius pestilentis opini onis omnia iura diuina & humana peruerten tis originem esse existimo opã affluentiam & iuorũ corruptelam. Nam qui inflantur ob di uitiarum possessionẽ, qui pascuntur suuijs, qui inflammantur libidinum facibus, qui torquẽ tur iniurijs, qui ob diuitias, & potentiam, & spem impunitatis alia huiusmodi scelera con cipiunt, quibus se coinquinãt & contaminãt, hi ad id deueniunt insaniæ, vt sit ex eorum ani mis dei cognitio & memoria deleta, & pe nitus euulsa. Sed cum calamitatum opprimũr angustijs, conuertuntur ad deum aliquan do, eum in tormentis cognoscẽtes, quẽ in de liciis negauerunt. Ideo canebat diuinus psal- *Psal.82.* tes: Imple facies eorum ignominia, & quærẽt nomen tuum domine. Et Esaias, Cùm feceris, *Esa.26.* inquit, iudicia tua in terra, iustitiã discent ha bitatores orbis. Et paulò pòst: Domine in an gustia quæsierunt te. Aspice, quàm vtilis sit af flictio, quæ te excitat ad cognoscendũ & quæ rendum Deum, quem in prosperitate nec quę rebas, nec cognoscebas, quin potius in erroti bus intolerabilibus versabaris. Nec solùm im pijs hominibus vsitatè affert calamitas, sed etiam pijs. Ait enim Christus Iesus discipu- *Ioan.16.* lis suis apud Ioannem: Tristitia vestra conuer tetur in gaudium. Et D. Paulus in epistola ad *Rom.5.* Romanos: gloriamur in tribulationibus, scie tes quia tribulatio patientiã operatur, patiẽtia autem probationem, probatio verò spem, spes aũt non confundit. Intuere horum verborum empha-

sim, non satis esse existimauit dicere, se calamitates æquo animo tolerare, & placatè, ac moderatè ferre, sed quod præstãtius est, se il lis gloriari. Docebant antiqui philosophi & Gentium sapientes esse ærumnas toleranter ferendas, & quicquid mortalibus accidisset, non esse intolerabile putandum, & casus non solũ aduersos, sed funditus euersos, quos nul lo modo vitare possent, esse fortiter & sapien ter subeundos, at calamitatibus propter Deũ gloriari, & ærumnarum procellis oblectari, & gaudio perfundi, hoc fuerat mortalibus inaudi tũ, priusquam Deus diceret: Beati pauperes,
Matt.5. beati, qui lugent, beati, qui persecutionem pa tiuntur. Nonne gloriosum est, & illustre, tolle re crucem, & sequi Christum ducem & magi strum, colaphis cæsum, sputis conspersum, fla gellis verberatum, hasta percussum, & vulneri bus immaniter saucium, in cruce pendentem, & pro persecutoribus exorantem? Eã ob cau sam gloriabatur apostolus afflictionibus, sciẽs afflictionem operari patientiam, patientiã pro bationem, probationẽ spem, spem autem non confundere. Gradatio est, figura oratoribus non infrequens, quæ græcè climax, latinè verò scala poterat appellari. Hanc Diui Pauli sen-
Iaco.1. tentiam explicat his verbis Diuus Iacobus: Omne gaudiũ existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, pa tientia autẽ opus perfectum habeat. Et paulò pòst: Beatus vir, qui suffert tentationem, quo niam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Cum dedero ignem in Aegypto. Hoc est, cùm Aegyptum igne combussero. In hac Aegypti orum vastatione eorum vrbes incendio fla grarunt. Vel accipitur ignis pro calamitate in communi.

Egredientur nuntij à facie mea. Hoc est, exi bunt Chaldæi à finibus suis Aethiopiam op pugnaturi, quos ego mittã, ait dominus. Ibũt autem vecti nauibus ad vastandos Aethiopes, qui in otio degent.

Erit pauor eis in die Aegypti. Idest, ita terrebũ tur, quemadmodum Aegyptij tempore sui ex cidij terrebantur. Venerit pauor Aegyptijs in die suarum calamitatum.

Quia absque dubio veniet. Subauditur, Aethi opiæ vastatio.

Et cessare faciam multitudinem Aegypti in ma nu Nabuchodonosor. Hoc est, Aegyptus, quę po pulis & vrbibus frequens est, amittet frequen tiam & celebritatem, quoniã Nabuchodono sor omnia vastabit & perdet.

Et faciam alueos fluminum aridos. Tanta erit militum multitudo, vt bibant omnes aquas fluuiorum. Vel tanta fuerunt Aegyptiorũ sce lera, vt iratus Deus Nili alueos siccaret, quo possent Babylonij transire, & terram omnem penetrare. Facilè erat Deo siccare fluuios Aegypti, de illo ait diuinus psaltes: Tu siccasti *Psal.73.* fluuios Ethã: hoc est, fluuios fortes & rapidos, qualis erat Iordanis, quẽ Deus in transitu He bræorum siccum fecit: Ethan enim fortitudinẽ significat. Eam ob causam vertit D. Hieronymus ex hebræo: Tu exiccasti flumina fortia. Chaldæus paraphrastes per hęc flumina fortia intelligit Arnum & Iordanem. Symmachus vertit: Fluuios antiquos, hoc est, celebres, alij vehementes & rapidos.

Disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphi. Euersa Aegypto euertentur eius simulachra & idola. Memphis fuit vrbs pyra midibus celebris, & philosophis insignis, qui Memphitici vates appellabantur, fuit totius Aegypti metropolis, plena superstitionibus, & omnium vanitatum domicilium. Existimãt nõnulli eam esse, quæ hodie vocatur Dammia ta, alij corendum vocari nunc o Cayro, alij Messer. Verùm nomine Aegypti hoc loco mundus intelligitur, à quo Christus Deus no ster abstulit idolorum cultum. Loquens di uinus vates Zacharias de Messiæ aduentu eũ facit in hunc modum loquentem: Disperdam *Zach.13.* nomina idolorum de terra, & non memorabũ tur vltrà. Esaias, Eleuabitur, inquit, dominus *Esai.2.* solus in die illa, & idola penitus conterentur. Et paulò pòst: In die illa proiicet homo ido la argenti sui, & simulachra auri sui. Et rursus: In die illa inclinabitur homo ad factorem suũ, & oculi eius ad sanctum Israel respicient, & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerũt ma nus eius, & quæ operati sunt digiti eius, non respicient lucos & delubra. Michæas facit De *Mich.5.* um in hunc modum loquentem: Perire faciam sculptilia tua, & non statuas tuas de medio tui, & non adorabis vltrà opera manuum tuarum. Quis non videt, cessasse ob euangelicam prædicationem Gentium honores olim Ioui, & Saturno, cæterisque dijs commentitijs & fallis exhibitos, & vanè consecratos? Vbi est cultus Iunonis, & Dianæ, & Mercurij, & Martis, cæte rorumque portentorum veneratio? Perijt, vt prædixerat psalmographus, memoria eorũ cũ *Psal.9.* sonitu, & dominus in æternum permanet. No mẽ Iesu vanas superstitiones deleuit, est enim nomen super omne nomen, vt verbis vtar apo stoli, in quo flectitur omne genu, cœlestium, *Philip.2.* terrestrium, & infernorum. Id prædixerat his verbis dominus per Esaiam: Mihi curuabitur omne genu. Noster etiam Ezechiel Deum in *Esai.45.* ducit has voces emittentem: Ecce ego induc *Sup.6.* super vos gladiũ, & dispergã excelsa vestra, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

demoliar atat vestras,& confringentur simulachra vestra. Et paulò post: Cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra. Sed hic gladius spiritualis est, de quo dixerat Esaias: Cadet Assur in gladio non viri,& gladius nõ hominis vorabit eũ. Gladius hic, quo Christus de mundo victoriam reportauit, verbum Dei est, cuius meminit diuinus psaltes, dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè: Et Diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Assumite gladium spiritus, quod est verbũ Dei. Hoc gladio ita Christus superauit Aegyptum, hoc est mundum, vt nõ solùm homines obscuri,& humili loco nati, sed magnates illustri laude celebrati,& reges illustres, potentia valẽtes repudiatis idolis ipsius iugo colla submiserint. Id vaticinatus fuerat quondam his verbis Esaias: Reges videbunt,& consurgent principes,& adorabunt propter dominum. Et iterum: Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et quoniam per Memphiticam vrbem, quæ erat olim doctrinarum mercatura, seu potiùs insipientiæ academia, mundi scientia intelligitur, quam apostolus ait esse stultitiam apud Deũ, ait hoc loco Deus per Ezechielem, esse se de Memphis idola deleturum. Hoc prædixerat in hũc modum Esaias: Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium abscondetur. Et rursus: Conuertens sapientes retrorsum,& scientiam eorum stultã faciens. Vnde Diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios, Scriptum est enim, inquit, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Aspicis igitur, hoc Ezechielis vaticinium esse nunc completum, esseque de idolorum cultus per euangelicam prædicationem cessatione intelligendum, & de Gentium ad Christi fidem vocatione, iuxta id quod prædixerat Esaias ex persona patris ad filium: Dedi te in lucem Gentium, vt sit salus mea vsque ad extremum terræ. Ieremias etiam ita Christum alloquitur: Ad te Gentes venient ab extremis terræ,& dicent: Verè mẽdacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ non profuit eis. Hoc fuerat Abrahamo à cœlesti patre his verbis promissum: Benedicẽtur in semine tuo omnes Gentes. Quæ verba ita explanat in epistola ad Galatas apostolus: Non dicit, in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno; & semini tuo, qui est Christus. Hoc intelligẽs Iacob ipsius Abrahami nepos ex filio, de Christo loquens dixit: Ipse erit expectatio Gẽtiũ. Vnde Simeon ille virtute & pietate præstanti puerũ Iesum brachijs tenẽs ipsum lumen ad reuelationẽ Gentiũ vocauit. Illum, quẽ habebat in corde, & in ore, manibus amplexabatur, insinuãs tenendũ esse Christũ nõ solùm cogitationibus, & verbis, sed etiam operibus & factis, eumque esse gentiũ salutẽ, qui iuxta id, quod hoc loco prædixit Ezechiel, euertit simulachrorum cultum, & cessare fecit idola de Mẽphis, cùm perdidit falsam, inanemq; mundi sapientiũ, & eorum, quos decepti mortales vorabant prudentes, qui inflati fallis opinionibus in erroribus versabantur intolerandis, prudentiam reprobauit.

Esai. 31.
Psal. 44
Ephes. 6.
Esai. 49.
Esai. 60.
1. Cor. 3.
Esai. 9.
Esa. 44.
1. Cor. 1.
Esa. 49.
Iere. 16.
Gene. 22
Gala. 3.
Gen. 49.
Luc. 2.
1. Cor. 1.

Et dux de terra Aegypti non erit amplius. Id est per longum tempus. Non amplius, & non vltra longum temporis spatium significant aliquando, non autem æternitatẽ. Quæ de re cap. 26. disseruimus.

Sup. 26.

Disperdam terram Phathures. Phathures regio est Aegypti, vt capite superiore diximus. Taphnis siue Tanis, & Alexandria ciuitates sunt Aegypti. A Tani accipit nomen quoddam Nili ostium, quod Tanicũ vocatur. Aiũt hanc ciuitatem Moysem miracula sua edidisse. Alexandria fuit ab Alexandro Macedone cõdita, & ob fertilitatem & cõmoditatẽ est totius Aegypti emporiũ. Dare ignẽ in Taphnis, est ciuitatem illam incendio comburere, facere verò iudicia in Alexandria, est in illam grauiter animaduertere. Quando hæc vaticinabatur Ezechiel, nondum erat Alexandria condita ab Alexandro, sed dixit hoc per anticipationem. Ita Vergilius: Italiam fato profugus, Lauinaque venit, littora, &c. Quando Aeneas accessit ad Latium, nondum littora illa appellabantur Lauina, sed postea eo nomine dicta sunt à Lauinio, vrbe condita ab Aenea à nomine Lauiniæ vxoris ita appellata. Erat in Aegypto quædam parua vrbs, appellata No, quam postea Alexander auxit, altissimis muris cinxit, & nobilissimis mœnibus decorauit, & Alexandriam vocari iussit. De hac vrbe loquitur hoc loco Ezechiel, & eam ob causam textus hebraicus non habet Alexandriam, sed No. Ita enim vocabatur tũc, quæ postea fuit Alexandria vocata. Huius ciuitatis meminit Ieremias capite. 46. & Nahum tertio.

Iere. 46
Nahũ. 3.

Effundam indignationem meam super Pelusiũ, robur Aegypti. Hoc est euertam Pelusium, fortissimam Aegyptiarum ciuitatum. Pelusium vrbs est Aegypti, à qua vnũ ex Nili ostijs nomen accepit. Dicitur hæc ciuitas robur Aegypti, quia erat munitissima, & portum habebat amplum rutumque, quem ob causam erat opibus & mercibus florentissima.

Quasi parturiens dolebit Pelusiũ, &

& Alexãdria erit dissipata, & in Mẽphis angustiæ cotidianæ. Iuuenes Heliopoleos, & Pubasti gladio cadẽt: & ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies, cùm contriuero ibi sceptra AEgypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eiuæ: ipsam nubes operiet, filiæ autem eius in captiuitatem ducentur. Et iudicia faciam in Aegypto: & scient, quia ego Dominus. Et factũ est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, brachium Pharaonis regis Aegypti confregi: & ecce non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciretur linteolis, & recepto robore posset tenere gladium. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti: & cõminuam eius brachium forte, sed cõfractum, & deijciam gladium de manu eius. Et dispergam Aegyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu eius. Et confringam brachiũ Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius: & confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident. Et scient, quia ego Dominus, cùm dedero gladium meum in manum regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti, & dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo illos in terras: & scient, quia ego Dominus.

Quasi parturiens dolebit Pelusium. Hoc est, in gentibus doloribus premetur, quales solẽt esse mulieris parturientis. Ex hebraico poterat hoc ita verti: Dolendo dolebit Sin. Pelusium enim appellabatur olim Sin.

Iuuenes Heliopoleos & Pubasti. Heliopolis ciuitas erat AEgypti, idem est Heliopolis ac ciuitas solis, de ea ait Esaias: Ciuitas solis vocabitur vna. Huius ciuitatis erat sacerdos Putiphar socer Ioseph, vt in lib. Geneseos literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Pubastus fuit etiã Aegypti vrbs, vocata quondã Phibeseth.

Esai. 19.
Gene. 41.

Nigrescet dies. Hoc est, non erit lux lætitiæ, sed nox luctus & mœroris. Omnia erunt dolorum tenebris circunfusa.

Ipsam nubes operiet. Idem est diuersis verbis. Quasi dicat: Erit summo mœrore compressa: nullus apparebit solis splẽdor, qui tam atram calamitatum noctem dispellat. Vt nubes obscurat aerem, & solem tegit, sic calamitas animum obnubilat, & gaudium tollit. Et non solùm ipsa Taphnis vastabitur, sed eius filiæ in captiuitatem ducentur: hoc est, eius oppida & villæ euertentur, & habitatores in regiones hostium relegabuntur. Diximus alibi per vrbis filias oppida illi subiecta, villas, & vicos significari.

Simile.

Et factũ est in vndecimo anno. Subaudi transmigrationis Iechoniæ, quo tempore fuit captus Sedechias, vt librorum Regũ diuina narrat historia.

4. Reg. 24.

Brachium Pharaonis Regis AEgypti confregi. Præteritũm pro futuro more prophetarum. Sensus est: Ego conteram vires Pharaonis, & ita eum calamitatibus opprimã, eiusq; fortitudinem & superbiam confringam, vt nunquam se possit ad priscam dignitatẽ restituere: vsq; adeò eum deijciam, vt non possit amplius statum suum instaurare. Metaphora est sumpta à chirurgia: nam cùm brachium percussum non ligatur pannis aut fascijs, nõ potest sanitatem recuperare. Ita Esaias de animorum ægritudine, & scelerum Iudæorum vulneribus loquẽs, quæ volebat incurabilia esse ostendere, inquit: Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Fortasse loquitur hic Ezechiel de calamitate, qua AEgyptij fuerant oppressi quarto anno regis Ioachim, quando Pharao Necao cæsus est à Chaldæis, à quo vulnere curatus postea non fuit. Significari autem vires, & superbiam nomine brachij, indicat locus ille psalmographi: Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & nõ inuenietur. Ac si diceret: Infringe Domine vires & superbiam flagitiosi, scelerum maculis notati: constitue quæstionem de maleficijs eius, & ille non apparebit: sed in tenebras æternas relegabitur. Vel ita: Quære Domine peccatum impij, ad illud puniendum, & non inuenietur, qui sit impius: perterriti enim nefarij homines vltione & pœnis aliorum resipiscẽt, & flagitijs relictis ad te ipsum conuertentur. Vel ita: Tanta est vis iudicij tui, vt si quæratur impius ad reddendam suorum peccatorum rationem, exterritus euanescat præ timore, haud secus atque tenebræ ad lucis ingressum, aut puluisculus à facie procellæ: & ita conteretur bra-

Esa. 1.
Psal. 9.

brachium peccatoris & maligni. Illis conterit Deus aliquando brachia & vires, qui opibus, & gloria inani tumescunt, & superbia inflanturpræsertim si ad illam potentiã & amplitudinem ex infimo loco venerunt. Multi enim nulla commendatione maiorũ, sed ficta benevolentia & virtute, ad verticem dignitatũ extolluntur: qui cùm in vita priuata affabilitate, comitatem, & animi submissionem animorũ conciliatricem præ se ferrent, adepto tamẽ magistratu insolentiam, austeritatem, & superbiã voluntatũ irritatricem apertissimè ostendũt. Huiusmodi homines significabãt antiqui per crocodilum & ouum: est enim crocodilus incredibilis magnitudinis animal ex ouo quodã paruo productum: soli AEgypto, & ijs regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitũ, & hac in re admirabile, quòd nullum est animal, quod à tam exiguo principio in tantam excrescat magnitudinem. Vt Bucephalus Alexãdri Magni equus, cùm esset phaleris & ornamentis destitutus, equisonem in tergum admittebat, instratus verò regio ornatu neminem præter vnum Alexãdrum recipiebat in sedem, autore Plinio libro octauo: sic multi inopia laborantes, & in abiecto statu iacentes, quẽuis ferunt, benevolentiam ac obseruantiam erga omnes fingunt, grauitatem & singularẽ mansuetudinem vnicuique ostendũt: intus Nerones, foris Catones. Multis simulationum inuolucris tegunt iram, odiũ, malitiam, & impietatem. At diuites facti, & in mundi honoribus constituti, omnes præter vnum illũ despiciũt, cui sunt subiecti lege principatus. Tunc detegunt occultam voluntatem, & multiplicem naturã, & superbiam ac immanitatem, quã specie submissionis operuerant, apertissimè demonstrant. Hos ita superbia inflatos, omniq; maleficiorum genere instructos & imbutos, solet Deus opprimere frequenter: eos autem, qui eũ colunt, & vera animi submissione, pietate, tolerantia, & cæteris virtutibus tanquam mœnibus munitur, extollit in sublime, etiãsi apud homines abiecti & contẽpti videãtur. Hi verũ obtinent honorem, & admirabile decus, non qui generis amplitudine, opibus, & magistratibus florentes deum relinquunt, sed qui iustitia præstãtes sese ab omni vitiorum labe purос ac integros seruauerunt, & humana ac caduca contemnentes ad cœlestia ac immortalia aspirarunt. De impijs, superbia elatis, ait *Psal.72.* diuinus psaltes: Deiecisti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationẽ, subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilũ rediges. *Psal. 91.* De pijs aũt & iustis canit Dauid, iustus, vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Psal.111.* Et rursus: In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.

Ecce ego ad Pharaonem. Subaudi, veniam, vt eum puniam. Apoſiopesis est, quæ à Cicerone dicitur reticentia. Quidam vertunt: Ecce ego contra Pharaonem.

Et deijciam gladium de manu eius. Id est, vincetur, & corruet in terram. Solent victores in singulari certamine, postquam aduersarios superant, & in terram proijciũt, gladium de manu eorum deijcere.

Daboq; gladium meum in manũ eius. id est, dabo regi Babylonis robur, arma, & exercitus, vt expugnet AEgyptum. Per eum tanquam iustitiæ meæ ministrum feriam AEgyptios.

Et gement gemitibus interfecti coram facie eius. Hoc est, clamabunt AEgyptij cõfossi vulneribus, more interfectorum, qui ciuium coram hoste gladijs eiecti.

Et extenderit eum super terram AEgypti. Id est, cùm rex Babylonis cædem AEgyptijs intulerit, totamq; AEgypti regionem vastauerit. Extendere gladium super aliquem est illum occidere.

Similè.

Annotationes ex hebræo in caput XXX.

ET filij terræ fœderis. Septuaginta habent: ex filijs testamenti mei. Quare Hebræi appellentur filij terræ fœderis, diximus in explanatione. Appellabantur etiam filij testamenti Dei, quia vetus testamentum vsque ad Christi aduentum acceperant obseruandum. Hæc est testamentorum natura, vt primũ per secundum derogetur: est enim testamentum vltimæ voluntatis testimonium. Cùm autem euangelium sit nouum & secundũ testamẽtum, quod deus per diuinum suum vatem Ieremiã promiserat, apertè concluditur, primũ ruptum & irritum esse, & abrogatum. Hæc sunt verba Ieremiæ: Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda testamẽtum nouum, non iuxta pactũ, quod pepegi cum patribus vestris, &c. Hanc promissionem cõfirmauit Deus ijs verbis apud Baruc: Stratum illis testamentum alterum sempiternum. Testamentum quippe vetus fuit sanguine viruli roboratum, nouum verò sanguine Iesu Christi, Dei nostri. Vide vtriusq; differentiã. De hoc sanguine fuerat quondam vaticinatus Zacharias, dirigens ita ad Christum sermonem suum: Tu quoq; in sanguine testamenti emissis vinctos. De quo sanguine ait idem Christus: *Hic est sanguis meus, noui & æterni testamenti,* *Ieremi.31.* *Bar.2.* *Exo.24.* *Heb.9.* *Zach.9.* *Mat.26.*

qui pro multis effundetur. Cùm igitur nouũ audimus testamentũ, intelligere debemus cessasse vetus. Eam ob causam Apostolus in epistola ad Hebræos de Christo loquens has voces emisit. Nunc autem meliùs sortitus est ministerium, quãto & melioris testamenti mediator est. Et rursus. Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris: testamentum enim in mortuis confirmatum est. Vnde nouũ testamẽtum fuit morte Christi confirmatum. Ex quo sequitur, non esse nunc Iudæos filios testamenti Dei, quòd testamentũ illud primũ, quod ipsi quo ad cæremonias, iudicia, & sacrificia obseruant, fuit per secundum abrogatũ. Illi nunc filij testamenti Dei appellantur, qui Christi fidem amplectuntur: de quibus ait D. Ioannes: Quotquot autem eum receperũt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs, qui credunt in nomine eius. *Hebr.8.* *Hebr. 9.* *Ioan.1.*

Egredientur nuntij à facie mea. Pro nuntijs est in hebraico מלאכיו malacim, quæ dictio nuntios significat, & angelos. Iob. 1. Nõtiut venit ad Iob. Et Genesis 16. Cumq; inuenisset eum angelus Domini. Et psalmo 103. Qui facit angelos suos spiritus. Eodem vocabulo vsus est Nahum, dicens: Nõ audietur vltrã vox nũciorum tuorum. Vaticinabatur Assyriorum euersionem, qui cùm essent superbi, & opibus ac potentia florerent, volebant alios tum ciuitates sibi subijcere, & solebant eas prius nuntijs & præconibus terrere, vt illas minis ad ditionem suam inuitarent. Aspicis igitur dictione hac & nuntium significari, & angelũ: angeli enim nuntij Dei sunt, & vt verbis vtar apostoli in epistola ad Hebræos: Omnes sunt administratorij spiritus, ad ministerium missi. Sed quoniam diuini vates à Deo mittuntur, malacim etiam appellantur. Vnde cùm populus Israeliticus peteret à rege Edom, vt liceret illis per terram suam transire, inter alia hæc ad illum tetulerunt: Nosti, quomodo in AEgypto clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritq; angelum, qui educeret nos de AEgypto. Per angelum intelligebãt Moysem, quem Deus misit, vt eos educeret, eisq; futura prædiceret. Ideo loco illo pro angelo potest verti propheta, seu nuntius. Eodem modo secundi Paralypomenon capite 36. loquens diuina scriptura de Iudæorum perfidia & contumacia, ait: Illi subsannauerunt nuntios Dei. Vbi per Dei nuntios prophetæ absque dubio intelliguntur. Ab hoc nomine malacim deriuatur melach, quod significat opus: ad hoc enim nuntij mittebantur, vt opus aliquod efficerent. In hanc significationẽ accipitur capite 16. Leuitici: Omne opus non facietis. Pro hoc nomine vertunt nonnulli opus apud Ieremiam capite septimo, vbi volẽs propheta magnum idololatriæ studium indicare, quo populus Iudaicus tenebatur, ait: Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignẽ, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placẽtas opere cœli, vt libent dijs alienis. Vbi pro opere est hoc nomen in hebraico. Placentas opere cœli appellat panes latos & rotũdos ex farre & melle, cum stellulis quibusdam depictis. Solebant enim Gentes fallis dijs offerre dulcicia quædam, & liba tenuia & lata crustularum seu laganorum imaginem referentia, stellulis sigillata. Ideo huiusmodi placentas ait esse opere cœli, hoc est, rotundas & stellatas. Sunt tamen, qui existiment hoc nomen malach hoc loco deriuari à verbo malac, quod significat regnare, & significare reginũ. quam ob causam vertunt: Vt faciant placentas reginæ cœli, hoc est lunæ, quam Gentes cœli reginam esse existimabant. Et ita transtulit noster interpres. Tharghum vertit: Vt faciant genera libi stellæ cœli. Septuaginta habent: vt faciant placentas τῇ ἐρατίᾳ τοῦ οὐρανοῦ, hoc est, militiæ cœli. Vbi per cœli militiam seu exercitum omnia astra intelliguntur, quæ insipientes homines vt diuina quædam numina colebant. Et si omnes has versiones recipiat locus ille, ea tamẽ rectior videtur, quæ cõmunior est, quæ est editionis vulgatæ. Cùm autem malacim angelos, & nuntios, & prophetas significet, hoc Ezechielis loco pro nuntijs accipitur: quos Deus dixit à facie sua egressuros, ita enim ait: Egredientur nuntij à facie mea. Sed videndum est, quid sit in literis diuinis egredi, seu ire, aut fugere à facie Dei. Cùm Deus Ionæ præciperet, vt se Niniuem conferret, ad concionandum, & Niniuitarum excidium prædicendum, ait diuina scriptura, surrexisse Ionam, vt fugeret à facie Domini in Tharsis. Existimant nonnulli fugere Ionã à facie Domini esse tendere velle in locum aliquem, vbi Deum non videret, vbi eius præsentiam declinaret. Facies Dei idem est quod eius præsentia: est autem Deus vbique per essentiam, potentiam, & præsentiam: vt causa in effectibus eius bonitatem participantibus. Ideo Deus apud Esaiam: Cœlum, inquit, sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Et apud Ieremiam. Cœlum & terrã ego impleo. Ab hac Dei præsentia nemo fugere potest, teste Dauide aiente. Quo ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlũ, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Est autem altera præsentiæ ratio, quæ dicitur spiritualis, quam solùm sentiunt viri pietate & virtute præstãtes. Hoc modo dicitur Deus illic præsens esse, vbi cognoscitur & colitur. Et *Ieremi. 7.* *Esai.66.* *Iere.23.* *Psa.138.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia in sola Iudæa tunc cognoscebatur & colebatur Deus, iuxta illud psalmographi: Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomẽ eius: ideo per Dei præsentiam terra sancta intelligitur, à qua Ionas fugere volebat, ne apud Niniuitas cõcionaretur. Existimabat esse Niniuitas ad eius concionem conuertendos, & ideo nõ esse eorum ciuitatem delendam, quam ipse delendam prædixisset, eamque ob causam arguendum esse mendacio. Vel existimabat esse Israelitas ejciendos à Deo, qui ad prophetarum prædicationem conuerti nolebãt. Ideo mandabat se fugæ, existimans deum ei, si extra Iudæam esset, prouinciam illã Niniuitarũ nõ demandaturum: potiùs enim Hebræorũ, quàm Niniuitarum salutem cupiebat. Potest tamen locus hic multò aliter explanari. Fugere Ionã à facie Domini idem est quod properare ad Niniuitas ob præceptum domini, & fugere à Iudæa in celebrem illam ciuitatem, ad quam mittebatur à Domino. Nam quemadmodum hic apud Ezechielẽ egredi nuntios à facie dei est properare Chaldæos ab AEgypto ad AEthiopiam, quò mittebantur à Deo, vt ex eius præcepto eam vastarent, ita fugere Ionam à facie Dei, est celeriter tendere Niniuẽ, quò mittebatur à Deo, vt ex eius præcepto eam ad pœnitentiam excitaret. Sed quoniã nihil ei erat magis in optatis, quàm Hebræorũ salus, & existimabat eos esse ad excidium & vastitatẽ vocandos, si Niniuitæ ad Deũ conuerterentur, dabat operam, vt velociter iret, Deique præceptum citò adimpleret, ne interim si moram faceret, Deus signum aliquod & miraculum ostenderet, quo moti Niniuitæ ei fidem adhiberent, seq; à vitijs separarent: quod esset causa excidij Iudæorum. Ideo se mari commisit, vt breuiùs munus sibi demãdatum perficeret. At misericors Deus, qui eius nouerat propositum, dedit ei signum in mari: nã nauta illi, qui eum in mare proiecerant, & à certo deuotari conspexerant, cùm se conferrent Niniuẽ ibi eum superstitem agnouerunt, & populo rẽ mirabiliter gestam nuntiarunt. Ex quo effectũ est, vt miraculi fama percrebrescente, & ad regem volitante, omnes illum audirent, eique tanquam à Deo misso obtemperarent. Id quod Ionas efficere nitebatur ne ei Niniuitæ fidẽ adhiberent, vertit Deus in cõtrarium. Verum enim est id, quod ait Salomon in Prouerbijs: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Fugiebat à facie domini, hoc est, dabat operã, vt breui manus suum obiret, & ideo mare traijciebat, ne Deus in terra ederet aliquod miraculum: at deus in mari edidit illud: & nauigatio, quã ipse elegit, ne Niniuitæ ei fidem adhiberẽt, in causa fuit,

Psal. 75.

Ion. 1.

Prou. 21.

vt ei aures attentè præberent, & summam fidẽ tribuerent. Eodem modo explanari possunt verba illa Geneseos: Egressus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra. Dixerat ei paulò antè Deus: Vagus & profugus eris super terram: & paucis interpositis sequitur, Egressus Cain à facie domini, hoc est, missus à domino, vt breui eius adimpleret præceptum, in terra profugus habitauit. Fortasse ideo dicitur Cain egressus à facie domini, quia Deus cũ eo loquebatur in figura humana. Quia à diuinitate, quæ vbique est, nullus potest egredi, egressus est Cain à facie similitudinis, vel creaturæ, in qua Deus illi loquebatur. Et eodem modo possumus dicere de Iona.

Genes. 4.

Cessare faciam idola de Memphis. Septuaginta habẽt: Cessare faciam magnates de Memphis. Eos, qui opibus, & potentia florentes honores soli Deo debitos sibi assumunt & attribuunt, idola vocauere. Pro idolis est in hebraico אֱלִילִים elilim, ab elil, quod nomen significat vanum, inutile, nihil, & idolum. Vt cap. 16. Leuit. Non facietis vobis idola. Idolum enim vanitas est, imò nihil. Vnde ait D. Paulus in epistola 1. ad Corinth. Scimus, quia nihil est idolum in mundo. Hoc est, nec Deus est, nec diuinitatem habet, nec animã, nec aliquã potentiam. Hoc intelligens Esaias ait: Cõfundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dij nostri.

Leui. 26.

1. Cor. 8.

Esa. 42.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXI.

Comparat felicitatem regis AEgypti cum felicitate Assyriorum regis, & similẽ vtriusq; calamitatem & interitum prædicit. Explicat admirabili verborum maiestate & amplitudine, fabulo ferè tragico, regis Assyriorum opes, potentiam & celebritatem: vt eius lamentabile excidiũ calamitosius appareat. Quo enim excelsius est, & magnificentius ædificium, eò maior est, & insignior eius ruina. Ostendit quanti æstimanda sit virtus, quæ nec eripi potest, nec naufragio amittitur, nec latendo absumitur, nec vi procellarum euellitur, nec vlla temporum varietate labefactatur: quæ qui præditi sunt, soli possunt meritò diuites appellari. Mundi potentia obruitur fluctibus rerum aduersarum, diuitiarũ fama extinguitur posteritatis oblatione, vires corporis vincũtur ferro, & debilitantur ætate, vrbes mœnibus fortissimis septæ expugnãtur ab hostibus: at sapientis animus mundi contemptione, rerum humanarũ tolerantia, virtutum denique muro cinctus potest diuina gratia tanta firmitudine consistere, vt quamuis oppugnetur, non tamen expugnetur, nec vincatur.

CA-

CAPVT XXXI.

A ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis dic Pharaoni regi Ægypti, & populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine: & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos
B suos misit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli: & sub frondibus eius genuerũt omnes bestiæ saltuum: & sub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentium plurimarum. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatione arbustorum suorum: erat enim radix
C illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei: abietes non adæquauerunt summitatem eius: & platani nõ fuerunt æquæ frondibus illius. Omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius. Quoniam speciosum feci eũ, & multis condensisque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei.

EXPLANATIO.

ET factum est in anno vndecimo. Nimirum à transmigratione Iechoniæ: tertio mense, quia à Hebræis appellatur Siuan, respondẽs nostro Maio. Qua de re ea potest videri, quæ de mensium ratione primo capite explicauimus. Dicitur autem Maius à maioribus authore Macrobio, quorum consilio respublica gerebatur, quemadmodum Iunius à iunioribus, qui rempublicam armis defendebant.

Dic Pharaoni regi Aegypti. Nuntia Aegyptiorum regi, quomodo rex Assyriorum à sua gloria ceciderit, cùm esset illo potentior & excelsior. Eos cõiunge in vaticinatione, siquidẽ sunt in tormento coniungendi. Et quoniam eadem est causa calamitatis amborum, nempe superbia & iactantia, idem erit interitus vtriusque: par culpa pari pœna punitur. Aiũt hũc regem Assyriorum fuisse Sennacheribum, cuius exercitus fuit mirabiliter occisus, cùm Dei angelus in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia virorum nocte vna interfecit: & ipsi regi fuit à proprijs filijs vita ereptа: vt literæ diuinæ contestantur. Alij existimant non esse Sennacheribum, sed alium, qui fuit à rege Babyloniæ in prælio superatus, & miserè occisus. Imperium Assyriorum fuerat separatum ab imperio Babyloniorum: sed fuit postea coniunctum, & appellatum imperium Babylonicum.

4. Reg. 19
Tob. 1.
Esai. 41.
1. Mac. 7
Esai. 37.

Cui similis factus es in magnitudine tua? Seusus est. Tu ais esse te in celsitudine, & potentia, & celebritate similem Assyriorum regi: at longè falleris opinione: ille enim omnibus his rebus superauit: fuit enim ipso potentior, ditior, & illustrior. Sed esto: sis illi similis & æqualis. Nõne ille deiectus est? Nõne fuit ab illustri gloriæ vertice præcipitatus? Nonne omnes eius voluptates & deliciæ in luctum & lachrymas recidêrunt? Si ille fuit omnibus mundi ornamentis spoliatus, & à propriis filijs immaniter occisus, & eorum gladijs impiè traiectus, & ad ima tartara immissus: quomodo potes tu euadere, & eandem calamitatem fugere? Erit tibi potentia tua ablata, nominis claritas extincta, ad ferrum ac flammã vocaberis, eris immaniter occisus, & in cæcas & æternas tenebras tandem relegatus.

Ecce Assur quasi cedrus in Libano. Ostendit felicitatem regis Assyriorum, eumque comparat cum cedro altissima montis Libani. Est enim diuinæ scripturæ mos, hominem potentem, florentem opibus, & diuitijs, & mũdi gloria cum cedro Libani cõparare. Ita in psalmo: Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, trãsiui, & ecce non erat. Etsi enim viri pij & iusti grauiter premantur, impijs autem & nefarijs omnia videantur fluere ad voluntatẽ, tamẽ viri virtute præditi exitus prosperos cõsequũtur: illi verò qui sunt flagitijs cõtaminati ex illustri & florẽte rerũ statu in æternos cruciatus relegãtur. Voce vna dei cadũt impij iuxta id, quod ait psal. Vox dñi cõfrin-

Psa. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentis cedros, & confringet dominus cedros
Psa.28. Libani: & comminuet eas tanquam vitulum Libani. Vbi per cedros Libani potentes & superbi huius mundi principes intelliguntur, qui fulmine Dei verbi percussi corruunt, & euanescunt, instar vituli illius, quem ab Hebræis in Horeb fabricatum comminuit ac dissipa-
Exod.32 uit Deus per Moysem. Quam ob causam verba huius carminis ita connectuntur. Et comminuet eas arbores Libani, tanquam vitulum, qui fuit in puluerem redactus. Vel, vt legit Euthymius: Et comminuet eas tanquam vitulum: Libanum. Vt sit sensus, Quemadmodum Deus confregit vitulum ab Hebræis conflatum in Horeb, sic has cedros cõminuet. Deinde posito puncto, legitur per se dictio, Libanũ: Quasi dicat: Non solùm confringet & comminuet arbores Libani, sed ipsum Libanum totum.
Esai.2. Esaias etiam, Dies, inquit, domini super omnes cedros Libani sublimes & erectas. Hoc est super principes & magnates. Et quoniam inter plantas nulla erat, quæ se in altitudine cedro Libani adæquaret, volens significare diuina scriptura disseruisse Salomonẽ de plantarum omnium natura, ab altissima arbore vs-
3.Reg.4. que ad infimam herbam, ait: Disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. Quemadmodum cedrus Libani omnes alias arbores superabat magnitudine, ita rex Assyriorum gloria, & diuitijs, & potentia omnes alios anteibat.

Pulcher ramis. Hoc est, filijs ornatus, ab eo tanquam à radice productis.

Frondibus nemerosus. Hoc est, sylua & frondium multitudine faciens umbram. Quasi dicat: multis principibus & magnatibus stipatus. Quemadmodum arbor ramorum magnitudine extensa locum occupat latum, ita rex Assyriæ diuersas prouincias & regiones obtinebat, & potentiam suam per orbẽ terrarum propagabat.

Aquæ nutrierunt illum, & abyssus exaltauit illum. Abyssus est aquarum altitudo & profunditas. Per aquas & abyssum intelligit diuitias & potentiam. Hæ sunt aquæ, quibus Assur irrigatus creuit, & mirum in modũ dilatatus est. Hæ duæ res eum extulerunt, & ex sublimitate in tantam profunditatem præcipitarunt, nimirũ opum abundantia & potẽtia. Solent enim hæc duo intellectum tenebris circunfundere, & errorum ac vitiorum caligine operire. Eam ob causam appellauit ea Ezechiel hoc loco aquas & abyssum, ad abyssum illam alludens, de qua
Gene.1. in Genesi scriptum legimus: Tenebræ erãt super faciem abyssi. Ac si diceret: Tenebræ regebant immensam aquarum profunditatem. Per tenebras re vera lucis priuatio & absentia intelligitur, non dæmonum multitudo, vt quidam ineptè dixerũt, in quos D. Basilius, & D. Ambrosius in illius loci explanatione grauiter inuehuntur. Nihilominus tamen in sensu allegorico, cùm scripturæ verba ad spirituales & arcanas sententias traducuntur, nomine abyssi magna mundi potentia intelligitur, quam sæpe superbia sequitur, qua intellectus obscuratur. Hinc effectum est, vt locus quidam Persephones, siue Proserpinæ, in quo summa vis auri erat multis seculis congesta, abyssus, vt ait Sotas, vocaretur. Sed quid profuit Assyrio diuitiarũ abyssus, siquidem eas amisit, & ex abysso diuitiarum ad abyssum miseriarum peruenit? Nonne aspicimus cotidie multos, qui ex summa opulentia ad summam descendunt inopiã? Hoc intuẽs ingentosus poeta cecinit: Irus erit subitò, qui modò croesus erat. Fuit Croesus Lydorũ rex ditissimus, Irus autem mendicus quidã apud Ithasenses, cuius meminit Homerus in Odyssea. Poteris per abyssum illã, & aquarũ multitudiné tenebris coopertã in sensu mystico Gentium multitudiné intelligere. Ita enim ait D. Ioãnes in Apocalypsi: Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & gentes, & linguæ. Sed hæ *Apo.17.* aquæ tenebris erant circunfusæ ablentia solis. Secundo die fecit Deus firmamentum & di- *Genes.1.* uisit aquas ab aquis: tertio die segregauit aquas ab arida: quarto fecit solem & astra. Sed adhuc aquæ nõ proferebant pisces. Quinto autem die cùm iam sol appareret, aquæ fructum produxerunt. Priusquam sol ille sempiternus in carne appareret, de quo ait per Malachiam pater cœlestis: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ, Gen- *Mala.4.* tes non ferebant charitatis fructum. Ante aduentum Christi Gentes absque fide opinionibus inflatæ in erroribus intolerandis versabantur. Et vt ait Diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Sine fide impossibile est placere Deo. Aquæ erant, sed absque piscibus: *Hebr.11.* Gentes erant, sed absque fide, nullum charitatis fructum ferentes. Terra ante solis apparitionem protulerat plantas, sed non pecora: aqua nihil. Tertia Iudææ, populus Iudaicus fructum protulerat, sed omnino perfectũ quia lex authore Diuo Paulo, nihil ad perfectum adduxit. Habebant nonulli ex Hebræis fidem, & veram colebant pietatem, sed è vita *Hebr.7.* migrantes cœlum ingredi non poterant, donec sol ille exiret, qui de se ait: Ego sum lux *Ioan.8.* mundi. Qui est via, veritas, & vita, cuius san- *Ioan.14.* guis fuit clauis paradisi, qui morte sua viam nobis muniuit ad vitã immortalem consequẽdã. Ergo ante sempiterni solis apparitionẽ terra, hoc

hoc est Iudæa fructum aliquem producebat, sed minus perfectum, aqua verò, hoc est Gentilitas nullum. At post Christi aduentum & terra & aqua admirabiles fructus, omnibus numeris absolutos protulerũt. Secundo creationis die factum fuit cœlum, sed nondũ apparebat sol: ideo in die secundo non ait scri-
Genes.1. ptura: Vidit Deus, quòd esset bonũ. Quarto die apparuit sol, quia quaternarius est primus numerus par, & perfectus: nam binarius propriè nõ est numerus, cũ careat medio, vt alibi ostẽdimus. Itaq; dies quartus est oportuna illa
Gal.4. temporis plenitudo, de qua ait apostolus in epistola ad Galatas: Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex mulliere, factũ sub lege, vt eos, qui sub lege erãt, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Cœlum secundo die sine sole, luna, & syderibus, est lex obscura, de qua dixerat di-
Psal.17. uinus vates. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes sunt prophetæ, & veteris testamenti scriptores, qui ob sententiarum obscuritatẽ dicuntur pleni aqua tenebrosa. Hi sunt illi, de quibus ait Esaias: Qui sunt hi, qui vt
Esa.60. nubes volant? Venit dies quartus, venit temporis plenitudo, & apparuit sol, Christus deus noster, qui legẽ explicuit, & illustrauit: apparuit luna, hoc est ecclesia, & stellæ, hoc est apostoli, quibus dixit dominus. Vos estis lux
Matth.5. mundi. De quibus dixerat Daniel: Qui ad iu-
Danie.12. stitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et quemadmodum sol non dissoluit cœlum, ed perficit, sic Christus nõ
Simile. venit solutum legem sed impletum. Hic dies
Matth.5. quartus est ille, de quo ait diuin' psaltes: Hæc dies quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Et de quo ait Christus: Abraham
Psal.117 exultauit, vt videret diem meũ, vidit, & gauisus est. Hoc die fuit impia dæmonis tyrannis euersa, mors extincta, vis ad immortalitatem
Ioan.8. munita, & vera religio pietatis plenissima per
Tit.3. omnes terrarũ oras propagata. Apparuit sol, apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: & aquæ tulerunt pisces, hoc est, Gentes fructus virtutum huberti nos produxerunt. Tenebræ, quæ erãt super faciẽ abyssi aduentu solis disparuerunt, quia cæcitas Gentium, & idolorum cultus, & impiæ mortalium superstitiones prædicatione Christi, & apostolorum cessarunt. Aquæ & aquarũ abyssi, hoc est Gentes & populi relictis nefarijs falsorum deorum vanitatibus amplexati sunt veram Christi fidem, & calore solis incensi, hoc est diuino Christi amore inflammati, pro iniquitate & impietate iustitiam & pietatẽ coluerunt. Aspicis igitur nomine aquarum populos intelligi, quibus erat Assyriorum rex nutritus, & irrigatus, vt ait hoc loco Ezechiel.

Flumina eius manebant. Hoc est, fluuij eius abyssi fluebant circa radices. Vult significare, tantam fuisse diuitiarum affluentiam regis Assyrij, tantam opum abundantiam & abyssum, vt ex ea fluerent ad subditos diuitiæ: & aliæ arbores vbertate aquarum huius cedri irrigentur. Regis opulentia subditos fouebat, qui erant vsquequaque diuites & potentes, vt dice-
4.Reg.18 ret Rabsaces quarto lib. Regum, totam Hierosolymam non posse resistere vni ex minimis satrapis Assyriorum regis.

Multiplicata sunt arbusta eius, & elongata sunt rami eius. Hoc est filij & nepotes eius.

In ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli. Hoc est, principes & magnates ei adhæserunt pendentes ab illo, seq; illi subiicientes. Et omnes bestiæ saltuum, hoc est homines agrestes, & immanes, brutis comparati ei obtemperarunt: domuit enim gentes incultas & immanitate barbaras, & copijs abundantes, quæ ei tributum soluebant.

Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Hyperbole est, figura à Cicerone vocata superlatio, ab alijs excessus, cùm sententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia: vt cùm dicimus esse aliquid nitidius cãdidius. Huiusmodi videtur esse id, quod ait Christus: Facilius
Mat.19. est camelũ per foramẽ acus transire, quàm di-
Matt.6. uitẽ intrare in regnũ cœlorũ. Et illud: Non cognoscat dextera tua, quid faciat sinistra tua. Ac si dicat: Tantum abhit, vt alijs ostentes elemosynã, quam feceris, vt ne tu quidem illud sciat, quod facis. Exaggerat verbis, quàm fugienda sit in benefactis ostentatio, & gloria inanis. Volentes exploratores à Moyse missi magnitudinem vrbium terræ promissionis significare, & earũ murorũ altitudinẽ, dixerũt:
Deut.1. Vrbes sunt magnæ, & ad cœlũ vsque munitæ. Hyperbolicè quidẽ, quemadmodũ hoc loco Ezechiel, qui volens significare nullum fuisse regem similẽ Assyrio, qui tot diuitijs, tantaq; potentia floreret, ait nec in dei paradiso fuisse cedros altiores Assyriorum rege. Poteris per paradisum dei magnũ aliquẽ pomarium, amœnum, arborumq; proceritate insignẽ intelligere. Solet enim diuina scriptura, ea quæ magna sunt, dei appellare, vt cùm dicit cedros dei, montes Dei, visiones dei, &c. Paradisus idem est quod hortus. Vnde locum hunc ita
Psal.79. vertit Pagninus: Cedri non absconderunt eã
Psal.35. in horto Dei. Hoc est, non eam ramis coope-
Sup.1. ruerunt, quia illa erat excellior illis in illo magno horto.

Abietes. Nec excelsæ abietes, nec sublimes platani, nullæ denique plantæ ad huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedri altitudinem ascenderunt: nulli principes quamuis diuites & potentes se Assyriorũ regi adæquarunt. Abies arbor est altissima, rectissimaque, cuius pars inferior sapinus vocatur, superior verò fusterna authore Plinio libro sextodecimo. Accipitur aliquando in diuinis literis pro magnatibus, & hominibus potentia, & rerum prosperarũ abundantia florentibus: vt apud Esaiam: Abietes quoque lætatæ sunt super te. Quibus verbis significat lætitiam, qua efferebantur optimates interitu Nabuchodonosoris. Et apud Zachariã: Vlula abies, quia cecidit cedrus. Ac si diceret: Lamentamini, & vim lachrymarum profundite magistratus Hierosolymæ, quia ruit dignitas regia, & princeps vester ex eminente dignitatis gradu præcipitatus est. Et hoc loco apud nostrum Ezechielem: Abietes nõ adæquarũt summitatem eius. Platanus etiam arbor est opaca, late diffundens ramos, vmbræ solum causa expetita. Gaudet maximè aquarum decursibus: quam ob causam Ecclesiasticus inducit sapientiam in hunc modum loquentẽ: Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas.

Esa. 14.

Zach. 11.

Eccl. 24.

Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi. Hoc est, nulla arbor in magno aliquo pomario inuenta potuit, quæ posset cum rege Assyriorum in pulchritudine comparari. Paginus vertit: Omnis arbor in horto Dei nõ fuit similis ei in pulchritudine sua. Vbi per hortum dei magnũ aliquod intelligit viridariũ. D. Gregorius libro 32. Moraliũ per hunc regem Assyrium intelligit angelum apostatã, reliquis angelis eminentiorem, & per cedros, abietes, & platanos virtutum cœlestiũ agmina, in summæ lætitiæ viriditate plantata, quæ quamuis excelsa sint condita, Lucifero tamẽ nec præsita sunt nec æquata. Hic speciosus factus in multis condensisque frondibus esse dicitur, quia præfatum cæteris legionibus tanta illum species pulchritudinem reddidit, quãta & suppositi angelorum multitudo decorauit. Ista arbor in paradiso dei tot quasi condensas frondes habuit, quot sub se posita superiorum spirituum legiones attendit. Hæc ille grauiter quidem & sapienter, qui sub specie Assyriorum principis diabolum intelligendũ ducit. Nos verò explanationem de rege Assyrio prosequamur.

Æmulata fuit eum omnia ligna voluptatis. Id est, omnes reges & principes ei inuidebãt: sequitur enim inuidia eum, qui aut diuitiis, aut ingenio, aut rectè factis, aut gloria alios superat. Cain per inuidiã occidit Abel, quia eius opera iusta erant, & deo grata: & de ijs qui sequuntur Cain ait Iudas in epistola sua: Væ illis, qui in viam Cain abierunt. Quemadmodum vmbra sequitur corpus, sic inuidia virtutem. O tetram pestem, & deplorandam hominum maculam, qui de monimentis pulcherrimorum facinorum detrahunt, volentes obliuione sempiterna pulchram eorum memoriam delere, qui falsis voluptatibus spretis in excellentium virtutum actiones toto pectore incumbunt, nullisque laboribus perterriti ad res magnas, & magnoperè expetendas aspirant. Eorum vitam dicunt inuidi esse spoliandam ornamentis, quorum etiam mortem deberent perpetuis monimentis ornare. Id intuens Iosephus in libro de bello Iudaico hanc sententiam literis mandauit: Fieri nullo modo potest, vt in rectè factis effugias inuidiã. Quis enim vmbram effugiat inuidiæ, nisi pariter & virtutem effugerit? Grauiter ille quidem & eleganter. Coalescent enim gloria & inuidia, atque rem omnium pulcherrimam res turpissima comitatur. Si autem dederit operam, vt virtutis magnitudine opprimas inuidentiam, tunc eam videbis actius inuehi, & contentiosius intumescere. Quemadmodum ignis alta petit, sic liuor in altum insurgit, & excelsam virtutis gloriam superare contendit. Et si fortes & sapientes viri non tam præmia sequi soleant rectè factorum, quàm ipsa recte facta, & gloriæ inanis rumusculos contemnant, tamen mortalibus immortalitatem non esse existimant contemnendã. Hanc inuidus vult labefactare, & per summũ scelus penitus illis auferre, omnia in eos maledicta conferendo, & ventos excitando: similis diabolo, qui hominis gloriæ inuidens, ei voluit perniciem machinari. Ideo ait diuina scriptura in libro Sapientiæ: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Vsque adeo pestilens est inuidiæ vitium, vt hortetur Salomon in Prouerbijs, ne quis comedat cũ homine inuido. Et in libro Sapientiæ: Nec cum inuidia, inquit, tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Et diuus Paulus in epistola ad Galatas: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidẽtes. Quẽadmodũ ciconia vescitur serpentibus venenatis, sic inuidus pascitur aliorum detrimentis. Vt noctua caligine oblectatur, lucẽ autẽ odit, sic inuidus aliena lætatur calamitate, luce aũt bonorũ operũ, & splendore rectè factorũ. O infelicẽ miserorũ hominũ conditionẽ. Vt ferrũ nutritur ferruginẽ, quæ ipsum corrũpit, sic inuidus corrũpit inuidiã, quæ ipsum cõsumit. Inuidus aliorũ errata cõsiderat, imò inquit, vt ea narret & vituperet, rectè verò facta aliorũ silẽtio præterit, nec ea vult aspicere, nec in lucẽ proferre, nisi vt detrahat de illis. Huc potest referri

Gen. 4. Iud. Simile.

Sap. 2.

Prou. 23

Sap. 6.

Gal. 5. Simile.

Simile.

Simile.

referri id, quod ait Aulus Gellius libro nono Noctium Atticarum, capite quarto, legisse se apud Albanos homines, qui nocte melius quàm die viderent. Aiebat Apollonius Tyaneus, vt refert Raphael Volaterranus, sapiẽti maius periculũ imminere ab inuidiã, quàm vel nauiganti à tempestate, vel prælianti ab hostibus. Gubernator prudens potest ẽ matis procellis turus euadere: dux strenuus potest hostium fortitudinem vincere: at maleuolorum inuidiam nequaquam possunt superare. Vt in Græcis artificibus alũ, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri nõ potuerint, sic multos aspicimus, qui cum nec ad scientiã, nec ad fortitudinis, nec ad honestatis excellentem gloriam possint peruenire, cum se tetris vitiorum maculis contaminent, fiunt detractores alienarum laudũ: hoc est eorum munus, virorũ memorabilium splendorẽ obfuscare. Infimum profecto officium, imo detestabile maleficiũ. Polypus piscis est, qui nõ solum pisces aliot deuorat, sed etiam propria brachia aliquando corrodit & comedit. Ita asserunt Aegyptij, quos sequitur Plutarchus, Aelianus, & Alceus, qui ait: Ipsum me comedo, vt polypꝰ. Quẽ versum citat Athenæus, & refert Pierius Valerianus in libro de antiquis characteribus, etiã si me non fugiat Aristotelem & Plinium multò aliter sentire. Quis est, qui & alios & seipsum lacerat, nisi inuidus, qui rectè aliorũ facta reprehendit, & seipsum inuidia corrodit? Quot sunt aliorum laudes, tot sunt eius supplicia. Sed quid dico seipsum corrodere, imò seipsum occidit, ita enim ait Iob: Paruulũ occidit inuidia. Huiusmodi erant magnates illi & principes, qui regis Assyrij diuitijs, celebritate, & potentia torquebãtur. Hos ait hoc loco Ezechiel fuisse veluti arbores in paradiso dei insitas & collocatas, hoc est floruisse diuitijs & dignitatibus, fuisseq; in magnis mundi honoribus cõstitutos: & nihilominus Assyriorum regi inuidisse, eumque fuisse æmulatos.

Simile.

Iob. 5.

Propterea hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem ac condensam, & eleuatũ est cor eius in altitudine sua, tradidi eam in manibus fortissimi Gentium. Faciens faciet ei iuxta impietatem eius, Et eieci eum: succident eum alieni, & crudelissimi nationum. Et proijcient eum super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius. Et confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ: & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum. In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli, & in ramis ejus fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa ac frondosa; nec stabunt in sublimitate sua omnia, quæ irrigantur aquis, quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam, in medio filiorum hominum, ad eos, qui descendunt in lacum.

Et dedit summitatem suam virentem ac condensam. Id est, quia superbus motus se extulit in sublime, & posuit fastigium suum condensum, & stipatum multitudine principũ & magnatum.

Tradidi eum in manibus fortissimi Gentium. Hoc est, Nabuchodonosori regi Chaldæorũ. Quoniam se superbia extulit, deieci ego illũ, ait dominus. Vt potentiam Pharaonis cum Assyriorũ celsitudine contulit, ita similẽ eius excidium esse dicit. Aspiciant reges & principes ad exẽplũ hoc, & supplices se rationi subijciãt ne à deo deijciantur. Illud est hoc loco aduertendum quòdam diuersum fuisse imperium Chaldæorũ ab imperio Assyriorũ, vt antea diximus. Metropolis Chaldæorum erat Babylõ, metropolis verò Assyriorũ Ninive. Decem tribus captæ fuerunt ab Assyrijs, duæ verò, nẽpe Iuda & Beniamin à Chaldæis. Sed incenso odio inter hęc duo imperia bellum sibi inuicẽ intulerunt, in quo victi fuerunt Assyrij, & fuit eorum imperium extinctum, & tota eorum terra Chaldæis subiecta, & res gestæ Chaldæorum laudibus Assyriorum obscuritatem attulerunt. Hinc factum est, vt Assyrij & Mesopotamij in Babyloniæ nomen, vt ait Iulius Solinus, transierint. Babylon est vrbs præcipua Chaldææ, Babylonia verò regio à metropoli regni denominata.

4. Reg. 18
4. Reg. 25

Et faciens faciet ei. Nimirum quicquid voluerit. Hæc verborum geminatio est Hebræis familiaris, & in diuinis literis frequens.

Iuxta impietatem eius eieci eum. Ita dixit deus regi Tyrio. Peccasti, & eieci te de monte dei, vt capite 28. licet videre.

sup. 28.

Et succident eum alieni, & crudelissimi nationum. Hoc est Babylonij immanitate insignes. Dicens euenisse euersionem Assyrio ob eius immanitatem, hortatur Babylonũ ad mise-

Universidad de Deusto
Biblioteca

misericordiam.

Recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ. Subaudi, quibus imperabat. Populi eisdem subiecti videntes eum victū se ab illo separabūt, eum contemnent & relinquent. Considera mundi vanitatem.

In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli. Hoc est, mortuo rege magnates Chaldæorum possederunt Assyrium. Vel sic: Super trū co huius arboris, postquam cecidit, & confracta fuit, solerunt volucres, id est, super regem Assyriorum occisum, & humi prostratū se cōstituerunt magnates volatilium nomine significati, & super ramis eius se posuerunt plebei, & agrestes homines, infimo loco nati, nomine bestiarum intellecti. In eum, quem, dū viueret, & floreret, summis laudibus celebrabant, post a rumnas & luctuosum obitum contumeliose lacerabant. Eum occisum conculcabant, & aspernabantur, ad quem antea accedere nō audebant. Intuere obsecro rerum humanarū inconstantiam & vicissitudinem. Vel sic: Post horum arboris ruinam, post regis Assyrij, eiusque exercitus interitum, conuenerunt aues & feræ, vt eorum cadauera deuorarent. Hic fuit tam excelsi principis exitus, hic fuit miserabilis eius finis, fuit interfectus ab hostibus, eiusque cadauer insepultum in campo iacuit, vbi fuit a volucribus, & bestijs syluarum deuoratum. Præclarè quidē diuus Ioannes apostolus, 1.Ioan.2 Nolite, inquit, diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt. Et paulò pōst: Mundus trāsit, & concupiscentia eius, qui autem facit voluntatem dei manet in æternum. Cum Sisara Iudic.4. princeps exercitus regis Iabin fatigatus è prælio se in fugam conferret, ingressus est in tentoriū Iaelis vxoris Cineī, quæ eum vocauerat, vt ad seipsam confugeret. Hæc illum suscepit benignè & blandissimè delibutum lacte pauit, & pallio cooperuit. Quē fessum de via, & quod ad multum diem laborasset, arctius somnus cōplexus est. Illa vero cum dormientem interfecit. Hæc lætè mundi tenet imaginem, qui nos ad voluptates, & opes, & potentiam inuitat, vt perniciem nobis & excidium machinetur. Magnus ille princeps Sisara, qui in oculis gētium versabatur, in quem omnes coniiciebāt oculos, fuit a fragili quadam muliere interfectus. Magnus ille Pharao, qui potentia sua Exod.14 terrarum orbem perterrebat, fuit cū curribus, & equitibus, & innumerabili exercitu in mari rubro miserabiliter submersus. Rex Saul ad 1.Reg.31 tantam peruenit calamitatem, vt amitteret exercitū, & ipse dolore compressus rueret ad in- 2.Reg.18 terfectum voluntarium. Absalon qui patris sui regnū affectauerat, & copias innumerabiles parauerat, periit miserè ex arbore suspensus. Et vt humanas attingam historias, Acheryus rex Lydiæ in factione populari suspensus est ignominiosè, & ita vitam finiuit. Polycrates Samiorum rex, cū tota vita fuisset diuitissimus, & rerum prosperarum ac ad voluntatē fluentium perpetuō semper decursum, fuit ad extremum ab hoste cōprehensus, & in furcam erectus, docuit cum Solone nihil in mundo ex omni parte beatum. Valens imperator frater Valentiniani, prælio superatus a Gothis, in fugatio, quo spe salutis confugerat, ab eisdē cōbustus est. Dies me deficeret, si vellem ærūnas & tristes casus principum, aliorumq; clarorum virorum narrare, qui cum essent summos honores consecuti, existimantes se firma & illustria claritatis fundamenta iecisse, & perpetuā posteritatis memoriā cōparasse, fuerunt ad imam ignominiam, fuerunt ad summū dedecus præcipites deuoluti, & eos penitus ex hominū memoria perpetua deleuit obliuio. Non est igitur cur mundo fidamus, non est cur in eo spem nostram collocemus. Qui vīt 1.Cor.6. tur hoc mundo, inquit apostolus, tanquam nō vtantur, præterit enim figura huius mundi.

Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua. Hoc est, eam ob causam Assyrij magnis plantis iuxta fluuios aquarum comparati non restituentur in pristinā potētiam & dignitatē, sed morientur, & ad infernum relegabuntur. Non eos opes suæ poterunt eripere, nec potētia & amplitudo a morte liberare.

Ad terram vltimam. Hoc est, ad infernum, Psa.62. qui est in imo terræ. Ideo dicitur in psalmo: Introibunt in inferiora terræ. Volens sūt Ezechiel hoc explicare, subdit: Ad eos, qui descendūt in lacū. De hoc lacu ait diuinus psal Psa.142 tes: Nō auertas faciem tuā a me, & similis ero descendētibus in lacum. Eodem modo dixit de rege Tyri diuinus nostri vates, aut potius Deus per illum: Cum detraxero te cum his, Sup. 26. qui descendunt in lacum ad populū sempiternum, & collocauero te in terra nouissima. Id quod illic appellauit terram nouissimā, appellat hic terram vltimam, & paulò post, terrā infimam. Et Esaias infernum, & profundū laci. Esai.14 Pro terra vltima vertit hoc loco Pagninus, terram inferiorem, quod est idem.

Hæc dicit dominus Deus: In die, quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abysso, & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. Contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. A sonitu ruinæ eius commoui gentes, cum deducerem eum ad infer-

infernum cum ijs, qui descendebant in lacum. Et consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia ac præclara in Libano, vniuersa quæ irrigabantur aquis. Nam & ipsi cū eo descendent ad infernum ad interfectos gladio, & brachiū vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius in medio nationum eius. Cui assimilatus es ò inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. In medio incircumcisorum dormies, cum eis, qui interfecti sunt gladio. Ipse est Pharao, & omnis multitudo eius, dicit dominus Deus.

Induxi luctum. Ob mortem regis Assyriorum indixi amicis eius lachrymas & mœrorem. Pro induxi vertunt nonnulli, indixi, sed eadem manet sententia. Diuus tamen Hieronymus & in textu, & in commentarijt legit, Induxi.

Operui eum abyssu. Hoc est, multitudine pœnarum, feci vt eum abyssus inferni absorberet. Vel operui eum diuitiarū affluentia per abyssum significata. Vt sit sensus: Quamuis opertus esset diuitijs, tamē ad infernum descendit, sequitur enim statim: Et prohibuit flumina eius. Ac si diceret: Rigaui eum abysso diuitiarū: sed postea prohibui, ne eū flumina rigarēt, ne eum opes comitarētur. Omni opulentia priuaui illum. Diximus antea per aquas Psa.48. & abyssum opes & potētiam significari, quas rex secū non asportauit. Ait enim psalmographus: Cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius.

Contristatus est super eum Libanus. Hoc est, mons ille feracissimus, vbi plātata fuerat hæc arbor excelsa, hæc cedrus sublimis, affectus est mœrore ob eius excisionē & ruinā. Sēsus est: Assyria fuit dolore pressa ob sui regis excidium. Quidā codices habent: Contritus est super eum Libanus. Hoc est dolore contractus est: sed sensus idem est.

Et omnia ligna agri concussa sunt. Hoc est, omnes populi videntes luctuosum Assirij occasum fuerunt timore perterriti. Poteris per libanū arbores montis illius intelligere, & per eas principes & magnates: per arbores verò lebratos. Assyrij enim exceptis paucis nonnullis ob eēdem sui regis communi dolore angebantur.

A sonitu ruinæ eius commoui gentes. Eodem modo dictum est de Tyri rege: A sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint, commouebuntur insulæ. Sup. 26.

Et consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia. Id est, magnates illi, qui in hoc mūdo fuerāt veluti arbores Libani proceritate insignes, qui delicijs affluentes, voluptatibus deliniti, gloria cæteris præstantes, fuerāt ab Assyrio rege afflicti, & tandem ob eorum scelera in ima tartara præcipitati, cum ibi vidissent regem, a quo in vita fuerant oppressi, lætati sunt, nam solatium est miseris, vt quidam ait, socios habere pœnarum, præsertim eos, a quibus fuerant dolore affecti, & insigni Esa.14. aliqua calamitate vexati. Eodem modo Elaias capite quarto decimo, vbi Nabuchodonosoris ad infernū descēsum describit, eos, qui in inferno torquebantur, quos ille vulneratos fuisse, facit in hunc modū loquētes, & de eius excidio exultantes: Et tu vulneratus es, sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, cōcidit cadauer ruū: subter te sternetur tinea, & operimentū ruū erunt vermes. Illud est hoc loco aduertendū in inferno nullā esse lætitiā, nec hos principes simpliciter ob Chaldæorū & Assyriorū regū excidiū fuisse lætatos, sed habuerunt se ad modum eorum, qui gaudio aliquo afficiuntur. Vel ideo ait propheta eos oblectatos fuisse, quia respectu cruciatuum regis eorum pœna exigua videbatur. At illi semper cruciantur. Ita enim ait Esaias: Vermis eorum non morie- Esa.66. tur, & ignis eorum non extinguetur. Et apud diuum Marcum ait Christus: Bonum est tibi Mar.9. debilem introire in vitam, quàm duas manus habentē ire in gehennam, in ignē extinguibilem, vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Iob pœnas damnatorum describens, ad nimium calorem, inquit, transeat Iob.24. ab aquis niuium, & vsque ad infernos peccatum illius. Id intuens animo diuinus psalter, describens miserabilem impiorum exitum canebat: Sicut oues in inferno positi sunt, mors Psa.48. depascet eos, & dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Vbi impios in inferno cruciatos cū ouibus cōparat, nō ad animi mānsuetudinem, & vitæ innocentiā, quā nō habuērūt, sed ad ignauam eorū imbecillitatem significandam, qua nec effugere nec depellere supplicia vnquā potuerūt. Pastor, qui tales pascit oues, crudelissimus est, nempe mors æterna, & suppliciū, quod nunquam finietur. Esaias ca- Esa.30. pite 30. infernum & dānatorum pœnas multis verbis describit.

Nam ipsi cum eo descendent ad infernum. Co-

dices correcti habent, descenderant. Sensus est: Qui in inferno erant, gauisi sunt, quòd omnes illuc descéderant, non solũ ipsi, sed rex, etiam si temporibus diuersis.

Et brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius. Id est, vnusquisque principum illorũ in medio nationũ, quæ erant in inferno requiescet sub pœna regis Assyrij, quasi sub vmbraculo quodã. Videtes enim eius tormẽta quodammodo exultabũt, quòd eorũ minorã sint. Metaphora est sumpta ab ijs, qui defessi de via, & solis feruore fatigati accedẽtes ad opacum arboré, sub eius vmbra requiescunt. Quibus ita veruntur. Sed & ipsi descenderunt cũ eo ad infernos, ad interfectos gladio, qui sub vmbra brachij eius sederũt in medio gentiũ. Dilucidè profectò & distinctè.

Cui assimilatus es ò inclyte. Apostrophe est ad Pharaonem. In principio capitis direxit diuinus vatẽs verba sua ad Pharaonem regẽ Aegypti, qui se similem in opibus, & potentia, & nominis celebritate regi Assyriorũ faciebat, etiam si multò esset inferior illo, vt fuit ex capitis processu perspectum & exploratum. Sed & si Aegyptius se vellet Assyrio comparare, non deberet tamen sibi perpetuitatẽ promittere, cùm luctuosissimum Assyrij exitũ conspiceret. Narrata igitur floréte Assyriorũ regis fœlicitate, & miserabili excidio, vt vnde digressa fuerat, rediret oratio, reuertitur ad Pharaonem, dicens: Cui te similem fecisti ò rex illustris? Quæ est hæc tua verborum iactatio? Quid inflaris, & intumescis! Tu certè calamitosum habebis exitum, & cũ rege Assyriorũ ad infernum descendes, vbi in æternum cruciaberis. Et cui te similem in vita fecisti, similis eris in morte. Ne existimes fieri non posse, vt calamitati succũbas, ac si esses immortalis, & semper felix, nam eris absque dubio ærumnis oppressus, nihilque erit tam miserum, & calamitosum, quod in te cadere non videatur, & postremò ad cæcas inferorum tenebras, & æternas tartarorum pœnas relegaberis.

Et ecce deductus est cum lignis voluptatis ad terram vltimam. Id est, tu cum alijs principibus, qui tibi similes, mũdi voluptatibus ducebantur, æternis in inferno cruciatibus torqueberis. Ita ait diuus Ioãnes in Apocalypsi: Quãtum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantũ da te illi tormentũ & luctũ. Vide loci damnatorum epithera. Hoc capite appellatur terra vltima, infernus, abyssus, terra infima, lacus, infernus. Alijs autem locis appellatur fouea, gehẽna, terra obliuionis, puteus interitus. *Apoc. 18*

In medio incircumcisorum. Hoc est, inter infideles, qui enim circuncisi erãt, & in gratia mi grabant, ad limbũ patrum descendebant, non ad locum impiorum. Durante lege vetere solum circumcisis fideles vocabantur, & vera cordis circũcisio à veris Christianis obseruatur. De ea dixerat Deus: Circuncidite præputium cordis vestri. Qua de re ea potestis videre, quæ supra diximus cap. 28. verba illa explanantes: Morte incircumcisorum morieris. *Deu. 10. Sup. 28.*

Ipse & Pharao, & omnis multitudo eius. Hoc est, hic est finis Pharaonis, hic est tristis & grũnosus exitus illius, & multitudinis ac factionis eius, in hac miseria claudit sũ diẽ ille, qui opibus, & mũdi gloria, magnos principes superabat. In hoc conuersa est eius superbia & arrogantia, & diuitiarũ opulentia. Ita obscuratus est eius splẽdor, ita extincta est eius claritas, ita labefactata est eius amplitudo. Cõsidera quæso mundi inconstantiã: In hoc solum est constãs, & nullã habet cõstantiã, eius ordo est nõ seruare ordinem, eius firmitudo nullã habere firmitudinem. Eius opes & potentiam appellat merito: Elatus puluerem tenuem, fumũlam pertranseuntem, somnium visionis nocturnæ. Et liber Sapientiæ vmbram, nuntium percurrentem, nauem fluctuosas aquas velociter per meantem, cuius vestigium, cùm præterierit, inueniri non potest, & auem aere peruolantem, cuius itineris ne signum quidẽ videtur, & sagittam emissam, cuius transitus non apparet. Id intuens cecinit diuinus psalmo: Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Inanem mundi gloriam, fallacem eius spem, & incertas diuitias appellauit vanitates & insanias, & nõ quascunq; sed insanias falsas. Voluit illustrissimus rex, & sapientissimus propheta suadere mortalibus esse immortalitatẽ quærendam, & ad Deum summa cum fiducia confugiendum, fallacem verò mundi felicitatem nõ esse in bonis commemorandam, cùm vana sit, & insana, & mendax, & ab ijs sæpe possideatur, qui sibi temerè præsidunt, & scelerum maculis contaminantur, & cogitationes suas in res inanes abijciunt, quæ eos sæpe numero fefellerunt. Id intuens Ecclesiasticus dixit: Substantiæ impiorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. In humanis historijs scriptum legimus fuisse tempore Octauiani Augusti quendam insignem pictorem, qui tabulam manu sua depictã, & singulari industria elaboratam obtulit imperatori, in qua erant omnes illi principes depicti, qui illustri laude celebrati nomen suum immortalitati commẽdauerant, quorum res gestæ fuerãt annalium monimentis consignatæ, & posteritati propagatæ, inter quos in loco eminentiore erat idẽ Octauianus imperator tanquam eorum princeps, *Psa. 39. Eccli. 40. Esa. 34. Sap. 5.*

ceps collocatus. In parte verò inferiore tabulæ erant omnes tyranni immanitate notati, & scelerum maculis imbuti, quorum princeps erat Phalaris impius Siciliæ rex, tyrannorum quondam atrocissimus. Cùm autem Augustus oculos in tabulam sibi dedicatam conieciisset, miris laudibus extulit eius picturam, non autem inuentionem. Dixit enim non esse æquum, vt Phalaris illic poneretur, tanquã tyrannorum princeps, cum sapientes viros profecutus fuisset fauore & amore, insipientes verò minimè. Præterea non decere seipsum imperatorem adhuc viuentem principem constituere mortuorum, qui ob res præclarè gestas eam memoriam reliquissent, de qua nulla ætas conticesceret: nam durante vita nullus erat homo, quamuis in excelso dignitatis gradu constitutus, qui non posset & a sublimi mundi gloria, & ab insigni virtute præcipitari. Eam ob causam Solon Salaminius Athenẽsium legislator Croeso Lydorũ regi ditissimo ingẽtes et opes ostentanti intrepidè dixit, neminem esse felicem, dum viueret, cũ temporum varietati subiaceret: & tum demũque iudicari, beatus ne quis fuerit, cùm extremum vitæ diem morte confecisset. Cuius sententiæ Croesus quanquam tunc fuit irrisor, postea tamen meminit, cùm captus à Cyro ad vitæ exitum vocaretur. Authores sunt huius historiæ Herodotus libro primo, & Plutarchus in vita Solonis, & alij. Hanc Solonis sententiam confirmauit Darius Persarũ rex, qui Alexandrum Macedonem contemnens bello eum aggressus est, de quo Alexander exiguis copijs victoriã reportauit. Ditissimus fuit Darius, & fastu ac potentia mortales oẽs superabat: sed in tantã incidit calamitatẽ & inopiã, & ignominiã, vt amitteret regnũ, & opes, & videret exercitũ suum profligatum, vxorem & filias suas captiuas, & eos quos amore prosequebatur, interfectos. Et cum esset vulneribus traiectus, & mortem in visceribus haberet cõceptã, petijt à Polystrato poculum aquæ, quã cũ sitiẽs obbibisset. Ad id, inquit, ærumnarũ perueni, vt tibi beneficiũ hoc, quod in me contuliisti, nullo possim præmio recompensare. Quibus dictis efflauit animã, significans interruptis ac morientibus vocibus in quã infimã miseriam ex alto dignitatis gradu incidisset. Author est Ioannes Monachus post Quintum Curtium in vita Alexandri. Multos silentio prætereo, qui cũ ingentibus opibus, & magna potentia floruissent, in grauissimas ærumnas ad extremum inciderunt. Sed dices fortasse: Cur permittit Deus, vt impij tyranni aliquando diuitijs circumfluant? Huic obiectioni respondit quondã Dionysius tyrannus in hũc modum, vt refert Eusebius libro de præparatione euãgelica octauo. Vt animalibus, quæ saginantur, solet copia cibi & potus offerri, non ad aliud quàm ad eorum perniciem, vt occidantur, & comedantur, sic mundus eos reficit & recreat aliquando, qui sunt intolerandis vitiorum labibus contaminati, vt eos interficiat, & deuoret. Vt arborum rami nimia vbertate, & fructuum pondere frangantur, sic multis immoderata diuitiarũ affluentia & prosperitas perniciem machinatur. Et quemadmodũ ab excelso potentiæ loco, à mundi gloriæ fastigio multi præcipites ad extremam ruerunt ignominiã, ita à virtutum vertice ad infima & execranda flagitia. Id voluit diuina scriptura in illa altissima scala significare, quã vidit Iacob, per quam quidã ascendebant, quidã verò descendebant. Cecidit ex scala ille, qui aiebat: Adhæsit pauimento anima mea. Qui antea erat in cacumine constitutus, ruit in terrã, vbi prostratus pauimento adhærebat. Ideo ait diuus Paulus: Qui stat, videat, ne cadat. Hoc homini illi euenit, qui descendebat à Ierusalẽ in Iericho, & incidens in latrones, fuit omnibus virtutum ornamentis spoliatus. Qui à virtute, à gratia, ab animi securitate & quiete, à visione pacis, qui denique à Hierosolyma in peccatum mortiferum, in mundi scelera, in pestiferas flagitia, qui denique in Iericho descendit, & ab scalæ fastigio ad pauimentũ cecidit, in latrones incidit immanissimos, in impios cogitatus, in dæmonẽ, carnem, & mundum, crudelissimos animorum inimicos, qui in illum irruerunt, omnibusque virtutũ diuitijs spoliauerũt, grauissimisq; vulneribus fauciũ deformarunt? Vt autẽ intelligeremus peccatum summè deo displicere, noluit Christus hominem illum nominare tantum ait: Homo quidã descendebat de Ierusalem in Iericho. Eodem modo cũ Christus historiam narraret de iusto mendico & diuite epulone, dixit mẽdicum appellari Lazarũ, nomẽ autẽ diuitis ipsi noluit exprimere, nominari non meretur, qui se vitijs cõtaminat. Discipulis suis dixit Christus: Nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et diuus Paulus in epistola ad Philippenses, vbi adiutorium suorum meminit, subdit: Quorum nomina sunt in libro vitæ. De impijs verò ait psalmographus: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Idem videtur esse & iustorum & viuentium liber, qui non scribuntur cum iustis, etiam cum viuis non scribentur, iustus enim ex fide viuit. Diuus tamen Hilarius existimat in libro viuentium eos esse, qui omnia legis præscripta seruabant absque Christi cognitione, iuxta id quod ait apostolus in epist. ad Galatas: *Similè. Similè. Genes. 28 Psal. 118 1. Cor. 10 Luc. 10. Philip. 4 Psal. 68. Habac. 2. Rom. 1.*

Gal.3. Quis qui fecerit ea, viuet in illis. in libro autem iustorum eos scriptos esse, quibus iustitia Christus factus est. Itaque in libro viuentium scriptum esse, est iuxta eius sententiam prædestinatum esse ad vitam, esse autem in libro iustorum scriptum est esse iam per Christum iustificatum. Et vt hic homo, qui descēdit à Ierusalem in Iericho, quem Deus ob eius flagitium noluit nominare, ruit ad dedecus & miseriam, ita magni principes à mundi gloria ad infamiam interdum descendunt, & amissis opibus & honoribus ad cæcas illas & æternas tenebras relegantur, vbi perpetuis cruciatibus torquentur. Huiusmodi sunt rex Assur, & rex Aegyptius, vt hoc loco diuinus noster vates testatur. Hic est verus, & germanus meo quidē iudicio huius capitis sensus. Poteris nihilominus per regem Assyrium Lucifetum intelligere principem apostatarum angelorum, qui superbia elatus è cœlo cecidit in infernum, per regem verò Aegypti anti christum. Et tunc est sensus: Si Lucifer cecidit è cœlo in infernum, cum esset angelus dei, quomodo tu ò antichriste non corrues, cum sis homo, si quidem ex incredibili superbia elatus?

Annotationes ex hebræo in caput XXXI.

Frondibus nemorosus. Septuaginta habent: Densus in vmbra. Pagninus: Ramis densis inumbrans. Quæ omnia in idem recidunt: In hebraico est חרשׂי בצך chorex metsal. Esa.17. Nomen chorex propriè ramum significat, & aratrum. Vbi Esaias ait: In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra. Pro aratris verti potest, sicut rami. Vt sit sensus: Quemadmodū Euzi, & Amorthæi venientibus ex Aegypto Hebræis relinquebāt in sylua ramos & ligna, quæ cædebant, seq; fugemandabant, sic ò Samaria aduenientibus Assyrijs ciuitates tuas munitas relinques. Vertit autē interpres Latinus aratra, quoniā derivatur dictio hæc à verbo חרשׁ charax, quod Psal.128 significat arare & fabricare, vt in psalmo: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suā. Quæ verba in hūc modum vertit ex hebræo diuus Hieronymus: Super ceruicem meam arabant arātes, prolongauerunt sulcum suum. Et Felix: Supra dorsum meum arauerunt arantes, protraxerūt sulcum suum. Vult significare imposuisse scelerator homines eius dorso grauissimū pondus, & acerbissimas in illum contumelias ecisse, quibus eū dominus leuauerat. Ipse enim Matt.11. ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Significare autem verbum hoc arare indicat apertè locus ille Oseæ: Arastis impietatem, iniquitatem Osee.10. messuistis. Significat etiam silere, & obsurdescere, vt in psalmo: Deus meus ne sileas à me. Psal.27. Vel, vt potest verti: Ne obsurdescas mihi. Prophetica loquendi forma & consuetudine tum Deus dicitur respondere fundenti precationes, cùm eum exaudit, eique postulata cōcedit: tum autem dicitur silere, cùm non exaudit, & orantis voluntati resistit, aut ei petita non largitur. Loqui deum idem est quod facere: Ipse dixit & facta sunt: tacere autem & silere est non facere. Videbatur Deus Dauidi silere, cùm permittebat affligi, & variis calamitatibus torqueri, & exagitari. Ideo has pias & ardentes voces ad dominum fundebat: Ad te domine clamabo: Deus meus ne sileas à Psa.14. me, ne assimilar descendentibus in lacum. Clamabo dixit Hebræorum more, pro, clamo iugiter. Significat præterea verbum hoc cogitare, & machinari: ideo Prouerbiorū illud. Prou.14. Errāt qui operantur malum: vertit Pagninus: Errant cogitātes malum. Potest verti: Frustrabuntur, qui malum machinantur. Ab hoc verbo deriuatur nomen charax, quod significat artificem ab excogitando, quòd solers & ingeniosus artifex nihil faciat absque cogitatione, & deliberatione, & consilio. Vel à tacendo quòd alios faciat silere, & attonitos reddat atq; stupefactos. Eam ob causam erat Patauij statua Titi Liuij super fores prætorij claudens os digitis suis. Voluerunt imaginis illius opifices significare, tantam fuisse Liuij eloquētiam, vt alios redderet stupidos & admirantes, eisque indicerent silētium. Propriè tamen nomen hoc significat fabrum lignariū: locus autem arborum & lignorum, ex quibus ille efficit opera sua, dicitur chorxah. Vnde chorex significat arboris ramū, & ipsius rami frondes: & hanc significationē secutus est noster interpres, dicens: Frondibus nemorosus.

Rimos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Pagninus habet: Ad vniuersa ligna agri. Dictio hebræa & regionem significat & campū. Sensus est: Vorago illa opum nutriebat subditos, in omni Aegypti regione habitantes.

Operui eum abyssо. In hebraico est, אתהלחי he oualeti. Verbum est aual, quod significat operire, & lugere. Eam ob causam verterunt septuaginta interpretes: Luxit eum abyssus. Diximus in explanatione nomine aquarum significari populos, & ex cōsequēte nomine abyssi multitudinem populorū. Est igitur sensus iuxta translationē septuaginta: Multitudo & celebritas gentium, & populorū regi Assyrio subiectorū, & oēs denique, qui eum

cum viuum laudibus efferebāt, mortuū deplorauerunt. Quidam vertūt: Operui super eum abyssum, Vt sit sensus: Pro eius nece operui luctu omnē populum suum. Huic interpretationi fauet Pagninus, qui trāstulit. Operire feci super eum voraginem sacco. Solebat quondā populus pro obitu regis se saccis induere. Per voraginem aquarū profunditatē intelligit, hoc est, innumerabilē hominū multitudinem, qui fuerunt ob luctuosum sui regis interitum saccis induti. Si hi pro corporis morte lachrymas fundebant, & saccis induti iacebāt in squalore, nōne debemus pro animarū morte nos multò acerbiùs affligere? Peccatū, cùm Iacob.1. consummatū fuerit, generat mortem. Sin autē homo mortuus per peccatum nō resurgit per gratiam, sed in lethali migrat flagitio, moritur Sap.16. in æternum. Quæ est causa huius mortis? Pec- Sap.18. catum. Ita dicitur in lib. Sapiētiæ. Homo per malitiam occidit animam suam. Et Ezechiel. Anima, inquit, quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed mors hæc, dum homo viuit, mori potest, Ioan.5. & per Christi gratiam deleri. Ait enim Christus: Venit hora, & nunc est, quādo mortui audient vocē filij Dei, & qui audierint, viuent. Rom.6. Et diuus Paulus in epistola ad Romanos: Stipendia peccati mors, gratia autē Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. At mors inferni æternā penitus est, à qua nemo eorum, qui illic iacent, liberatur. De illa ait diuus Io- Apo.20. annes in Apocalypsi: Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis: hæc est mors secunda. Cùm autē ignis ille sit æternus, vt ait Christus Mat.25. Deus noster: æterna est etiam illorū mors, qui Mar.9. eo cruciantur. Ideo ait idem dominus: Ibunt Matt.25. impij in supplicium æternum, iusti autē in vitam æternam. Quā ob causam canit Ecclesia: In inferno nulla est redemptio. Nec solūm Christiani, sed nōnulli ex ethnicis hoc asseruerunt, quorum vnus fuit Vergilius, qui post quam in sexto Aeneidos dixit facilē esse descensum ad infernū, subdit: Sed reuocare gradū superasq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Plutarchus in lib. de his, qui seriùs à Deo puniuntur, quendam asserentē inducit, homines teterrimos, sceleratumque maculis notatissimos post mortem in obscurum quendā, & qui reseruari nequeat, locum intrudi. Socrates apud Xenocratem ait impij animam in occultum sub terra locum migrare, & regionem illam æneis catenis vndique vinciti. Mercurius Trismegistus multis etiam verbis æternā mortem in inferno describit. In hac sententia fuit Orpheus, Iamblicus, Plotinus, & ante hos duos admirabilis ille Plato, quē Aurelius Augustinus Christianę veritati facit propinquiorē. Mercurij, & Platonis verba refert Cœlius Rhodiginus lib. 6. lectionum antiquarum. Et quāuis ethnici & fide & charitate carerent, seque in scelera nefanda ingurgitarēt, multa tamen dixerunt vera & vtilia, quibus perpetuā sibi famā compararunt. Vt ex vili terra pretio Simile. sum aurum aliquando producitur, sic permitteute deo ex infideli homine bona aliquando procedit doctrina. Et vt aurum eligitur, & terra relinquitur, sic nos ab iniquis doctrinā salutarē accipere debemus, si eam protulerint, depranatos autem eorū mores detestari. Nec ob eorum infidelitatem debemus elegantes eorū libros contemnere, & penitus repudiare, dum modò non sint prohibiti, quin potius moderatē & cautè legere interdum, si opus sit. Vt si vi Simile. gente solis æstu iter fecerimus, etiam si aliā ob causam illud faciamus, fiet natura tamen, vt coloremur, sic si eorum libros attentè legerimus, qui eloquentia & philosophia præstiterunt, etiam si non eam ob causam, sentiemus tamen orationem nostram eorum elegantia quasi colorari.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXII.

CApite superiore ostendit multis verbis regit Assyriorum opes, potētiam, & celebritatem, quæ omnia ad extremum miser ille princeps amisit: nam omni humano præsidio nudatus, fuit summis calamitatibus oppressus, & immaniter occisus, & ruit præceps ad exitium sempiternum. Et in fine capitis prædixit fore, vt similibus æruminis rex Aegypti vrgeretur. Nunc eius deiectionem & miseriam verbis persequitur, & flebilibus vocibus lamentatur. Sed priusquam felicitatem describit, vt infelicitatis exaggeret magnitudinem: nulla est enim maior molestia, quàm ea, quæ est cū præteritæ voluptatis recordatione sociata. Nihil magis calamitosum est, quàm fuisse felicem: grane est magnum aliquid amittere, quod vehementer diligebas, sed facilis esset hæc iactura, nisi esset rei amissæ recordatio.

CAPVT XXXII.

ET factum est duodecimo anno, A in mense duodecimo, in vna mē sis: factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis assume lamētum super Pharaonem regem Aegypti: & dices ad eum: Leoni gentium assimilarus es, & draconi, qui est in mari. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis, & cōturbabas aquas pedibus tuis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

conculcabas fluminia earum. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorũ, & extraham te in sagena mea, & proijciã te in terram. Super faciem agri abijciã te, & habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. Et irritabo terrã fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. Et operiam, cùm extinctus fueris, cœlos, & nigrescere faciam stellas eius: solem nube tegã, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus. Cùm ceciderint vulnerati in medio terræ, ait Dominus Deus: Et irritabo cor populorum multorũ, cùm induxero cõtritionem tuã in gentibus, super terras quas nescis, & stupescere faciam super te populos multos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt super te propter vniuersas iniquitates, quas operatus es, cum volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent repentè singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ: quia hæc dicit Dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi: in gladijs fortium deijciam multitudinem tuam. Inexpugnabiles omnes gentes hæ. Et vastabunt superbiam Aegypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdã omnia iumenta eius, quæ erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis vltrà, nec vngula iumentorum turbabit eas.

Sap. 12. d. & 17. f

B

Esa. 13. b Ioel. 3. c. Mat. 24. c.

EXPLANATIO.

Et factũ est duodecimo anno. Subaudi, à trãsmigratione Iechoniæ, mẽse duodecimo, qui ab Hebræis appellatur Adar, nostro Februario respõdens: Diximus enim primo cap. primum apud Iudæos mẽsem appellari Nisan, quem Marium apud nos. Vnx mensis, hoc est, prima diẽ Februarij. Iuxta Hebræorum cõputationem, fuit hoc anno à mundi creatione 3348. anno autem ante aduentũ Christi 614. sed iuxta computationem Eusebij Cæsariẽsis in lib. de temporibus fuit anno à mundi constitutione 4611. Accidit enim contigisse Iechoniæ transmigrationem anno mundi 4600 hoc autem contigit anno duodecimo, à transmigratione, obtinente Romæ regnum Tarquinio Prisco, olympiade. 45.

Assume lamentum super Pharaonem. Quoniã fuit à summa mundi gloria ad summam miseriam præcipitatus. Hortatur nos Deus ad misericordiam, quæ est iuxta Damasceni sententiam tristitia in malis alienis. De illa ait Christus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. Et rursus: Euntes discite, quid est, misericordiam volo, non sacrificium.

Matt. 5.

Matt. 9.

Leoni gentium assimilatus es, & draconi, qui est in mari. Vt leo inter terrena bruta obtinet principatum in fortitudine, & crudelitate, & draco siue cetus inter aquatilia in magnitudine & potentia, sic tu gentes omnes superas potentia, immanitate, & nominis amplitudine. Leo, vt ait Salomon in Prouerb. est fortissimus bestiarum. Eam ob causam solet scriptura tyrannos leones appellare. Loquẽs Dauid de tyrannide Saulis, eumque sequentium, qui eum ipsum ad eẽdem cupiditatem à quærebant, ait: Susceperunt me sicut leo paratus ad prædã, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Et rursum: Salua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Vbi leones & vnicornes appellantur homines potentes & feri, & immanitate barbari. Psalmo 33. vbi editio vulgata habet: Diuites eguerunt, & esurierunt: habet translatio diui Hieronymi ex Hebraico: Leones indigauerunt, & esurierunt. Ita appellat tyrannos & potentes, qui solent infirmiores opprimere. Eodem modo Esaias, Vitulus, inquit, & leo, & ouis simul morabuntur. Quibus verbis nihil aliud voluit diuinus vates significare, quàm gentium indomitarum & immanium à tauris & leonibus non differentium ad pios & mites mores eorum qui mansuetudine & pietate cum ouibus conferuntur, futuram conuersionem. Loquebatur de admirabili Christi in mũdum aduentu, & de Gentiũ ad fidem vocatione, & tunc more prophetico ea, quæ ferè erãt propter mores seruos, prædixit rudicta seritate esse ad religionẽ pietatis plenissimã conuertendas. Ita hũc locũ interpretatur verè quidem & sapiẽter Eusebius Cæsariensis libro secũdo de demonstratione Euangelica, cap. 4. & libro tertio, capite 2. fere

Psal. 16.

Psal. 21.

Psal. 33

Esai. 11.

Prou. 30.

Ieremias etiam volens Hebræorum excidium per crudelem Nabuchodonosorem narrare, ait: Percussit eos leo de silua. Aspicis igitur nomine leonis significari hominem potentem & immanem. Sed volentes antiqui significare debere potentiam cedere sapientiæ, leonẽ pingebant caput noctuæ inchoantem, per noctuam Minerue dicatam sapientiam significantes, cui leo, hoc est, humana potentia se subiicere debet. Poteris per leonẽ tyrannidem intelligere, quæ est è republica proijcienda & expellenda. Id significabat Pytagoricum illud præceptum, animalia cirunguia non esse nutrienda. Id intellexit Aeschilus, cùm leonis catulum asseruit non esse in republica nutriendum, sed ex ea separandum. Intelligi autem per cetum siue draconem maris mundi principes & tyrannos indicat locus illæ Esaiæ: In die illa occidet dominus cetum, qui in mari est. Et rursus de Pharaonis interitu in mari rubro ait: Nũquid non tu domine percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare? Et psalmographus: Tu confregisti capita draconis. Et noster Ezechiel cap. 29. eundẽ Pharaonem, de quo loquitur in præsenti, draconẽ magnum vocauit. Quemadmodũ draco aquatilia siue cetus alios deuorat pisces, sic Pharao homines minus potenter trucidabat, & eorũ veteres, illibataque opes in profundissimum libidinum suarum gurgitẽ profundebat. Fortasse ideo Pharao comparatur cum leone terreno, & draconе marino, quia dominum terræ, & maris se esse existimabat. Vel quia Aegypti regioni dominabatur, quæ non solùm magnã obtinet terræ planitiem, sed propter maximam Nili inundationem est aliquando ferè tota aquarum plenissima. Et quoniam hæc Aegypti inundatio incipit singulis annis mense Iulio, intrante sole leonis signum, tunc enim incipit crescere Nilus, & aquarum inundatio totam apetire terram, ideo per caput leonis significabant quondam Aegyptij aquarum multitudinem.

Esa. 27.

Esai. 51.

Psal. 73.

Sup. 29.

Et ventilabas cornu in fluminibus tuis. Hoc est, in Aegypto aquis Nili redundante tuam fortitudinem & potentiam ostendebas. Ventilare cornua est superbiam, & potentiam, & ferociam ostendere, & diuitias iactare. Metaphora à tauris desumpta. Potest dictio hæc, cornu, in ablatiuo esse, vt sit sensus: Tu cornuto, hoc est, potentia tua alios vulnerabas, & longè proijciebas. Ita intelligitur illud psalmographi: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Hoc est superabimus, & à nobis longè propellemus. Ventilabat Pharao superbia sua imbecillos homines, non considerans se esse mortalem, nec aduertens, esse Deum summum iudicem, cui erat suorum factorum ratione redditurus. Nõ existimabat se esse moriturum, nec versabat in deliberando animũ, sed quicquid illi veniebat in mentem, deprauato appetitui gratũ, absque deliberatione faciebat. A prima cogitatione ad opus nulla erat distantia, quoniam nulla inter erat ratio, nulla deliberatione, nullũ cõsilium, pro ratione succedebat voluntas, pro deliberatione voluptas. Nõ intuebatur, deliberandũ esse diu, quicquid statuendũ sit semel. Vitæ nostræ scala quædã est in excelso loco cõstituta, cuius primus gradus cogitatio est, vltimus verò opus in medio autẽ sunt multi alij gradus cõsideritionis & deliberationis. Vt autẽ homo facilè caderet, sivellet à primo ad vltimũ absq; medijs peruenire, sic qui primam cogitationem statim exequitur absque deliberatione, quæ afferat vtilem curam cogitandi, nec considerat, offendat nec ne Deum, aut proximum, nec aspicit retrò humanarum exitum, & mundi varietatem, facilè ruit, & præceps in exitium cadit. Oportet deliberationũ gradus prius attingere, & per eos firmiter incedere, vt in vltimo & altissimo gradu tranquilli maneamus. At superbus hic Aegyptiorum princeps ob cõsiderationis defectũ fuit in interitum miserabilem, quem nunc noster Ezechiel flebilibus vocibus deplorat.

Simile.

Et conturbabat aquas: Hoc est, populos: dixi mus capite superiore nomine aquarum populos significari, iuxta illud Apocalypsis: Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & gentes, & linguæ. Vel per aquarum conturbationem intelligitur turbulenta gubernandi ratio. Princeps debet populũ pascere pabulo pingui, & aquis claris & salutaribus. Aqua lucida & pura est vitæ modestia & tranquillitas, & pia ac catholica doctrina, iuxta illud Ecclesiastici: Aqua sapientiæ salutaris potabit illũ. Hæc est illa recreatrix aqua, de qua ait regius vates: Super aquam refectionis educauit me. At Pharao rex Aegypti omnia miscebat & conturbabat; erat enim impius, & immanis, & discordiæ amantissimus. Poterit nomine clarissimi aquatũ virus pios, virtute præditos, & sapiẽtia præstantes intelligere, quos nefarius homo cõturbare cõtẽdit, opprimere, & lõgiùs propellere, ne eius scelera aperte viderentur. Camelus, vt author est Plinius li. 8. cap. 18. accedẽs ad puras & claras aquas, prius eas conturbat, quàm bibat. Nam si tranquillæ & lucidæ extiterint, terretur camelus, videns in illis suam deformitatem & fœditatem. Aquæ lucidæ & quietæ speculum sunt, in quo respiciẽt prospicientium vultus. Eadem modo viri iusti & sapientes aquæ sunt perspicuæ, in quibus veluti in claro speculo apparent non solùm virtutum imagines, & earum claritas & pulchri-

Ecc. 15.

Psal. 22.

Simile.

Apo. 17.

Psa. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchritudo, sed fœdæ sceleratorum labes, & maculæ teterrimæ. Ideo impij homines & sceleribus imbuti vitos honestate cõspicuos, & doctrina excellentes affligere contendunt, in eosque contumelias iaciunt, & ventos excitant, vt eos perturbent, & à conspectu suo longè proijciant, ne coram illis impia eorum flagitia apertè conspiciantur. Efferunt se homines flagitiosi insolenter, & potentia ad aliorum perniciem abutuntur. Est memoriæ proditum, pictorẽ quendam, qui malè pinxerat gallos gallinaceos, iussisse famulo, vt veros gallinaceos longè propelleret à tabula, ne ficta comparatione eius deprehenderetur ignauia. Sic qui specie honestatis flagitia cooperit, qui virtutis imaginem malè depingit, vitos virtutibus insignes procul abigere conatur, ne ex illorũ collatione eius fictæ virtutes apertè cognoscantur. Ex quo efficitur, vt homines impij vitam iustis conentur eripere, & eorum nomẽ ex hominum memoria funditus delere. Hæc est causa, cur nefarij Iudæi Christum Deum nostrum eos à maleficijs & sceleribus deterrentem, & ad virtutem & sinceritatem diuini numinis cultum adhortantem iniurijs acerbissimis prosequerentur, nec ab impio illo furore desisterent, donec eum maximis cruciatibus affectum, & grauissimis vulneribus confossum immanissimè interfecerunt. Vt cantharides venenosi vermiculi inter triticum vberrimum & lætissimum nascuntur, & inter rosas odoriferas, & maximè florentes, sic impiorum inuidia in præclaris aliorum virtutibus versatur, res pulcherrimè gestas illustrium virorum cogitat, eos comitatur, qui virtute & sapientia alijs præstãt, ex quibus vera gloria efflorescit, & redundat. Hinc procedit detractio & maledictum: est enim inuidus vsqueadeo corruptus, vt quò clariora sint iustorum facinora, eò magis ea detestetur. Illi accommodantur verba illa Esaiæ: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Hanc inuidiæ corruptionem innuit ijs verbis Salomon in Prouerbijs: Putredo ossium est inuidia. Vt vestis putrefacta non recipit ablutionem, sic anima corruptione inuidentiæ putrida nõ facilè abluitur. Quin potius quò amplius crescit aliorum gloria, eo magis ipsa corrumpitur, & deprauatur. Nec solùm inferiores superioribus inuident, sed qui in excelsiore loco sunt constituti, subditorũ virtute aliquãdo cruciantur: quo fit, vt eos affligant, & conturbent, quemadmodum faciebat Pharao, Cui dicit Ezechiel: Qui conturbabas aquas.

Simile. *Esai. 5.* *Pron. 14* *Simile.*

Et conculcabas flumina eorum. Non solùm quascunque aquas pedibus conculcabas, & conturbabas, sed aquarum flumina. Quidam codices habent: Flumina eorum, hoc est, aliorum agros aquis affluentes. Forsasse hoc ait propter Pharaonici exercitus magnitudinem, qui omnes Aegypti aquas poterat transiens conculcare.

Expandam super te rete meum. Ego, ait Deus, te capiam, & occidam. Metaphora est sumpta à piscatoribus retia in mare proficientibus ad pisces capiendos & necandos. Rete suum appellat Deus regem Babylonis, quo ministro homines superbos & impios euertebat. Haec dicẽ di exornatione vsus est supra Ezechiel capite duodecimo, & decimoseptimo aduersus Sedechiam vaticinans. *Sap. 12 & 17.*

Super faciem agri abiiciam te. Id est, postquam fueris interfectus, proijciam cadauer tuum in terram, vbi erit auibus expositum, & bestijs.

Montes & valles implebuntur ex te. Hoc est, cadaueribus exercitus tui. Tu morieris, & copiæ tuæ tecum euertentur.

Et operiam, cùm extinctus fueris, cœlos, & nigrescere fatiã stellas. Hoc est, erit tẽpus illud æruminosum, doloribus & calamitatibus plenissimum. Nulla erit quies, nulla securitas, nulla oblectatio, sed terror, clades, & turbulentissima tempestas. Audientur suspiria, gemitus, eiulatus, flebiles querelæ, & omnia mortem intentabunt. Tanta erit mœstitia & miseria vestra, vt omnia vobis obscura videantur. Nec sol, nec luna, nec reliqua astra vobis videbuntur fulgere, sed obscura esse absque vlla claritate. Nox calamitatum vestrarum omnem solis candorem dissipabit. Solet diuina scriptura magnum timorem, & acerbas æruminas solis, & lunæ, & exterorum syderum obscuritate significare. Volens Esaias triste Babylonijorũ excidium describere, ait: Stellæ cœli, & splendor earũ non expandent lumẽ suũ: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Et Iudeorum excidiũ prædicens, ita Deum loquentem facit: Induã cœlos tenebris & saccum ponam operimentum eorũ. Eodem modo Ioel: Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suũ. Et noster Ezechiel cap. 34. tempus æruminis plenum vocat diem nubis & caliginis. Christus Deus noster in euangelio: Sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Latini etiam per tempora nubibus operta calamitatem significant. Vnde ingeniosus poeta primo de tristibus: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Verùm sunt, qui hæc diuinarum literarum loca de signis intelligant diem iudicij præcedentibus, cùm Deus venturus est iudicatum viuos & mortuos. Sol autem, & luna, & stellæ

Esai. 13 *Esai. 50* *Ioel. 2* *Ioel. 3* *Matt. 24* *Matt. 13* *Luc. 21*

stellæ contra naturam suam obscurabuntur, vt ostendant esse alienum à clẽmentissimo Deo ostendere rigorem in districtissimo illo vltimo iudicio. Ostendent igitur cœli mœrorẽ, quia Deus ille, qui semper pius est & misericors, cuius proprium est misereri, tunc durè castigabit reprobos, & ad supplicia æterna absque vlla remissione relegabit, eo iustitiæ rigore vtẽs, qui à blanda & suaui clementia sua, & ab antiqua pietate videbitur alienus. Ille enim est, qui vult omnes homines saluos fieri: qui est pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis. Sed tunc seueritatem iustitiæ exercebit, & districtè iudicabit. Qui signa hæc ad mysticam intelligentiam traducunt, per solem intelligunt principes ecclesiasticos, per lunã seculares, per stellam monachos, qui in regione tanquam in cœlo fixi alios debent virtutum splẽdore illustrare: qui tales esse debent, vt possint dicere cum apostolo: Conuersatio nostra in cœlis est. At tunc sol obscuratur, & luna non splender claritate, cùm principes & præsules, contempta iustitia & æquitate, posthabita religione, affectibus gubernantur, & gubernãt, & iniquitate concitati fallis voluptatibus ducuntur. Stellæ de cœlo cadentes sunt monachi illi, qui solita tartam quietem, & monasticam trãquillitatem relinquũt, & ad mundũ reuertuntur. Vt enim pisces nonnulli marini aquã fluuiorum dulcẽ fugiunt, amara autẽ, & maris salsẽdine delectãtur, sic nonnulli tranquillã religionis obseruãtiam despiciunt, & turbulentas mundi tempestates eligunt, dulcedinẽ vitæ contemplatiuæ fastidiunt, & ad amaras mũdi perturbationes decepti homines rapiũtur. Sed qui solitudinẽ & quietem colunt, & eorũ, qui ad mundũ redierunt, scient pericula, flagitia & calamitates, illis similes sunt, qui ex terra aliorum naufragium intuentur. 1. Tim. 2 2. Cor. 1. Philip. 3. *Simile.* *Simile.*

Nigrescere faciam stellas. Hoc nunquam fuit, si vt litera sonare videtur, intellexeris: sed voluit significare fore, vtomnia Aegyptijs tristia & obscura apparerent, etiã astra splendidissima.

Dabo tenebras super terram tuam. Obscurato sole obscuratur etiam terra. Sic vitioso rege, & flagitiorum labibus corrupto, populus quoq; sceletibus contaminatur.

Et irritabo cor populorum multorum. Subaudi, contra te: cùm te afflictum captiuum duxero ad gentes tibi penitus ignotas. Vel sic: Concitabo aduersus te populos multos, cùm calamitatem tuam perspectã fecero nationibus illis, ad quas tui posteà eadem tuam confugerint.

Cùm volare cœperit gladius meus super facies eorum. Hoc est, cùm gladius ire meæ vibrato, & coruscare cœperit ante facies eorũ. Poteris per gladium Dei Nabuchodonosorẽ intelligere, quo deus impios occidebat. Eodẽ modo apud Esaiam appellat Deus regẽ Assyriũ virgã furoris sui. Impius Tamerlanus, qui attritis Turcis eorũ imperatorem catenis vinctum, currui, quo vehebatur, adiunxerat, qui Armenos, Persas, Aegyptios, Damascenos superauerat, & infinitam hominum multitudinem immaniter interfecerat, dixit se esse flagellum Dei: & vt ait Palmerius Florentinus, quocunque eius transcenderat nomẽ, sola fama, quasi fuisset missus à Deo peccatorum vltor, terribilis imminebat. Sabellicus libro octauo exemplorũ, eũ rogãti cuidam, cur nullis precibus flecteretur, toruo ac excãdescenti aspectu respondisse: An tu me hominẽ putas, & non potiùs Dei iram ad hominum pernicié in terris agentem? Idem aiunt dixisse Lupo episcopo Cretensi Hunnorum regẽ crudelissimũ. De huiusmodi hominibus dixit Salomon in Prouerbijs: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetũ concitati spiritus ferre quis poterit? *Esai. 10.* *Pron. 27*

Et dissipabitur multitudo eius. Nam Aegyptij partim fuerunt occisi, partim capti, & in diuersas partes dispersi.

Quæ erat super aquas plurimas. Id est, super agris aquarum abundantibus.

Et nõ conturbabit eas pes hominis vltrà. Id est, ita erit Aegypti solitudo propter hominũ exitium, & iumentorũ interitum, vt multo tẽpore nec hominis, nec iumẽti pedibus aquæ eius conturbentur. Vastationem Aegypti à rege Babylonis venturam his verbis prædicit.

Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleũ adducam: ait dominus Deus: cùm dedero terram Ægypti desolatã: deseretur autem terra à plenitudine sua, quã do percussero omnes habitatores eius, & scient, quia ego dominus. Plãctus est, & plangent eum, plangent eum filiæ Gentium, super Ægyptum, & super multitudinem eius plangent eum, ait dominus Deus. Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem Ægypti, & detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum ad terram vltimam, cum his qui descendunt in lacum. Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircumcisis. In medio interfectorum gladio cadent. Gladius

datus est: & attraxerunt eam, & omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircuncisi, interfectique gladio. Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eorum: omnes interfecti & qui ceciderunt gladio, quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci. Et
E facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius: vniuersi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra viuentium. Ibi Ælam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui: omnes hi interfecti, ruentesque gladio, qui descenderunt incircucisi ad terram vltimam: qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his, qui descenderunt in lacum. In medio interfectorum posuerunt cubile eius, in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchrum illius. Omnes hi incir
F cuncisi, interfectique gladio: dederũt enim terrorem suum in terra viuentium: & portauerunt ignominiam suã cum his, qui descendunt in lacum: in medio interfectorum positi sunt.

Tunc purissimas reddam aquas. Alij vertunt Tunc profundas reddam aquas eorum, sed eadem manet sententia, solent enim aquæ altę limpidæ esse, & tranquillæ.

Et deferetur terra à plenitudine sua. Id est, cũ terra Aegypti fuerit hominibus & iumentis destituta.

Planctus est. Hoc est, hæc est lamentatio, cuius supra memini, ad quam me dominus inui-
Esai.22. tauit. Eodem modo apud Esaiam: Vocauit dominus Deus exercituum in die illa ad fletum,
Amos.5. & ad planctum. Et Amos, Ego, inquit, leuo super vos planctum. Suprà etiam dixerat Deus
Sup.19. Ezechieli cap. 19. Assume planctũ super principes Israel. Et cap. 28. Leua planctum super
Sup.28. regem Tyri.

Et factum est in duodecimo anno. Eodem anno & eodem mense facta est hæc visio cum superiore, sed nõ eodẽ die præcedens enim facta fuit prima die mẽsis, hęc die quintadecima: prę cedẽs nouilunio, hæc plenilunio. Lamentatur Ezechiel defensum Aegyptiorũ ad infernũ.

Et detrahe eam ipsam, & filias gentium robustarum. Hoc est, vaticinare non solùm Aegyptiorum multitudinem, sed filias gentium, hoc est, ciuitates aliarum regionũ Aegypto vicinarum esse ad inferos proijciendas, atque in tenebrosum pœnarum lacum relegandas. Infernũ *Sup.31.* vorat terram vltimam, & lacum. Qua de re præcedente capite diximus.

Quo pulchrior es, descende. Pro descendentium imperatiuis pro indicatiui futuro, more scripturæ. Alloquitur Pharaonem, ac si diceret Quantò es alijs affluentior delicijs & opibus, tantò durius in inferno torqueberis. Quò quis blandiùs carnem nutrit, eamque blandiùs reficit illecebris, & corporis pulchritudinem animæ pulchritudini anteponit: quò est potentior, & turpibus voluptatibus inquinatior, eò acerbioribus cruciatibus punitur: iuxta illud Sapien- *Sap.6.*
tiæ: Iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potẽtes autem potenter tormenta patiẽtur. Et iu- *Apo.18.*
xta illud Apocalypsis: Quantũ glorificauit se, & in deliciis fuit, tantũ date illi tormentum & luctũ. Est enim coercenda caro, & abstinentia domanda, atque iuxta Pauli apostoli sententiã *Gal.5.*
cum vitijs & concupiscentijs crucifigenda. Vt *Similit.*
enim equo ferocienti, & fessori minimè obtẽperanti pabulum subducitur, & pro hordeo tribuitur ei palea, sic carni nostræ spiritui aduersatrici, & ob dapes, & delicias, & epularum varietates rationi rebellatrici subducenda est escarũ copia, & cibus sobrius suppeditandus, vt fedata & castigata anima sessori suo libenter obediat. Audi D. Paulum dicentem: Casti- *1.Cor.9.*
go corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne cũ aljis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Domato corpore, & in seruiturem redacto, liberiùs insurgit spiritus ad obsequiũ Dei. & ad diuina mysteria contemplanda. Nam, vt ait idẽ apostolus, Licèt is, qui foris est noster homo *2.Cor.4.*
corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur *Similit.*
de die in diem. Vt inimici in obsidione se dedunt hostibus, si illis alimenta auferantur, ita caro & sensualitas hostes animæ ablatis epulis se tradunt ipsæ animæ, & ieiunio inutilia desideria coercẽtur. His causis adducta sancta mater ecclesia Romana catholica ieiunia instituit à tempore apostolorum nõ sine exẽplo Iesu *Matt.4.*
Christi seruatoris nostri, qui in deserto qua- *Luc.4.*
draginta diebus ieiunauit. Cũ autẽ ipse dicat: *Marc.2.*
Si quis vult venire post me, abneget semetip- *Mat.16.*
sum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me, oportet *Mar.8.*
nos ieiunare, vt illũ sequamur. Si cõmortui *Luc.9.*
sumus, inquit apostolus in secũda ad Timot. *2.Tim.2.*
cõuiuemus, si sustinebimus, cõregnabimus. Et

in

2.Cor.1. in secũda ad Corin. Sicut socij passionũ estis,
Rom.8. sic eritis & cõsolationis. Et ad Romanos: Si filij, & hæredes, hæredes quidẽ dei, coheredes autẽ Christi, si tamen compatimur, vt & cõglorificemur. Nõne aspicis apertè opus esse compati cũ Christo, vt cum illo glorificemur? Id intelligens diuus Ioannes Chrysostomus ait: Si vis regnare cum Christo, patiaris cum Christo. Nostra in hac vita beatitudo in Christi imitatione cõsilit. Sed cum imitamur eos, qui Christũ imitati sunt, Christum ipsum imitamur. Eã ob causam ait bat diuus Paulus in prima ad Corinthios: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed diabolus, qui Christũ
Matth.4. tentauit, vt frangeret ieiuniũ, & comederet, vi deus nihil aduersus Christũ profeciſſe, se ad eius ædẽbra conuertit, Christianis suadens, vt ieiunio repudiato, epulis se dedant, & corpotis voluptatibus. Et his suggestionibus & insidijs magnam hominũ multitudinẽ hac nostra ætate decepit, & omnino superauit, qui contempto ieiunio, defecerunt à fide, seq; ad Lutheranos contulerunt, qui à diabolo postesti ieiunia irrident, alimentorum abstinentiã subsannant, iuscque totos in turpes voluptates in gurgitat. Tandem sequũtur magistrum suum Lutherum, hominẽ deditum ventri, libidinũ facibus mancipatum, qui nocte quadã ob nimiam comessationem & ebrietatẽ fuit morte subita correptus, & à dæmone subfocatus. Hic est præceptor, quẽ hæretici nostri tẽporis sequuntur, qualis magister, tales discipuli. Et cùm sint ab Ecclesia catholica separati, & Satanæ synagogæ addicti, & lumine gratiæ destituti, se vocãt euangelicos, & Christi sectatores. Cùm tota cõtũ perfidia, in hoc potissimũ constat, nempe in euertendo & conculcando Christi euangelio, & ipsius, eiusque Apostolorũ imitatione delenda. Vnde ieiunium vituperant, quod Christus obseruauit, & multis laudibus extulit. Tanta est ieiunij vis, vt interrogantibus discipuli, quare non potuissent dæmoniũ quod-
Mar.9. dã ejicere, respondent Iesus, vt asserit in euãgelio diuus Marcus. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Sed quoniã ieiunium ejicit dæmoniũ, præcipit ipsum dæmoniũ Lutheranis ieiuniũ penitus repudiare: Nec solùm Christus ieiunauit, & ieiunium laudauit, sed etiã voluit eius modũ docere nostres tam eximia ob inanẽ gloriam amitteretur. Eam ob causam ait. Cùm ieiunatis, nolite fieri
Matt.6. sicut hypocritæ tristes. Nihilominus tamen audent hæretici ieiuniũ irridere, & repudiare. Nonne illud est Euangeliũ Christi velle delere? Et tamen tãta est eorum insania, tã intolerabilis insolentia, tam detestanda superbia, tã impudens abstinatio, vt se Euangelij vindices esse, & Ecclesiæ Catholicæ instauratores iactent, & Christi, ac Apostolorũ imitatores impellent. O inaudita dementia, ò cæcitas deplorãda! Per diuinum vatem Ioelem ait Ita de- *Ioel.2.*
us: Conuertimini ad me in toto corde vestro, *Tob.12.*
in ieiunio, & fletu, & planctu. In libro Tobiæ sunt hæc verba literis consignata: Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere. In lib. Iodith: Scito *Iudith.4.*
te, quoniam exaudiet dominus preces vestras, si manẽtes permansetitis in ieiunijs. Diuinus psaltes cecinit: Genua mea infirmata sunt à ie- *Psa.108.*
iunio, & caro mea immutata est propter oleũ. Et ulibi: Humiliabam in ieiunio animã meã. *Psal.34.*
Et iterum: Operui in ieiunio animam meam. *Psal.68.*
Esdras libro 1. Prædicauit ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino *1.Esd.8.*
Deo nostro. Moyses ieiunauit quadraginta *Deut.10.*
dies, similiter & Elias: quam ob causam ait di- *3.Re.16.*
uus Hieronymus eos apparuisse in monte cũ *Matt.17.*
Christo tranſigurato, qui quadraginta dies ieiunauerat. Ideo aiebat diuus Paulus Apostolus in epistola prima ad Corinth. In omnibus *Mar.9.*
exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, *2.Cor.6.*
in vigilijs, in ieiunijs. Quid poterunt ad rantam nubem testimoniorum diuinorum hæretici respondere? Quid contra hæc poterunt dicere illi, qui nomen Christianum pro Lutheranico mutarunt? qui Christum pro Luthero reliquerunt? Abstulerunt ieiunium, deleuerũt obstinentiam, tradiderunt se terrori epulis, & potibus, & voluptatibus, prædicant libertatẽ carnalem, spiritus libertati inimicam, & audẽt se Christi cultores, veri Christianismi reformatores appellare. O cultores Bacchi, ò sectæ Epicureæ instauratores! Creuistis libertate ipsa Mahumetica liberiore accedente, & vultis eam sanctæ Ecclesiæ Romanæ munitissimã & turissimã expugnare, & Iesu Christi, ac sanctorum patrum doctrinã penitus delere? sed illud nũquam poteritis efficere: est enim sancta *Cant.4.*
& vniuersalis Romana Ecclesia turris illa Da- *Matt.16.*
uidis, ex qua mille pẽdent clypei, & omnis forti ornatura: de qua ait deus noster. Et portæ inferi nõ præualebũt aduersus eã. Inferi portæ sunt impiæ hæreses vestræ, quæ etsi ecclesiã oppugnẽt, eam tamen nũquam expugnabunt: imò Christiani inuicti semper in vera fide permanebunt. Stat enim firma dei promissio illic facta. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus *Matt.28.*
vsq; ad consummationẽ seculi. Doleo Luthe rani, & ægrè fero vestram ruinam, & ob excidium vestrum vim lachrymarum profundo, qui ex veritate in errorem excidistis, ex Ecclesia in Lutheranismum, ex fide in perfidiam, ex excello illustris gloriæ gradu sustulit in sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam ignominiam præcipitati, ex qua estis in æternos inferni cruciatus relegandi, nisi vos ad fidem conuerteritis, & ad sanctam, ac piam matrem Ecclesiã confugeritis, quæ vos viscerib⁹ misericordiæ recipiet, si ad eam volueritis supplices accedere. Sed dicetis fortasse, esse in sancta scriptura locum aliquem, qui faciat aduersus ieiunium: qua in re apertissimè fallimini. Nullus est in diuinis literis talis locus, nisi vos illum fingatis, aut depraueris: sensus autem, quem depromitis ex illo, falsus est, & impius, & toti scripturæ sanctæ repugnant. Quare non est, cur talem sensum summis laudibus efferatis, & aureum vocetis. Vt aurũ extra templum non erat sanctificatũ, nã templũ non sanctificabat aurũ, quod extra ipsum erat, sed quod erat in ipso, sic sensus extra diuinam scripturã, licet quibusdam admirabilis videatur, sanctus tamen nõ est, nam sancta scriptura nõ approbat sensum ipsi repugnãtem, qui extra illã est, sed qui in ipsa est, & cũ illa cohæret, non approbat sensum falsum, impiũ, hæreticũ, qualis vester est: sed verum, pium, catholicum, cuiusmodi est ille, quẽ tenet sancta mater Ecclesia Romana, quæ abstinentiam à cibis, & vitijs laudat, & asserit tantò vnumquẽque maiorem pœnã mereri, quantò magis fuerit deditus ventri, & turpibus delicijs & illecebris. Quo enim quis maiore studio corporis pulchritudinem affectauerit contẽptis ornamẽtis animi, eõ ad acerbiora torménta descẽdere, quẽ admodũ hoc loco ait Ezech. Sed de ieiunio ea poteris videre, quæ cap. 16. diximus, verba illa explanãtes: Saturitas panis, & abundantia.

Simile. Matt. 23.

Et dormi cum incircuncisis. Hoc est, cum sceleratis, qui corde sunt incircuncisi, dormies iacebis inter eos, qui fuerunt gladio interfecti, tu & AEgyptij tecum.

Gladium datum est. Subaudi, à Deo regi Babylonis: ei enim dedit Deus facultatem Aegyptios interficiendi.

Attraxerunt eam. Subaudi, Aegyptũ. Sẽsus est: Babylonij Aegyptios ad mortẽ adduxerũt

Ibi Assur & omnis multitudo eius. Hoc est, in inferno est rex Assyrius, & ij, qui cũ eo occisi fuerunt. Capite superiore diximus, fuisse hũc Assyrium à rege Babylonis victum, & interfectum ante Pharaonis euersionẽ, & magnã cũ eo Assyriorũ multitudinẽ. Hos omnes, nẽpe regẽ, & eos, qui eius impietatẽ secuti sunt, ait hoc loco Ezechiel, fuisse in nouissimis laci, hoc est, in inferno sepultos. Hac dicendi exornatione vsus est diuus Lucas, dicẽs: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.

Luc. 16.

In terra viuentiũ. Hoc est, in hoc mũdi globo. Terra viuentium est orbis terrarũ, cui opponitur terra mortuorũ, quæ est infernus. Vel per terram viuentium intelligit Iudæã, in qua iusti erant, qui viui dicuntur. Impiorũ quẽ dicitur vita, mors est. Omnis illa terra, vbi viget verus Dei cultus, spes, fides, charitas, est terra viuentiũ: atqui in Iudæa hæc omnia vigebant, ea igitur erat viuentium terra. In Iudæa erat illustre nomen Domini, & vt ait regius ac diuinus vates: Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius. Fuisse aũt Iudæam perterritam Syriorũ rege indicat diuina scriptura 4. Regum, & secundo Paralip. & capite 16. & 37. Esaiæ. Hæc est terra illa, de qua aiebat diuinus psalres: Credo videre bona Domini in terra viuentiũ. Erat tunc Dauid exul à Iudea, à Saule vndique oppugnatus, & periculis incredibilibus cinctus: sed sperabat fore, vt post longum exiliũ, & graues calamitates Hierosolymã rediret, vbi templum, & diuinũ cultum, & arcam Domini cõspiceret. Euthymius tamen cum alijs nõnullis in illius versiculi explanatione per terram viuentium hunc mundum intelligunt, vt dicat Dauid: Ceciderim animo, nisi credidissem fore, vt in hac vita regnõ meo potirer mihi diuinitus promisso, & bonis illis, quæ mihi Dominus pollicitus est viuenti. Vel per bona domini intellige Christũ, quem Dauid sperabat visurũ in terra viuentium, hoc est, in Ecclesia Dei: ipse enim, vt par est credere, cũ Christo resurrexit, eumq; vidit, & lætatus est in die illo resurrectionis, de quo die ipse cecinerat. Hæc est dies quã fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. De qui dixit Christus: Abrahã exultauit, vt videret diẽ meum, vidit, & gauisus est. Abrahã enim fuit vnus ex illis, vt credibile est, qui cum Christo ad vitã redierũt, de quibus ait diuus Matthæus: Multa corpora sanctorũ, qui dormierãt, surrexerunt: & exeuntes de monimentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

4. Reg. 19. & 2. Par. 32. Esai. 36. & 37.

Psal. 75.

Psa. 117. Ioan. 8.

Mat. 27.

Ibi AElam. Hoc est, rex AElamitarum, qui gladio interfecti ad inferos descenderunt. D. Hieronymus hoc loco ait AElamitas esse Persas. In libro aũt de locis hebraicis ait AElamitas sic vocatos fuisse ab AElam filio Sem. Iosephi Flauij libro antiquitatum primo, capite 14. hæc sunt verba: Sem verò tertio Noe filio quinque fuerunt nati: AElam siquidem AElamitas, qui Persarum fuit princeps, dereliquit, &c. Plinius libro 6. capite 28. meminit AElamitarum. Quid plura? Ieremias propheta horum AElamitarum facit mentionem cap. 49. vbi eorum euersionẽ prædicit. Hi sunt AElamitæ, de quibus ait in Actis diuus Lucas: Parthi, & Medi, & AElamitæ. Ait igitur nunc Ezechiel, AElamitas in inferno ijsdem pœnis torqueri cũ rege Assur. Nã omnes hi fuerunt in

Ier. 49.

Act. 2.

in infernũ relegãti, quẽ hoc loco appellat terrã viuentiũ, & lacũ. Qua de re supra disseruimus.

Et portauerunt ignominiam suam. Id est, secum asportarunt opera sua ignominiæ plena. Ait enim diuus Ioannes in Apocalypsi: Opera enim illorum sequuntur illos. Vel portauerunt ignominiam suam secum cum his, qui descenderunt in lacum, hoc est, hi & alij, qui ad æternos cruciatus descenderunt, non solũ hic dum viuerent, erant ignominia affecti, sed in æternum erant ignominiosi.

Apo. 14.

Posuerunt cubile eius in mediis populis eius. Hoc est, dæmones posuerunt infernale habitaculũ Aelam regis Aelamitarũ inter viuentes populos, qui dum viuerẽt, parebant ei. In sepultu eius erant sepulchra populi sui.

Ibi Nosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchra illius: omnes hi incircuncisi, interfectique, & cadentes gladio, quia dederunt formidinem suam in terra viuentium. Et non dormient cum fortibus, cadentibusque & incircuncisis, qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & posuerũt gladios suos sub capitibus suis: & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircuncisorum contereris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio, & qui cum incircuncisis dormierunt, & cum his, qui descenderunt in lacum. Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores, qui deducti sunt cum interfectis, pauentes, & in sua fortitudine cõfusi, quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum his, qui descendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & consolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharao, & omnis exercitus eius, ait dominus Deus. Quia dedit terrorem suum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircũcisorũ, cum interfectis gladio, Pharao, & omnis multitudo eius, ait dominus Deus.

Ibi Nosoch, & Thubal. Mosoch est Cappadocia, Thubal est Hispania. Suãt qui per Thubal intelligant Italiam, quoniam apud Esaiam capite vltimo, in loco illo: Tendet sagitã in Italiam, pro Isaia est in hebraico Thubal, pro quo septuaginta habent Thobel. Paulus Burgensis exponens hunc Ezechielis locum, ait per Tihubal Hispaniam significari. Lyranus per Thubal intelligit Iberiam, quod in idem recidit: Iberia enim est Hispania. Sed quoniam duplex est Iberia, vna orientalis, altera occidentalis, orientalis est iuxta Pontũ inter Colchida & Armeniam, occidentalis est Hispania, nõ dees, qui asserat hoc loco Thubal Iberiam orientalem significare. Fuit Thubal nepos Noe ex filio Iapher, vt ait Hieronymus & Eusebius, qui condidit Hispaniam ante diluuio centesimo quadragesimo, ante Troiam conditã annis septem & triginta supra sexcentos, & ante annum Christianæ salutis annis quatuor & septuaginta supra centum & duo millia, vt videre licet apud Eusebium, & Berosum. De his duobus nominibus Mosoch & Thubal disseruimus capite 27.

Esa. 66.

Sup. 27.

Et non dormient cum fortibus. Id est, nõ sepelientur cum incircũcisorum magnatibus, qui morte naturali non violenta excesserunt è vita, qui vt strenui equites honorifice fuerũt sepulti cũ mundi põpa & gloria. Sed potius interficiẽtur gladio, & iacebunt in campis insepulti, feris, & volucribus expositi, & eorum ossa in vltionem, & supplicium suorum scelerũ cõfringentur. Hoc ideo ait, quia solebãt hõc, qui fuerant inuicti, cum armis sepeliri, quibus antea induti pugnauerant, vt ostenderent nũquam se arma amisisse in bello. Sed quoniam erant sceleribus contaminati, ad infernũ descendebant. Non solùm dum viuerent, inimici erant, sed post mortem in eorum ossibus videbatur quodammodo eorum nequitia inhærere. Id fortasse significant verba hæc: Et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum. Sunt nonnulli, qui proponunt flagitia in æternum committere, & quanuis moriantur, non tamen moritur impium eorum desiderium. Cõtrà verò viri iusti parati sunt ad virtutum actiones in æternum, & licet eis vita desit, nõ deest tamen prompta voluntas. Eam ob causam dicebat regius vates: Inclinaui cor meum ad faciẽdas iustificationes tuas in æternũ, propter retributionem. Vel, vt potest verti ex Hebræo, propter finem, vt sit sensus: Ego cõsiderans finem rerum, parati domine cor meũ, ad seruandas leges tuas in æternum: Non tamen

Psal. 118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

me: fugit, posse litteram illam sic disponi: Inclinauit cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem æternam. Est autem retributio æterna ipse deus, quo beati in cælo fruuntur, qui eius præcepta in hac vita fideliter seruarunt. Poteris per arma, cũ quibus ait Ezechiel, impios ad infernũ descendere, eorũ membra intelligere, de quibus ait apostolus in epistola ad Romanos: Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo tanquam eximomnis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo. Quẽadmodum iustorum membra arma sunt, quibus ipsi aduersus hostes animæ pugnant, ita impiorum membra arma sunt, quibus & alios vulnerant, & trajiciunt, & animum suã occidũt. Filij hominum, inquit regius vates, dẽtes eorum arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Vnde diuus Gregorius in Moralibus, libro nono, capite 46. Arma inquit peccãtium sunt membra eorum, quibus peruersa, quæ concipiunt, desideria, exequuntur.

Rom. 6.

Psa. 56.

Et tu ergo. Subauditur Pharao. Alloquitur regem Aegypti, quem dicit esse confringendum inter impios, & sepeliendum in inferno cum his, quibus vita fuit ferro erepta.

Ibi Idumæa. Hoc est, in vtero eruit Idumæi. Esau filius Isaac appellatus fuit Idom, à quo regio, qui coluit, appellata fuit Idumæa.

Gene. 25

Ibi princeps Aquilonis. Hoc est, Babylonis. Erat enim Babylon ad Aquilonẽ respectu Hierosolymæ: quamobrem solent eam diuini vates per Aquilonem significare, vt Ieremias capite primo, & Ezechiel capite etiam primo, quemadmodum ibi explicimus, verba illa explanantes: Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.

Ieremi. 1.
Sup. 1.

Et venatores. Hoc est, omnes tyranni. Venatores enim oppressores sunt animarum, eorumque deceptores, & occisores. Loquẽs diuina scriptura de Nemrod, ait: Ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram domino. Ac si diceret: Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari genti suæ, fuitque tyrannus omnibus potentior, qui erant sub cælo. Id quod dicitur, coram domino, hebraismus est, ac si diceret, sub cælo, seu sub sole. In hebraico est, in facie domini. Quæ verba hunc pollunt habere intellectum. Erat coram oppressor contra conspectũ dei. Quasi diceret: Nõ latebat deum eius scelera videntem. Exaggerare voluit scriptura tyrannidẽ & fugitiuũ Nemrod, ait ea se esse in facie dei. Vel in facie Dei, hoc est, simulans se esse dei cultorem, & deum ante oculos habere. Vt enim subditi eũ terre possent, suadebat illis, se esse à Deo missum, & ex eius decreto principatum obtinere: exercebat tyrannidem, & populum opprimebat, fingẽs virtutem, & regens sub ea innumera maleficia.

Gene. 10

Nõ tamen me latet diuum Augustinum libro sexto decimo de ciuitate dei pro coram domino legere contra dominũ, cuius ad literam hæc sunt verba: Tutam, veramque in cælo viã molitur humilitas, sursum leuans cor ad dominum, non contra dominum, sicut dictus est gigas, Iste venator contra dominum. Hoc deprompsit Augustinus ex trãslatione septuaginta, quæ habent: Hic cœpit esse gigas super terram. Iste erat gigas venator contra dominum. In græco enim pro contra dominum est ἔναντι κυρίου, Et paulò pòst ἐναντίον κυρίου Dictio enantion significat contra, & coram. Vnde enannos significat contrarium. Quare vtroque modo potest ex græco in latinum transferri. Sed rectius est meo quidem iudicio vt transferatur coram domino, siue in cõspectu domini, nam dictio enanti propriè significat, in conspectu. Diuus Hieronymus ait venatorem in literis diuinis nunquã accipi in bonam partem. Ismael & Esau venatores fuerunt, quorum vnus prosecutus est odio fratrẽ suum. Haec alter fratrem suum Iacob. Volent diuinis vates significare fuisse diuino fauore à periculis illis ereptum, quæ in illum nefarij ac potentes homines machinati fuerãt, ait: Liberauit me de laqueo venantium. Et rursum: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Hostium impiorum insidias laqueos venantium vocat. Talis erat Nemrod, qui venator appellatur, quòd esset hominum oppressor, & extinctor, aut quòd esset animarum deceptor.

Gene. 27
Gala. 4.
Gene. 25

Psa. 90

Vidit eos Pharao, & consolatum est. Aspicit Pharao aliorum miserias, & communis calamitas leuabit ei quodammodo dolorem. Leuis est consolatio ex aliorum molestijs, sed et ficit aliquo modo aliorũ perpessio, vt ea, quæ nobis accidũt, minora videantur. Aestimabat Pharao in infernis tormenta sua leuiora, cum multis cõmunicata. Impij in imo tartaro nullã habent consolationem, sed dicuntur quodãmodo lætari, cum alios vident similibus, aut grauioribus pœnis torqueri. Qua de re ea poteris videre, quæ diximus capite præcedẽti. Verbo præterita hic, quibus vtitur propheta hoc loco, pro futuris accipiuntur more prophetarũ, nondũ enim mortuus fuerat Pharao, de quo loquitur in præsenti.

Quia dedit terrorem suum in terra viuentium. Id est, quia Pharao potentia sua mortales in vita hac perterruit. Quidam codices correcti habent ad marginem: Quia dedi terrorem meum. Quasi dicat Deus: Fiet hoc, quia ego tempore tuo homines terrebo.

Annotationes ex hebræo in caput XXXI.

Ventilabat eorum in fluminibus tuis. Eodẽ modo habent septuaginta interpretes. Ex hebraico potest rectè transferri: Educebas per flumina tua, subiudi, aquæ. Pagninus vertit: Educebas flumina tua. Alij, Lasciuisti in fluminibus tuis. Quæ omnia in idem coincidunt.

Et implebo colles tuos fauie tua. In hebraico est: מלאתיך הגי ארזי רמותיך Vmille thi hage aioth ramuthoca. Dictio ramutheca potest esse à verbo רום rum, quod significat extollere, vt apud Esaiam: Super astra dei exaltabo solium meum. Inde dictio rum significat altitudinem, vt apud eundem prophetã: Humiliabitur altitudo virorum. Hoc est, magna tũ superbia deijcietur. Et apud Habacuc: Altitudo manus suæ leuauit. Idest, seculi potẽtia in primordijs nascentis ecclesiæ manus suas ad dominũ aduersus discipulos tubæ leuabat, eosque variis molestijs afficiet. Quidam hoc referentes ad transitum Israelitarũ per Iordanem aiunt voluisse hoc loco prophetam significare, fluuij illius altitudinem manus suas ex parte superiore extulisse, hoc est aquas suas in tumulum eleuasse. Sed rectior est prior expositio, & diuinæ vatis proposito congruentior. Cùm igitur verbũ hoc significet leuare, & efferre in sublime, consequens est, vt dictio ab eo derivata altitudinem significet & celsitatem. Quare potest hic Ezechielis locus ita verti. Et implebo colles tuos altitudine tua, hoc est, acervo militum tuorum, vt capiatur altitudo pro cumulo cadaverũ. Pro collibus poteris etiam vertere valles, colles enim respectu montiũ valles quodammodo appellantur. Vnde Pagninus habet: Implebo valles celsitudine tua. Poteris per Pharaonis celsitudinẽ & altitudinem duces & magnates Aegyptiorum intelligere, quibus ipse gloriabatur. Hæc erat eius sublimitas & altitudo subditos habere illustri loco natos, fortitudine ac potentia insignes. Ac omnes hi in prælio ceciderunt, & fuerunt valles & colles eorum cadaueribus pleni. Potest deduci dictio hæc à verbo ramah, quod significat proijcere. Vnde quidam vertunt. Implebo valles proiectionibus tuis, hoc est, multitudine tuis in terram proiectis. R. Dauid in commentarijs legit: Implebo valles cadaueribus tuis. Targhum. Implebo valles cadaueribus exercituum tuorum. Potest rectissimè deduci à nomine rimmah, quod significat vermem & saniem quam significationem secutus est noster interpres. Est enim sanies sanguis corruptus. Vnde septuaginta transtulerũt: Replebo valles τοῦ αἵματός σου Hoc est sanguine tuo.

Esa. 14.

Esa. 2.

Habac. 3.

Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes. Pro fœtore est in hebraico צחנה tsaphathecha, à verbo צחף, quod significat natare, & inundare: vt apud Ieremiam: Inundauerunt, siue nauauerunt aquæ super caput meum. Quibus verbis summam calamitatem, qua premebatur, significat. Vnde poterat locus hic verti: Irrigabo terram notantem siue inundantem sanguine tuo super montes. Vt sit sensus, Terra tua Aegyptia, quæ aquis inundat, nunc inundabit sanguine exercitus tui: ex quo tanta occidetur multitudo, vt interfectorum sanguis montes excedat. Hyperbole est, à Ciceronẽ appellata superlatio, qua vult ingentem Aegyptiorum cladem significare. Hac ratione ductus vertit Pagninus Irrigare faciam terram inundantem tuam sanguine tuo vsque ad montes. Potest dictio hæc deduci à verbo tsaphah, quod significat speculari, & prospicere. Eam ob causam R. Dauid ita hunc locũ interpretatur: Irrigari faciã terrã speculationis tuæ sanguine tuo. Ac si diceret Deus: Non solũ profundas valles, sed loca etiam excelsa, ex quibus tu longè distantia prospiciebas, sanguine tui exercitus rigabo. Significare autem verbũ hoc speculari indicat Ezechiel Deũ ita inducens loquentem: Speculatorem dedi te. Sophim autem speculatores significat, & homines contemplationi, & philosophiæ deditos. Ideo verba illa primi Regũ: Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, possunt rectè verti: Fuit vir quidam ab altera Ramatha, nempe ab ea, quæ est speculatorum. Duo erant oppida vocata Ramatha, an quorũ altero habitabãt diuini vates, & viri cœlesti philosophiæ dediti, qui Sophim, hoc est speculatores dicebantur, vbi Elcana commorabatur. Ramathaim est in plurali: hoc est, ex vna illarum ciuitatum, quarum vtraq; dicebatur Ramatha. Tharghum habet: De Ramatha, de discipulis prophetarum. Vt sit sensus: Erat Elcana ab oppido Ramatha, & erat ex discipulis prophetarũ, qui vocantur Sophim. Significat etiam verbum hoc operire, & quia immunditia solet tegi, accipitur pro immunditia, & stercore, & fœtore. Hac ratione ductus vertit, & rectè quidem, noster interpres: Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui. Pro quo septuaginta verterunt: Et irrigabitur terra stercoribus tuis.

Ezech. 3.

Sup. 3.

1. Reg. 1.

Cùm volare cœperit gladius meus super faciẽ eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum. Pro, cùm volare cœperit, est in hebraico בצרפו Verbum est צרר vph, quod significat volare, vt apud Esaiã: Et volabunt in humeros Philistiim per mare. Ac si dicat: Et Christi discipuli plenis spiritu sancto celeriter se conferent in Palæstinam, Syriam, Idumæam, & alias orbis terrarum oras, in quibus sanctum Iesu Christi nomẽ famæ celebrabũt, eiusque sacrum euangelium docebunt. Significat etiam illustrare, & coruscare. Quamobrem vertit Pagninus: Cùm coruscare fecero gladium meum super facies eorum. *Esa.11.*

Et non conturbabit eas pes hominis vltrà. Pro vltrà est in hebraico עוד: quæ dictio hoc loco, & multis alijs longum temporis spatium significat, non autem æternitatem. Qua de re *Sup.26.* capite 26. differuimus. Est dictio hæc derivata *Psal.113* à verbo עוד auadh, quod significat expoliare. Vnde verba illa psalmographi: Funes peccatorum circumplexi sunt me, possunt verti ex hebræo: Funes impiorũ expoliauerũt me. Per funes impiorum cæteras intelligit hominum immanium, qui scelere & maleficio pascebantur, qui eum omnibus mũdi opibus expoliauerant, eum cogẽtes vt domo propria relicta se in solitudinem conferret. Thargũ habet: Cœtus nefariorũ congregati sunt aduersus me. Sunt, qui vertunt illum in hunc modum explanent: Dolores, quibus me flagitiosi homines vrgent, insidias mihi parantes, & perniciem molientes, mihi tranquillitatem eripuerunt.

Quo pulchrior es. Potest verti ex hebræo: Quò magis es deditus delicijs. Verbum est nãm, quod significat pulchrum esse, & illecebris ac voluptatibus delmitum. Vnde ver- *Psal.104* tus ille psalmographi: Et non communicabo cum electis eorum, potest ita verti: Et non comedam de voluptatibus eorum. Ac si diceret diuinus psaltes: Velim nunquam delectari his delicijs, quibus impij homines pascuntur. Vtinam animus meus nulla pestifera voluptate delinitur, sed ea firmo proposito repudiem, & contemnam, ad quæ sceleratis hominibus nefaria auiditate incensi rapiuntur.

Et dormi cum incircumcisis. Pro & dormi est in hebraico: ורות עם ערלים à verbo xacab, quod *Iob.7.* significat dormire, vt apud Iob. 7. Ecce nunc in pulvere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam. Hoc est, ecce mox in terra dormiam, nam breui moriturus sum: si autem me postea quæsieris, vt in me in hoc mundo aliquod conferas beneficium, non me inuenies, cùm citò sim à vita migraturus. Significat coæquare, prosternere, & deijcere: vt secundo *2.Reg.8.* Regum 8. Percussus est Moab, & mensus est eos funiculo, coæquans terræ. Hoc est, Subiugauit Dauid Moabitas, & veluti ad funiculum, & certam mẽsuram eos exegit, quos voluit interficere, cosq; mortuos in terrã prostrauit, & delecit. Thargum habet: Percussit Moabitas, & mensus est eos sorte, proijciendo eos in terram. Et quoniam verbum hoc significat proijcere, nomen mixcab ab eo deductum significat vas, ex quo proijcitur aqua ad manus abluendas, quod gutturnium appellatur: significat etiam stratum, seu lectũ. Vnde id, quod est capite decimoseptimo libri secundi Regum: Obtulerunt ei stratoria & ta- *2.Reg.17* petia, potest verti: Obtulerunt ei lectos & tapetia. Vel, vt alij volunt, gutturnia & crateres. Nomen enim, quo ibi vtitur scriptura: nẽpo mixcab, stratorium significat, & lectũ, & gutturnium: ab sternendo, & proijciendo. Ideo poterat hic Ezechielis locus ita verti: Et proijceris cum incircumcisis.

Gladius datus est. Potest verti ex hebræo: Gladio data est. Vt sit sensus: Aegypti regio tradita est gladio Babyloniorum. Ita transtulit Pagninus cum multis alijs.

Ibi Moloch, & Thubal. Symmachus & Theodotio habent: Ibi cubile eorum. Hoc est infernus est impiorum cubile. Moloch sonat insaniam, Thubal vniuersam, vt ait hoc loco diuus Hieronymus. Vniuersa insania habet in infernum domicilium suum. Omnes, qui ad infernũ relegãtur, insani sunt, & vitos pietate & sapientia præstãtes stultos esse arbitrantur. Impios in inferno cruciatos inducit liber Sa- *Sap.5.* pientiæ in hũc modũ loquẽtes: Nos insensati vitã illorũ æstimabamus insaniam. Et paulò pòst, Pugnabit, inquit, orbis terrarum contra insensatos. Vbi vides omnes impios insanire. Hæc fuit sententia Socratica, longeque verissima, improbos omnes non solũ stultos esse, sed demẽtes & insanos. Eam ob causam sapientiam à virtute non separabat: quæ autem esset à virtute seiuncta, eam ignorantiam esse asserebat. Non discrepabat à sententia hac diuus Augustinus, cùm veram philosophiam esse diceret, deum summo amore complecti. Et si quis sit in illustri mundi gloria, & sublimi dignitate constitutus, tamen si est vitijs imbutus & contaminatus, abiectus est, & insanus: imò quò altiorem obtinet dignitatẽ, eò maiore causa irridetur, si est flagitijs coopertus. Vt citharœdus prodiens ornatus, *Simile.* pretiosa veste indutus, variis coloribus intexta, citharam ferens pulcherrimam, auro & ebore distinctam, ipse præterea forma sit præditus eleganti, & apposita ad decorem, & his rebus magnam populo expectationem commouerit, si subitò indicto silentio citharam absur-

absurdissimè pulset, & vocem emittat raucã, agrestem, & acerbam, cum turpissima corporis actione, quo pretiosius ornatus sit, & auditus expectatus, eò magis derisus, & despectus deijciatur: sic quanto quis in sublimiore dignitate fuerit collocatus, & amplioribus bonis & mundi, & naturæ præditus, eò vehementius erit derisus & contemptus, si pulchrã reipublicæ citharam insipienter attigerit, & flagitia antea occulta palam ostenderit. Quò magis cæteris rebus erat celebris & expectatus, eò maiore ratione subsannabitur, & indignior censebitur.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXIII.

HOrtatur populum, vt diuinorum vatum miraculis fidem habeat, ostendens obiter, quod sit & præsulis officium, & subditi. Dat operam, vt hominum voluntates à vitijs abducat, & ad virtutem impellat. Eos, qui animo reciderant, & in consilium suarum cogitationum desperationẽ adhibuerant, erigit, & spe diuinæ misericordiæ corroborat atque confirmat: ne desperatione oppressi, id experiri velint, quod se assequi posse diffidant, sed ad deum confugiant, clementissimum patrem, animumque transferant ad ea, quibus se cumulare ornarique, aduersa aliena intuentur. Narrat luctuosum Hierosolymæ excidium, quod antea prædixerat multis verbis flebilibus: & postremò impios suarum vaticinationum irrisores obiurgat.

CAPVT XXXIII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra, cùm induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem: & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit.
B Sin autem custodierit, animam suam *Sup.3.d.* saluabit. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculato- *Sup.3.d.* rem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium, vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu animam tuam liberasti.
C Tu ergo fili hominis dic ad domum Israel: Sic locuti estis dicentes: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos: viuo ego dicit dominus Deus: Nolo mortem impij, *Sup.18.g* sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini à vijs vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Et iustus non poterit viuere in iustitia sua, in quacunque die peccauerit. Etiam si dixero iusto, quòd vita viuet: & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur.

EXPLANATIO.

Fili hominis, loquere ad filios populi tui. Hoc est, ad Hebræos. A primo capite vsq; ad finẽ vicesimiquarti locutus est Ezechiel de Iudæa à capite vicesimoquinto vsq; ad finem

tricesi misecundi de variis Gentium nationibus. Nunc ad Hebræos, vnde digressa fuerat oratio, reuertitur. Idem est, loquere ad filios populi tui, ac ad populum tuũ. Aduerte: Nõ ait Deus: Loquere ad populũ meum, quoniã ei non seruiebat. Non erat dignus, qui populus dei vocaretur, qui deo parere nolebat. Eodẽ modo dixit Deus Moysi in mõte Sinai, cũ filij Israelis vitulum aureum coluissent: Vade, descende, peccauit populus tuus, quẽ eduxisti de terra AEgypti. Non dixit, populus meus, sed, tuus. Vel ideo ait Ezechieli. Loquere ad filios populi tui, vt intelligant præsules, se esse patres populi, quibus conuenit eum à vitijs reuocare, ad virtutem excitare, atque tantem illi veræ philosophiæ aperire. Ideo ait diuus Bernardus: Solicitudo officium prælati est, non celsitudo. De Eliachim, quem constituit dominus loco Sobnæ præpositi, scriptum legimus apud Esaiam, Erit quasi pater habitantium in Ierusalem. Vnde abbas idẽ est quod pater.

Exo. 32.

Esai. 22.

Terra, cum induxero super eam gladium. Solent ciuitates, quæ hostium metuunt aduentũ, hominẽ aliquem in alta quadam specula collocare, qui eam ob causam dicitur speculator, vt inde possit longè prospicere inimicorum exercitum, eiusque aduentum ciuibus nuntiare, vt se in vrbem recipiãt, & aduersus hostes muniant & præparent. Ab hoc more bellico sumit Ezechiel præsentem metaphoram, à deo sibi nuntiatam, in qua inducit deum in hunc modum loquentem. Cùm ego permisero, vt veniat contra vrbem aliquam hostium exercitus, illa autẽ ciuitas elegerit speculatorẽ, oportet ei credere. Nam si speculator viderit inimicorũ copias aduentãtes, & nuntiauerit populo, populus autẽ se nõ seruauerit, & eam ob causam perierit, culpa huius interitus sibi imputabitur, nõ autẽ speculatori. Sin autẽ speculator aduentũ hostium silentio prætermerit, & ob id aliquis fuerit captus & occisus, speculator reddet rationem huius excidij, illiq; culpa imputabitur, & vitio tribuetur, qui, cùm deberet clamare, subticuit. Peribit quidẽ populus, sed de manu speculatoris sanguinẽ eius requirã. Non aliter euenit ecclesiastico speculatori. Collatio est inter duos speculatores, corporeũ, & spiritualẽ. Præsul est speculator, cuius munus est subditis nuntiare exercitum, & insidias, & potentiam, & imminentia prælia dæmonis, mundi, & carnis. Si populus præsuli fidem habuerit, seq; aduersus hostium tentationes munierit, & in virtutũ actiones incubuerit, animæ salutem consequetur: si autẽ illi non crediderit, quin potius eius monita contẽpserit, seque vitijs contaminauerit, in æternas pœnas relegabitur, & tota culpa imputabitur ei se polluenti, non autem præsuli veritatem nuntianti. Obscurant quidẽ quodammodo scelerati subditi præsulis nomẽ, & Christianæ reipublicæ splendorẽ, dedecorantes & religionis autoritatẽ, & magistri. At si præsul vitam ad certam rationis normam dirigit, & officiorũ momenta diligẽter perpendit, si toto pectore cõtendit subditos à vitijs acriter reuocare, ad virtutem incendere, castigare improbos, præmijs afficere virtute præditos, si denique Christũ imitatur, ipse inuitis impijs, & nominis celebritatem in hac vita, & in altera æternam beatitudinem consequetur: ipsi autem impij vtroq; priuabuntur. At si præsul fuerit diuturno silentio vsus, & flagitia non reprehenderit, nec populi salutem curauerit, peribunt quidem improbi, sed eorum exitiũ præsuli tribuetur, qui eam ob causam meritò damnabitur. Eadem metaphora speculatoris vsus est etiam Ezechiel capite tertio. Erigant igitur mentes Christi tint præsules & concionatores, & hanc dei sententiam diligenter attendant. Aperte hoc loco ait Deus illis tacentibus imputari populi perniciem: eorum enim munus est populum à vitijs deterrere. Quam ob causam eos, qui tacent vocat Esaias canes mutos, non valentes latrare. Et in libro Exodi scriptum legimus summum sacerdotem ingredientem sanctuarium, & ex eo egredientem tintinnabula sonantia habuisse, aliquia moriebatur. Esaiæ illius temporis concionatori dixit Deus: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. Non solùm debet loqui euangelicus concionator, sed clamare, nec solùm clamare, & statim tacere, sed à clamore non desistere. Ideo ait: Clama, ne cesses. Sed non cõtentus Deus his duntaxat verbis, adiecit: Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Et diuus Paulus, imò Deus per illũ Timotheo ait: Prædica verbũ, insta opportunè importunè. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Lauans Christus pedes discipulis suis, ostendit debere magistros, & præsules, & cõcionatores, subditorũ immũditias abluere reprehensionibus, & cæteris remedijs salutaribus. Ideo dominus discipulos suos, quos præsules & concionatores constituit, cum sale comparauit exulcerante, non cum melle deliniente. Væ concionatori, qui principum & magnatum gratiam aucupans, & populi laudes affectãs, loco reprehensionũ vitiorum adulationibus, & cũ loquendi libertatem ostendit, tum magis adulatur. Cicuta herba est venenosa, teste Plinio libro 25. cap. 13. cuius

Esa. 56.

Exo. 28.

Esa. 58.

2. Tim. 4.

Luc. 8.

Matt. 5.

Simile.

cuius succo Athenienses iudicio capitis damnatis necem inferre solebant. Sed vinum est promptum aduersus eam remedium, nam eius venenum penitus extinguit, at si cicutæ parũ vini admisceas, reddetur venenum perniciosius, & prorsus immedicabile, quod vini calor & vis venenum citius perferat ad cor. Sic adulatio est vitæ Christianæ venenum, sed exhortandi & reprehendendi libertas extinguit adulationem, at si nonnihil libertatis cum adulatione coniungas, vt tum maximè blandiaris, eum maximè reprehendere videris, iam huiusmodi adulatio immedicabilis est. Totius enim assentationis nulla est capitalior illa, qua vtuntur illi, qui ita blandiuntur, vt pleteri id, quod ait regius psalmographus: Iudicabit peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. At melius est, vt ait Salomon in Prouerbijs, à sapiente corripi, quam stultorum adulationibus decipi. Et diuus ille Paulus admirabilis concionator AN quaero, inquit, hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus non essẽ. Et iterũ: Nec enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. Intueris igitur, quanta aignen di libertate debeat vti euangelicus concionator. Sed quemadmodum periti medici pharmacis amaris dulce aliquid admiscent, vt eos, quorum ægrotationibus mederi cupiunt, alliciant, sic prudentes concionatores reprehensionum acerbitatem debent suauitate quadam, si opus sit, moderari, & ex asperitate & lenitate salutarem medicinam conficere. Omnibus enim quæ fiunt, & dicũtur, adhibẽda est modestia & temperãtia, vt perturbationum sedatio cernatur, & decorum conseruetur. Est enim in omni re considerandum quid aptum sit, & consentaneum tempori, & personæ: tum quid in dictis actionesque dedeceat. Vt periti oratores in causis agẽdis non vtuntur semper eodẽ statu, sed illud accommodant ad locum, tẽpus, & personas, prout controuersiæ ac litis positiones qualitates, sic prudentes concionatores & præsules non semper asperitate, nec semper lenitate vtuntur, sed quisq; postulet ægritudo, & quam quisque cuiationem recipere possit diligenter aspiciunt. In primis autem opus est, vt concionaturi in studium diuinarum literarum toto pectore incumbant: est enim verbum Dei lucerna, & lux, vt ait Salomõ in Proverbijs, vitæ vero via, & correptio, & castigatio morbeum. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia. Sunt nonnulli, qui priusquam diuinam scriptu-

Psal. 9.

Prou. 27

Gal. 1.

1. Tes. 2.

Simile.

Simile.

Prou. 6.

2. Tim. 3.

tentur scripturam, volunt concionari, & vi verborum inanis gloriæ verba sua proijciunt, quo fit, vt nullam populo afferant vtilitatẽ. Vt pomа immatura, quæ vetò decutiuntur, nec suauitatem habent, nec stomacho profunt, sed quæ sunt matura, & manu collecta, hæc grata & suauia sunt, sic huiusmodi conciones, quæ humani fauoris gratia habentur, quæ ante tempus vi venti decidunt, nec dulcedinẽ habent spiritualem, nec vtilitatem mẽtibus afferũt, at quæ sunt tempore opportuno ex sacris literis collectæ, & ad dei honorẽ dispositæ, hæ laudabiles sunt, & vtiles, & suaues, & salubres. Nec satis est diuinas perlegere literas, sed oportet iuxta illas vitam degere, & postea concionari, & non semper tacere. Nam, vt ait Ecclesiasticus, Sapientia abscondita, & thesaurus occultus, quæ vtilitas in vtrisque? Et Christus deus noster: Non accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Si sacerdotibus Dianæ, quam gentes absque fide inter falsorum numinum vanitates numerarũt, tria tempora erant constituta, vt ex antiquorum monimentis cõstare videmus, primum, in quo sapientiam discerent, & virtutes, alterum in quo eas exercerent, tertiũ, in quo alios instruerent, quid faciendum censeo euangelicis cõcionatoribus, qui debent esse admirabili sapientia præditi, insigni vitæ puritate ornati, & in magna authoritate constituti? Vt lucerna vna alteram incendere non potest, si illa fuerit extincta, sic præsul, aut concionator alios non inflammabit amore diuino, si ille fuerit lumine eiusdem amoris destitutus. Non tamen me fugit fieri posse, vt deus per vnum flagitiosum præsulem aut concionatorem, si velit, peccatores conuertat. Nam vt licitus per famulum iniquum bonam aliquando porrigit eleemosynam, sic deus ministerio scelerati hominis potest ad se impios allicere. Nihilominus tamen datutus est opetam præsul, vt careat omni vitio, & tunc vitia vituperet. Forcipes, & emunctoria, quæ erant in templo Salomonis, quibus lampades emũgebantur, ex auro erant purissimo, vt diuinæ literæ memoriæ prodiderunt, ad significandam eorum puritatem, qui aliorum immũditias purgare & corrigere, eorumque scelera obiurgare tenentur. Eorum enim munus est speculari, & reprehendere, & vigilanter prouidere, & lucernam in candelabro locare. Vt hominum maledictis vulneratur, qui sticum abscondit, ne tam laboriosis subueniat, laudibus verò efferitur, qui vendit illud, sic obiurgandus est præsul, qui non vult scientiam suam cum subditis communicare,

Similie.

Ecclc. 20

Mat. 5.

3. Reg. 17

Simile.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec illis horreum doctrinæ apetire, ille verò laudibus extollendus, qui docet, concionatur,& speculatoris munus exercet. Vnde Salomon in Prouerbijs: Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium. Hinc Ieremias: Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. nic est gladius, de quo ait psalmographus: Gladius meus deuorabit carnes. Et quia Esaias gladium prohibuerat à sanguine, hoc est, verbo Dei non reprehenderat peccata, dixit: Væ mihi, quia tacui. Et diuus Ioannes in Apocalypsi: Et qui audit, dicat: Veni. At tacet præsul, dormit nauclerus, cùm periclitatur nauis, medicus, cum grassatur pestilentia, ianitor, cum deprædatur fur, speculator, cum hostium exercitus aduentat, vigil, cum ciuitas obsidetur. Id intuès Chrysostomus in epistolam ad Hebræos, Miror, inquit, si quem ex his, qui obtinent principatum, contigerit æternam beatitudinem comparare in tanta eorum desidia, & in tot dei aduersus eos comminationibus. Dormiebant Petrus, Ioannes, & Iacobus, & soli Simoni dixit Deus: Simon dormis? Quare, nisi quia voluit innuere, quid inter somnum præsulis & subditorum interesset? Credo equidé innumerabiles esse in dei ecclesia pontifices, præsules, & concionatores, quibus speculatorum nomen apertissimè cóuenit, qui curam habent subditorum, qui animos à corporum contagio reuocarunt, seque ad Christi imitationem contulerunt. Sed ego in eos duntaxat inuehor, qui non curant de officio & ministerio, sed de honoribus & reditibus, qui dediti voluptatibus vitam in silentio transeunt veluti pecora, quæ natura prona, ventrique obtemperantia finxit. Hi si hunc Ezechielis locũ attentè legerent, & has terribiles dei minas intelligerent, multò aliter fortasse vitæ suæ rationem instituerent. Sed de speculatoris munere hactenus.

Prou. 11.

Ier. 48

Psal.

Esa. 6.

Apoc. 22

Mar. 14.

Et tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis. hoc est, & populus regionis illius elegerit speculatorem quẽdam, etiã si sit ex ijs, qui sunt infimo loco nati, debet tamen ei fidem adhibere. Per nouissimos intelligit plebeios homines, nulla illustri laudatione euectos. Eodem modo tenentur subditi præsuli obedire, etiam si sit sanguine obscurus, nullaque generis nobilitate insignis: vera enim nobilitas in virtutum amplitudine consistit. Præstat quidem virum nobili progenie eligere, si commodè fieri potest, quoniam virtus cum generis splendore copulata illustrior apparet & pretiosior, instar gemmæ in auro purissimo inclusæ. Sed vera claritas est esse clarum virtutibus. Vt enim necesse est lancem in libra pondere imposito deprimi, sic hominẽ imposita obedientię seruitute obedire primati, & credere maiori. Vel de nouissimis, hoc est, de nobilioribus, & magnatibus, & consularibus. Nouissimum significat vltimum: qui autem in republica est sanguine illustrior, & rerum gestarum gloria præstantior, vltimus est in ascendendo. Quemadmodum in scala ultissimus gradus vltimus dicitur & nouissimus, si ascendas, sic vir ille potest vltimus & nouissimus appellari in republica, qui est in altissimo nobilitatis gradu constitutus. Ita potest intelligi locus hic, nam speculator hic refertur ad Ezechielem, qui erat ex genere regio, & sacerdotali. Existimo tamen per nouissimos hominẽs, qui eligendi sunt, intelligi humiles, qui se propter deum abijciunt, & infimos reputant, qui nec inanem aucupantur rumorem, nec vmbras falsæ gloriæ consectantur. Hi debent in principatu, & dignitate constitui, & speculatores esse, vt quanto se inferius per humilitatem demittũt, tanto sublimius per dignitatem erigantur.

Simile.

Simile.

Et in dignitate positi debent ptistinam humilitatem seruare. Rectorem, inquit Ecclesiasticus, te posuerunt, noli extolli, esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Et dominus Iesus apud Matthæum: Scitis, quia principes gentium dominantur illis, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Vnde diuus Paulus in epistola ad Philippenses de Christo loquens, Semetipsum, inquit, exinaniuit, formam serui accipiens. Hinc effectum est, vt summus pontifex, cũ antea esset dominus, agens priuatã personã. Vbi est, in summa illa dignitate constitutus, se seruum seruorum dei appellat. Insignis quidem titulus, & præclara antistitis Christiani nomenclatura. Pontifex verè Christianus est seruus publicus: & quo primum die eligitur, suis delicijs debet mori, vt aliorum vtilitatibus viuere incipiat, nec eligi debet superbus, sed humilis. Vt nonnullæ aues priusquã euolent, seque erigant in sublime, caput deprimunt, rostroque terram attingunt, sic animi humilitatem, suique abiectionem ostendere quis debet, prius quam ad excelsas euehatur dignitates.

Ecclesi. 32

Matt. 20

Phil. 2.

Simile.

Et ille viderit gladium venientem. Hoc est, hostium exercitum aduersus ciuitatem aduentantem.

Et cecinerit buccina. Hoc enim signo significabant speculatores hostium aduentum, vt se ciues in vrbem reciperent, & aduersus inimicos parerent, & appellabatur illud pulsare seu canere receptui. Sed hæc buccina est verbum Dei, quo concionatores & præsules debent tonare. Apud Esaiam ait dominus: Quasi tuba exalta vocem tuam. Et apud Oseam: Gãgite buccina in Gabaa. Et rursum: In gutture tuo sit tuba. In libro Iosue scriptum legimus tulisse sacerdotes buccinas, & clanxisse, & ad earum sonitum corruisse muros Iericho. Ciuitas hæc Iericho, quę vt ibi ait diuina scriptura, ob timorem filiorum Israelis clausa erat, & munita, mysticè ciuitas est diaboli, ciuitati Dei vicentia semper aduersatrix. Huius ciuitatis muri, & turres, & propugnacula sunt superbia, arrogantia, ira, &c. flagitia lethalia, quæ ad euangelij prædicationem euertuntur. Sed non caret mysterio id, quod nõ solùm in libro Iosue, sed etiam apud Diuum Paulum in epistola ad Hebræos memoriæ proditum est, muros Iericho circuitu septem dierum corruisse. Septem diebus totum tempus, quod spatio voluitur septem dierum intelligitur: nam vsque ad finẽ mundi Christi euangelium prædicabitur, & mundi corruet elatio, eiusque delebitur infidelitas. Primasius episcopus Vticensis beati Augustini quondam discipulus, locum illum diui Pauli explanans per tubas concionatores intelligit, per Iosue, qui arcam circunducit, Christum, qui ecclesiam suam per hunc mundum gubernat: Arca enim illa ecclesiæ imaginem gerebat.

Esa. 58.

Ose. 5.

Ose. 8.

Iosue. 6.

Hebr. 11.

Sanguinẽ ipsius super caput eius erit. Hoc est, ipse erit sui interitus causa. Tota ei culpa imputabitur. Hebraismus est in diuinis literis non infrequens. Aduerte: vnusquisque ex officio suo iudicatur, præsul si mutus fuerit populus, si ei nõ obedierit, cùm debeat præsul clamare, populus parere.

Venerítque gladius, & tulerit de eis animam. Hoc est, aliquẽ hominẽ. Solet diuina scriptura hominem appellare animam, quoniam cùm constet ex corpore & anima, est anima excellẽtior corpore, eiusque forma: & vt ait libro secũdo de anima Aristoteles, capite primo, ipsa est perfectio prima, primusque actus corporis naturalis. Et quamuis omnis forma intendat esse perpetuum, quantum potest, nulla tamen formarum corruptibilis perpetuitatem sui assequitur, præter animam rationis participem: non est enim materiæ corporeæ omnino subiecta instar aliarum formarum, quin potius propriam habet operationem immaterialẽ, & proportionatã est suo fini, qui est æterna beatitudo. Quam ob causam diuinæ literæ homines appellant animas à parte præcipua, vt constat ex capite quintodecimo Geneseos, & ex capite 46. & Actorum. 28. & multis alijs ex locis.

Gene. 14

Gene. 46

Actor. 28

Plato etiam in dialogo de natura hominis, qui Alcibiades primus inscribitur, ipso Alcibiade renuente, ait apertè hominem esse animam rationis compotem, mentis participem, corpore vtentem. Vt compos est rationis in seipsam circulo quodam ratiocinationis reflectitur: vt mentis particeps, in diuinum numen volut rinulus in fontem suum refluit: vt vtens corpore, in humana negotia gubernanda incumbit. Intelligebat Plato absolutum hominis munus esse, se prius cognoscere, deinde à natura sua tanquam ab effectu ad primam causam se conuertere, eiusque alta mysteria asseris splendidiora contemplari: cuius lumine animus illustratus ipsum iustum, ipsum pulchrũ, ipsum summum bonum cognosceret, cuius se amore inflammaret. Postremò quoniã ex corpore fragili constabat, sibi, alijsque necessaria consuleret, quoniam nõ solùm nobis, sed alijs etiam nati sumus.

Ille quidem in iniquitate sua captus est. Omnis impius captus est. Loquens Diuus Augustinus de seipso adolescẽte in libro octauo suarum confessionum, has voces emittit. Suspirabam ad te domine grauatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde catenam mihi fecerat, & constrinxerat me. Hæc ille: ex quibus colliges propriam voluntatem catenam esse nostram. Sed quoniã decepti homines suaue esse existimant ita viuere, vt velint, ideo cùm maximè constringuntur, tum se maximè liberos esse arbitrantur. Est enim carnis libertas misera captiuitas.

Sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Id est, ipse speculator pœnas mihi dabit huius interitus, quoniã eius causa fuit. Aspicis hoc loco, iniquum præsulem subditos occidere, cùm eorũ excidij sit causa. Id intelligens D. Augustinus ait: Pastor malè viuens homicida est, requirere sanguinem de manu alicuius hebetissimus est, quo visus est Ezechiel cap. 3 vbi de illo differuimus.

Sup. 3.

Speculatorem dedite. Explicat Deus metaphoram, ac si dicat. Tu es speculator ille de quo loquor, quem ego dedi populo Hebræorũ. Quare oportet te ei veritatem nuntiare, illum autẽ tibi credere & obedire. Hæc Dei verba sunt etiam tertio capite mandata, & ibi à nobis exposita.

Sup. 3.

Annuntiabis eis ex me. Non ait: Ex te illis ventura nuntiabis, sed ex me: authoritate mea vteris, sed ministerio tuo. Lingua tua sit instrumentum, & veluti calamus, quo ego scribam. Huiusmodi erat ille, qui dicebat: Lingua mea calamus scribæ velociter scribẽtis. Quibus verbis ostendit, ea quæ dicebat, non esse à seipso

Psa. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excogitata, & cõposita, vt ait Chrysostomus, locum illum exponens, sed ea esse Dei, se antè eis linguam accõmodasse. Ac si diceret: Qui commouit cor meum ad eructandum verbum bonum, vtitur lingua mea ad proferendum ea, quæ animo suggessit tanquã velocissimus scriba, qui omnia in prõptu habens vtitur calamo ad scribendum. Id voluit Christus suis discipulis tribuere, quibus dixit: Cùm tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. *Mat.10.*

Vt se custodiat impius à via sua. Hoc est, ab impia viuendi ratione.

Dic ad domum Israel. Hoc est, ad Iudæos qui nunc tecum sunt in Chaldæa. Vel Hebræos in communi Israelis domum appellat.

Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt. Hoc dicebãt nefarij homines, sceleribus contaminati, & desperatione oppressi. Ac si dicerent: Grauamur ponderibus flagitiorum nostrorum, tot, tantaque sunt scelera nostra, vt ab illis liberari nequaquã possimus, quoniã sunt penitus inexpiabilia. Et in ipsis nos tabescimus. Hoc est, nulla iã vulneribus nostris proderit medicina. Sequitur. Quomodo ergo viuere poterimus? Hoc est, qui fieri potest, vt in hac vita habeamus vitam gratiæ, & in altera vitã gloriæ, cùm simus teterrimi, & ommũ scelerũ maculis notatissimi? Hęc erãt verba de diuina misericordia desperantium. Hæc est hæresis Caina, quæ diuinæ pietati & misericordiæ finẽ ponit & mensuram, cùm ea sit infinita & immensa. In hac hæresi fuit Iudas Scarioth: qui considerãs impiã proditionẽ, & desperans de diuina pietate, laqueo se suspendit. Magis peccauit desperando de misericordia Dei, quàm vendendo ipsum Deũ. In hunc modũ ait D. Augustinus libr. 1. de ciuitate Dei, cap. 17. Iudæ factũ meritò detestamur, eumque veritas indicat, cũ se laqueo suspendit, scelerate illum traditionis auxisse pontus, quàm expiasse commissum: quoniam de dei misericordia desperando exitum habuit pœnitens, nullũ sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit. Hæc ille, quæ sunt in sacros canones relata. 33. q. 3. Si nõ licet. Et Leo papa, Sceleratior, inquit, omnibus ô Iuda, & infelicior extitisti, quem non pœnitentia reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueũ. Simili inducti desperatione dicebant Iudæi: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, ideo desperamus. Et quamuis in hoc errabant Iudæi illi, quòd de Dei clementia desperabant, in eo tamen verum dicebant, quòd affirmabant, super seipsos esse flagitia sua veluti pondera grauissima. Nã cùm Dauid in Bersabeam & Vriam detestanda facinora commisisset, aiebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Verba sunt hominis peccata sua cognoscentis, sed sibi illa remitti ac cõdonare deprecantis. Multi tamen scelera sua non videt: nec mirum, cùm ea super caput habeant, non coram oculis, aliorum autem scelera intuẽtur, quia in ea oculos conijciunt. *Psal.37.*

Nolo mortem impij. Erigit Hebræor Ezechiel promissione misericordiæ Dei, cohortans illos, vt animum recipiant, & spem conferant in diuinã pietatem. Etsi enim essent grauissimis sceleribus irretiti, tamen intelligerent infinitis partibus esse maiorem diuinam clementiam, qua fieri veniam suis flagitijs suppliciter postularent. Inducit igitur Deum misericordiam suam promittentem peccatoribus, eosque spe infinitæ bonitatis suæ confolantem, si se ã malefecijs separarent, & ad ipsum conuerterẽt. Considera, & iterum ac iterũ memoria repete infinitam Dei misericordiam. Confugiamus ad illum, quem inuenieamus maiore alacritate paratum ad nos recipiendum, quàm nos ipsos ad eum amplexandum. Ipse est qui salutem nostram desiderat, qui pro nobis acerbissima tormenta subiuit, qui in cruce ara se constituit hostiam, vt suo sanguine crimina nostra expiaret. Ipse est, vt verbis vtar Diui Pauli, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ipse est, qui dixit Petro dimittendum esse proximo nõ solum septies, sed septuagies septies. Ipse est, qui ouem perditam quæsiuit, & inuenit, & suis humeris asportauit. Ipse est, qui filium prodigum, qui omnia bona suã turpiter dilapidauerat, benignè recepit. Ipse est, pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis. Accedamus ergo ad eum, & vt ait diuus Paulus, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiã inueniamus. Impius Cain vbi iustum Abel per summũ scelus interfecit, dixit Deo: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ieremias inducit impios ita loquentes: Desperauimus: post cogitationes nostras ibimus: & vnusquisque praui tatem cordis sui mali faciemus. Et D. Paulus ait: Desperantes semetipsos tradiderunt impuditicitiæ. Contrà vera Iob dicebat: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Et Esaias: Domine miserere nostri, te enim expectauimus. Et Dauid: Viriliter agite, & cõfortetur cor vestrũ, omnes qui speratis in domino. Et rursus: Beatus vir, cuius nomẽ domini spes eius. Et Eccle siastes: Respicite filij nationes hominũ, & scitote, quia nullus sperauit in domino, & derelictus est. Et D. Paulus in epistola ad Hebræos: Teneamus spei nostræ cõfessionem indeclinabilẽ. *1. Tim. 2. Mat. 18. Luc. 15. Luc. 15. 2. Cor. 1. Hebr. 4. Gene. 4. Ierem. 2. Ephes. 4. Iob. 13. Esai. 52. Psal. 30. Psa. 31. Eccle. 2. Heb. 10.*

Quis

Quis desperaturus est de misericordia illius Dei, qui ait: Viuo ego: Nolo mortẽ impij, sed vt conuertatur à via sua, & viuat. Viuo ego, est Dei affirmatio, & veluti iuramẽtum. Vel sunt verba hæc Christi resurgentis, quasi dicat: Vellet, nolit Iudæus, viuo ego. Nolo mortẽ peccatoris, qui mori volui pro peccatoribus. Volo, vt fructuosa sit mors mea, vt viuant hi, pro quibus mortuus sum. Hæc eadem sententia fuit cap. 18. mandata, vbi eã explicuimus, verba illa explanantes: Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, ampliùs nõ recordabor. *Sup.18.*

Et quare moriemini? Hoc est, si ad me fueritis conuersi, & in gratia permanseritis, non incideritis in mortem æternam.

Iustitia iusti non liberabit eum. Vt iusto, si ad peccandum se addixerit, & in peccatum inciderit mortiferum, nõ prodest prior iustitia ad vitam æternam consequendam, ita impio pœnitenti & verè contrito anteacta peccata non imputantur, vt propter ea ad infernum in æternum cruciandus relegetur. Hæc omnia fuerunt capite decimooctauo explanata.

Etiamsi dixero iusto, quòd vita viuet. Subauditur, si permanserit in sua iustitia: tunc enim vitam obtinebit, hic per gratiam, postea per gloriam.

D Si autem dixero impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiã, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquã iniustum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius, quæ peccauerit, nõ imputabuntur ei: iudiciũ & iustitiam fecit, vita viuet. Et dixerunt filij populi tui: Non est æqui põderis via domini, & ipsorum via iniusta est. Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis. Et cùm recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium & iustitiam, viuet in eis. Et dicitis: *Sup.18.* Non est recta via Domini. Vnunquẽque E iuxta vias suas iudicabo de vobis domus Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens: vastata est ciuitas. Manus autem Domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret, qui fugerat: aperuitque os meum, donec veniret ad me manè, & aperto ore meo non silui amplius. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israel, loquentes aiunt: Vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terram: nos autem multi sumus: nobis data est terra in possessionem. Idcirco dices ad eos. Hæc dicit Dominus Deus. Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis, nunquid terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladijs vestris, fecistis abominationes, & vnusquisq; vxorem proximi sui polluit, & terram hæreditate possidebitis?

Si autem dixero impio: Morte morieris. Indicat hic locus apertè neminẽ debere de diuina misericordia desperare, etiamsi ipse Deus ei dicat, eum esse damnandũ in æternũ. Meritò ait diuus Thomas primo sententiarum, si reuelaretur alicui se esse reprobatum, & damnandũ, non debere credere, sed existimare esse illud illusionem diaboli sub specie angeli lucis. Etsi sciter à Deo esse talem reuelationem, ramẽ debere credere dictam esse sub condutione, videlicet nisi pœnitentiam egerit, & ad Deũ confugerit. Ait enim Dominus apud Lucam: Nõ est voluntas patris, vt pereat vnus ex his pusillis. Et hoc loco postquam dixit: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, subdit paulò pòst: Si autem dixero impio: Morte morietis, & egerit pœnitẽtiam à peccato suo, vita viuet. *Luc. 18.*

Et egerit pœnitentiam à peccato suo. Pœnitẽtia, vt ait D. Hieronymus, est secunda tabula post naufragium. Et habetur de pœnit. dist. 1. cap. Secũda. Prima tabula est baptismus, secũda pœnitentia. Hæc nos ducit ad portũ salutis, delet enim omnẽ culpã, siue sit venialis, siue mortifera. Et quoniam letalia flagitia ex parte auersionis à deo habent connexionem, eã ob causam iuxta approbatam diui Thomæ sententiam vnum sine alio non dimittitur: at resurgenti per pœnitentiam omnia dimittuntur. Et vt Christus ait: Gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Hæc est pœnitentia in

Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi nomine prædicata, de qua ait ipse do-
Luc.24. minus: Sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes Gentes. De illa dicebat Petrus Apostolorum princeps: Pœnitemini, & con-
Act.3. uertimini, vt deleátur peccata vestra. Et quáuis omnia peccata pœnitentia deleantur, non tamen dicendum est, necesse esse, eum, qui à lethali crimine per pœnitétiam resurgit, in eodem gradu gratiæ & charitatis, quam amiserat, resurgere: potest enim resurgere in maiore, vel minore, vel æquali, iuxta ipsius pœnitétis conatum. Communiter melior est innocétia, quàm pœnitentia, quemadmodum melior est vestis integra, quàm disuta, & scissa, etiási cómissuris quibusdam resarciatur. Sed tanta potest esse pœnitentia, tam ardens, & insignis, & in tam excelso charitatis gradu, vt sit incor-
Simile. ruptione & innocentia præstantior. Vt vestis cæsuræ si aureis funiculis, & pretiosis gemmis copulentur, pulchriorem reddunt vestem ipsam, quàm si tóta sana fuisset, & integra: sic fieri potest, vt tam acerbo animi dolore, táto feruore, táta vi lachrymarú, táta gratia & charitate quis resurgat, vt pulchior reddatur, quàm si in crimen non incidisset. Sed de pœnitentia cap. vicesimo fusè disseruimus.

Fecerit quæ iudicium & iustitiam. Hoc est, honestè & iustè vixerit. Hebraismus est, de quo alibi diximus.

Et pignus reddiderit. Hoc explanatum fuit capite 18.

In mandatis vitæ ambulauerit. Id est, & in præceptis dei ambulauerit, quę sunt media ad vitam æternam consequendam. Ita enim ait
Mat. 19. Deus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. In lege etiam vetere custodientibus dei mandata vita promittebatur. Capite decimooctauo Leuitici sunt hæc verba literis mandata:
Leui.18. Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Et quanquam sint, qui dicant, illud intelligi de vita duntaxat téporali, paraphrastes tamen Chaldæus de æterna intelligit, ita vertens: Quę faciens homo vi
Deut. 4. uet in eis vita sempiterna. Deuteronomij cap. 4. ait ita Deus: Audi præcepta & iudicia, quæ
Sup.18. & 20. ego doceo te, vt facies ea viuas. Et suprà apud nostrum Ezechielem cap. 18. & cap. 20. eadem eti sententia. Diuus Paulus in epistola
Rom.10. ad Romanos cap. 10. ait ita: Moyses scripsit quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea: quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, &c. Vbi Apostolus innuit Moysem in lege vetere de vita locutũ fuisse corporis, quæ præcepta seruantibus promittebatur. Similiter in epistola ad Galatas cap. 3. idem asserit his verbis: Quo-
Gal.3. niam aũt in lege nemo iustificatur apud Deũ, manifestum est, quia iustus ex fide viuit: lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis. Hęc Apostolus: quibus ostendit promissam fuisse corporis vitã legis obseruatoribus, non autem vitam animæ. Sed hoc intelligitur de iustitia, quæ ex lege erat, separata, & exclusa fide. At si illi fidem habebant Messiæ venturi, & spem ac charitatem, illa legis obseruantia, & virtutum actionibus vitam æternam consequũtur, & cœlorum ingressum post Christi mortem: viuentes, & bona opera in gratia efficiẽtes vitam æternam merebantur, & cœlorũ gloriam immortalem, quam fuerunt post Christi mortem consecuti. Appellantur ergo hoc loco legis præcepta mandata vitę, quia lex custodientibus ea vitam pollicebatur. Pro mãdatis vitæ poteris vertere, mandata viuentis: nã viri probi, qui viuentes appellãtur, solent Dei præcepta seruare: impij enim mortui dicuntur. In
Psa.118. mandatis viuentes ambulant. Quod ijs verbis expressit regius vates: Beati immaculati in
Psa.127. via, qui ambulant in lege Domini. Et rursus: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambu-
Psal. 83 lant in vijs eius. De impijs verò dicit: Nescierunt, nec intellexerunt, in tenebris ambulant. Ipse verò Dauid non solùm in via Dei ambulabat, sed etiam currebat. Viam, inquit ille, mã-
Psa.118. datorum tuorũ cucurri, cùm dilatasti cor meũ. Et in Canticis ait Ecclesia: Trahe me post te,
Cantic.1. curremus in odorem vnguentorum tuorũ. Et diuus Paulus in epist. prima ad Corinthios:
1. Cor.9. Sic currite, vt comprehẽdatis. Et paulò pòst: Ego igitur sic curro, non quasi in incertũ. Et
2. Tim.4. in epistola secunda ad Timotheum: Cursum
Hebr.12. consummaui. Et ad Hebræos: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum. Non igitur in via sedere, sed ambulare debemus, imò currere. Matri filiorum Zebedæi dicenti: Dic, vt hi duo filij mei sedeãt,
Mat.20. vnus ad dexteram, & alter ad sinistram tuam, respondit Christus: Nescitis, quid petatis: ipsi namque per matrem petebant. Poteris per mã-
Ioan.10. data vitæ præcepta Christi, qui vita est, intelligere: ipse enim de se ait: Ego sum resurrectio,
Ioan.14. & vita. Et rursus: Ego sum via, veritas, & vita.
Deut.30. Hæc est vita, de qua dicebat Moyses populo Iudaico: Erit vita tua quasi pendens ante te. In monte enim Caluariæ coram Iudæis pepen-
dit Christus Deus noster: qui est vita illa, de qua hic ait Ezechiel: In mandatis vitæ ambulauerit. Ambulare in mandatis, est mandata seruare. Hebraismus est, quo vtitur etiam Eze-
Sup.5. chiel cap. 5. dicens: In præceptis meis nõ ambulauerunt. Tertio libro Regum dicebat Salo-

3. Reg.8. mon: Sit cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius. Explicãs autem quid esset ambulare in decretis eius, subdit: & custodiamus mandata eius. Vbi particula, &, ponitur pro id est. Accipitur etiam ambulare pro viuere & conversa-
Rom. 13. ri, vt apud diuum Paulum: Sic vt in die honeste ambulemus. Pro sequi & imitari. Vt 3. Regum capite 15. Ambulauit in via patris sui. Et
3. Reg. 15. 2. Par. 17 secundo Paralipomenon cap. 17. Ambulauit
Gal. 5. in vijs Dauid patris sui. Et apud D. Paulum in epistola ad Gal. Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis.

Non est æqui ponderis via Domini. Hoc est, iniquè agit Dominus. Hoc dicebant impij. Si malitia humana detrahit de bonitate diuina, quid mirum, si viros pietate & sapientia præstantes voce vulneret, & maledictis prosequatur.

Et factum est. Narrat excidium Hierosolymæ, de quo antea fuerat vaticinatus.

Manus unius Domini facta fuerat ad me. Hoc est, fueram afflatus spiritu prophetico. Diximus alibi accipi aliquando manum pro vaticinatione, & spiritu prophetico. Explicans autem quando hoc fuerat, ait, fuisse vespere, pridie quàm nuntius veniret: quod tempus apud Iudæos est principium diei, qui diem incipiunt à noctis crepusculo.

Qui habitant in ruinosis his. Hoc est, Hierosolymæ, quæ post euersionem à Babylonijs mansit plena ruinis. In his ruinis vrbis reliquit Nabuzardã quosdam pauperes, qui terrã
Iere. vlt. colerent: vt constat ex Ieremia, & quarto Re-
4. Re. vlt. gum. Alij se mandarunt fugæ, & in agros contulerunt. Alij se in spelæcis occultarunt. Aduersus hos omnes vaticinatur modò Ezechiel. Nam cùm audissent populi gemitum, & flebiles querelas, versarenturque in vrbis ruinis, & aliorum direptionibus, deberent dolere, & vehementer angi, atque ob admissa flagitia lacerari: ipsi lætitia efferebantur, quòd existimarent, se esse totum promissionis terram possessuros. Sed multò aliter illis euenitnũ mortuo Godolia contulerunt se in Aegyptũ, vbi eos Babylonij immaniter occiderunt.

Qui in sanguine comeditis. Exprobrat illis comedere carnẽ cum sanguine, quod tũc erat le-
Leuit. 19 ge prohibitum, vt patet ex cap. 19. Leuit. Vel vult significare eos inter comedendum de fundendo sanguine proximi tractare.

Et oculos vestros leuatis ad immunditias vestras. Hoc est, oculos cõijcitis in idola vestra, scriptura idola appellare immunditias, & abominationes. Fortasse per immunditias libidinem intelligit, & vitia turpia, quibus se Iudæi contaminabant. Leuate oculos in rem aliquam est eam diligere, & venerati, & suspicere: vt in psalmo: Leuaui oculos meos in mon-
Psa. 120 tes, vnde veniet auxilium mihi. Et rursus:
Psa. 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœ-
Esa. 15. lis. Et apud Esaiam: Leuate in cœlum oculos vestros.

Et sanguinẽ funditis. Subaudi, innocentium. Vel quorũcunq; nullo iustitię ordine seruato

Stetistis in gladijs vestris. Nimirum ad effundendũ sanguinẽ innocentũ. Notat habitũ paratorum ad occidendum. Appellat eos sangui nolentos & homicidas. Stare in gladio est nõ solùm semel occidisse, sed instructũ esse & paratum ad occidendũ sæpe, & arte militari sibi cóparare victũ, & tandem crudelem esse, & sanguinis diffusorem. Idem etiam significat viuere in gladio, qua dicendi exornatione vsus est
Gen. 27. Isaac, cum filio suo Esau benedixit. Benedixerat patriarcha ille filio suo Iacob secũdogenito: & quia Esau primogenitus calamitatẽ suã deplorauit, dixit illi: Viues in gladio, & fratri tuo seruies. Quæ verba arcanam cõtinent sententiam, & excelsum mysterium. Esau primogenitus populus est Iudaicus, quem deus filiũ suum primogenitum vocauit, vt ex capite 4.
Exodi 4. Exodi constat apertissimè. Iacob verò secundo genitus populus est Gentilicus, qui Christi fidem recepit, quem Christus genuit sanguine suo: de quo ait diuus Ioannes: Quotquot
Ioan. 1. autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, nec ex voluptate carnis, sed ex deo nati sunt. Hi sunt filij secundo geniti, Deo placentes: Iudæi autem infideles primogeniti, Deo odibiles: de qui-
Esa.1. bus ipse ait per Esaiam: Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerũt me. Fuit populus Iudaicus adũbratus in Caino, Ismaele, Esau, primogenitis: Gentilicus verò in Abel, Isaac, & Iacob, secũdogenitis. Eam ob causam in genealogia saluatoris, nec apud Matth. nec apud
Matt.1. Lucã vllum ex ijs primogenitis ingressum fu-
Luc.3. isse reperies. Reprobantur quidem, quoniam populum Iudaicum in perfidia sua manentem adumbrabant, quem Deus meritò reprobauit. Quid igitur voluit diuina scriptura in Gene-
Gen. 27. si significare, dicens: Esau audita benedictione Iacob cum eiulatu magno fleuisse, nisi innuere, impiam Iudæorum synagogam ingemiscere, quòd se videat à Deo derelictam, Ecclesiam autem Catholicam benedictam & electam? Porrò Deus per filios diuinorũ vatũ, & Christianorũ prædicatiõné, coridie dicit Iudæorũ synagogæ, se filio secundo, hoc est, Gẽtium populo benedixisse, in eumq; omnẽ excellentiã & amplitudinẽ contulisse, fidemque suã per vniuersas gentiũ oras fama celebrasse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primogenita, & benedictiõ, & ea, quæ dolet Esau fuisse sibi sublata, & Iacob concessa, sunt fides, spes, charitas, & cæteræ virtutes, & nominis claritas, & horum amplitudo: in quibus omnibus aspicit planè synagoga esse sibi Christi Ecclesiam antepositam. Et quèadmodum pater filio ærumnas suas deplorãti aliquid impertiuit benedictionis, ita Deus derelictæ synagogæ rorem aëris, & terræ pinguedinem tribuit, non eam omnino in mundi opibus destituens. Sed ait illi: Viues in gladio, & fratri tuo seruies. Nam populus Iudaicus diuinorum vatum sanguinem fudit, & viros omnes, qui singulari pietate, & eximia sapientia alios anteibant, ad perniciem & vastitatem vocauit. Quid plura? ipsum suum Messiam, verum deum, qui humanitate assumpta illum veritatem docuit, viamque ad æternam beatitudinem consequendam aperuit, qui è cœli fastigio descendens cum eo contulit sermones suos, vt illum qui in caligine versabatur, diuino lumine lustraret, & ad gloriam immortalẽ tandem perduceret, impius populus, ad omnẽ immanitatẽ paratus, flagellauit, percussit, vulneribus traiecit, & cruci duris clauis affixit. Et sanctos eius discipulos, quos ne voce quidem lædere deberet, cùm in eum magna conferrent beneficia, ingratus populus trucidare conabatur. Et nunc omnia Iudæorum odia in Christum, eiusque pios sectatores crudeliter
Gen. 27. ardent: &, vt de illis vaticinatus est Isaac, in gladio viuunt, hoc est, in odio & impietate: sed fratri suo minori, hoc est, populo gentiũ, seruiunt: nam nec regem habẽt Hebræum, nec patriam suam colunt, nec templum possident,
Gen. 21. nec legis sacrificia exercẽt. Errat Agar in solitudine, errat synagoga exul à patria: nescit viã, ignorat Christum, qui de se ait: Ego sum via.
Ioan. 14. Vitam agunt Iudæi infelicem, omni dedecore & ignominia plenam, per totum orbem terrarum dispersi, contempti, calamitosi, & execrabiles. Qui autem ex illis ad Christum cõuertuntur, in honore & celebritate versantur. Et quoniam Iudæi illi, qui tempore Ezechielis manserant Hierosolymæ, crudeles erãt, & sanguinoléti, ait illis hoc loco diuinus vates: Stetistis in gladijs vestris. Sunt qui existiment, stare in gladijs esse enses manu portare ad occidendum: vt sit sensus: Quemadmodum alij baculos portant, vt se super eos sustentent, ita vos gladios, vt illis alios interficiatis. Accipitur aliquando gladius pro ira, & indignatio
Esa. 1. ne, & hostili potentia: vt apud Esaiam: Si me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuo-
Esa. 34. rabit vos. Vnde gladiũ sanguine inebriare est occidere: vt apud eundem Esaiam: Inebriatus est in cœlo gladius meus. Ac si dicat Dominus: In cœlo decreui interfãcere Idumæos. In præsenti tamen gladius pro ense accipitur sanguinem immaniter effundente.

Hæc dicens ad eos: Sic dicit Dominus Deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestijs traderur ad deuorãdum: qui autem in præsidijs & spelũcis sunt, peste morientur. Et dabo rerram in solitudinem, & in desertum: & deficiet superba fortitudo eius, & desolebuntur montes Israel, eò quòd nullus sit, qui per eos trãseat. Et sciẽt, quia ego Dominus, cum dedero terrã eorum desolatam, & desertam propter vniuersas abominationes suas, quas operati sunt. Et tu fili hominis fili populi tui, qui loquuntur de teiu G
xta muros, & in ostijs domorũ: & dicũt vnus ad alterum, vir ad proximũ suum loquẽtes: Venite, & audiamus, quis sit sermo egrediẽs à domino. Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus: & sedẽt corã te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertũt illos: & auaritiã suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum, quod suauĩ, dulciq́ue sono canitur, & audiunt verba tua, & non faciunt ea. Et cùm venerit, quod prę dictum est, ecce enim venit, tũc sciẽt, quòd prophetes fuerit inter eos.

Viuo ego. Hoc est, id quod dico, absque dubio veniet. Est veluti quædam forma iurandi: ac si dicat Deus: Quàm verum est me viuere, tam verum erit, eos euertendos esse. Et ita reuera impletum fuit. Nam qui in ruinis Hierosolymæ habitabãt, & qui se in agros contulerant, & qui se in spelũcas, & locos abstrusos receperãt, omnes periere, & fuere miserabilem exitum consecuti. Quidam mortui sunt hostium gladio, quidam bestiarum dentibus, quidam fame & peste.

Et desolabuntur montes Israel. Hoc ideo ait: quia terra promissionis montosa erat. Vel per montes homines intelligit superbia elatos, vt
Psal. 96. in psalmo: Montes sicut cera fluxerunt à facie
Esa. 64. Domini. Et apud Esaiã: A facie tua mõtes de-
Haba. 3. fluent. Et apud Habacuc: Aspexit, & dissoluit

Gentes, & contriti sunt montes seculi. Per montes seculi, siue æternos, vt vertunt alij, intelliguntur reges superbi, qui multis seculis regnauerant.

Et in fili hominis. Locutus fuerat de Iudæis, qui capto Sedechia, & translato in Chaldæam remanserant Hierosolymæ: nunc ad eos reuertitur, qui secum erant in Babylonica, eiusque verba irridebant. Monebat eos diuinus vates, deterrens eos à vitijs & exhortans ad virtutes, atque illis prædicens futura, sed illi hæc omnia in cantilenas deriforias traducebant. Eum audiebant, sed subsannabant. Ostendebant velle dictis eius obedire, & ad illum se conferebant, sed postea iuxta muros ad solem in hyeme, & inter priuatos parietes, seu ad ianuas domorũ in state de illo detrahebant, eumque opprobrijs vulnerabant. Contra domini sententiam
Deu. 27. dicentis: Maledictus, qui clam percusserit pro-
Psa. 100 ximum suum. Ideo aiebat Dauid: Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.
Iob. 19. Et Iob: Cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi.

Quasi si ingrediatur populus. Hoc est, ad te veniunt cateruatim. Septuaginta habent: Veniũt ad te quomodo populus congregari solet.

Et audiunt sermones tuos. Curiositate adducti, fingentes se velle illos seruare, sed eos cõ-
Luc. 11. plere nequaquam volunt. Beati qui audiunt
Psa. 102 verbum Dei, inquit dominus, sed si custodiunt illud. Beati qui memores sunt mandatorũ
Ioan. 6. eius, sed vt faciant ea. Verba enim vitæ æternæ habet.

Et es eis quasi carmen musicum. Audiũt te voluptatis causa: sed doctrinam tuam minimè sequuntur. Quemadmodum nonnulli oblectãtur musica, & musicos, aliquorum fortitudinẽ, & res gestas, ac facta præclara canentes, libenter audiunt, sed virtutes, quas illi laudibus efferunt, & cantu celebrant imitari non curant, sic filij Israelis oblectationis & recreationis solummodò causa te audiunt, consilia autem tua penitus contemnunt. Huiusmodi sunt, qui nunc concionatores audiunt, vt eorum mulceantur artificio, eloquentia, & doctrina: non autem vt iuxta eam rationem dirigant viuendi.
Simile. Vrapes multa percurrentes, solùm floribus delectantur, & illos decerpunt, alia relinquũt, sic in auditores totam concionem audientes nihil volunt nisi flores, & pulchrè dicta. Hæc tantùm curant, solidam autem doctrinam contemnunt, & iuxta eam viuere penitus spernũt. Adulationes quærunt & fabulas, vtilem veritatem fastidiunt. Id prænidens D. Paulus in epi-
2. Tim. 4 stola secunda ad Timotheum, scribat: Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magi-

Actu. 17 stros prurientes auribus, ad fabulas autem cõuertentur. In Actis apostolorum scriptum legimus. Athenienses ad nihil aliud vacasse, quã vt aliquid noui dicerent, aut audirent. Sed non propterea cõcionatores relicturi sunt munus concionandi, nam etsi nonnulli sint auditores curiosi, vani, & impij, sunt tamen multi graues, docti, & pij, qui animi vilitatem quamuis. Et quanuis omnes abirent præter vnum, ei tamen esset veritas nuntianda. Notum est illud Antimachi clari poetæ dictum, qui, vt refert Cicero de claris oratoribus, cùm conuocatis auditoribus legeret eis volumen suum, eumque loquentem omnes præter Platonem reliquissent: Legam, inquit, nihilominus, Plato enim mihi vnus instar est omnium.

Et cùm venerit. Hoc est, aiunt impij, te non esse verum prophetã, sed cùm venerit id quod tu prædixisti, quod quidem iam venit, scient te esse diuinum vatem.

Annotationes ex hebræo in caput XXXIII.

Et tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis. In hebraico pro de nouissimis suis est מקצותם mictsehem, à verbo קצה catsah, quod significat succidere, & finẽ facere. Vnde nomen cetseh significat finem, extremitatem, vltimum, & nouissimum. Apud Habacub cap. 2. vbi communis editio habet *Haba. 2.* Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua: Pro cõcidisti est in hebraico cetsotb, quæ dictio potest esse verbũ, & nomẽ. Noster interpres trãstulit, concidisti, vt sit verbũ nostrum catsah, & rectè quidem. Alij existimant esse nomẽ. Ideo potest transferri: Cogitasti consilium ad confusionem domus tuæ, in finibus multorum populorum, & peccasti in animã tuam. Ac si diceret propheta: Tu ò Nabuchodonosor cepisti consilium, quod non solùm in regno tuo, sed etiam in extremitatibus aliorum populorum, in omnibus terrarum oris in ignominiã domus tuæ redundauit. Nam propter illud eiectus fuisti ab hominum consortio, & ossa tua fuerũt deiecta è sepulchro. Eã ob causam hoc Ezechielis loco pro de nouissimis suis potest rectè verti, ex finibus suis, vel ex terminis suæ regionis. Vt sit sensus: Si elegerit populus virũ aliquem in speculatorẽ, de his, qui intra suos limites cõmorantur. Vel de extremis suis, hoc est, de his, qui in finibus habitant regionis.

Vnde septuaginta transtulerunt: Et tulerit populus terræ hominem vnum de suis. Solet

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim speculæ in finibus prouinciæ constituti, & in illis speculatores in eisdem extremitatibus degentes collocati, quoniam hi terram melius cognoscũt, & hostes vicinos maiore odio prosequuntur. Huiusmodi esse debent præsules, qui subditos optimè cognoscant, & hostium animæ acerrimi sint hostes, & veritatem intrepidè, sed cum modestia annuntient, & rempublicam prudenter gubernent, potiùs amari, quàm timeri cupientes. Nã si omnia voluerint timore, & asperitate, & insolentia mensurare & regere, ea facilè euertent. Vt aqua magni ac profundi lacus cùm natura sua tranquilla sit, vi tamen venti agitatur, & commouetur, sic populus etsi sua sponte mitis sit & quietus, nimia tamen seueritate & asperitatate præsulis veluti violenta procella concitari solet, & perturbari. Ideo ait Salomon in Prouerbijs. In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quasi imber serotinus. Et rursus: Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Et Christus Deus noster: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Ita tamen debet princeps & præsul misericordiam & tranquillitatem colere, vt iustitiam nõ amittat. Ita enim ait Salomon: Rex iustus eriget terram, vir auarus destruet illam. Et liber Sapientiæ: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Oportet reipublicæ gubernatorem animum ad Deũ erigere, eiusque præcepta seruare, vt subditos suos rectè ac sapienter regat. Ideo dicebat rex Dauid: Et nũc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, &c. Quibus verbis principes & antistites exhortatur, vt resipiscãt, ne vesano furore se illi opponant, cuius potentiæ nemo potest resistere, sed potiùs eum colant, eius mandata obseruent, & sapiẽter expendant, quid faciãt. Vbi nos habemus: Apprehendite disciplinam, habet litera hebraica נַשְּׁקוּ בַר. Quæ verba possunt latinè verti: Adorate filium siue osculamini filium. Id quod dixit: Seruite domino in timore, intelligitur de Deo patre: id quod ait: Adorate seu osculamini filium, intelligitur de filio Messia: qui hoc ait est spiritus sanctus, qui per os Dauidis loquebatur. Vbi vides sacrosanctæ trinitatis expressum mysterium, illis latens, qui illud nolunt cõsiderare. Huic sanctissimæ & individuæ trinitati seruire, & parere debent principes, si volũt, vt eis seruiant & pareant subditi, & virtutũ momenta perpendant. Nam vt ait Ecclesiasticus: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes eam.

Similè. Prou. 16 Prou. 20 Matt. 23 Prou. 29 Sap. 1. Psal. 2. Eccl. 10

Oculos vestros leuatis ad immũditias vestras. Septuaginta pro immunditijs transtulerunt abominationes. Pagninus idola. Solent enim idola in literis diuinis immunditiæ appellari, & abominationes.

Et et eis quasi carmen musicum. Septuaginta habent: Et es eis quasi vox psalterij. Thargum habet: Es quidem illis quasi canticum organorum. Verti potest: Et es illis veluti canticum amorum siue amatorium. In hebraica enim est agauim. à verbo agau, quod significat amare, vt apud Ieremiam cap. 4. Contempserunt te amatores tui. Et apud nostrum Ezechielem ca. 23. Tradi dicam in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. Insanire libidine Assyriorum, est amare eorum ritus, & eorum idolorum cultum vehementer diligere, & amplecti. Significat illis verbis dominus, se ideo Samariam, hoc est, decem tribus Assyrijs tradidisse, quoniam ingratus ille Iudæorũ populus Deo vero contempto cõmentitios Assyriorum Deos coluit, & impias eorum superstitiones deperijt, ardenterque, & impatienter corruptus eorum mores amauit.

Iere. 4 Sup. 23.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXIIII.

INuehitur in pastores, qui grege neglecto seipsos pascunt voluptatibus & delicijs, & vt verbis vtar diui Pauli, quæ sua sunt, quærũt, non quæ Iesu Christi. Inducit Deum promittentem se esse oues suas in ouili ecclesiæ congregaturum. Vaticinatur de magni illius, veriique pastoris in mundum aduẽtu, hoc est, de Christo Deo nostro, qui descendit è cœlis, humanamque induit formam, vt oues errantes diuino lumine illustraret, & coadunaret, vberrimis pascuis gratiæ, veriique diuinarum contemplatione, atque aquis cœlestium donorum, sanctarumque literarum refoueret, & ad cœlestẽ beatitudinẽ perduceret, vbi admirabilibus, immortalibusque obleblationibus pascerentur.

CAPVT XXXIIII.

ET factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis propheta de pastoribus Israel: propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit dominus Deus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis,

sanastis: quod confractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, nõ quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarũ agri, & dispersæ sunt.

B Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat, qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. Propterea pastores audite verbum domini. Viuo ego, dicit dominus Deus: quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quòd non esset pastor, nec enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos nõ pascebant, propterea pastores audite verbum domini. Hæc dicit dominus

C Deus: Ecce ego ipse super pastores: requiram gregem meũ de manu eorum, & cessare faciam, vt vltra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in escam. Quia hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suũ in die, quando fuerit in medio ouiũ suarum dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis.

EXPLANATIO.

Fili hominis propheta de pastoribus Israel. Hoc est aduersus Hebræorum præsules, & magnates, quibus gubernandi populi cura commissa est. Sed omnia hæc ad Christianos etiam illos antistites & principes referri possunt, qui non suos, sed seipsos tantùm curare contendunt.

Væ pastoribus Israel, qui pascebant seipsos. Subauditur, neglectis ouibus. Sensus est: Aeternum illis excidium annuntio, qui cum principatum obtineant, se illecebris tradunt, & sceleribus contaminant: saluti autem animarum nolunt consulere. Intelligens Moyses quàm necessaria esset pastoris cura & diligentia, aiebat: Prouideat dominus Deus spirituũ, omnis carnis hominẽ, qui sit super multitudinem hãc, vt possit exire, & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. Et alibi dicebat Hebræis: Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorũ conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes. De iniquis aũt ait Deus per Oseã: Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Hoc est, non approbaui. Et per Zachariam: Ego suscitabo pastorem, qui derelictum non custodiet, & qui dispersa non quæret. Et paulò pòst: ô pastor, & idolum derelinquent gregem. Permittit aliquãdo Deus ob hominũ peccata, vt pastores eligantur, qui subditis perniciẽ machinentur. Tales pastores idola sunt foris imaginẽ præsulum ostendentia, intus vana. Qui oculos habent, & non vident, aures, & non audiunt, qui flagitia publica dissimulant, qui veritatem audire nolunt, nonne idola meritò vocantur? Deus, inquit Iob, regnare facit hominẽ hypocritã propter peccata populi. Ideo dicebat Deus per Esaiã: Dabo pueros principes eorũ, effœminati dominabuntur eis. Et paulò pòst: Vos depasti estis vineã meam, & rapina pauperis in domo vestra. Et per regium ac diuinum vatem: Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Multi enim principes & præsules stimulis auaritiæ & cupiditatis concitati populum per summum scelus spoliant, & lacerant, eiusque diuitias inexplebili desiderio deuorant, & in altum suorum flagitiorũ profundunt. Huiusmodi principes & pastores mundi honores quærunt & diuitias, non autem solicitudinem & laborem. At pastor ille cœlestis, Christus Deus noster titulũ dignitatis regiæ in cruce habuit, nõ in mẽsis in laboribus, nõ in delicijs. Et de seipso ait: Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Ea cognomina sumit, quibus homines amore ad se alliciat. Ipse est, qui omnia pascit: pauit populum Israeliticum quadraginta annis in deserto: pauit Moysem & Eliam cibo inuisibili quadraginta dies, & quadraginta noctes ieiunantes: pascit naturalibus escis cuncta animãtia: & fideles suos pane gratiæ, & excellentibus sacramentorũ epulis admirabiliter reficit, & recreat. Vocãs Deus se pastorẽ, suã erga nos charitatẽ & solicitudinẽ ostẽdit. De eo ait Dauid

Num. 17 Deut. 1. Ose. 8. Zacha. 11 Iob 34. Esa. 3. Psal. 52. Ioan. 10. Exod. 16 Exo. 24. Deut. 9. 3. Reg. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.22. Dominus regit me,& nihil mihi deerit:in loco pascuæ ibi me collocauit. Et rursus: Do-
Psal. 26 minus illuminatio mea, & salus mea, quẽ ti-
Zach. 2. mebo? Et ipse pastor ait ore Zachariæ prophe
tæ: Ego ero murus igneus in circuitu eorũ.
Esa. 46. Et ore Esaiæ: Etiãsi mater obliuiscatur infan
tis sui,ego tamen nõ obliuiscar tui. Et Petro,
quem vniuersalem ecclesiæ pastorẽ cõstituit,
Ioan. dixit: Pasce oues meas. Non dixit pasce teip-
sum,sed oues: nec dixit: Occide illas, sed pas-
ce eas: Non superbiam, fastum, & insolentiã,
sed solicitudinẽ, curã, & vigilantiã illi cõmẽ
1. Pet. 5. dauit. Et idem Petrus alijs pastoribus dice-
bat: Pascite, qui in vobis est, gregem dei. Do
Rom. 12. cent diuus Paulus tribuentium, & præsulum
munus, ait: Qui tribuit, in simplicitate, qui
præest, in solicitudine. Et curã suam ostẽdens
2. Cor. 11. cõnumeratis laboribus suis ait. Præter illa,
quæ extrinsecus sunt, instantia mea cotidiana,
solicitudo omniũ ecclesiarum. Qui in functi-
one præfecturæ solicitudinẽ præstat, reliquos
numeros suæ dignitatis facilẽ explebit. Sed
hæc solicitudo erga oues debet esse, vt illas
spirituali cibo, & corporeo alimento pascat,
non erga mundi honores & vanitates. Sunt
enim nõnulli, qui eã, quã ecclesiæ debẽt soli-
citudinẽ, seculo tradiderunt, vanã nominis ce
lebritatẽ quærentes, suũ sanguinem, non Iesu
Christi illustrare conantes. Hinc effectũ est,
deo ita permittente, vt subditi aduersus præ-
sules sæpenumero insurrexerint, & cõtra ex-
celsas ecclesiæ dignitates ostenderint rebelli-
onẽ, quoniã ipsi præsules ecclesiarum solicitu
dinẽ reliquerũt. Vltionẽ diuinã esse arbitror,
& iustũ dei iudiciũ, ita peccatis exigentib', vt
subditi à præsulũ obedientia deficiant, quòd
præsules à solicitudine eos pascẽdi defecerint.
Antiqui philosophi principem & præsulẽ cũ
solo comparabant, quẽ appellabãt theon, hoc
est currentẽ, vt significarẽt debere illũ omnia
animo percurrere, essẽque ei solicitudinẽ, &
curã, & vigilantiã summè necessariã. Eam ob
causam ei sceptrũ rectũ abs q; foliis tribuebãt,
vt intuerent, iustitiã debere esse rectã, & affe-
ctionibus destitutã. Vt autẽ firmitudinẽ eius
in æquitate & iustitia ostenderent, Martem,
per quẽ principem significabant, indutũ tuni
ex adamãtina pinxerũt. Vt autẽ ipsum princi-
pẽ veritatis cultorẽ esse debere indicarẽt, prin
cipis statuã collocauerũt in quodã Aegypti
ædificio, vbi erat rex Simandius sepultus, &
habebat statua illa principis veritatem ex col-
lo pendentem, tanquam pretiosum monile, in
quod ipse oculos habebat coniectos. Author
est Diodorus Siculus libro 1. Bibliothecæ.
Nolebant veteres illi, vt princeps aspiceret
affectus corruptos, adulationes, & vanitates,
sed vt in veritate oculos figeret, qua adductus
gubernaret, vt se non pasceret delicijs, & tra-
deret voluptatibus, sed subditorum saluti cõ-
suleret, & pro illis curas, & labores subiret.
In vita Alexandri Magni, quam Ioannes Mo
nachus literis mãdauit, proditũ est memoriæ,
Alexandrũ has voces emisisse. Seruile est de-
dere se voluptatibus, laboribus autẽ se exer-
cere, res est principibus digna. Si hoc Gẽtes
absq; fide animo perspiciebant, quam rationẽ
deo reddent fideles, si illud intueri noluerint,
quibus Deus dicit: Væ pastoribus Israel, qui
pascunt seipsos? Si seculi principes saluti po-
puli cõsulere tenẽtur, quãto magis pastores ec
clesiastici & religiosi, qui sunt aureæ monetæ
ingẽtis pretij in ecclesia Christi? Oportet eos
nihil intra se habere vilis cupri, nullam alienæ
materiæ mistionem recipere, nullum raucum
sonum plumbi edere, nihil adulterinũ intrin-
secus admittere. Et quoniã sunt virtutis picto
res præcipui, à quibus subditi artem pingẽdæ
virtutis discunt, vt ait in Apologetico Grego
rius Nazanzenus, summa ope nitendũ est, ne
inueniãtur pulchræ virtutis pessimi pictores,
vel certè ne alijs pictoribus, qui eam debent
in seipsis depingere, imaginis eius pessima
præbeant exemplaria. Pulchram autem de-
pingent virtutẽ, si in eius actiones toto pecto
re incubuerint, & ecclesiæ solicitudinem præ-
stiterint. Audiant diuum Paulum dicentem:
Hebr. 13. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis:
ipsi enim peruigilant quasi rationẽ reddituri
pro animabus vestris. Et alibi: Oportet epis-
1. Tim. 3. copum irreprehensibilem esse. Et rursum: At-
tendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos
Act. 20. spiritus sanctus posuit episcopos, regere ec-
clesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Lac comedebatis, & lauis operiebamini. No-
mine lactis intelligit opes, nomine lanæ vesti
um varietatẽ. Ionathas Chaldæus habet: Co-
meditis, & absumitis subditorum diuitias.

Quod crassum erat occidebatis. Hoc est, diui-
tibus mortem inferebatis, vt eorum diuitias
acciperetis. Arguit pastores impios, quòd
pietatis momenta perpendere noluissent. Est
enim eorum munus mederi ægrotis, infirmos
cõsolidare, fractos alligare, abiectos reducere,
perditos quærere, & leniter ac iustè guberna-
re. Ideo ait Apostolus: Corripite inquietos,
1. Thes. 5. consolamini pusillanimes, suscipite infirmos,
patiẽtes estote ad omnes. Pastor ille cœlestis,
Christus Deus noster relictis nonaginta no-
Matt. 18. uem ouibus in deserto venit eam, quæ errauе
Luc. 15. rat, quæsitum, eamq; inuentam asportauit in
humeris. Nonaginta nouem oues sunt angeli
electi, ouis, quæ perierat, genus humanum, de-
sertum cœlum est, à nobis separatũ, aduentus
ad quæ-

rendam ouem perditam, est Christi in-
carnatio, ouis impositio in humero est gene-
ris humani in proprio corpore redemptio, re-
uersio ad desertum est reditus Christi ad vitã,
eiusq; in cælum admirabilis ascensus. Felices
illi pastores, qui quærunt oues perditas, impo
nunt suis humeris, earum saluti consulunt, &
munus Christiani pastoris exercent. At væ il-
Ierz. 23. lis, de quibus hoc loco loquitur Ezechiel,
quibus per Ieremiã ait deus: Væ pastoribus,
qui disperdũt, & dilacerãt gregẽ pascuæ meæ.
Ait diuus Gregorius tot mortibus prælatos
dignos esse, quot ad subditos suos perditiõis
exempla transmittunt. Debet pastor primo pa
nem habere in pera, hoc est, sacram scripturam
Malac. 2 in cognitione, iuxta id, quod ait deus per Ma
Ose. 4. lachiã: Labia sacerdotis custodiũt scientiam.
Et per Oseã: Quoniam tu scientiam repulisti,
repellã ego te, ne sacerdotio fungaris mihi.
Vnde diuus Paulus in epistola prima ad Ti-
1. Tim. 3. moth. præsulem ait debere esse doctorẽ: & ad
Tit. 1. Titũ, Oportet, inquit, continentem esse, am-
plectentẽ eum, qui secundũ doctrinã est, fide-
lem sermonem, vt potens sit exhortari in do-
ctrina sana, & eos, qui cõtradicunt arguere. Se
cũdò debet habere baculũ ad delinquentium
1. Tim. 5. correctionem. Ideo ait apostolus: Peccãtes co
rã omnibus argue, vt & cæteri timorẽ habeãt.
2. Tim. 4 Et rursum: Argue, obsecra, increpa, in omni
patientia & doctrina. Oportet enim infunde
re vinũ & oleũ, more cælestis Samaritani, vt
correctio & pietas, iustitia & misericordia, se-
ueritas & clementia copulentur. Et quoniam
præsules pastores vocãtur, in quatuor illos in-
signes pastores oculos conijciãt, vt eos imitẽ-
tur, de quibus loquitur diuina scriptura, eos
Gene. 4. summis laudibus efferẽs. Primus est Abel iu-
stus, quẽ liber Geneseos asserit fuisse ouiũ pa-
storẽ. Abel idẽ est, quod lugẽs, debẽt enim pa
Ioel. 2. stores populi scelera deplorare. Id exercebant
illi, de quibus ait Ioel: Inter vestibulũ & alta-
re plorabunt sacerdotes ministri domini, & di
cẽt: Parce domine, parce populo tuo. Id intel-
Iere. 6. ligens Ieremias aiebat: Quis dabit capiti meo
aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ, &
plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi
Gene. 31. mei. Alter pastor est Iacob, qui de seipso dice
bat: Die noctuq; æstu vrgebar, & gelu, fugie-
batq; somnus ab oculis meis. Et Christus cæ-
Ioan. 17. lestis pastor apud Ioannẽ patrẽ cælestem allo-
quẽs: Quos, inquit, dedisti mihi, ego custodi-
ui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.
1. Reg. 17 Tertius pastor est Dauid, qui de se ait: Pascebã
patris mei gregem, & veniebat leo, & vrsus, &
tollebat aretẽ de medio gregis, & persequе-
bar eos, & percutiebam, etuebamq; prædam
de ore eorum, & suffocabam, interficiebamq;
illos. Oportet se bonos pastores leoni illi op-
ponere, de quo ait diuus Petrus in prima sua
canonica: Aduersarius vester diabolus tãquã
1. Pet. 5. leo rugiens circuit, quærẽs quẽ deuoret. Quar
Exod. 3. tus est Moyses, qui oues Ietro pascebat. Hic
pro populo ad dominum ardentes preces fun
Exod. 32 dens aiebat. Quiescat domine ira tua, & esto
placabilis superbia populitui. Debẽt enim præ
sules pro ouibus suis deum orare, easq; ex Ae
gypto auferre, & in terram promissionis dirt-
gere, hoc ex mũdi flagitijs auertere, & ad cæ-
stis patriæ desiderium exhortari. Tenetur bo-
nus pastor cõmunem vtilitatem suæ propriæ
Simile. anteponere. Vt conẽnendus est, qui in naui-
gando se mauult incolumẽ seruare, quàm nau-
um, sic eum vituperandũ existimo, qui in rei-
publicæ discrimine suum propriũ commodũ
temporale cõmuni animarũ saluti anteponit.
At præter hos quatuor pastores, de quorũ lau
dibus nulla vnquam ætas conticesset, quorũ
res gestæ sunt diuinis literis cõsignatæ ad me
moriam posteritatis sempiternã, oportet prin-
cipes & præsules verè Christianos pastorem il
lum cælestem imitari, Christum deum nostrũ,
qui de seipso ait: Ego sum pastor bonus. Ille
pro nobis sanguinem fundere, & crucis mor-
Ioan. 10. tem subire non dubitauit. Ideo humanam na-
turam assumpsit immensus ille deus, mundi
conditor & conseruator, vt oues in tenebris
inextricabilibus errantes, ad veritatis splendo
rem adduceret, viamq; illis muniret ad gloriã
immortalem consequendam. Illum expectaue
rant patres antiqui, de eius aduentu vaticina-
ti fuerant diuini vates, asserentes fore, vt di-
uinus hic pastor veniret, cuius sanguine mun-
di maculæ abluerentur, & iniquitates expiarẽ
tur: cuius numine prædicebant esse infinitam
hominum multitudinem ex impia idolorũ su
perstitione seuocandam, & ad veram dei fidẽ
& religionem conuertendam. Huius pasto-
ris vestigia sequuntur præsules illi, qui pro ter
renis quæruntur cælestia, pro fluxis æterna, pro
exiguis magna, & pro animarum salute corpo
tis vitam, si opus sit, periculis exponunt, quo-
rum multi in dei ecclesia fuerũt, sunt, & futu-
ri sunt. Et licet nonnulli aliquando reperian-
tur præsules, & principes immanes, & impij,
qui scelere pascuntur & maleficio, & viros op
primunt iustos & pios, eosque vocant ad cæ-
dẽ & vastitatem, nõ est tamen, cur animo cada
mus, & scãdalo absũpto aduersus deũ aliquid
cogitemus. Et si enim impios tyrannos inter-
dũ regnare permittit, illisque pro sua singulari
pietate diuturnam sæpe concedit impunitatẽ,
non tamen flagitia impunita relinquit, quin
potius ea differt æternis cruciatibus puniẽda.
Solet etiam ex impiorum malis magna bona
colli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

colligere. Vt qui pulchram aurificit officinā, pretiosis monilibus ornatam ingreditur, non debet ægrè ferre fornacem, & carbones, quos ibi videt, quoniam ad annulos illos, & inaures, & cætera auri monilia & ornamenta conficienda opus est igne, & carbonibus, sic qui in dei ecclesia, vbi sunt infiniti viri sapientia insignes, pietate conspicui, charitate feruētes, omni virtutum genere præstantes, aliquos viderit indoctos, fallaces, nefarios, tyrannos, & impios, non debet occasionem sumere ruinæ, quia non essent martyres, nisi essent tyranni. Nō permitteret deus malos, nisi posset ex illis bonū aliquod elicere. Capite decimo octauo libri vndecimi de ciui. dei ait ita D. Augustinus. Nec deus vllū, non dico angelorum, sed vel hominum crearet, quē malum futurū esse præsciisset, nisi pariter nosset, quibus bonorum vsibus commodaret. Atque ita ordinem seculorum tanquam pulchertimum carmen etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret.

Simile.

Hæc Aurelius Augustinus ibi. Et multis alijs in locis iniquos ait vtiles ideo esse, quia viros pios exercent ad virtutem patientiæ, & ad honestatis constantiā, cùm afflictio maximè conducat ad immortalitatis coronam obtinēdā. Vnde iebat apud Tobiam Sara cum Deo loquens: Hoc habet pro certo omnis, qui colit te, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur. Et Dauid: Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Et diuus Paulus: Placebo mihi in infirmitatibus meis, in cōtumelijs, in necessitatib⁹, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Sed in felices illi, qui affligētes iustos, seipsos crudeliter affligūt, & alios calamitibus lacerātes æternū sibi ipsis cōflant excidiū. Infelices pastores, qui cum ouium saluti cōsulere teneantur, quod crassum est, occidunt, dei gregē nō pascunt, & seipsos in vitia ingurgitār, in quos hoc loco inuehitur Ezechiel.

Tob. 3.

Psal. 33.

2. Cor. 12

Sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Hoc est asperè, insolenter, & superbè illis dominabamini, & vt paucis dicam, tyranni deo exercebatis in eos. Per Ecclesiasticū ait deus: In mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloria diligeris. Quantò maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et sursum: Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Et diuus Paulus in epistola ad Titū, Oportet, inquit, episcopū sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracūdum, nō vinolentū, non percussorem. Quemadmodum æstate cùm vehementius tonuerit, quàm fulserit, signum est vētorum, vt Plinius ait, sic qui in aliorum peccata vehementer inuehitur, & clamores queribundos attollit, cū ipse non perinde vitæ puritate micuerit, facilè ostendit animum habere austeritatis potius, & ambitionis, ac vanitatis vento tumentē, quàm colentem iustitiæ, & Christianæ pietatis. Bariona sonat filium colūbę, & talis debet esse, qui alios suscipit gubernādos. Quorsum enim Christus deus noster promittens Petro summum pontificatum, ei dixit: Beatus es Simon Bariona, nisi vt ostenderet, debere Ecclesiasticum pastorem columbæ habere mansuetudinem & simplicitatē? Sed quoniam oportet vti aliquando austeritate, & grauiter punire, & obiurgationes nonnunquam incidunt necessariæ in quibus necesse est vti acerbiore contentione verborum, & acriore reprehensionis & supplicij seueritate, sed ita vt procul absit ira & intemperantia, ait Gregorius Nazanzenus in libro de Ieremiæ dictis, difficile esse scire regere seipsum, scire autem regere alios difficiliur. Et in Apologetico, Reuera, inquit, mihi videtur ars artiū, & disciplina disciplinarum hominē regere, vel imbuere, qui est inter omnes animātes maximè & moribus varius & voluntate diuersus. Vt in corporibus multę inueniūtur dissimilitudines, alios enim aspicimus celeritate instructos ad cursum, alios viribus ad palæstram, quosdam facie nigro colore affectos, quosdā albo, alios formæ grauitate præditos esse, alios venustate, sic in animis existunt diuersæ propensiones, & infinitæ varietates. Quas omnes debet cognoscere, qui rēpublicā gubernandā suscipit. Videant igitur electores, ne rēpublicā amentibus & sceleratis committant. Latrunculi Syriæ ceperūt puellam Israeliticam, eamque Naaman Syro lepra contaminato tradiderunt. Eodē modo faciunt nonnulli electores, impiè quidem illi, & nefariè, qui religionem eripiunt virginem pulcherrimam, quam leproso cuidam, flagitioso, inerti, indocto, vitijs imbuto gubernandam committunt, vt ipse eis suorum vitiorum impunitatem largiatur, & cum erga eos sit indulgentissimus, sit aduersus alios asperrimus, imperans illis cum austeritate.

Simile.

4. Reg. 5

Et dispersæ sunt oues meæ. Est enim hoc magnum periculum, nam lupus in oues simul cōgregatas non auulet impetū facere, at si dispergantur in eas statim inuehitur.

Errauerunt greges mei in cunctis montibus. Alludit ad loca excelsa, vbi solebant Iudæi idola constituere, & ibi ea colere.

Super omnem faciem terræ. Hoc est, terrena sectabantur, nō cælestia. At in epistola ad Colossenses ait apostolus: Quæ sursum sunt, quæ sursum sapite, non quæ super terram. Si alitè spectare voluerimus, & æternas beatorum sedes contueri, & supera ac cælestia gaudia cogitare, omnia terrena cōtemnemus, & exigua ac fragilia reputabimus.

Coloss. 3.

Et non erat qui requireret. Nec rex, nec princeps, nec sacerdos, nullus denique erat, qui errantem populum ad viam dei reuocaret, quoniā hi extra viam syluas vitiorum peragrabāt. Omnes tā nobiles, & illustri loco nati, quām obiecti, & plebeij erant sceleribus imbuti.

Esa. 1.

Hoc intelligens Esaias dicebat: A planta pedis vsque ad caput non erat in eo sanitas. Hoc est, ab agricola vsque ad principem, ab infimo vsque ad supremum, omnes erant flagitiorum labibus infecti. Verba hæc repetit Ezechiel ad tanti mali magnitudinem exaggerandam.

Hæc ego ipse super pastores. Subaudi veniam, vt in eos grauiter animaduertam.

Requiram gregem meum de manu eorum. Id est, petam ab illis rationē excidij populi mei, eiusque detrimentum illis imputabo.

Vt vltra non pascant gregem meum. Auferam ab eis oues meas, quas opprimunt & perdunt. Hoc fuit impletum tempore Christi, cum ipse electos suos liberauit ab scribis & phariseis, qui populō oneribus grauib⁹ opprimebāt, vt apud Matthæū, & Lucam licet videre. Ab hac legis seruitute, & onerum impositione liberati sunt fideles per euangelicam libertatem, vt copiosè ostendit apostolus in epistola ad Galatas. At oportet, quid sit libertas hæc intelligere, ne eam malè intellectā in scelerū occasionem sumamus. Ita enim ait diuus apostolus: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantùm ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. In epistola ad Romanos ait ita apostolus: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis. Et in secūda ad Corinth. Vbi autē spiritus domini, ibi libertas. Sed ad Romanos, Liberati, inquit, à peccato serui facti estis iustitiæ. A duplici damnatione, in quā incurrimus per Adam, nimirū peccati & mortis, liberati sumus per Christum. Eam ob causam sanctus apostolus eius legē appellat legē spiritus contra peccatum, & legem vitæ cōtra mortem, dicens: Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Vna de libertas nostra spiritualis est, non carnalis.

Mat. 23.
Luc. 11.

Gala. 4. & 5.

Gala. 5.

Rom. 8.

2. Cor. 3.

Rom. 6.

Rom. 8.

Et non erunt vltra eis in escam. Id est, non amplius post hac impij pastores gregem meū deuorabunt.

Esa. 40.

Regnabit oues meas & visitabo eas. Eodem modo apud Esaiam: Sicut pastor gregē suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Et apud Zachariā: Visitabit dominus exercituū domum suam, domum Iuda.

Zach. 10

In die nubis & caliginis. Hoc est, tēpore calamitatis. Quæ de rē ea potest videre, quæ capite 32. diximus, verba illa explanantes. Et operiam cælos.

Infr. 32.

Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in mōtibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mōtes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit dominus Deus. Quod perierat, requiram, & quod abiectum erat, reducā: & quod cōfractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio. Vos autem greges mei, hæc dicit dominus deus: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorū. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris turbastis. Et oues meæ his, quæ conculcata fuerant pedibus vestris, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit dominus meus ad vos: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilentum: pro eò quòd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris vētilabatis omnia infima pecora, donec dispergerentur foras. Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam: & iudicabo inter pecus, & pecus.

D

E

Et educam eas de populis, & congregabo eas. Per populos regiones intelligit Chaldæorū. Sed quis non videt intelligi hoc præcipuè de Christo deo nostro, qui eos, qui dispersi erāt

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vnis ac variis Gentium superstitionibus additi, ad veram Hierosolymam, hoc est, ad ecclesiam catholicam duxit, vbi eos congregauit, vt impio idolorum cultu relicto religionē veritatis plenissimam amplectentur. Quæ de re non solùm alibi apud hūc nostrum Ezechielem, sed etiam in nostris in Esaiam commentarijs fusè disseruimus, verba illa vndecimi capitis explanantes: A Phetros, & ab Aethiopia, & verba illa capitis vigesimi septimi: Et erit in die illa, clangetur in tuba magna.

In montibus Israel, in ruinis, & in cunctis sedibus terræ. Hoc est, in montibus, & vallibus aquæ fluminum irriguis, & in omni denique loco fertili & herboso. Explicās autem seipsum, ait: In pascuis vberrimis pāscā eas. Felices illi, qui se deo committunt, & ei diligenti pastori custodiendos & pascendos tradunt. Audi vnū ex illis aientē: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquā refectionis educauit me, animā meā convertit. Locum pascuæ vocat vbertimum contemplationis rerum diuinarum pastū, quo mentes admirabili voluptate afficiuntur, aquā verò refectionis, gratiā spiritus sancti, & amœna diuinarum literarum flumina. Ex his rebus tantùm roboris animis iustorū accedit, vt nullis calamitatum fulminibus terreantur, nullis sceleratorum oppugnationibus debilitentur.

Quod pericrat, requiram. Quemadmodum pastor ouem perditam requireus, solet in locum excelsum ascendere, vt inde ad eam clamet, ita Christus genus humanum requirens in excelsam crucem in monte Caluariæ defixam ascendit, vt nos ad seipsum clamore magno vocaret. Et quanuis impij Iudæi Christi voces cōtemnunt, quod ipse iam ijs verbis dixerat per Salomonem: Vocaui, & renuistis, extendi manum meā, & non fuit, qui aspiceret, eius tamē voces emissas è cruce audiunt electi, veluti oues sibilum sui pastoris attendentes. Ipse enim dixerat per Zachariam propheram: Sibilabo eis, & cōgregabo illos, quia redemi eos. Sibilat Christus, sibilat etiam diabolus. Vt scite cuius pastoris sit ouis, intuere cuius sibilum sequaris.

Quod confractum fuerat alligabo. De eo dixerat Esaias: Calamum cōtusū non conteret. Quē locū diuus Matthæus de Christo interpretatur. Per calamū cōtusum homines intelligit imbecillos, & fragiles in fide, quos Christus roborauit, congregauit, & vinxit.

Quod infirmum fuerat, consolidabo. Præsulis & cōcionatoris munus est vulnera curare, nō exulcerare, morbis mederi, nō eos efficere. De Christo dixerat Esaias: Verē dolores nostros ipse tulit, & languores nostros ipse portauit. Quem locū diuus Matthæus & diuus Petrus de Christo interpretantur. Sed Matthæus de corporis languoribus, quibus ipse mirabiliter medebatur, Petrus autem de animi egritudinibus, hoc est, de peccatis, à quibus genus humanum liberauit. Et vterque rectissimè, & literaliter, nam vnus ac idem scripturæ locus duos potest habere sensus literales.

Quod pingue & forte custodiam. Ne scilicet ægrotet. Ægrotē curabo, vt restituatur in pristinā sanitatē, robustos autem ac valētes præseruabo, ne incidant in morbū. Pro custodiā verti potest, exterminabo, siue dispergam. Et tunc erit sensus: Pingues & potentes, qui opprimunt imbecillos, & in vitos innocētes cōtumelias iaciunt, castigabo. Id voluit diuina scriptura in Exodo significare, cum dixit, esse bouem cornipetam lapidibus obruendum. Quid per bouē eorum pereuntē nisi hominē humanis intelligitur, qui alios vexat, & ad exitiū vocat? Aspicis hic totū præsulis munus numeris suis absolutū. Debet enim bonos remunerari, malos verò punire, vitia euellere, & virtutes plantare. Vnde Ieremiæ dixit deus: Cōstitui te hodie super gētes, & super regna, vt euellas, & destruas, & dispergas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Sed ad hoc opus est habere præsulē amorē charitatis in animo, laborē in negotijs, fortitudinem in periculis, consilium in prouidendo, industriā in agēdo, cōstantiam in perseuerando.

Et pascam illos in iudicio. Hoc est, sapienter, sciēs quid cuiq; conueniat. Vel in iudicio, id est, in rectitudine, & æqualitate, dā vnicuiq; quod suū est. In hoc consistit iustitia, quæ est omniū moraliū domina, ac regina virtutum.

Vos autem greges mei. Increpatis iniquis principibus increpat modò subditos iniquos, qui cum lautè & splendidè vitā agant, volunt alios optimere, & inter eos discordiam semināre. Ideo ait: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, hoc est, inter bonos & malos. Id explicare volēs subdit, & inter arietē & hircū: Per arietē subditū bonū intelligit, per hircū malum, per aquas pedibus conculcatas pacē perturbatā. Potest hoc hæreticis accōmodari, qui cum legant sacram scripturā, quæ est aqua pura, & lucida, ei turbāt, & conculcāt, & perperā inter pretantur. Et ita decipiunt multos, quibus familiariter vtūtur. Quā ob causam oportet eos summoperē vitare. Hæreticū hominē, inquit diuus Paulus in epistola ad Titum, post vnā, & secundam correptionem deuita, sciēs quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condēnatus. Et diuus Ioānes in epistola sua secūda. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Et si hæretici velint sanctitatē ostentare, non est illis habenda fides. Ideo dicebat Christus: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. à fructibus eorū cognoscetis eos. Citāt quidē diuinas scripturas, sed deprauatē: & ad hæreses suas cōfirmandas locos assūtos sacrarū literarū, sed qui illud minimè dicant. Vt qui regis imaginē ex auro, & gemmis pretiosis à fulcire artifice fabricatā dissoluunt, & transferunt aurū illud & gēmas in cumis imaginem, quam ex eadē materia cōficiunt, aiunt imaginē illā suā carnis, esse regis imaginem, quoniā idē est aurū, & ijdē pretiosi lapilli: sic hæretici imaginem fidei dissoluunt, & ex ijsdem sacræ scripturæ authoritatibus perperam ac falsò expositis imaginem perfidiæ cōficiūt, & ornant: & aiūt illā esse fidei & veritatis imaginē, quoniam est ex ijsdē locis sanctarū scripturarum cōstructa. Et hoc modo imbecillos & fragiles homines sæpenumerò fallunt, suadentes illis turpem illā carnis figuram, hoc est pestiferam suam hæresim esse pulchram regis, hoc est expressam veritatis imaginem. Hac similitudine vtitur Irenæus libro aduersus Valentinum primo.

Pro eo quod latcribus & humeris. Metaphora sumpta à bouibus pinguibus & robustis, qui imbecillos & macilentos impellunt, & lateribus, humeris, ac cornibus eos percutiunt,

Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas: & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Et faciā cum eis pactum pacis: & cessare faciā bestias pessimas de terra: & qui habitāt in deserto securi dormient in saltibus. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducā imbrem in tempore suo, & pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignū agri fructum suum, & terra dabit germē suum, & erunt in terra sua absque timore: & scient, quia ego dominus, cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi: & nō erunt vltrà in rapinam in Gentibus, nec bestiæ terræ deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatum: & nō erunt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt vltrà opprobrium Gentium. Et scient, quia ego dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel: ait dominus Deus. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego dominus Deus vester, dicit dominus Deus.

Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid. Verba sunt dei patris verum pastorē Christum promittentis. Cùm Moyses ad exitum vitæ vocaretur, populo Israelitico benedixit. Et postquā multa de Christi protulit aduentu, has voces emisit: Habitabit Israel cōfidenter solus, oculus Iacob in terra frumenti & vini, cœlique caligabūt rore. Israelem, qui vocatur Iacob, oculum appellat per appositionem, non corporis oculū, sed aquæ, hoc est fontem, à quo deductus est populus Israeliticus, veluti fluuius à fonte. Oculus fuit & vena aquarum multarū, à qua deriuatus est populus, qui Iacob etiā appellatur. Hunc Israeliticum populū, hos Hebræos à Iacob genus suum ducentes dixit loco illo Moyses esse tempore Christi cum animi securitate in ecclesia catholica habitaturos. Ecclesiam autem vocat terram frumenti & vini, hoc est in qua futurus erat Christus in sancto eucharistiæ sacramento sub speciebus frumenti & vini. Vel per vinum & frumentū intelligit abūdantiam donorum cœlestiū, quod aliis verbis idem significātibus repetit, dicēs: Cœlique caligabūt rore. Hoc est, ex collis distillabuntur pluuiæ ecclesiam fœcundantes: erit ecclesia irrigata affluentia gratiæ, & diuinorum bonorū. Hæc est terra illa fertilissima, de qua dixit psalmographus: In loco pascuæ ibi me collocauit, super aquā refectionis educauit me. Per Israelitas hi intelliguntur, qui erant fidē Christi recepturi, qui sunt Israelitæ secundum spiritum, siue sint ex Hebræis, siue ex Gentibus. Qui autē sunt infideles, hi etiā si sint Israelitæ secundum carnem, non autem sunt secundum diuinam promissionem. In epistola ad Romanos ait ita diuus Paulus: Nō enim oēs, qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, nec qui semē sunt Abrahæ, oēs filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semē. Id est, nō

Matth. 7.

Simile.

Ioan. 1.8
Ioā. 10.6
Esa. 50.c
Dan. 9.8

Ezec. 20.b

Psal. 22.

Deut. 33.

Rom. 9.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui filij carnis hi filij dei sunt, sed qui filij sunt promissionis, æstimatur in semine. Et
1. Cor. 10 in epistola prima ad Corinthios, Videte, inquit, Israelem secundū carnem: nunc alterū esse secundū spiritum. De hoc Israele secundum spiritum vaticinatus est loco illo Deuteronomij Moyses, prædicens illum esse in ecclesia dei silenter habitaturū. Id asseruit postea Ieremias ita dicens: Ecce dies venient, dicit dominus, & suscitabo Dauid germē iustū,
Ierem. 23 & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiā in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen, quod vocabunt eū: dominus iustus noster. Vbi in editione vulgata est dominus, est in hebraico Iehouah, quod nomen ex omniū & Hebræorū & Christianorū sententia tantū de vero deo dicitur, & illi soli tribuitur. Indicat apertè Ieremias his verbis Messiam esse verum deum, in cuius aduentu erant Israelitæ, cum animi fiducia & tranquillitate in ecclesia cōmoraturi, & æternā salutē consecuturi, ipsumq; futurum esse pastorem, & regem, & verum Dauidē, & super Dauidis thronum sessurum. Illum autem locū intelligunt de Christo omnes, tā Iudæi quām Christiani, sed variant in tempore. Idem repetit Ie-
Ierem. 33. remias trigesimotertio, dicens. Ecce dies venient, dicit dominus: & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel, & ad domum Iudæ in diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, dominus iustus noster. Vel vt alij vertunt, Deus iustitia nostra. Christus enim est ille, qui iustificat nos, de quo dit di-
1. Cor. 1. uus Paulus in epistola prima ad Corinthios: Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Hic est suptemus rex, cœlestis Dauid, ex cius semine secundū carnem, de quo dixerat Esaias: Super solium
Esa. 9. Dauid sedebit, & super regnum eius, Ideo dixit Gabriel angelus sacratissimæ virgini:
Luc. 1. Vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et quia Christus processit ex genere Dauidis, fuitque pastor & rex quēadmodum Dauid, & multis in rebus fuit adumbratus in Dauide, ideo Ezechiel hoc loco appellat eū Dauidē, imō Deus pater per illū, dicens: Et suscitabo super eos pastore vnum, qui pascat eos, seruum meum Dauid. Et
Isa. 37. rursus capite 37. Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. Eam ob causam Ieremias duobus locis paulò antè citatis eum vocat Dauidem, regem & pastorem, quem admodum Ezechiel. Esse autem Christum pastorem à patre cœlesti missum indicat Esaias iis verbis: Ecce Deus vester, Esa. 40
ecce dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, ecce merces eius eo eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suū pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Intuere quām dilucidē asserat Christi diuinitatem & humanitatē: apertè cum vocat deū & dominū, & pastorē humeris suis oues portantē. Postq; Michæas capite 5. locutus est Mich. 5.
de vtraq; Christi natiuitate, tēporali & æterna, subdit: Stabit, & pascet in fortitudine domini. Hoc est, perpetuō regnabit in ecclesia pascēs oues suas magna fortitudine, efficiēsq; per se, & per apostolos suos clarissima miracula. Ideo Dauid in persona ecclesiæ canebat: Psal. 78.
Nos aūt populus eius, & oues pascuæ eius. Oues sunt Christiani & fideles oēs pastoris illius, qui de se ait: Ego sum pastor bonus: & co- Ioan. 10.
gnosco oues meas. Aspicis nō esse nouū nomen hoc pastoris, quo se Christus cognominauit, sed tributū ei fuisse à prophetis: nec esse nomen, quo nos terreret, sed quo nos ad amorem excitaret. Ipse enim ait per Oseā: In funi- Ose. 11.
culis Adam traxi eos, in vinculis charitatis. Hunc pastorē imitabatur ille, qui omnibus suis 1. Thes. 2.
dicebat: Cupidē volebamus tradere vobis nō solū euangelium Dei, sed etiā animas nostras, quoniā charissimi nobis facti estis. Vocans se Christus pastorē, ostendit quāta cura nos pascat, & quāto nos labore redemerit, vt ex ipsius qualitate periculi nostri magnitudinē cogitemus. Cū duplex sit pastus, alter animæ, alter corporis, multo magis se Christus solicitū ostendebat erga oues suas in pastu animæ, q̄ corporeā. præsame spicas vellebāt aliquādo & calamitatibus premebātur, at in pastu animæ summā curā habuit: cōcionabatur, docebat, arguebat, cōsolabatur. At hodie à multis ille vocatur præstantior pastor, cui maior est cura corporū quā animarū: famē panis permisit Christus discipulis suis, non autē famem doctrinæ: est enim verus animarū pastor. Quæ propter diuus Paulus in epistola ad Hebræos Hebr. 13.
Iesum Christū appellat magnum pastorē. Et assentiens Petrus apostolorū princeps in prima sua canonica, Conuersi, inquit, estis nunc 1. Pet. 2.
ad pastorē, & episcopū animarū vestrarū. Id prædixit hoc loco Ezechiel inducens promittentem deū patrē, se esse suscitaturum pastore vnū, seruū suū Dauidē. Et Oseas dicens. Post Ose. 3.
hæc reuertentur filij Israel, & quærēt dominū deum

Deum suum, & Dauid regem suum. Pro quo habet trāllatio Chaldaica: Post hęc reuertētur filij Israelis, & quærent cultum Dei sui, & obedient Messiæ, filio Dauidis, regi suo. Perspicuū est, nec Ezechielem, nec Ieremiā, nec Oseam, nec alios prophetas illius memoriæ, de Dauide patre Salomonis locutos fuisse, cùm eum venturū prædicebant, quoniam tā excellentē vitæ, & inter eos & illum longū annorū intervallū intercesserat. Sed intelligebātur vaticinia illa de cœlesti Dauide, cuius ille terrenus eximia pietate præstante gesserat imaginē.
1. Re. 17. Quemadmodū Dauid baculo & quinque lapidibus vicit Goliam, sic Christus cruce, &
Ioan. 16. quinque vulneribus mundū superauit. Ipse enim de se ait: Confidite, ego vici mundū. Tāta est eius fortitudo, vt manus eius in cruce vulneribus confossæ, & duris clauis trajectæ mundum vincerent, & dæmonis tyrannidem depellerent. Manus enim illæ Dei sunt, quæ mundū condiderunt: quoniam Christus deus est & homo, duas in eo naturas cognoscimus, vnā aūt personam, vnum suppositū, vnā hypostasim. Persona super hypostasim nō addit nisi determinatam naturā, nempe rationalē, & in Christo non est alia hypostasis præter hypostasim verbi. Quā ob causam in cōcilio Ephesino asserti & decretū fuit, factam fuisse vnionem in hypostasi aut supposito, quemadmodū in concilio Chalcedonensi factā fuisse in persona. Et ita vere asserimus, manus illas, quæ in cruce affixæ fuerunt, eas esse, quæ cœlum formarunt, quoniam harū manuum suppositū & persona est Deus. Videbatur ille, qui erat inuisibilis, tangebatur ille, qui erat intangibilis, moriebatur ille, qui erat immortalis. Et bra-
1. Re. 16. chijs extensis pulsabat citharam cœlestis ille Dauid, & dæmon vincebatur. Hic est ille Dauid, qui pro oūi salute mortuus est, qui nos suo corpore sacratissimo, & suo sanguine pretiosissimo recreat & relicit, qui nos pascit sua gratia, & bonorum abundātia: de quo ait hoc loco deus pater per Ezechielē: Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid, &c.

Seruus meus in medio. Pater cœlestis Christum vocat seruum suum ratione humanitatis assumptæ, secundum quam minor est patre, iuxta id
Ioan. 14. quod ipse ait. Pater maior me est. At secundū diuinitatē æqualis est patri. Ipse enim ait: Ego & pater vnū sumus. Dicens vnū, significat vnitatē naturæ & substantiæ: dicens sumus, distinctionem personarum. Vnde D. Paulus in epi-
Philip. 2. stola ad Philippenses. Hoc, inquit, sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cùm in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuentus vt homo. Ac si diceret: Ita afficiamini erga vos, quoniā sibi affectus fuit Christus, qui nostrā quærens vtilitatē abiecit semetipsum. Nā cùm in eadem esset cum patre substātia, deo patri æqualis & consubstantialis, cùm posset hāc æqualitatē & cōsubstantialitatē sine rapina & iniuria sibi tribuere, noluit eā apud homines imperitos vēdicare: quin potius seipsum exinaniuit, assumēs hominis naturā, planè instar hominum, ac verus homo factus est perinde ac vnus quilibet ex hominibus, quoad ad naturā attinet, non aūt quoad vitiū contractū. Et quoniā dei filius formā serui accepit, & vt ipse ait, non venit ministrari, sed ministrare, & quia Deo patri obediuit Mat. 20. Philip. 2.
factus obediens vsque ad mortē, mortē autem crucis, ideo à patre appellatur seruus hoc loco, & ca[illegible]7. Et seruus meus Dauid rex super Isa. 37.
eos. Et apud Esaiā: Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus: complacuit sibi in il- Esai. 42.
lo anima mea. Quem locum diuus Matthæus Mat. 12.
de Christo interpretatur.

Princeps in medio eorū. Quasi centrū, à quo ductæ ad circunferentiā lineæ omnes sunt æquales. Vult significare Christū iudicē esse rectum, apud quē nō est acceptio personarū. Id quod asseris his verbis in Deuteron. diuina Deut. 10.
scriptura: Deus personā nō recipit, nec munera. Et Iob, Deus, inquit, non accipit personam Iob. 34.
principū, nec cognouit tyrannū. Hanc sententiam assert D. Petrus cap. 10. Actorum, & D. Act. 10.
Paulus capite 2. epistolæ ad Rom. Qui in me Rom. 2.
dio est, omnibus vult æqualiter consulere, quod est Christiani principis & præsulis munus. Volentes veteres Ægyptij regē significare, turrem pingebant à serpente in orbē circūdatam & redimitā. Turris illa turissima est regis præsentia & voluntas, quæ in medio circuli, in medio regni, in medio rerū debet esse, vt omnes eum videant, participent, ament, & ad eum necessaria referant, & ab eo videātur, amentur, & iustē iudicētur. Serpens ille tenens principem in medio populus est prudens, qui eum eligit præsulē, & rectorem, qui mediū teneat, & colat æqualitatem: prudens enim cum serpente comparatur, iuxta saluatoris illud: E- Mat. 10.
stote prudentes sicut serpentes. Plato libro 5. legum vrbē suæ reipublicæ metropolim, principis domicilium in medio regionis dicebat esse constituendum. In libro Geneseos ita scri- Gen. 23.
ptum legimus: Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Et rectè in medio eorū habitabat, qui inter eos principatum obtinebat. Qua de re fusè diximus capite duodecimo, verba illa explanantes: In medio domus exasperantis.

Et faciam cum eis pactum pacis. Ipse enim dixit: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. *Ioan.14.*

Et cessare faciã bestias pessimas de terra. Quidam hoc intelligunt de reditu Hebræorum ex Babylonia, per pastorem intelligunt Zorobabelé, & per oues Iudæos: & per bestias pessimas intelligunt ad literam feras, quæ erãt in terra promissionis ob eius solitudinem. Nos aũt qui totum hoc præcipuè referimus de Christo, existimamus pastorem esse Christũ, oues fideles, bestias autem pessimas esse vitia nefaria, & homines impios, sceleruméque labibus infectos, ac dæmones generis humani inimicos, iuxta illud psalmographi: Ne tradas bestijs animas confitentium tibi. *Psa.73.*

Et ponã eos in circuitu colli mei benedictionẽ. Hoc est, ponam fideles meos intra Ecclesiam meam, vbi erunt felices. Accipitur benedictio pro felicitate & fœcunditate: & collis pro ecclesia in excelso loco sita.

Et pluuiæ benedictionis erunt. Hoc est, erunt pluuiæ fertilitatis & fœcunditatis. Nõ solùm non nocebunt fructibus, sed proderunt. Erit tempus illud felix, & affluens doctrinis. Accipitur pluuia pro doctrina, vt in Deuteronom. Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Nam quemadmodũ pluuia agros rigat, & fœcundat, & segetes educat, atq; confirmat, & plantas lętissimorũ fructuũ copia exornat, sic Christiana doctrina pios homines irrigat, eorumq; animos alit ad æternitatem, vbertimosq; virtutum fructus producit: Hanc tribuit Deus populo suo tempore opportuno copiosam & abundantem, iuxta id quod ait regius vates: Pluuiã voluntariam segregabit Deus hæreditati tuæ. Pluuiam volũtariam appellat doctrinam desideratã & tempestiuam: hæreditatem verò Dei vocat populum Christianum, quẽ Deus tanquam agrum hæreditarium excolendum suscepitque, cùm esset antea sterilis, doctrinæ suæ imbribus irrigauit, & fructiferum reddidit. *Deut.23.* *Simile.* *Psa.67.*

Cùm contriuero catenas iugi eorum. Christus contriuit graue diaboli iugum, quod erat hominum cernicibus impositum, & loco eius iugum nobis imposuit suaue. Id prædixerat his verbis Esaias: Iugum oneris eius, & virgã humeris eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Ac si diceret: Cùm veneris ô Domine Iesu, & assumpta humanitate viam ad gloriã immortalem munieris, eripies homines à graui dæmonis iugo, quo ipse dæmon eorũ colla deprimit, & à virga, qui eos percutit, & à sceptro, quo imperat: & diaboli deniq; tyrannidẽ delebis. Sed heu, quam multi hodie Christi iugum repellũt, seq; Satanæ iugo submittũt! Est quidem dæmonis iugum asperum, & graue, & intolerandum, Christi verò leue, suaue, & amplectẽdum: inuitat diabolus mortales ad pondus sui iugi, & cutrũt libenter, inuitat eos Christus ad sui iugi sanctitatem, & renuunt. *Esa.9.*

Venite ad me, inquit clementissimus Dominus, omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue. Per Ieremiã ait ita Deus: Ambulate in via bona, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Impij homines diuinum iugum aiunt durum esse, & laboribus plenum: at Christus, qui est ipsa veritas, illud leue & suaue esse asseueranter affirmat. Et diuus Ioãnes in prima epistola sua: Mandata, inquit, dei grauia non sunt, quoniã omne, quod natum est ex deo, vincit mundũ. Et diuinus psaltes: Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborẽ in præcepto? Ac si dicat: Tu qui fingis Dei præcepta dura esse & intolerabilia, nonne sedes in flagitijs? Sedes quidem. Dei iugum graue appellas, in eius præceptis fingis labores, non quòd hoc ita sit, sed quod tu sis in sede iniquitatis collocatus, ex qua surgere non vis. Dum lignum viride est, potest esse graue iugũ ex illo factũ: sed longum tempus reddit lignũ siccũ & leue. Priusquã Dei filius super se iugũ ferret, poterat illud graue esse, sed postquã illud Christus collo suo imposuit, atque 30. & tres annos portauit, effectum est siccum & leue. Poterat Christus legẽ suã cũ lapide comparare, aut ligno, aut aliqua huiusmodi re, sed ideo voluit eã cũ iugo cõparare, quia iugũ nisi à duobus portari nõ potest, vt significaret dei seruũ non esse solũ, cùm põdus aliquod aut laboris, aut calamitatis, propter Christũ ferret toleranter, eiusq; iugũ portaret: ipse enim Christus illud ex altera parte tollit, & seruo suo vires suppeditat. Et ita dei seruus labores vitæ, ærumnas mũdi, & grauia humanarũ molestiarũ põdera valet sustinere, & cũ societate Christi ea inuenit suauia, & adiumẽta quædã, atq; veluti alas, quibus volat in sublime vsq; ad cœlũ. Vt enim currus etsi grauis sit, efficit tamen, vt boues onus aliàs intolerandũ ferãt, sic Christi iugũ, quãuis iugũ sit, efficit tamen, vt dei seruus vitæ onera tollat, & ferat, & se extollat in excelsum, tẽdens ad Christũ in curru Eliæ: iusq; alta mysteria sole ipso lucidiora lętus actutum contẽplatur. Vt põnæ quãuis suũ habeãt pondus, tamen corpus aliis onerosum ferũt in sublime, sic Dei iugũ, licet naturæ per peccatum corruptæ graue videatur, tamen hominem suapte natura graue extollit in excelsum & *Matt.* *Iere.6.* *1. Ioã.5.* *Psal.38.* *Simile.* *Simile.*

& volare facit vsque ad cœlorum altitudinẽ. Tã suaue est Christi iugum, vt qui illud collo suo imposuit, admirabiles voluptates percipiat & incredibilibus animæ obletationibus perfundatur. Fugũ est, fateor æquidẽ, sed suaue põdus est, sed leue. Non omnino Christus nobis subtrahit iugum, & onus, non nobis laborem penitus aufert, sed commutat. Pro aspero mundi iugo tribuit suaue, & pro graui onere leue, vt in hac vita animæ tribuat quietem, & in altera gloriam sempiternam. Graue onus est iniquitas sedens super talentũ plumbi, quo ille premebatur, qui aiebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Sed Deus tunc nos onerat, cùm à peccati pondere exonerat, onerat beneficio, cũ exonerat peccato. Onera nostra super se portauit, vt nos mũdi leuaret impedimẽtis. Ideo canebat diuinus psaltes: Iacta super dominũ curã tuã, vel, vt potest verti ex hebræo, põdus tuũ, & ipse te enutrier, seu vt alij vertunt, subleuabit. Quid plura? Ipse Christus nos vocat laborantes, & põdere pressos, vt nos laboribus leuet, & oneribus. O immẽsam Christi clemẽtiã, ô infinitã Dei nostri pietatẽ! Quis nõ admirabitur tã singularẽ erga nos amorẽ admirabilẽ charitatis abundantiã. Si cadimus, erigit nos, si torpemus, excitat, si dormimus, exuscitat, si erramus, ducit ad viam, si laboramus, clamat & vocat nos, vt pro labore requiem nobis largiatur, si vinculis vitiorum detinemur, catenas iugi dæmonis conterit & confringit. Quid igitur retribuemus domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? Ipse est, qui à nobis iugum satanæ repellit, qui ait hoc loco per Ezechielem: Cùm contriuero catenas iugi eorum, &c. *Zacha.5* *Psal.37.* *Psa.54.* *Matt.11.* *Psal.115*

De manu imperantium eius. Hoc est, de potestate diaboli, mundi, & carnis, & ipsius peccati. Qui facit peccatum, inquit, ipse seruus est peccati. Hanc sententiam explicuit D. Paulus in epistola ad Romanos cap. 6. & Diuus Petrus in epistola sua secunda capite secũdo. Vel de manu imperantium, hoc est, de Chaldæorum seruitute. Nam totum hoc potest referri ad reductionem populi Israelitici à Chaldæa in terram promissionis, nec nos inficimur illud, sed apertè fatemur. Verùm arbitramur esse totum hoc ad Christi tempus referendũ, quando Gentes receperunt fidem, & cũ Iudæis credentibus fuerunt in ecclesia vna congregatæ. Id voluit diuinus vates in primis prædicere, hoc fuit eius præcipuum propositum & inuentum huius loci intelligentiam. *Ioan. 8.* *Rom. 6.* *2.Pe.2.*

Et suscitabo eis germen nominatum. Hoc est, mittam ad eos Christũ. Verba sunt Dei patris. Eum, quem paulò antè appellauit Dauidẽ, appellat modò germen nominatum. Eodem modo apud Ieremiam: Suscitabo Dauid germen iustum. Et apud Esaiã: In die illa erit germẽ domini in magnificẽtia & gloria. Ac si dicat. Tẽpore humanæ redẽptionis celebritur Christi nomen, & verus ac purus Dei cultus omnibus terrarum finibus propagabitur, & dæmonis tyrannis euertetur. Apud Zachariam prophetã, vbi Christus appellatur Oriens, pro Oriẽte poterat verti germen, vtrunque enim eadẽ dictio hebraica significat. Accipitur igitur germẽ domini pro Christo vero Deo, & vero homine, quẽ ideo hoc loco Ezechiel appellat germen nominatũ, quia est celebratus sermone omniũ nationum, & ille, quẽ diuini vates nominarunt, & nuntiarunt, de cuius nomine prædixerat regius psaltes: Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Ac si diceret: Quàm celebris est tui nominis amplitudo, quæ omnes Gẽtiũ oras peragrauit! Famam huius germinis nominati celebrauit ipse Deus omnibus terrarũ finibus per apostolos suos, de quibus dixerat idem diuinus vates: In omnem terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. Et Christus Deus noster apud Lucam. Sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes Gentes. Videsigitur esse Christum non in vna tantùm natione, sed in omnibus Gentibus, omnium linguis & literis nominatum & celebratũ. Quidam aiunt hunc, quem Ezechiel vocat germẽ nominatũ, esse Zorobabelem, nos credimus Ezechielem hoc loco de Christo vaticinari, & hoc præcipuè intendere, etiamsi minus præcipuè de Zorobabele & reditu Hebræorum à captiuitate vaticinetur. *Zacha.3* *Psal.8.* *Psal.18.* *Luc. vlt.*

Et non erunt vltrà imminuti fame in terra. Hoc est, nõ deerit vnquã in ecclesia catholica vera doctrina, non erit fames verbi Dei. Qui hoc intelligunt solùm de reditu Iudæorum in terram suam, per famem ad literam intelligunt penuriam ciborũ corporeorum, & annonæ caritatem, quam aiunt non fuisse in Iudæa post Hebræorum regressum ad illam, sed fuisse fertilem per magnam terræ fertilitatem, & alimentorũ abundantiam. At nescio quomodo se poterũt à dubijs explicare, cùm constet ex libro primo Esdræ capite. 4. & 5. & ex primo Machabæorum Iudæos postea famem sustinuisse. Nisi dicant hanc abundantiam frugum & ciborũ promissam fuisse iustis, nõ impijs. Sed tũc quomodo probabũt, omnes illos, qui in agrorũ sterilitate abundabãt frumẽto, iustos esse, omnes verò, qui fame laborabãt, impios? Nõ se poterũt facilè *Esa.4.* *Zacha.3* *Luc. vlt.* *Esd.4.5.* *1.Mac.1*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

facilè eripere, nisi forte dicant, promisisse deũ hanc eiborum affluentiam statim post reditũ, non autem perpetuò.

Et scient, quia ego dominus Deus eorum ipse eis. Ipse enim ait apud Matthæum: Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsque ad consummationem seculi. Mat. 28.

Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis. Hæc litera est ita disponenda. Vos autem ô homines estis greges mei, greges pascuæ meæ. Locutus fuerat Deus de ouibus, & ne aliquis existimaret esse hoc ad literam de pecoribus intelligendum, explicat nunc seipsum dicens, se per oues & greges homines intelligere, non autem pecora. Exponit Deus metaphoram, quæ vsus fuerat. Vel sic. Vos ô greges mei Christiani, qui meis sacramentis pascimini, & mihi adhæretis, digni estis, qui homines vocemini. Infideles, & nefarij feræ sunt, nõ homines, vos autem qui cœlum aspicitis, qui ratione vrimini, qui turpes voluptates, falsos mundi honores, incertas & fallaces diuitias, & alia huiusmodi, qui mortales flagitijs cooperti ardenter amant, contemnitis, & parua ducitis, atque ad bona immortalia aspiratis, homines estis: illi autem, qui solùm terram intuẽtur, & corporis illecebris ducuntur, bruti potiùs quàm homines appellantur. In Ecclesiaste ait ita Salomon: Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo. Vnde qui nec Deum timet, nec eius seruat præcepta, homo dici non meretur. Licèt enim veterem induat hominẽ, qui corrumpitur secundum desideria erroris, tamen quia non renouatur spiritu mentis, nec induit nouum hominẽ, qui secundũ Deũ creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, bellua potiùs quàm homo potest appellari. Homo cùm in honore esset, inquit diuinus vates, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Vnde ait apostolus in epistola prima ad Corinthios: Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales terreni, & qualis cœlestis, tales cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Sit ad Colossenses: Expoliãtes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Hoc intuẽs D. Augustinus ait sermone. 18. in Ioannem: Homo si viuit secundũ carnem, pecoribus coniungitur, & secundum spiritum, angelis sociatur. Cùm Deus statuisset ex omnibus animantibus solùm hominem facere rationis participem, & cœli cultorem, cum ad cœli contemplationẽ erexit, vt illud aspiceret, quò erat migraturus, si eo munere fungeretur, cuius colendi efficiendique causa eũ Deus sui præstantissimi numinis similem effi- Ecclesi. 12. Ephes. 4. Psa. 48. 1. Cor. 15 Colos. 3.

ciebat. Est hoc animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, & tantæ excellentiæ & dignitatis, vt si seipsum vellet cõsiderare, deũ perpetuò summè diligeret, à quo tantam accoperit præstantiam. Etsi homo sit ex terra, non tamen vt incola & habitator, sed vt spectator rerum superarum & cœlestium, quarum spectaculum nulli alij generi conuenit animantium. Sed nefarij ac flagitiosi homines suæ dignitatis ôblíti diffluunt voluptate virtute inimica, quæ boni naturam fallaciter imitando adulterat, eamque omni honestati anteponũt. Quare se hominis abdicant dignitate & amplitudine & brutorũ animaliũ, quorũ mores sequuntur, nomine appellantur. Hinc procedũt prodiciones, inimitiæ, & discordiæ, hominum dignitati & præstantiæ maximè inimicæ: homo enim dicitur ab homonoeo, ὁμονοέω, quod significat consentio & concordo, vnde homonus idem est quod concors & consentaneus, & homonia concordia. Est enim natus ad concordiam & amorem, Marcus Varro hominem deriuari ait ab humo, sed prior etymologia videtur rectior, eiusque dignitati congruentior.

Et ego dominus Deus meus. Cùm Deum habeamus, & ille sit noster, quid præter illum desideramus? Id intelligens regius vates aiebat: Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Acsi diceret: Desiderent alij, quod voluerint, ego certè domine Deus te ipsum desidero, tui amore inflammor, nec in cœlo, nec in terra aliquid volo præter te ipsum. Ad te aspiro, te amplector, te contẽplor, tu es spes mea fortitudo mea, refugium meum, opes meæ, & denique omne meum bonum. Psal. 72

Annotationes ex hebræo in caput XXXIIII.

Prophetia de pastoribus Israel. Septuaginta habent: Prophetia super pastores Israel. Et ita etiam habet Pagninus. Pro, de, est in hebraico עַל quæ particula significat super, iuxta, de, contra, ad, apud, propter. Genesis primo cap. Tenebræ erant super faciẽ abyssi. Et psal. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Hoc est, iuxta Tigrim & Euphratem. Et Numerorum cap. 21. Murmurauerunt contra Moysem & cõtra Aaron. Ideo poterat hic Ezechielis locus ita verti: Vaticinare contra pastores Israel. Pro pastoribus est in hebraico הָרֹעִים à verbo רָעָה rahah, quod significat pascere, cogitare, affligere, confringere, cõterere, amare, coniungere. In hoc eodem capite ait Deus per Ezechielẽ: Pascã eã in mõtibus Israel. Loquẽs Michæas de rege Assyriorũ ait: Suscitabimus Gene. 1 Psal. 34 Num. 14 Mich. 5

tabimus super eum septem pastores, & octo primates hominer, & pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis suis. Per septem & octo numeros definitos intelligit numerum indefinitum, & per pastores principes Medorum, & Persarum, qui terram Assur, & terram Nemrod, hoc est, Assyriam & Babyloniam deuastarunt, & armis percusserunt.

Vbi in versione vulgata est: Et pascent terram, est in hebræo hoc nostrum verbum rahah: ideo poterat locus ille ita verti: Et conterent, seu confringent terram. Vel vi armorum coniungent terram Assur & terram Nemrod: hoc est, ex duobus regnis Assyriorum & Babyloniorum regnum vnum efficient. Id quod reuera effectum est. Vel pascent regiones illas armis suis. Id est, eas violenter gubernabunt. Omnes hæ explanationes recipit locus ille, quia verbũ rahah illic positũ omnes has habet significationes. Capite. 22. ait Ieremias: Omnes pastores tuos pascet ventus. Hoc est, omnes tui principes & præsules tes friuolas & vanas molientur, oblectabuntur vento vanitatis, & veluti chamæleontes aëre pascentur. Potest tamen locus ille ita transferri: Omnes pastores tuos conteret ventus. Pro quo Thargum habet: Omnes gubernatores tui dispergentur in omnẽ ventum. Ac si diceret: Reges Assyriæ & Aegypti perinde cõterentur, ac si eos ventus validus in varias partes expulisset. Vel sic: Omnes pastores tui cogitabunt ventũ, vel diligẽt ventũ. Significat enim verbũ hoc cogitare, & diligere. Vnde רעה reagh significat cogitationẽ, & amicum. vt in psalmo: Intellexisti cogitationes meas de lõgè. Quibus verbis vult diuinus psaltes Dei prouidentiã & cogitationem significare, cui non solùm facta, sed etiam cogitata notissima sint. Ideo ait. De lõgè domine, hoc est, de cœlo intellexisti meas cogitationes cùm ego in terra sim. Vel de lõgè, hoc est, priusquam ego rem cogitem, iam tu scis, quid ego sim cogitaturus. Vel à lõgè, hoc est, cùm adhuc sit lõge ab opere: cognoscis enim cogitationes nostras dum adhuc res sunt in potentia, priusquam exeant in actum. Ideo verò, quod est in eodem psalmo paulò pòst. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, verti potest: Mihi autem valde pretiosæ sunt cogitationes tuæ Deus. Est enim idem nomẽ reah, quod, vt diximus, & amicum significat, & cogitationẽ. Est autem sensus: Mihi domine eximia & præclara videntur cõsilia tua. Sed quoniam dictio significans prætiosum significat etiam ratũ, potest locus ille ita verti. Mihi autẽ domine ratæ fuerunt cogitationes tuæ. Hoc est, tarò intelligo cogitationes tuas, ex cõsilijs tuis pauca cognosco. Vnde id, quod est capiti textus libri 1 Reg. 3. Ieremi. 22. Psa. 138. Eccle. 1. Simile. Psal. 36. Ieremi. 3. Sup. 32.

Regum primi mandatum: Sermo domini erat pretiosus in diebus illis, poterat verti: Ratus erat sermo dei in tempore illo. Rarò enim tũc Deus prophetis loquebatur. In Ecclesiaste, vbi vulgata editio habet: Et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus, pro afflictione est rehuth, ab eodem verbo nostro rahah. Quare in hunc modum verti potest locus ille: Et ecce omnia vanitas, & cogitatio spiritus. Vel & passus spiritus, vt spiritus pro vento accipiatur, quemadmodum multis in locis diuinarum literarum. Et tunc erit sensus: Postquàm omnia, quæ in mundo sunt, in animo versaui, eaque caduca esse, & fragilia perspexi, facta summa omnium harum rerum, intellexi omnes esse vanas, & inanes, & cibum venti, & homines, qui his rebus pascuntur, & oblectantur, ventum ipsum bibere, & comedere dixi, eosque cum chamæleontibus, qui aere sustentantur, comparaui. At paraphrastes Chaldæus spiritus fractionem seu contritionem vertit, quod coincidit cum vulgata editione. In psalmo. 36. vbi nos habemus, Spera in Deo, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitijs eius. Pro pasceris est hoc idem verbum, & pro diuitijs eius est in hebraico fide, seu veritate. Voluerunt significare septuaginta, fidem & veritatẽ magnas esse diuitias. Nonnulli vertunt: Pasce fidem, vt sit sensus: Ne te torqueat flagitiosorũ hominum prosperitas, quoniam mundi opes tanquam flosculi decidunt, euanescunt, & cõsumuntur. Incumbe in virtutum actiones, fige spem tuam in Deo, & nutri te ipsum fide & veritate, comede hæc, quæ animum alunt ad æternitatem. Vel doce veritatem, & fidei doctrinam. Qui alios instruit, eos pascit, iuxta id quod ait Deus apud Ieremiam: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Ab hoc verbo rahah deriuatur dictio hæc rohe, qua in præsenti vtitur Ezechiel, dicẽs: Propheta de pastoribus Israel.

Et aquam purissimam aquam biberetis. Pro purissima est in hebraico מְשֻׁעָר mixeagh, quod nomen profunditatẽ significat, à verbo xacah, quod significat profundum esse, & submergere. Eam ob causam verti poterat hic locus: Et cum profunditatem aquæ biberetis, hoc est, aquam profundam & multam. Sed quoniam aqua nimis alta non facilè turbatur, rectè vertit interpres noster pro aqua profundissima aquam purissimam. Eodem modo cap. 32. pro eo quod multi vertunt ex hebraico: In profundum descendere faciam aquam eorum, clarius vertit noster interpres: Purissimas reddam aquas eorum.

Et faciam cum eis pactum pacis. Pro pacto pacis

habét septuaginta: διαθήκην εἰρήνης, Hoc est, testamentum pacis. Promisit Deus hoc loco nouum testamẽtum, quod est pacis plenissimũ. Nascente Christo nouoque testamento incipiente cecinerunt angeli: Gloria in excelsis deo, *Luc. 2.* & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Vel vt potest verti ex græco: Et in terra, pax hominibus bona volantas. At vetus testamentum datum fuit in monte Sinai sonantibus tonitru *Exod. 19* is, & micantibus fulguribus. Quæ omnia terrorem incutiebant, cùm angelorum cantica pacẽ & amorem significarent. Eam ob causam hoc loco legem euangelicam vocat Ezechiel testamentum pacis.

Germen nominatum. Septuaginta habent plãtam pacis. Hoc est, Christum, qui arbor est vitæ, & planta producens pacẽ. Pagninus vertit: Plãtationẽ in nomen. Alij, plantam celebri nomine. Quod in idem coincidit. Id est Christum, qui suis pariet nomẽ, nam ab eodẽ Christo Christiani vocabuntur. Plãta significat deum factum hominem. Pro germine est in hebraico מטעי mattagh, à verbo natagh, quod *Psal. 43.* significat plantare, vt in psalmo: Manus tua Gẽtes disperdidit, & plantasti eos. Hoc est: Potẽtentia tua domine euertit Gentes barbaras & incultas, quæ Palæstinam incolebant, & earum loco plantasti Israelitas.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXV.

Prædicit Idumæorum euersionem, quod populum dominũ afflixerint. Idem est argumentũ cum eo, quod capite vicesimoquinto tractauit, postquam aduersus Ammonitas & Moabitas vaticinatus est.

CAPVT XXXV.

A ET factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis pone faciem tuam aduersus montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te mons Seir: & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum, ac desertum. Vrbes tuas demoliar: & tu desertus eris: & scies quia ego dominus. Eò quòd fueris inimicus sempiternus, & conclusseris filios Israel in B manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ: propterea viuo ego, dicit dominus Deus, quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur: & cùm sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montem Seir desolatum atque desertum, & auferam de eo euntem & redeuntem. Et implebo montes eius occisorũ: in collibus tuis & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam aduersus mõtem Seir. Seir mons est in terra Edom, in qua habitauit *Gen.* Esau, in regione Gabalena. Et quoniam Esau pilosus erat, & hispidus, vocata est regio illa Seir, quæ sonat pilosum. Oram illam coluerat *Gen. 14* prius Corthæus, quẽ Chodorlaomor vita priuauit. Huius mõtes Seir meminit liber Gene. *Deu. 2.* & Deuteronomij, & Esaias in visiõe Idumææ, *Esai. 21.* & Malachias capite primo, & noster Ezechiel capite vicesimoquinto: & Iosephus libro *Mala. 1.* secundo antiquitatum capite primo: vbi ait, *Sup. 25.* Esau habitasse in Seir, & regionem à seipso appellasse: cùm autem illa Edom vocaretur, fuisse regionem illam Edom etiam & Idumæam vocatam. Et quoniam Idumæi ab Abrahim genus ducentes inceasi odio perpetuo in Israelitas eos iniurijs conati sunt opprimere, qui ab Abraham etiam descendebãt, fuerunt iustè oppressi ab ipsis Israelitis tempore Machabæorũ, *1. Mac. 5* & tandem ob flagitia sua meritò euersi. Et de eorum euersione vaticinatur hoc loco Ezechiel. Cùm in fine capitis superioris locutus fuisset de regno Christi, & de ecclesia catholica, atque de verorũ Israelitarum nobilitate, quos ibi deus gregẽ vocauit suum, hinc est, de Christianorum dignitate & amplitudine, & de salutaris nostri mirabili in mundum aduentu, per quem erant credentes vitam consecuturi, nunc agit de euersione impiorum, quos mentis oculis prospiciebat, non esse Christum recepturos. Et sub nomine Edom aduersos eos vaticinatur. Edom idem est quod terrenus, terreni verò sunt, qui cœlo contempto intuentur terram duntaxat, & neglecta virtute, vitijs contaminantur.

Ecce ego ad te. Hoc est, ecce ego aduersus te venturus sum. Potest verti: Ecce ego cõtra te. Hoc explicans subdit. Extendam manum meã super te. Hoc est, te grauiter puniturus sum. Euersurus sum te. Hebraismus est vsitatissimus in literis diuinis, de quo alibi locuti sumus. De hac euersione Idumææ vaticinatus est in hunc

Abd. 1. hunc modũ Abdias capite vnico: Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau. Et paulò pòst: Propter interfectionẽ & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob *Esa. 34.* operiet te confusio, & peribis in æternũ. De *Iere. 49.* ea vaticinatus est Esaias cap. 34. & Iere. 49.

Eò quòd fueris inimicus sempiternus. Ego te euertam, ait Deus, propterea quod odio perpetuo fueris prosecutus populum Israelis: eiusque sanguinẽ manu armata effuderis, cùm illi calamitatibus premerentur acerbissimis. Hoc ideo ait, quia Idumæi in bello aduersus Hebræos Babylonijs adhæserunt, illis opem *Gen. 27.* ferẽtes. In lib. Geneseos scriptũ legimus Esau primogenitum Isaac odio habuisse Iacob propter benedictionem sibi ereptam, dixisseq; in corde suo: Veniẽt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Hoc odium fuit in posteris Esau aduersus posteritatem Iacob perpetuò confirmatum. Cum nihil sit pestilẽtius odio, nihil magis hominum naturæ repugnans, tamen nihil magis durat, nihil est diuturnius & permanentius. Volens illud è cor- *Matt. 5.* dibus hominum eradicare deus, iubebat: Diligite inimicos vestros, benefacite ijs, qui oderũt vos, & orate pro persequẽtibus vos. Et diuus *Ephes. 4.* Paulus in epist. ad Ephes. Sol non occidat super iracundiam vestram. Et D. Ioannes in pri- *1. Ioan. 3.* ma sua canonica: Qui odit fratrem suum homicida est. Et paulò pòst: Charissimi diligamus nos inuicem: qui non diligit, non nouit deũ. Odia nostra in scelera ardere debent, non in personas. Qui diligitis dominum, inquit regius vates, odite malum. Et alibi: Iniquitatem *Psal. 96.* odio habui, & abominatus sum. *Psa. 118.*

In tempore iniquitatis extremæ. Hoc est, cùm Deus summam eorum iniquitatem puniret. Ac si diceret: In tempore punitionis maximorum scelerum. Vel capitur iniquitas pro pœna: vt sit sensus. Tunc tu ò Edom Hebræos occidebas, cùm ipsi summa pœna afficerentur. Homines summè afflictos & calamitosos affligebas. Vel in tempore quo illi suorũ peccatorum pœnas persoluebant. Tunc dicitur iniquitas extrema, cùm Deus punitionem amplùs non differt. Vel tempore summæ iniquitatis tuæ. Summum fuit Idumæorũ scelus populũ Dei vndique oppugnare, cùm ille à Babylonijs opprimeretur. Pagninus vertit: In tẽpore quo propter iniquitatem eorum venit finis. Hoc est, quando tota Hierosolyma ob Idumæorum scelera fuit euersa, & incensa, & solo adæquata.

Quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur. Hoc est, ego te tradã hominibus sanguinolentis, homicidis, & crudelibus, qui te trucident, & ferro vitam eripiant. Sequitur. Et cùm sanguinẽ oderis, sanguis te persequetur. Hoc est, tu homines illos occisores odio habebis. Illi autem te interficient. Vel ita. Ego te ò Idumæa tradam Hebræis, qui tibi inferãt cædem tu eos odio prosequeris, cùm sint cõsanguinei tui, illi verò te ad ferrum & flammã vocabunt. ideo Iudæos vocat sanguinẽ Idumæorum, quia vtrique ab Abraham, per Isaac originẽ ducebãt, Iudæi per progeniẽ Iacob, Idumæi per progeniẽ Esau, filios Isaac & Re- *Gene. 25.* beccæ. Quidam pro, cum, vertũt nisi, vt sit sensus: Nisi sanguinem oderis, nisi ab hominum cæde te abstinueris, tu ipse gladio peribis.

Auferam de eo euntem & redeuntẽ. Non solùm non habebit habitatorem mons ille, sed nec erit, qui per illum iter faciat. Erit penitus desertus.

In solitudines sempiternas tradam C te, & ciuitates tuæ non habitabũtur: & scietis, quia ego Dominus Deus. Eò quòd dixeris: Duæ gentes, & duę terræ meæ erunt, & hæreditate possi debo eas, cùm dominus esset ibi: propterea viuo ego, dicit dominus Deus: quia faciam iuxta iram tuam: & secũdum zelum tuum, quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos, cùm te iudicauero. Et scies, quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti nobis ad deuoran D dum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui. Hæc dicit Dominus Deus: Lætãte vniuersa terra in solitudinem te redigam. Sicuti gauisus es super hæreditatem domus Israel, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & scient, quia ego Dominus Deus.

Eò quòd dixeris duæ gentes, & duæ terræ, meæ erunt. Per duas gentes, & duas terras intelligebant Idumæi Iudæam cũ duabus tribubus, & Samariã cum decem tribubus. Existimabãt enim se esse cum Babylonijs totam terram Hebræorũ vastaturos, eãque possessuros. Vel per duas gẽtes & duas terras intelliguntur duæ regiones, nimirum Iudæa & Idumæa, quas Idumæi dicebant suas futuras esse. Volebant Iudæos affligere, & occidere, atque eorũ terram possidere, at postea fuerũt ab ipsis Iudæi supp

rati & interfecti. Vide quibus odijs hi cõsanguinei inuicem ardebant. Omnes procedebant ab vno principio, nempe Isaac: sed quibus essent sanguine coniuncti, erant tamen vo-
Simile. luntatibus distracti. Vt ex eadem materia prima elementa contrarias habent qualitates, sic fratres ex eodem patre progeniti, & consanguinei ex eadem stirpe producti secum discordant, ardentibusque inter se odijs aliquando dissident, & tanta est inter eos, quanta maximè potest esse, morum studiorumque distantia. Fit enim, & nescio quomodo, vt qui cum de vita, opibus, & honoribus aliquis contenderit, cuius ex incidijs euaserit, hunc semper
Ioan. 15. oderit, nulla consideratione eius, qui ait: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.

Cùm Dominus esset ibi. Hoc est, cùm Deus in Iudæa coleretur. Vel sic: Hoc tu dicebas audiente Deo, qui ibi erat, vbi tu verba hæc emittebas? Deus enim vbique est, & omnia videt, & audit.

Cùm te indicauero. Hoc est, cùm te puniero, & opes tuas hostibus tuis tradidero. Homines scelerati, qui auiditate incensi ad mundi opes aspirant, nulla re magis torquentur, quã earum amissione: hanc existimant summam esse calamitatem. At viri sapientia & charitate præstantes non opum direptione, non tectorum excisione, non oppidorũ vastitate ita mouentur, vt de gradu honestatis & constantiæ deijciantur. In harum rerum amissione di-
Iob. 1. cunt cum Iob. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Eam ob causam non tam earum rerum facultatem & copiam expetendam putant, quàm in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Et quamuis diuites sint, magis in illis virtus eluceſsit, quàm
Simile. opum abundantia. Vt obscuratur luce solis lumen lucernæ, sic rerum corporearum æstimatio virtutis splendore euanescit, & quasi tenebris obsuscatur. Sed quoniam Idumæi auaritiæ stimulis agitabantur, nihilque erat illis magis in optatis quàm diuitiarum affluẽtia, ideo illis Deus earum amissionem minatur. Abstulit eas Deus ab illis, quoniam eis intemperanter abutebantur. Et si enim diuitiæ ex se malæ non sint, sunt tamen periculosæ, & earum ob
Eccles. 8. causam non est illis cor tradendum. Ideo ait Ecclesiasticus: Multos perdidit aurum & argentum. Et Christus dous noster. Nemo po-
Matt. 6. test duobus dominis seruire, non potestis seruire Deo & Mammonæ. Et Dauid: Diuitiæ si
Psal. 61. affluant, nolite cor apponere. Ac si dicat. Si mundi opes obtinueritis, nolite eas ardenter diligere, non illis adijciatis animum. posside te, si voluetitis diuitias, sed non illis seruiatis, seruate cor Deo: erga diuitias autem perinde affecti sitis, ac si nihil possideatis. Transit enim breui imago caducarum rerum inanis & adumbrata. Quam ob causam sunt pro nihilo putandæ, Deus autem, qui semper est, summa charitate diligendus.

Deserti. Subaudi, sunt mõtes Iudææ. Tanta erat ô Idumæa superbia elata, vt dicetes, tam montes Israelis euertos esse, & desertos, tibiq; traditos ad deuorandũ. Hoc iactabant Idumæi asserentes non posse Deum Hebræos in Iudeã reducere, nec ex Babylonica captiuitate in pristinam libertatem reuocare.

Et insurrexistis super me ore vestro. Id est, læsistis me verbis blasphemiæ, quæ in meã iniuriam redundabãt. Id explicat alijs verbis subdẽs. Et derogastis aduersum me. Derogabant Idumæi aduersum Dei legẽ & populum: & ait deus iniurias in populũ suũ iactas, sibi ipsi illatas esse. Ideo dicebat Christus Saulo Chri-
Act. 9. stianos opprimere, & de medio tollere conãti. Saule Saule quid me persequeris? Et discipu-
Luc. 10. lis suis. Qui vos spernit, me spernit.

Lætante vniuersa terra. Subaudi, ob euersionẽ tuam. Poteris per vniuersam terrã eã intelligere, quam ipsi Idumæi vastare conabãtur, nempe Idumæam: vt sit sensus. Cùm tota Idumææ regio gaudio exultauerit, & Idumæi fuerint per Cyrũ ad patriã suã, pristinamque dignitatẽ restituti, tunc eris tu ô Idumæa euersa, & in solitudinẽ redacta. Quemadmodum ob Hebræorũ erumnas efferebaris lætitia, ita illi tuas crũnas videntes, diuinamque iustitiã cõplantes gaudio perfundẽtur. Simile quippiam ait Deus per Esaiam: Ecce serui mei co-
Esa. 65. medent, & vos esurietis, ecce serui mei bibẽt, & vos sitietis: ecce serui mei lætabũtur, & vos confundemini. Sed quoniam per Israelitas fideles, per Idumæos verò infideles significãtur, possunt verba hæc ad tempus gratiæ referri, quando viri iusti videtes deletã esse impiorũ idololatriam, & Gentes ad Christi fidem religionemque conuerti, mirabiliter lætabantur. Cum impij relicto idolum cultu adhærent veritati, perire dicuntur, & euerti, non quo ad personas, sed quo ad impietates. Perit eorum perfidia & infidelitas, pereũt eorum scelera & flagitia. Lætatur igitur Ecclesia ob Idumææ, hoc est, ob idololatriæ euersionem. Id effecit omnipotens ille saluator noster suas vires explicans, omnia illustrans, tum quæ oculis apparent, tum quæ oculos subterfugiunt. Ipse
Hebr. 1. est lumen de lumine, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, verus Deus, qui omnia cõtinet & coercet, nihil desertum à sua potentia relinquens.

AN-

Annotationes ex hebræo in caput XXXV.

Et cinitates tuæ nõ habitabũtur. Pro non habitabũtur est in hebræo: לֹא תֵשֵׁבְנָה lothaxobnath. Verbũ est יָשַׁב, quod significat habitare. Quare rectè trãstulit interpres nolster. Septuaginta etiam & nonnulli alij eodem modo transtulerunt. Sed quoniam verbũ hoc significat etiã reuerti & reuocare, non desunt, qui hunc locũ ita vertant: Et vrbes tuæ nõ reuertentur, nimirum ad dignitatem & amplitudinem suam. Ac si dicat: Nunquam ciuita-
Nahũ. 2. tes tuæ ad pristinam celebritatem reuocabuntur. Significat etiam reddere, vt apud Nahum prophetam: Reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiã Israel. Vbi superbia accipitur in bonam partẽ pro gloria & amplitudine. Poterat locus ille ita verti: Reuocabit dominus magnificẽtiã & dignitatẽ Iacob iuxta magnificẽtiã Israelis. Vbi Iacob & Israel pro eodẽ accipiuntur, vt sit sensus: Restituet dominus populũ Iudaicum in pristinum illũ suum splẽdorem, quẽ ei Sennacheribus obscurauit. Sed quoniam verbũ hoc significat etiã quiescere, vertunt põnulli in hunc modũ. Quiescere fecit dominus gloriam Iacob, iux a gloriã quã quondã habuerant filij Israelis. Et per gloriã Hebræorum intelligunt Hierosolymã, quæ quamuis in aduentu Sennacheribi fuit cõturbata, & magna ex parte destituta fortitudine, fuit tamẽ erepta, & ad pristinam quietem resti-
4. Reg. 19. tuta, & exercitus Sennacheribi ab angelo mirabiliter nocte quadam occisus. Ionathas habet: Redire fecit dominus fortitudinẽ suã ad
Psa. 22. Iacob. Illud etiã psalmographi: Vt inhabitẽ in domo domini in lõgitudinem dierũ, verti potest: Vt requiescam in domo domini tempore longissimo. Ab hoc verbo deducitur dictio mixbah, quæ significat auersionem, & quietẽ siue otium. Vnde illud Prouerbiorum:
Pro. 1. Auersio paruulorum interficiet eos, verti potest: Otium stultorum perdet illos. Nam vt ait
Eccle. 33. Ecclesiasticus: Multam malitiam docuit otiositas. Alit enim delicias, & omne flagitiorũ genus.

Et derogastis aduersum me, verba vestra, ego audiui. Possunt hæc ita disponi: Et derogatis aduersum me verba vestra, & post comma subditur, ego audiui. Pro derogare est in hebraico verbum athar, quod significat loqui, effligitare, verba dura multiplicare. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Et multiplicastis aduersum me verba vestra, ego audiui. At septuaginta verba vestra cõnectũt cũ verbo audiui, ita vertẽtes: Et vociferati estis cõtra me, verba vestra ego audiui.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXVI.

PRomittit Deus Israelitis se esse eos à Gentibus, & Babyloniorum captiuitate liberaturum, misericors est enim, & non patitur fragilitatem hominum supra vires esse, si & tentari: quin potius post tempestatem tranquillitatem largitur. Indicat Hebræorum calamitatum causam esse eorum impietatem & perfidiam: beneficia verò in illos collata esse diuinæ misericordiæ tribuenda. Prædicitur Christi Dei nostri in mundum aduentus, & cordium hominum instauratio.

CAPVT XXXVI.

TV autem fili hominis propheta super montes Israel, & dices: A
Montes Israel audite verbum domini. Hæc dicit dominus Deus: Eò quòd dixerit inimicus de vobis: Euge altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis: propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod desolati estis, & cõculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis gentibus, & ascẽdistis super labium linguæ, & opprobrium populi, propterea montes Israel audite verbum domini dei. Hæc dicit dominus deus montibus & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt, & subsannatæ à reliquis gẽtibus per circuitũ. Propterea hæc dicit dominus deus: quoniã in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa: quæ dederũt terram meam sibi in hæreditatem cum gladio, & toto corde, & ex animo, & eiecerunt eam, vt vastarent: idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & collibus, iugis, & vallibus: Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum. Eò quòd confusionem gẽntium sustinueritis, idcirco hæc dicit dominus Deus.

Ego leuaui manum meam, vt gētes, quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent. Vos autem mōtes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel, prope enim est, vt veniat. Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem. Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Israel: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur. Et replebo vos hominibus, & iumentis, & multiplicabuntur, & crescent.

C

EXPLANATIO.

Prophetа super montes Israel. Hoc est, vaticinare de instauratione montiū terræ promissionis. Superiore capite locutus est monti Seir, per quē significauit Idumæā: nūc montibus Israelis, per quos totā Iudæā, quæ montosa est, absq; dubio intelligit. Synecdoche est, figura frequentissima, cùm pars accipitur pro toto, vt in Genesi: Omnis caro corruperat viam suam. Accipitur caro pro toto homine. *Genes. 6.*

Montes Israel audite verbum domini. Res alloquitur insensibiles, quoniam homines eum audire nolebāt. Eodem modo Esaias: Audite cæli, auribus percipe terra. Vel est metonymia seu trāsformatio, cùm cōtinens pro eo quod continetur, vsurpatur, vt apud Esaiam: Vlulate naues maris. Hoc est, lamentamini, qui in nauibus nauigatis. Et apud Lucam: Ierusalē Ierusalem, quæ occidis prophetas. Verbis ipsa non occidebat diuinos vates, sed Iudæi eā colentes. Et noster Ezechiel capite superiore. *Esa. 1.* *Esa. 23.* *Luc. 13.* *Mat. 23.*

Ecce ego ad te mons Seir. Hoc est, ego vos castigabo Idumæi, qui habitatis in monte Seir. *Sup. 35.*

Eò quòd dixerit inimicus de vobis, euge. Hoc est, quoniam Idumæi hostes vestri calamitate vestra delectati dixerunt lætantes, esse vos ab illis possidendos. Videntes Idumæi Israelitarum æruminas, Hierosolymæ euersionem per Chaldæos, & totius terræ promissionis vastitatem, furiūt incredibili voluptate affecti, & ex illimarunt totam regionem illam esse in ditionem suam redigēdam, vt capite superiore ostensum fuit. Eam ob causam aiebant: Euge, al titudines sempiternæ in hæreditatē datæ sunt nobis. Ac si dicerent: Habi, montes Israelis possidebimus tanquā hæreditatē in nos collatā, qui alij sunt non hominū artificio, sed Dei voluntate, qui eos à mūdi principio excelsos constituit. Ideo poterat verti locus hic: Euge, excelsa loca à seculo, nobis sunt data in hæreditatem. Sed ideo montes Iudææ vocabant Idumæi altitudines sempiternas, vt eos in perpetuum duraturos, vel suos semper futuros esse significarent. Poteris per hos montes martyres intelligere, tempore Diocletiani, & aliorum tyrannorum, quando Christiani fuerūt calamitatibus pressi, & variis tormentorū generibus cruciati, eisque passim infideles periculum capitis afferebant, & aduersus illos odium vsque ad sanguinem excitabant. Tunc fuerunt multæ Christianorū ecclesiæ proscriptæ, multæ direptioni commissæ, multæ funditus vastatæ. Et montes Israelis, hoc est, vere Christiani excelso animo, & virtutum magnitudine cumulati fuerunt ab Idumæis, hoc est, à terrenis hominibus, terram tantùm inuentibus immaniter afflicti. Edom enim terrenum significat. Hos montes, quorum nomine Ecclesiæ magnates, & viri apostolici, & Christi martyres intelliguntur, consolatur hoc loco noster Ezechiel, promittēs illis qui etem & prosperitatem, & necessariarum rerum affluentiam tempore Constantini imperatoris. Qui ad Christum confugiunt, & si se videant magnis calamitatum fluctibus exagitari, & inimicorum suorum telis transfigi, non debent tamē cadere animis, quoniam Deus qui eos affligi permittit, eorum prælium & certamen intuetur, & eos, cum opus fuerit, liberabit. Vult enim eos per varias calamitatum angustias ad vitam perducere immortalem, quare oportet eas æquo animo tolerare. Ita enim faciebāt, qui mōtes hoc loco appellantur. Appellari viros iustos & sapiētes mōtes, est in diuinis literis satis vsitatum, vt in psalmo: Suscipiant mōtes pacē populo, & colles iustitiam. Nam quēadmodum sol prius mōtes illustrat, à quibus postea suscepit luminis splēdor resilit in valles, sic deus viros charitate excellētes illuminat, vt ipsi sapiētiæ lumen ad alios fundant. Dicuntur autem hoc loco mōtes siue altitudines sempiternæ, nō quod fuerint ab æterno, sed quod ab æterno fuerint ad hoc præordinati à deo, vt per eos ipse deus alios illuminaret. Id cecinit his verbis regius vates. Illuminās tu mirabiliter à montibus æternis. Ex se non poterant emicare sapiētiæ & charitatis splendore, eúque in alios diffundere, nisi eos deus prius illuminaret. Id ingenuē fatebatur diuus Paulus, dicēs: Nō sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Et rursus: Deus qui dixit, de tenebris lumē splēdescere, ipse eluxit in cordibus nostris ad illuminationem *Psal. 1. Simile.* *Psal. 75.* *2. Cor. 3.* *2. Cor. 4.*

1. Cor. 15 nem scientiæ claritatis dei. Et alibi: Nō ego aūt, sed gratia dei mecū. Vecū in psalmo illo, pro à montibus æternis, vertit diuus Hieronymus, à montibus captiuitatis. Et Symmachus, à mōtibus prædæ, quod idē ferē est. Ac si dicat psalmographus: Tu Deus mundū illuminasti per viros excelsos & præcellentes, qui & si essent spiritu liberi, corpore tamen à tyrannis captiui detinebantur. Præda erant infidelibus, qui eos cōijciebant in vincula, & variis cotidie cruciatibus torquebāt. Per captiuitatē Hebræorū sub Babyloniorum potestate significabatur Christianorū afflictio sub potestate Romanorū, quæ à Nerone vsq; ad Constantinum durauit. De hac afflictione *Psal. 36* dixerat regius vates: Gladiū euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipiant pauperem & inopē, vt trucident rectos corde. Et quoniam Roma erat caput imperij, & in ea habitabat impius Nero, & alij tyranni, qui apostolos, & viros apostolicos af- *1. Pet. 5.* fligebant, vocauit eam diuus Petrus in prima epistola sua Babylonē, vbi vetē Israelitæ, hoc est Christiani veluti in babylonica captiuitate augebantur. At imperante Maximo Constantino, & ad Christi fidē cōuerso facta fuit in tota ecclesia admirabilis tranquillitas: & vrbs inclyta Roma, quæ ab infidelibus imperatoribus possessa fuerat, fuit donata ecclesiæ, & à summis pōtificibus gubernata, & in summa dignitate cōstituta. Id vaticinat' fuit hoc loco Ezechiel promittēs ecclesiæ Romanæ prosperitatē. In vrbe Roma cōstituit diuus Petrus cathedrā suā deo ita præcipiente, & ecclesiā hāc Romanā rexit idē Petrus apostolorū princeps, eiusq; successores summi pōtifices: in qua, vt asserit in epistola 162. D. Augustinus, apostolicæ cathedræ semper viguit principatus. Nā cū aliæ ecclesiæ, quibus apostoli præfuerunt, defecerint à fide, sola Romana ecclesia, sancta, & apostolica, mater nostra, ob Christi gratiā à tramite apostolicæ prædicationis nunq; declinauit: sed in norma illa, quā ab exordio fidei Christianæ ab apostolicis accepit, semper illibata permansit. Eā ob causam Romanæ ecclesiæ fides semper habita est fides catholica, vsqueadeo, vt Gratianus imperator quo gubernante floruit diuus Hieronymus, præcepit, ne quis de fide disputaret, sed omnes eā religionē retinerent, quā vertex apostolorū Petrus iuxtā tradidisset, ac tunc Damasus summus pontifex, episcopus Romanus custodiret. Et non solū hoc fuit tunc præceptū, & mandatum ecclesiasticæ historiæ, & perpetuit cōsignatū monimētis, sed etiam edictis ipsum Gratiani est in codicē imperatoris Iustiniani sanctū, ca. 1. de summa trinitate & fide cathol. Quemadmodum in grano est virtualiter, vt ita loquar, herba, folia, spica, & fructus: sic in his verbis, Credo quicquid credit sancta Romana ecclesia, cōtinetur totū euangeliū, cūcta cōcilia vniuersalia, & omnis denique sacra scriptura. In sancto Chalcedonensi concilio legimus acclamatū fuisse: Omnes ita credimus: Papa Leo sic credit, anathema ei, qui partit, & ei, qui diuidit. Et iterū: Petrus per Leonē ita locutus est, apostoli ita docuerūt, pie, & verē Leo docuit. Omnes ita credimus, sicut Leo, ita credimus. Aspicis ecclesiæ Romanæ excellentiam, in quam apostoli sancti doctrinā cū sanguine suo profuderunt, cui euangelium Petrus & Paulus sanguine suo signatum reliquerūt, in qua sedit beatus Petrus, & eius successores. Fuisse autē beatū Petrū ecclesiæ caput, ellegq; Romanū pontificē Petri successoré, & totius ecclesiæ pastorem asserunt omnes doctores catholici, quotquot hac de re sententiam suā monimentis contestatā reliquerunt. Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro Thesauri ita ait: Sicut Christus accepit à patre sceptrum ecclesiæ gentium dux ex Israel, egrediens super omnem principatū & potestatē, super omne quodcunq; est, vt ei cuncta cōuentur, sic & Petro, & eius successoribus plenissimè commisit, & nulli alij apostolorum quàm Petro, Christus quod suū est plenū, sed ipsi soli dedit. Et rursus: Petro omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanq; ipsi domino Iesu obediunt. Chrysostomus explanans verba illa Christi apud Matthæū: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meā: *Mat. 16.* Deus, inquit, concedere solus potest peccatorum remissionem, & vt futura ecclesia tot, tantisque fluctibus impetu erumpentibus immobilis permaneat, cuius pastor & caput piscator homo, atque ignobilis, terrarum orbe reluctante adamantis naturam firmitate superet? hæc, inquā, omnia, quæ solius dei sunt, se pollicetur daturum. Et infra: Hunc Petrum vniuerso terrarum orbi Christus præposuit. Theophilactus etiam explicās verba illa apud Lucam: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, beatum Petrum principem apostolorum vocat, & omnium principatum, atque orbis præfecturam eum recepisse. Diuus Ambrosius enarrans locum illum diui Pauli in epistola prima ad Timotheum: Vt scias, quemad- *1. Tim. 3.* modum oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui. Cùm, inquit, totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicitur, cuius hodie rector est Damasus. Diuus Hieronymus in epistola ad papā Damasum, & habetur vigesima quarta quæst. 1. Quoniam vetus. Ego, inquit, nullum præmium nisi *Luc. 22.*

Christum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum sequens beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri cõmunionem consortior: super illam petram ædificatã ecclesiam scio. Et paulò pòst: Quicunque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, antichristi est. Diuus Gregorius libro 4. registri, epistola 32. Cunctis, inquit, euangelium scientibus liquet, quòd voce dominica sancto, & omnium apostolorum principi Petrò apostolo totius ecclesiæ cura commissa est: ipsi quippe dicitur: Petre amas me? Pasce oues meas. Ipsi dicitur: ecce Satanas expetiuit cribrare vos sicut triticum: & ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ipsi dicitur: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terrã, erit solutũ & in cœlis. Ecce claues regni cœlestis accepit: potestas ei ligandi & soluendi tribuitur, cura ei totius ecclesiæ, & principatus cõmittitur. Diuus Bernardus Romanum pontificem appellat totius ecclesiæ caput, & vicarium Iesu Christi. Et in epistola prima ad Eugenium papam, Locus, inquit, in quo stas, terra sancta est: locus Petri est, locus principis apostolorũ, vbi fleterunt pedes eius: Locus illius est, quem constituit dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. In Constantiensi concilio damnatus est eorum error, qui aiebant Romanam ecclesiã non esse inter alias ecclesias supremam. In eõ cilio Florẽtino sub Eugenio quarto sunt hæc verba literis mandata: Diffinimus sanctã apostolicam sedem, & Romanum pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum pontificem successorem esse beati Petri principis apostolorum, & verũ Christi vicarium, totiusque ecclesiæ caput: & omniũ Christianorum pãtrem ac dominum existere: & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersam ecclesiam à domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditã esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Vbi aspicis hanc veritatem non esse nouam, sed antiquam, à sanctis patribus, & catholicis doctoribus assertam, multis sactis conciliis œcumenicis, & ecclesiæ vniuersalis decretis & canonibus confirmatam. Id quod modo multis in locis sacrosancti generalis concilij Tridentini assertum fuit, vt in sessione quarta decima de casuum reseruatione, capite 7. & sessione vigesimaquinta, capite vigesimoprimo in principio, & in decreto de

Ioan. 21.
Luc. 22.
Matt. 16.
Exo. 30.
Psal. 104

indulgentijs, & alijs in locis. Dies me deficeret, si conciliorum omnium decreta, sacrorũ canonum constitutiones, doctorum ecclesiasticorum, tam veterum quàm recentium sententias veritatem hanc asserentes vellẽ recensere. At hæretici nostri temporis, cũ extra ecclesiã sint, & eam ob causam eã euertere toto pectore contendant, magnoperè nituntur summum ex ea tollere pontificem, & ad vnum illum expugnandum totas suas diabolicas machinas conuertunt. Existimant enim deleto pontifice maximo ecclesiam ipsam consistere non posse, & sublato capite corpus statim ruere, & perire. Eam ob causam student, vt quẽ Christi vicarium, Petri successorem, ecclesiæ caput esse perspiciunt, cuius ministerio in ecclesia vnitas spiritus in vinculo pacis retinetur, omnibus reddant exosum & inuisum. De eo iniustè detrahunt, in eum iaciunt contumelias, illũ denique in odium & inuidiam falsis criminibus vocant. Vt qui vult rempublicam euertere, & in ea seditionem cõcitare, principem petit in primis, illum famosis libellis proscindens, & ex illustris dignitatis gradu præcipitare contendens: sic hæretici volentes ecclesiam perturbare, & extinguere, in eius caput sub Christo capite, hoc est in pontificem maximum inuehuntur, eius dignitatẽ & principatum auferre, splendore extinguere, & omnia denique ornamenta eius delere cõtendunt. At longè opinione falluntur. Quò enim fortius ecclesiam Romanam labefactare voluerint, eó magis illam deo permittente illustrabunt. Et quemadmodũ hæretici in primis summum pontificem volunt deiicere, sic catholici eum in primis tueri debent. Vt solertes & periti pictores ante omnia caput effigiant, nec in alia membra prius destinant lineas, & artem dirigunt ac manum, quàm imaginis fatigiũ absoluant, sic qui aduersus impias Lutheri hæreses scribere voluerint, & excellentem ecclesiæ imaginem depingere, à capite debent exordiũ sumere, hoc est, à summi põtificis authoritate & principatu, & perfecto capite, absoluto opere hoc de pontificis maximi dignitate, tunc ad reliqua membra delinianda progrediantur. Arx, quam contra nos constituerunt, est negare summi pontificis auctoritatem: hæc est turris, ad quam præcipuè confugiunt: sed ea victa & expugnata omnes hæreticorum aduersus catholicam fidem, machinas ruere necesse est. Et quoniam ecclesia est, vt ait apostolus, columna & firmamentũ veritatis, semper firma permanebit. Hæc ecclesia etsi in principio sub crudelibus & impijs imperatoribus calamitates sustinuit, fuit tamẽ postea tranquillitatẽ consecuta. Id cecinerat

Similitudo.
Simile.
1. Tim. 3.

regius

regius vates, vaticinãs tempus fore, cùm deus fideles suos ab imperatorũ infidelium tyrannide liberaret, ita dicens: Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Vbi præterita pro futuris more prophetico ponũtur. Ac si diceret: Ecclesiam tuam domine cœlestibus bonis afficies, eamq; ab infidelium tyrannide liberabis. Potest benedictio hæc de ea felicitate intelligi, quam pater cœlestis mũdo impertiuit voigenam, filium suum mittens è cœlo: de qua ita ait in epistola ad Ephesios diuus Paulus: Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. At Ezechiel de illa loquitur hoc loco, quam ecclesia tẽpore diui Syluestri põtificis maximi, imperium obtinente Constantino, fuit mirabiliter adepta præter infidelium spẽ: Dixerat enim de Christianis afflictis infidelis populus. Iuge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis.

Psal. 84
Ephes. 1.

Fasti in hæreditatem reliqui gentibus. Diuersæ nationes possederunt terram Israelis post Hebræorum excidium & captiuitatem. Vnde

2. Mac. 2

aiebat Mathathias secundo capite libri secundi Machabæorum de Iudæa loquens: Quæ gens non hæreditauit regnum eius? & quæ non obtinuit spolia eius?

Ascendilli super labium linguæ. Hoc est, traducta estis in fabulam. Populus in vos passim conicient opprobria: estis omnibus in derisionem, & prouerbium iuxta illud psalmi: Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & derisio ijs, qui in circuitu nostro sunt.

Psal. 78.

Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa. Hoc est, quoniam cum ira & affectu iustitiæ & seueritatis meæ locutus sum contra gentes, præsertim contra Idumæam. Loqui in igne zeli hebraismus est, pro effundere verba cum stomacho & ira. Loquitur deus more humano, significant his verbis tempus fore, vt commotus ille Gentium infidelium immanitatibus & flagitijs, eas ferro, peste, ac flamma consumeret: earumque reliquias exilio & egestate multaret. Ita per Sophoniam prophetã, Effundam, inquit Deus, indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

Sopho. 3.

Qui dederunt terram meam sibi in hæreditatẽ cum gladio. Id est, qui dicebant, datam sibi esse in hæreditatem Iudæam, quam gladijs oppugnauerant. At pro gladio est in nonnullis libris correctis: cũ gaudio, & ita est in hebraico. Et sequitur: Toto corde: & ex animo. Vt sit sensus. Hoc fecerunt exultantes, lætitia animi affecti, cùm nihil illis esset magis in optatu.

Et eiecerunt eam, vt vastarent. Id est, eiecerunt terræ habitatores, vt eam redderent desertam. Pro vastarent, potest verti, in prædã: vt sit sensus. Eiecerunt habitatores, vt terram direptioni committerent.

Ecce ego in zelo meo. Id est indignatus. Eodẽ modo etiamsi diuersis verbis dicitur de deo in psalmo: Tunc loquetur ad eos in ira sua. & in furore suo conturbabit eos. Solet diuina scriptura deum inducere humano aliquando more loquentem, & operantem, vt eum intelligamus.

Psal. 2.

Ego leuaui manum meam in Gentes. Hoc est, ego iurauí esse me gentes puniturũ: ipse absq; dubio, quæ circa Iudæam sunt, ignominiam suam ferent: & suorum scelerum mihi pœnas persoluent. Leuare manum pro iurare hebraismus est. Huiusmodi erat quondam gestus iurantium, & statura apposita ad aliquid magnum promittendum. In libro Geneseos scriptum legimus, dixisse Abraham: Leuo manũ meã ad dominum Deum: hoc est, eleuata manu iuro domino. Eodem modo accipi potest apud Ezechielem capite vigesimo, vbi Deus ait: Et leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob. Est etiam leuare manum, dare operã, vt in psalmo: Leuaui manus meas ad mãdata tua, quæ dilexi. Aliquando idem est quod miseri cordiã postulare, signũq; deuotionis ostendere, vt in psalmo: In nomine tuo leuabo manus meas, Et apud Esaiã: Cũ extenderitis manus vestras, &c. Et apud Ieremiã: Leua ad Deum manus tuas. Est etiam manum leuare vehementer percutere, vt in psalmo: Leua manus tuas in superbias eorũ. Hoc sũt Ezechielis loco leuare manũ idem est quod promittere. Potest nihilominus accipi pro castigare: vt sit sensus. Ego, inquit Deus, in Gentes, quæ in circuitu terræ promissionis habitant, grauiter animaduertam.

Sup. 20.
Psal. 118
Psal. 62
Isa. 1.
Ierem.
Psal. 73.

Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis. Montes terræ promissionis insigniores sunt quindecim. Taphia, Libanus, Bahalgad, Hermon maior, Hermon minor, Thraconimontes, Galaad, Habarim, Ferreus mons Seir, Ephraim montana, Somrom, Gelboe mõtes, Arrabitenæ mõtes, Thabor, quinq; mõtes in circuitu Hierosolymæ, de quibus Hieronymus in locis Hebraicis, & post eũ Ziegleius in sua Palæstina. Hos mõtes alloquitur in præsenti Deus, ac si dicat: Efficiam, vt qui vos vastarunt, & in circuitu vestro sunt, luant suorũ flagitiorum pœnas, vos autem montes terræ promissionis, qui nunc estis inculti, producatis arbores, & ramos frondosos, fructumque lætũ feratis populo Israelitico à Babylonica captiuitate reuerso. Hoc ideo ait, quia tẽpore

obsidionis fuerant montes Israelis vastati, & arbores cæsæ. At nunc eis prosperitatē promittit, & fructuū abundantiā. Id cecinerat his verbis regius vates: Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. *Psal.84.* Qui maioribus calamitatibus fuerāt oppressi, vberiorem fructum produxerunt. Nam, vt ait apud Ioannem Christus Deus noster: Nisi granum frumenti cadens in terrā, mortuū fuerit, ipsum solū manet, si autem mortuum fuerit, multū fructū affert. Et in libro Exodi scriptum legimus, tantò magis creuisse filios Israelis, quantò magis opprimebantur. Loquitur hoc loco Ezechiel de tempore reuersionis in Iudæā, quando arbores, & cæteræ plantæ Deo ita volente plus solito fructiferæ fuerunt. Id *Psal.64.* prædixerat ijs verbis diuinus psaltes: Visitasti terrā, & inebriasti eā, multiplicasti locupletare eā. Sed psalmus hic etsi de Hebræorū reductione à Babylonica captiuitate intelligatur, vt asserunt Origenes, & Eusebius Cæsariensis, præcipuè tamen de Christi ecclesia intelligitur, & de his, quor Deus à captiuitate peccati, ab idololatrijs, & impijs Gentiū superstitionibus in vnum corpus adduxit & cōgregauit, ad vnam fidē, ad vnā ecclesiā, cuius ca- *Ephes. 5. Coloss. 1.* put Christus est. Non nego posse de ea benignitate intelligi, qua vsus est Deus erga Israelitas, cū illis à Chaldæa reuersis omnia necessaria suppeditauit, sed hoc asseueranter affirmo, debere in primis ad Christi mysteria referri, & ad eius ecclesiā ex Gentibus & Iudæis congregatam, plenam sacramentorū fructibus, & cœlestium donorum abundantia. Hæc est fertilitas, de qua loquebatur Dauid, & de qua vaticinatur hoc loco Ezechiel.

Iohan.12. grānum frumenti cadens in terrā, mortuū fuerit, ipsum solū manet, si autem mortuum fuerit, multū fructū affert. *Exo.1.* Et in libro Exodi scriptum legimus, tantò magis creuisse filios Israelis, quantò magis opprimebantur. Loquitur hoc loco Ezechiel de tempore reuersionis in Iudæā, quando arbores, & cæteræ plantæ Deo ita volente plus solito fructiferæ fuerunt. Id *Psal.64.* prædixerat ijs verbis diuinus psaltes: Visitasti terrā, & inebriasti eā, multiplicasti locupletare eā. Sed psalmus hic etsi de Hebræorū reductione à Babylonica captiuitate intelligatur, vt asserunt Origenes, & Eusebius Cæsariensis, præcipuè tamen de Christi ecclesia intelligitur, & de his, quor Deus à captiuitate peccati, ab idololatrijs, & impijs Gentiū superstitionibus in vnum corpus adduxit & cōgregauit, ad vnam fidē, ad vnā ecclesiā, cuius caput Christus est. Non nego posse de ea benignitate intelligi, qua vsus est Deus erga Israelitas, cū illis à Chaldæa reuersis omnia necessaria suppeditauit, sed hoc asseueranter affirmo, debere in primis ad Christi mysteria referri, & ad eius ecclesiā ex Gentibus & Iudæis congregatam, plenam sacramentorū fructibus, & cœlestium donorum abundantia. Hæc est fertilitas, de qua loquebatur Dauid, & de qua vaticinatur hoc loco Ezechiel.

Propè est eatus, vt veniat. Nimirum à Babylonica captiuitate in patriam suam. Consolatur populū Israeliticū in Chaldæa detentum. Vel sic: Futurum est, ait Deus, vt citò ad me veniat populus Hebræorum. Ideo eos ad vos ô montes reducā, quia sunt citò ad me conuertendi. Vel sic: Propè est vt veniat id, quod promitto: nō enim tardabit. Vel prope est, vt veniat Christus, quem ego missurus sum, vt vos congreget, & vobis viam muniat ad cœlestē Hierosolymā, atq; ad æternā ducat beatitudinem, vbi eo in æternum fruamini.

Quia ecce ego ad vos. Subaudi venturus sum, vt omnia vobis necessaria suppeditem. Qua *Agg.2. Zach. 4. & 6. Malach.3* de re multa prædixit Aggæus cap 2. Zachias cap. 4. & 6. Malachias cap. 3. vbi ea poteris videre.

Et multiplicabo in vobis homines. Homines vocat eos, qui ad rationis normam vitam dirigunt: qui pestilentibus delicijs repudiatis virtutē amplectūtur, quī cauēt, ne quid indecorē effœminatéve faciant: tum in omnibus & deliberatioibus & factis ne quid impiè moliātur, aut cogitent. Nec enim figura corporis humani, nec ratio excellens hominum naturæ significat natō esse hominē, vt corporis voluptatibus frueretur, sed vt res ederet præclarē gestas, & in honestatis actiones toto pectore incumberet, & tandem gloriam sempiternam obineret.

Et habitabuntur ciuitates. Hoc in libris Esdræ implerum ostenditur.

Et replebo vos hominibus & iumentis. Hoc est, mitibus, & immanibus, iustis & iniustis. Efficiam, vt qui fuerant tyranni & crudeles depositā tyrannide & crudelitate, cum impijs & mansuetis in ecclesia viuant. Id vaticinatus fuerat his verbis Esaias: Habitabit lupus cum *Esa.11* agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus, leo, & ouis simul morabuntur. Solet sacra scriptura homines aliquando cum brutis comparare.

Et habitare vos faciā sicut à principio, bonisq; donabo maioribus, quā habuistis ab initio: & scietis, quia ego dominus. Et adducā super vos homines populum meū Israel, & hæreditate possidebunt te. Et eris eis in hereditatē, & nō addes vltrà, vt absq; eis sis. Hæc dicit dominus Deus. Pro eò quòd dicūt de vobis: Deuoratrix hominū es, & suffocans gentem tuā: propterea homines nō comedes amplius, & gentem tuā non necabis vltra, ait dominus Deus. Nec auditam D faciam in te amplius confusionem Gentium, & opprobrium populorū nequaquam portabis, & gentem tuā non amittes amplius: ait dominus Deus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in vijs suis, & in studijs suis. Iuxta immunditiā menstruatæ facta est via eorum coram me, & effudi indignationē meā super eos, pro sanguine, quem fuderunt super terram. Et in idolis suis polluerūt eā, & dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos.

Et ha-

Et habitare vos faciam sicut à principio. Scilicet quando repleti eratis habitatoribus Hebræis. Quidam vertunt. Habitare facium vos iuxta antiquitates vestras. Hoc est, vt antea.

Bonisq; donabo maioribus quàm habuistis ab initio. Hoc est, maiora beneficia in vos conferam post reditū à captiuitate quàm antea. Hic oritur difficilis quædam quæstio, quādo deus Hebræis hāc felicitatē largitus est. Ante Babylonicā captiuitatē Hebræi viros habuerūt ol sanctitate, sapientia, & animi fortitudine præstantes, & præterea fuerūt ditissimi, præsertim tempore Dauidis, & Salomonis, tot opibus repleti, tāta diuitiarū abundantia cumulati, tot victorijs de hostibus reportatis insignes, tam ampla sumptuosorū ædificiorū magnificentia muniti, in tō eximia dignitate & amplitudine constituti, vt nullus esset populus cum illis cōparandus. At post reditum à Chaldæa in egestate & inopia vitam traducebant, subdui Persis & Medis, afflicti & calamitosi. Et quanuis templum instauarent, tamen tantum aberat à prioris templi magnificentia & præstātia, vt senes qui illustre Salomonis templū aspexerant, eiusq; sumptuositatis, pulchritudinis, amplitudinis, & præstantiæ recordabantur, cū secundi templi paupertatem aspicerent, lamē- *1.Esd. 3.* tarentur, & non possent lachrymas tenere, vt libro primo Esdræ literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Id quod etiam Iosephus vndecimo antiquitatū libro literis mandauit. Quę est igitur maior hæc felicitas, quàm illis hoc loco deus tempore secundi templi promisit? *Agg. 2.* Auget huius quæstionis difficultatē id, quod ait Aggeus propheta capite secundo, qui cùm reuersus esset cum Hebræis suis ex Babyloni ca captiuitate, & quadam die viseret templū, quod Hierosolymæ instaurabatur, afflatus spiritu prophetico has voces emisit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ, dicit dominus exercituum. Quid est, in quo maior hæc secundi templi gloria consistit? Non quidē in diuitijs, non in tēpli magnitudine & maiestate, non in cæremonijs, non in sacerdotum sanctitate, non in diuinorū vātum oraculis & vaticinationibus, nam omnia hæc multò illustriora in primo tēplo fuerūt. Quæ est igitur hæc gloria secundi templi, & quod est hoc præstantius bonum, de quo loquebatur Aggæus, & agit hoc loco Ezechiel? Credo absque dubio & Ezechielem hic, & Aggæum illic de admirabili Christi præsentia in terra locutos fuisse. Videbant mentis oculis per spiritum propheticum, tempus fore, cum Deus factus homo in terra promissionis, intra mœnia Hierosolymæ, in secundo illo Iudæorum templo sese videndum mortalibus præberet, ipsos Hebræos alloqueretur, cum illis coniunctissimē versaretur, illis præsentiam suam exhiberet, & viam ad æternam beatitudinem cōsequendam muniret. Illic docuit Christus veritatem, & cælestē doctrinā, ingentia miracula edidit, euangelīū prædicauit, & ex ea regione euāgelium exiuit. Ita futurum esse prædixerat ijs verbis Esaias: De Sion exibit lex, & verbū *Esa. 2.* domini de Ierusalem. Vbi per legem & verbū domini intelligitur absque dubio euangelīū. Nam vetus testamentum exiuit à mōte Sinai, nouum aūt à mōte Sione, de quo prædixerat *Exo.10. Gala. 4. Bar. 2.* Baruc inducens deum in hūc modum aiētem, Et statuā illis testamentū alterū sempiternū. In vetere testamento promittebat Moyses obseruantibus illud bona terræ fluxa & caduca, in nouo autem promittit deus bona cœli immortalia & sempiterna. Nec lex est gratiæ, hoc est euangelium, hoc est bonum nuntium, hoc est testamentū illud, de quo locutus fuerat de- *Iere.31.* us per Ieremiam: Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum. Et per Esaiam: Inclinate *Esa.55.* aurem vestrā, & venite ad me, audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactū sempiternum. Apparuit Christus verus deus, & verus homo, & vt verbis vtar diui Pauli, appa- *1.Tim.3.* ruit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secūdum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundē per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Hæc fuit gloria Hierosolymæ: hæc fuit illustrior illa dignitas, & illud præstātius bonū, quod deus secundo templo promisit. Quid poterat glorioſius esse, quàm videre deū verū humanitate assumpta, eūq; audire, & amplecti? Quid poterat in hac vita maius bonum excogitari? Quid poterat esse ad animæ suauitatem iucundius? ad veram vtilitatem ac commodatius? ad gloriam æternam consequendam præstantius? Hæc sunt illustria illa, quæ de Hierosolyma vaticinati sunt prophetæ, iuxta id quod ait regius vates: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In ea visus est de- *Psa. 87.* us, & euāgelīū illud docuit, quo apostoli Gētes barbaras & agrestes, & idolorum cultrices ab impura simulachrorū superstitione ad castissimum diuini numinis cultum, plenissimamq; veritatis religionem traduxerunt, & sanctissimum Iesu Christi nomen per totum orbem terrarum celebrarunt. Id intellexit Aggæus loco citato absq; vlla dubitatione. Sed vt hoc perspicuum euadat, eius verba expendamus. Loquens propheta Zorobabelo, & Iesu filio

Agg. 2. Iosedech, & reliquis Hebræis secundi templi ædificiũ intuẽtibus, has voces emisit: Quis in vobis est relictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? et quid vos videtis hanc nũc? Nũquid nõ ita est, quasi nõ sit ex oculis vestris? Ac si diceret: Quis ex vobis reliquus est, qui viderit primum templum in magnificẽtia sua, vidẽs nunc templum hoc secundũ, nõ ne intelligit planè non esse hoc cum illo cõparandum? Et paulò pòst, vbi eos consolatus est ob Christi aduentum ita ait: Hæc dicit dominus exercituũ: Adhuc vnũ modicũ est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes. Ac si diceret: Post tempus aliquod, & illud breue respectu annorũ à mundi creatione, ego veniã, & mouebo totum orbẽ terrarũ: magnus erit motus non solùm inter Iudæos, sed etiam inter gentes circa fidem & religionẽ. Et subdit statim: Et veniet desideratus cũctis gẽtibus, & implebo domũ istã gloria, dicit dominus exercituum. Meũ est argentũ, & meũ est aurũ, magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ. Hęc diuinus vates. Nõne vides, quàm apertè prædixerit mirabilẽ dei in terrã aduentum, & ideo secundũ tẽplum gloriosius esse primo, quia ipse deus erat illud ingressurus, & in eo prædicaturus? Quare inquit præstantius fore secũdũ tẽplum, quàm primũ, nisi quia ad illud veniet desideratus cũctis gẽtibus, illudque gloria implebit ob præsentiã suã? In sancto euangelio scriptũ legimus fuisse Christũ deum nostrum in templo præsentatum. Ibi cõcionatus est, & edidit miracula, quam ob causam illud ingenti gloria decorauit. Cùm aũt templum illud secundum sit euersum, & funditus deletum, apertissimè ostenditur, venisse Messiam, qui iuxta diuini vatis oraculum erat ad templum illud venturus. Si Deus promisit per Aggæum prophetam venturum esse Messiam ad illud templum dum extaret, templum autem est solo adæquatum, nec est tale templum, nec lapis super lapidem, quæ insania est Messiam venturum expectare? Ad quod tẽplum secundum venturus est, si corruit, si est funditus deletum, si nec talis templi reperitur vestigium? Nec possunt dicere Iudæi se habituros esse tẽplum aliud, ad quod Christus veniat, nam Aggæus eorum propheta de eo ipso templo locutus est, quod tunc Hierosolymæ cõstruebatur, & non de alio, vt eius verba planè testãtur. Imo apertè dixit, nullum aliud futurũ esse, conijciens enim oculos in tẽplum ipsum, dixit: Magna, siue vt ex Hebræo rectè verti poterat, maior erit gloria domꝰ istius nouissimæ, quàm primæ. Asseruit propheta templũ illud nouissimũ esse, & vltimũ, vltra quod nullum aliud illis futurũ esset. Id quod hodie impletum aspicimus. Vbi enim Iudæi templũ habent, vbi Immolent sacrificia? Nusquã quidem. Nullam habent fidem, nullum sacrificiũ, nullum regem, nullum sacerdotem, nullum tẽplum. Sed qui ex illis veram Christi fidem receperunt, eiusque adhæserunt consilijs, sunt beatitudinem cælestem, summumq; bonũ cõsecuti. Et quoniã diuini vates mentis oculis intuebantur, vnigenitum dei filium hanc ad illos felicitatem allaturum, qui in eorum ciuitate & templo erat videndus, & cum illis locuturus, & in regione illa versaturus, promiserũt illis ex parte dei bona hæc, de quibus hic, & alijs locis loquitur Ezechiel. Sed dices: Nonne Ezechiel hoc loco loquebatur de Iudęorũ reditu à Babylonica captiuitate? Loquebatur quidẽ: sed de ea liberatione se trãsfert ad liberationem captiuitatis spiritualis, & ad redemptionem generis humani per Christũ more aliorum prophetarum. Dauid in psalmo 71. loquens de Salomone terreno, transfert sermonem suum ad Sãlomonem cælestẽ, hoc est, ad Christum Iesum. Nam dicens priusquam iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, subdit paulò pòst: permanebit cum sole & ante lunam in generatione & generationem. Quę verba Salomoni nullo modo possunt cõuenire, sed Christo, regi pacifico, cuius Salomon imaginem gerebat, quemadmodum nec illa, quę paulò pòst sequuntur. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Nam hoc multis retro annis de te seculis deus promiserat Abrahamo esse in Christo adimplendum, dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod explanans diuus Paulus in epistola ad Galatas, Non dicit, inquit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Ostendit apostolus significare verba illa omnes nationes deo patri per Christũ reconciliandas esse, omnesq; esse gloriã immortalem cõsecuturos, qui se illi cõmiserint, eius verba custodierint, & in fide formata perseuerãuerint. Eodem modo volens Esaias loqui de Christo, incipit sermonem à Cyro temporario liberatore, sed conuertit ad cælestem voces suas, cum in capite 45. diceret: Hæc dicit dominus Christo meo Cyro. Et postea multa de eo, qui capta Babylone Iudęos misit in terram promissionis, differeret, subiunxit: Verè tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Quæ verba de Christo apertissimè intelliguntur. Appellatur deꝰ abscõditus, quia diuinitas in humanitate delitescebat, & fortitudo in fragilitate abscõdebatur. Ita dixerat Haba. prop. Ibi abscõdita est fortitudo eius. Et ipse de se ait

Luc. 2.

Psa. 71.

Gene. 22.

Gala. 3.

Esa. 45.

Hab. 3.

Mat. 13. ait apud Matthæũ: Simile est regnũ cœlorũ thesauro abscondito in agro. Ipse enim est regnũ cœlorũ, qui de se ait: Regnum dei intra vos est. Aspicis igitur morẽ esse diuinorũ vatũ sermonem suum ex rebus corporeis ad spirituales trãsferre, & à reductione à captiuitate Babylonis ad liberationem animæ ex peccati captiuitate verba sua traducere, quod erat præcipuum eorum instituum, erat enim Christus scopus omnium prophetarum.

Luc. 17.

Et hæreditate possidebunt te. Id est, viri probi te firmiter possidebunt.

Et non addes vltrà, vt absque eis sit. Aspicis hoc non referri ad tempus Zorobabeli, & Esdræ, sed esse ad Christi tempus referendum. Etsi de reditu agat à captiuitate Babylonis, tamen multa inserit, quæ soli ecclesiæ Christi cõueniunt, & liberationi à seruitute peccati. Nõ est igitur dicendũ terram illã Iudææ post Hebræorum reditum non fuisse vnquam vastatã, & à Iudæis destitutam, cùm sciamus luce meridiana clarius, fuisse postea vastatã à Romanis, & Iudæos partim interfectos, partim captiuos, & per orbem terrarum dispersos, & Hierosolymam incendio traditam, & in cinerem conuersam. Sed intelligũtur hæc de sancta Christi ecclesia, aduersus quam portæ inferi non præualebunt, quæ in perpetuum durabit.

Mat. 16.

Deuoratrix hominum es. Hoc dicebãt Iudææ inimici eius, quòd multi Iudæi in ea fuissent à Babylonijs interfecti, multi peste & fame mortui, in captiuitatem ducti. Præterea ipsi Iudæi inter se sæpe dimicabant, & seipsos occidebant, & turbulentis illis dissidijs conuellebatur animorum status, & ipsi dissidentes vita priuabantur.

Gentem tuam non necabis vltrà. Hoc est, longo tempore. Qua de re alibi differuimus.

Domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in viis suis. Ostendit fuisse filios Israelis è terra sua ob fraudes suas expulsos. Sẽsus est: Hebræi dum colerent patriam suam, cõ vitijs suis polluerunt, ac seipsos sceleribus cõtaminarunt. Quare in eos grauiter animaduerti. Accipitur via pro viuẽdi ratione, vt in psal. Et in via peccatorum non stetit.

Psal. 1.

Iuxta immunditiam menstruatæ. Immũditia, & pannus menstruatæ, hoc est mulieris menses suos habẽtis, significat in lateris diuinis animi impuritatem & contaminationem. Ita apud Esaiã dicebant Iudæi: Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

Esa. 64.

Iuxta vias eorum, & adinuentiones eorũ iudicaui eos. Ideſt, iuxta eorum scelera illos puniui. Alibi diximus in sancta scriptura peccata appellari hominum adinuentiones, vt in psalmo Ibunt in adinuentionibus suis.

Psal. 80.

Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meũ, cùm diceretur de eis: Populus domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in Gentes, ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit dominus Deus: Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in Gentibus, ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gẽtes, quod polluistis in medio earum, vt sciant Gentes, quia ego dominus, dicit dominus exercituum, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de Gẽtibus, & cõgregabo vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri.

Esa. 52. Rom. 2. 2. Re. 12. Sup. 11. d Sup. 11. d

Et ingressi sunt ad Gentes, ad quas introierãt. Id est, Gentium, ad quas ducti sunt, superstitionibus adhæserunt.

Et polluerunt nomen sanctum meum. Hoc est, in causa fuerunt, vt nomen meum inter Gentes blasphemaretur. Videntes enim Gẽtes eorum maleficia dicebant. Qualis est Deus ille, qui talem populũ habet, tã stigiosum, tot sceleribus contaminatũ? Si sanctus esset, nõ essent illi impij, si potens esset, non permisisset eos de terra depelli. Aspicis hoc loco impios homines nomini Dei, quantum in se est, maculam inurere. Est quidem nomen Dei ex se sanctũ, & impollutum, at illud polluunt impij. Ita per Esaiam ait deus: Ablatus est populus meus gratis: dominatores eius iniquè agunt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Illum locum citat apostolus in epistola ad Romanos. Cùm Dauid Bethsabææ stupro, & viro eius mortem intulisset, illeque peccata sua agnosceret, & sibi remitti ac condonari de

Universidad de Deusto
Biblioteca

pt ecaretur, dixi ei Nathan vir omni sapientia
2.Reg.12. & pietate præstans: Quoniam blasphemare fe
cisti inimicos nomen domini, propter hoc ver
bum, filius, qui natus est tibi, morte morietur.
Vbi aspicis Dauidē ob peccata sua dedisse ho
stibus domini eum blasphemandi occasionē.
Dicebant enim Deum Iudæorum constituis-
se regem iniustum, qui se vitio contamina-
2.R .12. set, & innocentem Vriam ad certum capitis
periculum misisset. Hunc locum ita vertit Io-
nathas Chaldæus: Aperiendo aperuisti os
inimicorum domini in hoc negotio. Ac si
diceret: Dedisti causam impijs hominibus cō-
tra ipsum loquendi, qui te in regia constituit
dignitate.

Et peperci nomini sancto meo. Hebraismus est
ac si diceret Deus: Nolui, vt nomē meum irri-
deretur, & fama mea apud Gētes obscuraretur.
Qui alicui rei parcit, nō vult eam irrideri, aut
extingui. Sensus est: Ideo populum à seruitute
Babylonica liberabo, & in pristinam dignita-
tem reducam, vt videant Gentes potentiā me-
am. Beneficia in Hebræos collata non eorum
meritis attribuuntur, sed diuinæ misericordię.
Eam ob causam subdit Deus: non propter vos
ego faciam domus Israel, sed propter nomen
Psal.25. sanctum meum. Id intelligens Dauid aiebat:
Propter nomen tuū domine propitiaberis pec
cato meo, multum est enim. Nos etiam in ca-
lamitatibus nostris debemus ad dominum cō
fugere, ab eo liberationem & victoriam peten
tes, non gloriæ nostræ causa, sed ne eius san-
ctissimum nomen ludibrio sit impijs. Eodem
Psal.113 modō idem Dauid, Non nobis, inquit, Domi
ne, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, pro
pter misericordiam tuam ne quando dicāt Gē
tes: Vbi est Deus eorum. Et ipse dominus
Esa.48. per Esaiam: Propter me, inquit, ego faciam, vt
non blasphemer, & gloriam meam alteri non
dabo. Verum septuaginta interpetes hunc E-
zechielis locum ita vertunt: Et peperci eis pro-
pter nomē sanctum meum.

Et sanctificabo nomen meum. Hoc est, sanctū
& admirabile illud ostendam. Vel sic: Efficiam,
vt fama mea in omni orbe terrarum celebretur.
Ita intelligitur id, quod Christus docuit petē-
Matt. 6. dum: Sanctificetur nomen tuum. In qua peti-
Luc. 11. tione hæc occurrit dubitatio: Cùm id peta-
mus, quod deest, sit autem nomē dei sanctum,
cur petimus, vt sanctificetur? Huic obiectio-
ni respondendum existimo, Dei nomen sanc-
tum in se esse, nos autem petere, vt nobis san-
ctificetur, quo alij opera nostra videntes Deū
summis laudibus efferāt: iuxta illud saluatoris
Matt. 5. nostri: Sic luceat lux vestra coram hominibus
vt videant opera vestra bona, & glorificent pa
trem vestrū, qui in cœlis est. Et iuxta illud Di-
ui Petri in prima sua canonica: Ex operibus 1.Pe.2.
vos considerantes glorificent Deum in die vi
sitationis. Vel petimus, vt nomen dei, quod in
se sanctum & magnum est, ita ab omnibus
cognoscatur. Nam licēt fuerit notus in Iudæa
dominus, & in Israele magnū nomē eius, in a-
lijs tamē regionibus nō colebatur, nec cogno Psa.75
scebatur. Et ob euangelij prædicationem Dei
nomen fama celebratur illustri, & regionibus
abstrusis innotescit, & in illis colitur, & laudi-
bus effertur. Et hoc est sanctificari Dei nomē.
Petimus itaque, vt Dei nomen, quod in se est
omni prædicatione dignissimum, vbique terra
rum celebretur, & dilatur, eique omnes ho-
mines cultum adhibeant, & honorem.

Cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis. Hoc
est, cùm vos coram illis me sanctum esse ostē-
deritis: ostenderitis autem hoc, cùm eorū super-
stitionibus & vitijs repudiatis incubueritis in
virtutum actiones, inuocueritis me ipsum, me
vnum deū adorandū esse asseueritis, mihi ser
ueritis, & summis laudibus extuleritis. Tunc
ego vos eripiam à misera seruitute, & ostendā
potentiam meam, & intelligēt Gentes me esse
verum & potentem Deum.

*Et effundam super vos aquam mundam, & e-
mundabimini.* Dixerat deus Iudæis paulò antè
se esse eos ablaturum de Gentibus, & congre-
gaturum de vniuersis terris, & adducturum in
Iudæam, id quod effectum fuit tempore Cyri,
vt constat ex primo capite libri primi Esdræ, 1.Esd.1.
quemadmodum vaticinatus fuerat Esaias cap. Esa.44
44. & 45. & alij diuini vates. Nunc promittit & 45.
illis, & daturū se eis esse aquam mundā, qua ab
immunditijs seis abluerentur. Multi ex Iudæis
intelligunt hoc de tempore Messiæ, dicentes
hanc aquam eā esse, de qua agit capite. 47. per
quā bonorū intelliguntur affluentiā. Rectè illi
quidem, nisi in hoc errarent, quòd Messiam,
qui iam venit, venturū esse expectarent. Si hoc
de Christi tempore asserunt etiam Iudæi, quis
erit Christianus, qui illud neget ad Christum
referendum? Quis non videt hæc de ecclesia
præcipuè intelligi, in qua deus fideles coadu-
nauit, & à dæmonis tyrannide eripuit? Eccle-
sia est Sion, mons fidei & virtutum, de quo ait
Christus Deus noster, de Deo patre loquēs: Ego
autem constitutus sum rex ab eo super Siō
montem sanctum eius, prædicans præceptum Psal.2.
eius. De ecclesia id intelligitur, quod ait diui
nus psal. Elegit dominus Siō, elegit eā in ha- Psa.131
bitationem sibi. Et Esaias: Respice Sion solen Esa.33.
nitatem ciuitatis nostræ: oculi tui videbunt
Ierusalem, habitationem opulentam, taberna-
culum, quod nequaquam transferri poterit.
Super ecclesiam effudit Deus aquam mun-
dam, vt ab omnibus peccatis mundaremur.

Nam

Nam si hoc solùm de reditu Hebræorū à Ba-
bylonica seruitute intellexeris, dic obsecro,
quando Deus illis aquam mundā effudit, qui
per aquā intelligis lymphā materialē? Quæ
est hæc aqua munda, quæ scelerū labes abluе-
bat, & animas expiabat? Hæc aqua absque du-
bio est diuina gratia, & spiritualium bonorū
abundantia, quę de saluatore Iesu Christo per
Esa.12. sacramenta tanquam per fontes dimanat, &
totam Ecclesiam rigat. De ea dixerat Esaias:
Hauietis aquas in gaudio de fontibus salua-
toris. Non ait: Hauietis aquā, sed aquas, nec
de fonte, sed de fontibus, vt gratiæ magnitu-
dinem, & donorum spiritualium multitudinē
significaret. In fonte est aqua, at in pharmaco
polæ officina sunt diuersa aquarum salutarīū
genera: ita in Ecclesia, quæ est diuini medici
officina, & miropolium cœleste, sunt multa sa
cramēta, multa dona, varia gratiarum genera,
cœlestis doctrina, diuinæ inspirationes, admi
rabilis saluratium medicamentorum abundā-
tia: quæ omnia aquarum nomine significātur.
Ad has salutares aquas nos inuitat alibi idem
Esa.55. Esaias, dicens: Omnes sitientes venite ad a-
quas, & qui non habetis argentum, properate
emite, & comedite. Hæ sunt aquæ, quæ Eccle-
siam Dei perpetuis gaudijs afficiūt, quæ, vt est
Cant.4. Canticorum literis prodītū, impetu currūt de
Psal.45. Libano. De quibus ait regius vates: Fluminis
Psal.22. impetus lætificat ciuitatē Dei. Et rursum: Su-
Zach.13. per aquam refectionis educauit me. Et Zacha
rias de tempore Messiæ loquens, In die illa, in-
Ioel.3. quit, erit fons patēs domui Dauid, & habitan
tibus Ierusalē in ablutionē peccatoris, & mē-
struatæ. Et Ioel. Per omnes riuos Iuda ibunt
aquæ, & fons de domo domini egredietur, &
irrigabit torrentē spinarū. Riui Iuda sunt ec-
clesiæ sacramēta, aquas gratiæ cōferentia, do-
mus aūt domini, vbi in principio congregati
sunt fideles, est Hierosolyma, vnde fons cœle
stis doctrinæ manauit, quę orbē terrarū adim-
Rom.11. pleuit. Et quoniā gratia, vt ait D. Paulus in e-
pist. ad Rom. nō est ex operibus, alioquin gra
tia iam nō esset gratia, ait Christus in Apocal.
Apoc.21. Ioannis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vi-
uæ gratis. Huius aquæ imaginem gerebat illa,
Gen.24. quā virgo Rebecca seruo Abraham, eiusq; ca
melis impertiuit. Quoniam futurum erat, vt
diuina Rebecca, gloriosa Dei genetrix virgo
esset gratię dispēsatrix, eāque nō solùm homi-
nibus, sed etiā brutis, hoc est, nō solùm iustis,
sed peccatoribus ad ipsam cōfugientibus im-
petraret. Hæc est aqua, de qua ait Christus Sa-
Ioan.4. maritanæ. Qui biberit ex aqua, quā ego dabo
ei, nō sitiet in æternū, sed aqua, quam ego da
Simile. bo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitā æter
nā. Quemadmodum auceps auiculā capit, qua
vtitur ad alias capiendas, eamq; aliarum auiū
vocatricem & inuitatricem iuxta fontem ali-
quem in vinculum coniectam collocat, vt a-
lijs illuc conuenientibus impleat suum tete
sic Dominus Iesus mulierem illam Samarita-
nam veluti turturem quandam voluit aucupa
ri iuxta fontem Iacob, vt illa esset multorum
volucrum inuitatrix, qui exeuntes è ciuitate
ad Christum conuenerunt, quos ille in admi
rabili ieri fidei recepit, vt ex illo aucupio ad
vitam æternam perduceret. Aquam illam po-
tauerunt, de qua ait hoc loco Deus per Eze- Inf. 47.
chielem: Effundam super vos aquam mun-
dam, & emundamini. De qua ait etiam ca-
pite 47.

Et ab vniuersis idolis vestris mundabo vos.
Quia ea actu, & effectu à vobis proijcietis, vt
illis derelictis mihi seruiatis. Nemo enim po-
test duobus dominis seruire, vt ait apud Mat- Matt.6.
thæum Christus Deus noster. Cùm Pharao
permitteret Hebræis, vt Deo in Aegypto vi-
ctimas immolarent, respondit Moyses: Non
potest ita fieri: abominationes enim Aegyptio Exo. 8.
rū immolabimus deo nostro. Fieri nō potest,
vt Pharaoni, hoc est, diabolo, & Deo simul ser
uiamus. In templo Dagonis nō potuit eius si 1.Reg.5.
mulachrū cū arca dei erectū esse, & coli. Et E
lias illis, qui de Deo vero, & Baali deo com- 3.Re.18.
mentitio seruire gloriabantur, Vsquequo, in
quit, claudicatis in duas partes? Si Dominus
est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequi-
mini illum. Id explicans D. Paulus in episto-
la 2. ad Corinth. Quæ, inquit, participatio iu 2.Cor.6.
stitiæ cum iniquitate? Quæ societas luci ad te
nebras? Quæ contentio Christi ad Belial?

Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum.
Id est, dabo vobis animi puritatem, & vim il-
lā, per quam nihil nisi rectum, iustum, & piū
expetitur. Huius diuinæ reformationis eō ma
gis participes efficimur, quò magis spiritus no
ster ad imaginem Dei renouatur. Hanc refor-
mationem, & cordis nouitatem, & spiritus in
flamationē petebat à Deo Dauid, dicens: Cor
mundum crea in me Deus, & spiritum rectum Psal.50.
innoua in visceribus meis. Cor postulauit mū
dum, nam de immundo exeunt ea, quæ homi-
nem contaminār, qualia sunt, cogitationes ma Matt.15.
læ, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia,
blasphemiæ. Hæ sunt, inquit deus, quæ coin-
quinant hominem. Hæc sunt quæ mentis ocu
los tenebris obtundunt, ne deū aspiciant. Bea
ti verò illi, qui sunt mundi corde, quoniā ipsi Matth.5.
Deum videbunt. Beati qui spiritu nouo, indu
ti homine nouo Deū eos innouantem amplec-
tuntur. Vnde D. Paulus in epistola ad Ephe Ephes. 4.
sios, Renouamini, inquit, spiritu mentis vestræ.
Hoc promiserat Deus his verbis per Zachar.

Effun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum. Cùm Deus cæremonias & sacrificia legis veteris antiquaret, & nouam ferret legem, opus erat noua in hominibus corda creare. Id intelligens regius vates canebat: Cantate domino
Psal. 95. canticum nouum, cantate domino omnis terra. Et Esaias: Noua ego annuntio. Et rursus ita
Esa. 42. *Esa. 65.* Deum loquentem inducit: Creo cœlos nouos, & terram nouam. Vbi per cœlos nouos intelligit Apostolos, & viros iustos, per terram
Apoc. 21. verò nouam Ecclesiam catholicam in qua essent corda noua & spiritus nouus, qui in nouitate animorum nouæ Deo cantica emitterent. Ideo ait in Apocalypsi beatus Ioannes: Vidi cœlum nouum, & terram nouã. Et paulò pòst. Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cœlo. Et iterum. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.
Ioan. 13. Et apud eundem Ioannem ait Christus: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et si mandatum de proximi dilectione fuerit
Mat. 22. antiquum, & in lege vetere scriptum, nã Christus apud Matthæum illud ait esse vnũ de primis legis præceptis, hoc tamen loco illud nouum appellat, quia erat ab eo innouatum & instauratum, quoniam fuerat per pharisæorũ traditiones ferè deletum. Addiderant enim præ-
Matt. 5. cepto de charitate: & odio habebis inimicum tuum, quæ verba in lege nusquam inueniuntur. Dicitur etiam præceptum nouum, quòd in nouo testamento frequentius inueniatur.
Cùm lex de cæremonijs & sacrificijs frequentissimè faciat mentionem, ratiõ meminit huius præcepti: at Euangelium Christi illud vbique prædicat, & inculcat. Præterea ideo dicitur nouum, quia quemadmodum quod nouum est, propinquũ est principio suo, sic charitas nos Deo rerum omnium principio vnit, & propinquos reddit. Postremò nouum appellatur charitatis præceptum, quòd non possit perfectè nisi nouo spiritu adimplari. Nam
Rom. 5. charitas Dei teste diuo Paulo ad Romanos, diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Spiritus sanctus corda nostra innouat, diffundens in ea charitatẽ, non solùm erga deum, sed erga proximum. Et licet charitas & dona Dei propria sint totius trinitatis, tamen spiritus sancto attribuuntur, quòd sola diuina voluntate donentur, per cuius modum spiritus sanctus à patre & filio spiratur. Et inter alia præcipua quadam ratione illi charitas ascribitur, quòd per illũ, qui charitas est patris & filij statuit nos Deus secum, & inter nos inuicem charitate coniungi. Ideo ait Apostolus dari nobis charitatem Dei per spiritum sanctum, qui datur nobis. Nõ quòd spiritus sanctus secundum substantiam illabatur nobis, & in nobis insit secundum suam naturam, sed datur nobis in effectu suo, nimirũ per charitatem, quã infundit in corda nostra: qua charitate & deum diligimus & proximũ. Ideo diuus Augustinus hanc charitatem eam dicit esse, nõ qua diligit nos deus, quę est eius essentia diuina, sed quia in nobis inhærẽte ipsum Deum amamus, quæ quidam effectus est, & impressio in nobis diuinæ bonitatis. De vtraque charitate intelligitur id, quod ait Christus Deus noster: Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et de vtraque ait Origenes hũc locum diui Pauli intelligi: de ea quę prima causa est nostræ salutis, quæ est illa, qua nos diligit Deus, diuino enim fauore præuenimur, nõ
1. Ioh. 4. quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniã ipse prior dilexit nos. Sed hæc charitas Dei in corda nostra diffunditur, quemadmodum diximus diffundi causam per effectus, & principis magnificentiam, quæ in ipso est, dicimus in cruer per beneficia diffundi. De hac igitur charitate locum illum Apostoli interpretatur, & de ea etiam, qua nos ipsum deum summo prosequimur amore, & proximum sicut nosipsos diligimus. Et quoniam hæc charitas, qua proximum amplectimur, non est nisi in corde nouo, ideo eius præceptum nouum vocatur, præsertim cùm Deus illud innouaverit. Quemad-
Simile. modum qui feudum habet tantùm in vita sua, fibrã patre suo relictum, ita vt dominium penes concedentem remaneat, innouat illud, & nouum conficit contractum, & ita dicitur habere nouum feudum, nõ quòd sit nouum, sed ob nouum pactum. & feudi innouationem: sic cùm præceptum de proximi charitate datum à Deo in lege vetere esset oblitione posteritatis ferè deletum & extinctum, & veluti feudũ in vltima vita quasi pœnitus finiretur, innouauit & instauravit illud Christus Deus noster: quam ob causam nouum ab illo meritò appellatur. Dedit nobis Dominus præceptum hoc denuò, vt illud vicinius intuentes, & sui esse contemplantes, obligationem seruandi illud in memoriam redigeremus. Et quoniam ad illud implẽdum nouo corde indigebamus, promisit hoc loco, se illud nobis esse daturum. Hoc idem dixit suprà cap. 11. vbi ea poteris *supra.* videre, quæ ibi exposuimus.

Et auferam cor lapideum. Indicat legem gratiæ Christi sanguine confirmatam, quæ durissima hominum immanium & indomitorũ corda emollivit, & mitia fecit. Annotauit hoc Tertullianus, & rectè quidem. Christi sanguinem ea corda domuisse, & mollia reddidisse, quæ terribilis Romanorum potentia lentre & domare nunquam potuit. Corda hominum lapidea,

pidea, dura, & in sceleribus obstinata, nullam piæ & salubris doctrinæ impressionẽ admittẽtia, fuerunt in carnea cõuersa, docilia, & mollia, & ad diuinã doctrinã accipiendã accõmodata. Diuus Gregorius lib. 10. Moraliũ hũc explicant locũ ait: Cor lapideum tollit deus, cùm à nobis superbiæ duritiam subtrahit: & cor carneum tribuit, cùm eandẽ duritiã ad sensum reducit. Cùm cor nostrũ sit id, quod à nobis Deus præcipuè exigit, summa ope niti decet illius duritiã & prauitatẽ vitare. Abomina-
Prou. 11. *Ierem. 4.* bile domino, ait Salom. est cor prauũ. Et Ieremias: Laua à malitia cor tuũ. Vnde ait Apost.
2. Thes. 3. in epistola 2. ad Thessalonicenses. Dominus aũt dirigat corda vestra in charitate Dei & patientia Christi. Idẽ dixit Ezechiel cap. 11. vbi de cordis duritia latè disseruimus.

Et faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris, & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, vt non portetis vltrà opprobriũ famis in gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum: & displicebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra. Nõ propter vos ego faciam, ait dominus Deus: notũ sit vo-
Num. 6. d bis. Confundimini, & erubescite super vijs vestris domus Israel. Hæc dicit dominus Deus: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instauratæ fuerint exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris, dicet: Terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis, & ciuitates desertæ & destitutæ, ac suffossæ, munitæ sedebunt. Et scient gentes, quæcunque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui dissipata, plantauiq; inculta: ego dominus locutus sim, & fecerim. Hæc dicit do-

minus Deus: Adhuc in hoc inueniẽt me domus Israel, vt faciã eis. Multiplicabo eos sicut gregem hominũ vt gregẽ sanctum, vt gregẽ Ierusalem in solennitatibus eius. Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus hominũ: & scient, quia ego Dominus.

Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris. Diuus Augustinus lib. tertio de doctrina Christiana, capite 34. hunc enarrans locũ, ait: Non carnaliter, sicut carnalis Israel, sed spiritualiter, sicut spiritualis Israel, debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gentibus cõgregata, atq; in æternum regnatura cũ Christo, ipsa est terra beatorũ, terra viuentium. Ipsa est intelligenda patribus data, quãdo eis certa, & immutabili Dei voluntate promissa est: quoniam ipsa promissionis vel prædestinationis firmitate iã data est, quæ dãda suo tẽpore, à patribus credita est. Hęc ille: quibus per terrã promissionis patriã intelligit cœlestẽ, & Ecclesiã triumphantẽ. Sed quo
1. Tim. 3. nisi in Ecclesiã illã triũphantem nemo ingredi
Psa. 47. tur, nisi fuerit huius Ecclesiæ militantis membrũ, & ciues huius, qui in gratia migrãt, in illam transferuntur, per hanc terrã, quam Deus hoc loco promisit, Ecclesia hęc catholica absque dubio significatur, quæ est domus dei, co-
Esa. 5. *Apo. 21.* lumna & firmamentum veritatis. Hæc est ciuitas regis, vinea electa, noua Hierosolyma, ci-
Psa. 45. uitas Dei, & terra promissa.

Et dabo frumentum. Hoc est, ad iussum meum, ad vnam vocem meam veniet magna frumenti copia. Reddam terram fertilissimã: & fame non laborabitis. Non solùm loquitur de cibis corporis, sed de alimentorum animæ abundantia. Ac si dicat: Ego vobis gratiam tribuã, & sacramenta, & verbi Dei cõcionatores: quæ omnia frumenti siue cibi nomine significantur. Verus animi cibus spiritualis est, & vera fames est rerum spiritualium penuria. Hac fame laborabat filius ille prodigus, qui in se
Luc. 15. reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Comparatione status illius præsentis, in quo erat, & præteriti, quem amiserat, exclamat: Et ad pœnitentiam. Vidit famem præsentem, & meminit abundantiæ præteritæ, & in suspirium erupit. Et si peccator se videat omni humanarum opum copia affluentem, tamen cognoscit se veris diuitijs carere: ingemiscit, quæritque animo, & nec satiatur, nec eius sitis vnquam expletur. Quid habet, qui Deum nõ habet? Quid possidet, qui seipsum nõ possidet? Id intelligens D. Augustinus aiebat: Omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

copia, quæ Deus meus nō est, egestas mihi est. Omnia appetunt in centro suo conquiescere: ideo ignis sursum tendit, lapis autē deorsum. Eodem modo anima nostra in Deo quiescere desiderat tanquā in centro suo. Et ob causam ait Aurelius Augustinus: Creasti nos domine ad te, ideo inquietum est cor nostrū, donec requiescat in te. Hinc efficitur, vt mūdi diuitiæ, & prosperarum rerum abundantia, honores, & dignitates nequaquam possint animā satiare, cūm centrū non sint, vbi illa quiescit. Et vt lapis & si auro ornetur, & in arcula pretiosa includatur, non tamen propensionē amittit, quā habet ad centrum & proprium locum, vbi est eius quies: sic anima nostra quāuis magnis mūdi opibus & dignitatibus affluamus, nō tamē tranquilla omnino & satiata est, donec in cœlo conquiescat in Deo, illoque in æternum fruatur. Sentit quidem ob gratiæ assistentiam modum quendā quietis & suauitatis, sed perfectam quietem & suauitatem in cœlo tātum consequitur. At impij homines nullam habēt effigiem quietis, nec saturitatis. Imagines & vmbras rerum comedunt peccatores, ideo nō replentur. Id intelligens aiebat Salomon: Iustus comedit, & replet animā suam, venter autem impiorum insaturabilis est. Et Esaias: Declinabit ad dextram, & esuriet. Et Oseas: Comedent, & non saturabuntur. Et Amos, aut potiùs, Deus per illum: Emittam famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Hanc famem permittit Deus aliquando ob hominum scelera nefanda, permittens vt impij præsules rempublicam gubernandam suscipiant, qui nec concionantur, nec concionatores admittunt, sed scientiam repellunt, & veram animorum escam abscondunt. De huiusmodi pastoribus ait Salomon in Proverb. Qui abscondit frumenta, maledicitur in populo. Cūm hęc fames in terra viguisset, venit diuus ille cōcionator Christus Deus noster, qui eam abstulit, & frumenti saturitatem tribuit.

Simile. *Simile.* *Prou. 11.* *Esa. 9.* *Ose. 4.* *Amos 8.* *Prou. 13.* *Prou. 5.* *Prou. 11.* *Psal. 1.*

Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri. Hoc est, arbores lætissimorum fructuum copia exornabo, & terram frugiferam reddā. Poteris per lignum hoc vitæ intellige re, & per agrum Ecclesiam, cuius admirabiles & vberrimus fructus vitos Christiana pietate præstantes reficit & recreat. Nam, vt ait in Prouerbijs Salomon, de sapiētia patrit, quæ Christus est, loquens, lignum vitę est his, qui apprehēderint eam. Et rursus: Fructus iusti lignum vitæ. Poteris per lignum vitium iustum intelligere, de quo ait regius vates: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Vir enim iustitia præstanti instar arboris fœcundę pulchros virtutis fructus, illosque rempestiuos producit.

Prou. 3. *Prou. 11.* *Psal. 1.*

Recordabimini viarum vestrarum pessimarū. Impiam vestram pristinam viuendi rationem in memoriam redigetis, vt eius pœnitentiam agatis, eamq; detestemini. Ideo ait Ieremias: Vide vias tuas in conuallem scito quid feceris. Ac si dicat: Adhuc vestigia tua apparēt in valle, quibus terram attingebas, cūm ibas ad idola colenda, intuere ea, considera peccata tua, vt illa execretis, teque illorū pœniteat. Et in Deuteronomio scriptum legimus: Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris dominū Deum tuum. Ideo præterita vitia sunt in memoriam reuocāda, vt ea deploremus, non vt ex illorum cogitatione voluptatem capiamus. Audi diuū Paulum dicētem: Quæ quidem retro sunt obliuiscēs, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauiū supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Aspicis igitur debere nos peccatorum præteritorū & recordari, & obliuisci: recordati ob acquirendum dolerem, obliuisci ob fugiendā voluptatē. Multa sunt enim, quorum vtile est obliuisci. Ferunt floruisse apud Græcos virum quendam nomine Themistoclem, incredibili quādā animi atque ingenij magnitudine, cui cūm Simonides artem memoriæ polliceretur, obliuionis, inquit, mallem: nam memini eorum, quę nolo: obliuisci non possum, quę volo. Meminit huius apophthegmatis Cicero lib. 2. de Oratore, & 4. de finibus. Et Plutarchus lib. 5. apophthegmatum. Sed quoniā necesse est de peccatis confiteri, & sanctum pœnitentiæ factamē tum frequētare, necesse est reuocare in memoriam delicta, vt debitam illorum confessionē faciamus. Vt qui incidit in flumē, non obruitur, quōdiu aqua non accedit ad os, quoniam respirare potest, & non submergi: sin aūt aqua attigerit, & adimpleuerit os, statim obruitur, & moritur: sic qui incidit in peccati gurgitem, ad huc spem habet vitæ, si os non habet impeditum, si paratus est de sceleribus debitē confiteri, sin autem tanta est culparum aqua, vt ea per os ascendat, quō flagitia sua silentio prætereat, nolens de illis confiteri, obruitur miser, & ad ima tartarorum descendit. Eā ob causam dicebat regius vates: Non me demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me profundū, neq; vrgeat super me puteus os suum. Aquis magnis obruti sunt Aegyptij, nō Iudæi: Iudæus enim significat confitentē, Aegyptius turbatū. Ille eripitur, qui ad verum confugit confessionem, ille perit, qui obstinatione turbatus, peccatorum suorum confessionem contemnit.

Simile. *Psal. 68.* *Exo. 14.*

Non

Non propter vos ego facio. Hoc est, nō ex operibus iustis, quæ feceritis, sed meam intuens misericordiam vos liberabo. Hoc ita euenisse testatur his verbis in epistola ad Titum Diuus Paulus: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, &c.

Tit. 3.

Et instaurauere ruinosa. Hoc est, hoc faciā, cūm ciuitates terræ promissionis, quæ modò euersæ sunt, fuerint instauratæ, & deleta ac diruta ædificia in pristinam amplitudinem restituta. Liberabo vos à Babylonica seruitute, & erunt mœnia vestra magnificētissimè instaurata. Per hęc mœnia homines significātur, quasi dicat Deus: Homines antea vitijs contaminati, infidelitate corrupti, insipientia cæci, omnibus flagitiorum maculis notati, qui per peccatum ceciderant, & fuerāt funditus euersi, erunt diuino fauore erecti, mundati, illuminati, & in Christianā nobilitate constituti.

Coram omnis viatoris. Hoc est, coram oculis omnium trāseuntium. Potetis per viatores homines intelligere. Ait enim in epistola ad Hebræos apostolus: Non habemus hic manētem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et de patribus antiquis ait in eadem epistola: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longē eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini sunt & hospites super terrā. Qui enim hoc dicūt, significant se patriam inquirere, &c. Et in secūda ad Corint. Dum sumus, inquit, in corpore, peregrinamur à domino.

Heb. 13. *Heb. 11.* *2. Cor. 5.*

Terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis. Hoc est, terra promissionis, quę nūc inculta est, & deserta, quod fuerint ex ea Hebræ in Chaldęam abducti. post eorum reditum à captiuitate, erit culta & frugifera instar hortus amœnissimi, & viridarij pulchertimi. Idē præ dixerat his verbis Esaias: Consolabitur dominus Sion, & cōsolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinē eius quasi hortū domini. Possunt hæc referri, & rectē quidem ad Gentilitatē, quę cūante gratiam inculta fuisset, & deserta, absque fide & charitate, fuit postea per euangelij prædicationem culta & fructifera, & ob idem, & sacramentorum receptionem vberrimos virtutum fructus mirabiliter tulit.

Esai. 51.

Et ciuitates desertæ. Subaudi, ab habitatoribus, destitutæ ab alimentis, suffossæ, hoc est, euersæ ab inimicis, mutos funditus delentibus. Hæ ciuitates restaurabūtur, & munitę colētur

Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis. Quærent me verè Israelitæ, & inuocent ab eis, quibus ea faciam, quæ sequuntur.

Multiplicabo eos sicut gregem hominum. Hoc est, non erit grex pecorum, sed hominum. Erunt viri iusti, rationē vtentes, qui ea officia exercebant, quorum causa eos mundi creator fuit diuini numinis similes effecit, & naturā rationis compotem impertiuit. Comparat se Christus cū pastore, & fideles suos cum ouibus, nō brutis, sed intellectus participibus. Id quod apud D. Ioannem cap. 10. multis verbis explicuit, Qua de re cap. 34. suprà disseruimus.

Ioan. 10. *Sup. 34.*

Vt gregē Ierusalem in solennitatibus eius. Hoc est, numerus hominum excedet numerum ouium, quæ in festiuitatibus conueniunt Hierosolymam, vt ibi immolentur, & comedantur. Diebus solennibus erat Hierosolymæ magna pecorum multitudo, præsertim tribus solennitatibus, quibus Iudæi tenebantur venire ad tēplum, de quibus loquitur diuina scriptura ca. 23. Exodi, & alijs in locis.

Exo. 23.

Annotationes ex hebræo in caput XXXVI.

Pro eo quòd desolati estis, & contriti per circuitum. Septuaginta habent: Pro eo quod inhonorati estis vos ab ijs, qui sunt in circuitu vestro. Pagninus: Pro eo quòd desolauerūt & absorbuerunt vos vndique. Quæ omnia in idē coincidunt. Pro desolati estis est in hebraico, תמאשותיכם xammuth, à verbo xamam, quod significat desolare, perire, & euertere, vt 5. cap. Threnorum: Propter montem Sion, qui desolatus est. Idem verò quod ait Iob: In nihilum redacti sunt omnes artus mei, potest verti ex hebræo: Desolatum omnē congregationem membrorū meorū. Ac si diceret: Omnia membra mea vulnerasti. Est enim idem verbum. Significat etiam obstupescere, & conturbari, vt apud eundē Iob: Attendite me, & obstupescite. Vnde id, quod est in psalmo: In me turbatum est cor meum, verti potest: Intra me obstupuit cor meum. Id etiam quod est apud Esaiam: Et aporiatus est, quia non est, qui occurrat, pro aporiatus est, est in hebraico hoc idem verbū. Quare poterat verti locus ille: Et obstupuit, quia nō erat, qui occurreret. Ex his omnibus colligitur posse hūc Ezechielis locum ita verti: Eo quòd in nihilū redacti essis. Vel, quòd præ nimio dolore obstupuissis.

Thren. 5. *Iob. 16.* *Iob. 21.* *Psa. 142.* *Esai. 59.*

Prope enim est vt veniat. Ex hebraico potest verti: Appropinquarunt enim, vt veniant, Subaudi, ad me. Ac si dicat Deus: Dederunt signa futuræ resipiscentiæ, ostenderūt se pœnitētiam velle agere, & ad me confugere. Pro propē

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, in hebraico est קרבו cerebu, à verbo ca-
Esa. 65. rau, quod significat appropinquare, vt apud E-
Psal. 26. saiam: Recede à me: non appropinques mihi. Et in psalmo: Dum appropiant super me nocē tes, vt edant carnes meas. Significat etiam di-
Psa. 69. micare & pugnare, vnde cerau significat bellū, vt in psalmo: Dissipa gentes quæ bella volūt. Vnde ā, quod modò citabam ex psalmo: Dū appropiant super me nocentes, seu vt legit Au gustinus: dum appropinquant super me nocē tes, potest rectè transferri ex hebræo: Dum di-
Num. 3. micant aduersus me impij. Significat præterea verbum hoc offerre, vt capite tertio Numero rum: Mortui sunt enim Nadab, & Abiu, cùm offerrent ignem alienū. Significat postremò
Psa. 72. adhærere, vt in psalmo: Mihi adhærere Deo bo num est. Vel mihi bonum est offerre meipsum Deo. Vnde locus hic Ezechielis poterat rectè conuerti ex hebræo: Obtulerunt enim se, vt veniant.

Et adducam super vos homines, populum meum Israel. Hoc est: Super vos ò montes Iudææ adducam homines, nimirum populum meum Israel, qui modò in Babylonica captiuite detinetur. Efficiam, vt incolant Iudæi, qui modò à vobis absunt. Septuaginta ita transtulerunt καὶ γενήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους ἀντὶ τοῦ λαοῦ μου Ἰσραήλ. Hoc est, & generabo super vos homines pro populo meo Israel. Ac si dicat Deus: Ego ò ecclesia mea pro popu lo Israelitico quondam fideli generabo tibi a postolos, & viros apostolicos, & magnam fide lium Christianorum infinitatem. Id cecinerat ijs verbis regius vates: Pro patribus tuis nati
Psal. 44 sunt tibi filij, constitues eos principes super o mnem terram. Hi ex indoctis piscatoribus fa cti sunt principes totius orbis terrarum, nō so lùm dum vitam agerent tantummodò, vt Iulius Cæsar, & Octauianus Augustus, sed etiam per mille quingentos annos talē obtinent prin cipatum, vt etiam summi imperatores & illu strissimi mundi monarchæ ante eorum ossa ve nerabundi procumbant, optantes vel vestigia pedum eorum exosculari. Horum tanta est au
Luc. 10. thoritas & majestas, vt qui eos audit, ipsum de um audiat, qui eos spernit, ipsum Deū spernat. Patres fuerunt patriarchæ & prophetæ, quorū loco nati fuerunt apostoli, qui orbis terrarum principatū potirentur, & viri alij sapientia insi gnes, virtute præcellentes, charitate præstātes, qui omnes mūdi nationes sancta religione im buerunt, & admirabile Iesu Christi nomen v bique celebrārūt. Hos genuit Christus sangui ne suo, hæc est admirabilis illa generatio, de
Esai. 53. qua ait Esaias: Generationē eius quis enarra bit? Ac si diceret: Quis poterit consequi ora-

tione magnam illam spiritualem, & infinitam hominum prolem, quos Christus est suo san guine geniturus? Id explicans Diuus Ioan-
Ioan. nes ait: Quotquot autem eum receperunt, de dit eis potestatem filios Dei fieri, his qui cre dunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Non ait euangelista fu isse beneficium hoc concessum magnatibus, & in solos principes collatum, sed in omnes, qui cunque in Christum crediderunt. Intuere dei nostri bonitatem. Non est apud eum acceptio
10. Ac. personarum, vt 10. Deuteronomij, & secundo 2. Pa. Paralipomenon 19. & capite secundo epistolæ ad Romanos, & multis alijs in locis literæ Rom. diuinæ contestantur. Deus est omnium, com Gala. munis omnibus, qui vult omnes homines sal uos fieri. Quotquot autem eum receperūt, siue 1. Tim. sint Iudæi, siue Gentes: siue reges, siue coloni siue diuites, siue pauperes, siue mares, siue fœ minæ, siue senes, siue adolescentes, Neminem reiecit, neminem contemnit, omnibus in eum credentibus dedit potestatem filios Dei fieri. Quod poterat maius erga homines beneficiū excogitari? Quid nobis poterat esse gloriosi us, quid illustrius? Quæ poterit tanta ingenij vberras existere, quæ tāta dicendi copia, quod tam eminens atque incredibile genus oratio nis, quo quisquam possit singularem hanc dei nostri erga nos charitatem non dicam ample cti dicendo, sed recensere munerando? Quid est esse filios Dei, nisi esse Christi sanguine spiritualiter genitos, ipsius Dei hæredes? Si e nim filij, & hæredes, ait apostolus. Hæredes Gala Dei, cohæredes autem Christi. Hæc est gene ratio, de qua hoc loco ait Deus per Ezechie lem iuxta septuaginta interpretum translatio nem: Et generabo super vos homines pro po pulo meo Israel.

Et displicebunt vobis iniquitates vestræ. In he bræico pro & dispicebunt est וגקכתם vne corthem, à verbo קוט, quod significat abomi nari. Ideo septuaginta transtulerunt: Et abomi nationi habebimini ante faciē vestram iniquitatibus vestris. Significat etiam excidere & in terficere. Ideo vertit Pagninus: Et quòd succi sione digni estis, iudicabitis in conspectu ve stro propter iniquitates vestras. Ac si diceret: Videntes scelera vestra coram oculis vestris, iu dicabitis vos dignos esse morte. Significat etiā litigare, vt in psalmo: Quadraginta annis
psal. 94. litigaui cum generatione hac. Pro quo septua ginta verterunt: Quadraginta annis offensus fui generationi illi. Et alij: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. Significat etiā displicere & tabescere, vt in psalmo: Super ini
psa. 138. micos tuos tabescebam. Vel inimici tui mihi displi-

dispicebant. Vel aduersus inimicos tuos litigabam. Vnde poterat locus hic Ezechielis verti: Et tabescetis intra vos super iniquitates vestras. Vel litigabitis intra vos aduersus flagitia vestra.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXVII.

Capite superiore promissi Deus se esse reductu rum filios Israelis à Babylonica captiuitate in terram promissionis, & Hierosolymam instauraturum: vbi per Babylonicam captiuitatē mundum intelligit & peccatum, per Hierosoly mam verò ecclesiam catholicam, & gratiam, quæ in hac vita non est nisi in ecclesia. Hoc autem ca pite pollicetur Deus idē sub alia dicendi forma: nē impios homines sceleratē labibus infectos ossa ari da appellat, quibus tamen, hoc est mundat, quē supra significauerat nomine Babylonis, plenus e rat. Sed illa resecturum, & sufcitaturum pollicetur, Hierosolymamq; reducturum. Quæ in re va luit ostendere, fore vt peccatores ab infidelitate & impia superstitione eriperet, tetrahurillorum maculas, & scelerum labes sua sanguine expiaret, eos sue in ecclesia sua contineret. Itaque capite hoc abstruitur fides promissionis præcedentis, ducto argumento à corporum resurrectione, vt à re certissima. Ostenditur deinde tribuum cum duabus so cietas: & Christi in mundum prædictus aduen tus, quem diuinat vates regem, & pastorem vnū, cuius æternum vocat.

CAPVT XXXVII.

A FActa est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio cāpi, qui erat plenus ossibus: & circunduxit me per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum domini. Hæc dicit dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis: & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis, quia ego dominus. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnumquodque ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderūt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad B me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis: & dices ad spiritum: Hæc dicit dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insufla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, steteruntque super pedes suos: exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis ossa hæc vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, & perijt spes nostra, & abscisi sumus.

EXPLANATIO.

FActa est super me manus domini. Hoc est, venit in me spiritus prophetiæ: afflatus sum spiritu prophetico. Hebraismus est, quo etiam est vsus capite primo, & tertio qui Sup. 1. bus in locis manus pro spiritu vaticinādi ac & 3. cipitur: pro quo dixit capite vndecimo: Irruit Sup. 11. in me spiritus domini. Fortasse per manū domini intelligit dei filiū: qui manus domini eā ob causam appellatur, quia per ipsum omnia Ioan. 1. facta sunt. Ob eam etiam causam brachium domini appellatur ab Esaia dicente: Parauit Esa. 52. dominus brachiū suum in oculis omniū gentium. Ac si diceret: Mittet de cœlis pater æternus filium suum vnigenitum, & videbunt homines eum, per quem omnia facta sunt. Et rursum: Quis credidit auditui nostro, & bra Esa. 53. chium domini cui reuelatum est? Quasi dicat: Quis nostris verbis fidē habebit? & qui sunt illi, quibus innotescet, Christum illum, qui pro humano genere summos cruciatus perpessurus est, esse rerum omnium conditorem & moderatorē? Vel sic: Facta est super me manus domini, & duxit me, &c. Hoc est, videbar mihi asportari manu effigiei cuiusdā deum repræsentantis, & in campum duci, &c.

Et eduxit me in spiritu domini. Refertur hoc ad manum, vt sit sensus: Eduxit me manus do mini in spiritu domini. Vel refertur ad domi num, ac si diceret: Afflatus sum spiritu domini, qui dominus eduxit me, &c. Particula illa domini potest verti per nominandi casum, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat diuinus vates. Et adduxit me in spiritu dominus. Sensus est: Nõ corporaliter ductus sum de loco ad locum, sed totum hoc per spiritum imaginariè mihi ostensum est: videbar enim mihi egredi ad quendam campum, & in spiritu dei vidi manum, quæ me ducebat.

Et dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus. Aenigmaticè describit Iudæorum liberationem, eosq; meritò cum ossibus aridis confert: nam vt ossa arida per se animum recipere, & ad vitam redire nequaquã possunt, sed necesse est vt diuino fauore adiuuentur: sic Hebræi in Babylonica seruitute cõstituti, nec ad patriã reuerti per se poterant, nec à misera captiuitate liberari, nisi eos Deus mirabiliter eriperet. Cùm autẽ per captiuitatẽ peccatũ intelligatur, & qui captiui erant ossibus aridis comparentur, non est dubium, quin per ossa arida peccatores intelligantur. Et meritò quidẽ, fieri enim non potest, vt impij per se, ex vitibus proprijs iustificentur. Cùm autem à peccati morte redeunt ad vitam iustitiæ, hoc dei misericordiæ tribuitur, qui gratiam suam largitur peccatori. Opera nostra ex se bona in lethali flagitio facta, gratiã qua iustificamur, cùm ex impijs efficimur iusti, non merentur ex condigno. Id quidẽ est quod aiunt catholici doctores opera nostra non mereri primã iustificationem. Si enim gratia est, iam nõ ex operibus: alioquin, vt verbis vtar diui Pauli, gratia iam non est gratia. Et alibi: Non ex operibus, inquit, iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundũ suam misericordiã saluos nos fecit. Est tamen necesse, vt huiusmodi iustificationi cõcurrat motus liberi arbitrij. Ideo ait diuus Augustinus: Qui creauit te sine te, nõ saluabit te sine te. Non enim fit hæc iustificatio absq; bono opere, & motu voluntatis diuinam gratiã acceptantis. Verũ bona opera primã iustificationem præcedentia etsi iustificationem ipsam non mereantur, sunt tamen diuinæ misericordiæ prouocantia, & hominẽ ad ipsam recipiendã disponẽtia. At post iustificationẽ cũ gratia gratũ faciẽte de cõdigno meremur, incumbentes in bona opera, & virtutũ actiones, sed meriti nostri fundamentũ est in diuina misericordia collocatum. Vt anulus cupreus pretiosissimo adamante ornatus summi valoris est, non ob cuprũ, sed ob gemmã inæstimabilẽ, cupro ipsi inclusam: sic bona opera nostra in gratia vitam æternam merentur, nõ quod nostra sint, quia sic vt cuprũ sunt parui pretij, sed quia fiũt in gratia, & insignita sunt tanquam inæstimabili adamante merito mortis & passionis Christi, cui per gratiã adhærent: qui nobis ob misericordiam suam bona opera in gratia facientibus vitam æternam promisit. Eam ob causam in euangelio vita æterna merces iustorum appellatur, quòd eam bonis suis operibus mereantur. Vnde diuus Paulus in epistola sua secunda ad Timotheũ connumeratis laboribus suis subdit: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solũ autem mihi, sed & iis, qui diligunt aduentum eius. Præmium suorum operum, hoc est vitam æternã appellat coronam iustitiæ, quòd eam meruerit, & deum esse eam ei daturum dicit, quòd iustus sit iudex. Illud est aduertendum, non dixisse: quam dabit mihi dominus, sed quam reddet mihi dominus: reddere enim est dare, quod debetur. Vnde in epistola ad Romanos, Reddite, inquit, omnibus debita. Volens Christus hanc ostendere veritatẽ ait apud Matthæum: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. Attende: Non ait, dabit, sed reddet. Et rursum loquens de eorũ præmio, qui bene in vinea, hoc est, in ecclesia laborarunt. Voca, inquit, operarios, & redde illis mercedẽ. Merces est id, quod debetur ex merito. Aspicis igitur exigi opera ad æternam salutem, per quæ illam consequimur, non ex ipsorum operum in se dignitate, sed ex illis cum fide, spe, & charitate coniunctis, per quæ ex dei misericordia nobiscum pacisc entis vitam æternam dicimur mereri. Quanuis enim quis fidem habeat, si tamen est peccato mortifero afflictus, non prodest ei fides ad æternã salutẽ consequendam. Fides, qua vitam æternam meremur, ea est, quæ, vt ait apostolus, per charitatem operatur. Nam ipse ait: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Hoc quidem est, quod ait diuus Iacobus apostolus in canonica sua: Videtis, quòd ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Loquitur de secunda iustificatione, de qua ait diuus Ioannes in Apocalypsi: Qui iustus est, iustificetur adhuc, sanctus sanctificetur adhuc. Ex operibus enim, adiuncta gratia meremur salutem, & iusti nominamur. Nec repugnat hæc Iacobi sententia diui Pauli doctrinæ, qui in epistola ad Romanos ait hominem non iustificari ex operibus. Ibi enim loquitur apostolus de prima iustificatione, quando peccator ex impio fit iustus per dei gratiam: Iacobus autem loquitur de secunda iustificatione, de qua loquitur Ioannes in Apocalypsi. Diuus Paulus errorem Iudæorum refellit, qui se meritis bonorum operũ gratiam euangelicam arbitrabantur obtinuisse, asserentes nõ esse ad euangelium recipiendos Gentiles, qui fuerãt idolo-

Rom. 11. *Iac. 3.*

Simile.

Matt. 20. *2. Tim. 4.* *Rom. 2.* *Matt. 16.* *Matt. 25.* *Gal. 5.* *1. Cor. 13.* *Iac. 2.* *Apoc. 22.* *Rom. 3.* *Apoc. 22.*

idolorũ cultores, & in opera legis veteris nõ incubuerant, apostolus aũt docet nõ iustificari hominẽ ex operibus fidẽ & primam iustificationem præcedentibus, sed ex Dei gratia. Sed quoniam erant nonnulli, qui ex hac Pauli doctrina perperam intellecta bona opera cõtemnebant, & solam fidem ad vitam æternam consequendam satis esse affirmabant, voluit illis diuus Iacobus veritatẽ illius doctrinæ beati Pauli ostẽdere, asserentes hoc de prima intelligi iustificatione, non aũt de secũda, nã si post primam iustificationẽ quis bona opera reliquerit, seq; sceleribus contaminauerit, amittet gratiam manente fide, quæ sine operibus mortua est. Aspicis igitur horũ duorũ apostolorum sententias inter se non repugnare, quin potius maximè cohærere, & impios nõ mereri ex condigno primã iustificationẽ, etiã si postquam sunt in gratia constituti, bonis suis operibus vitam æternã mereantur. At nostri temporis hæretici nõ ferunt meriti vocabulũ, asserentes nullum esse meritum, & vocabulũ hoc delendũ penitus esse, & bona opera nostra in gratia nihil mereri, imò peccata esse. Quod quidem mirandũ nõ est. Cùm enim illi sint à fide separati, & ab ecclesia exclusi, cum cæci sint, seque vitijs contaminauerint, & Satanæ dedíderint, & vt verbis vtar apostoli, cum tradiderit illos deus in reprobum sensum, quid mirum est eos dicere, nullum esse meritum, cũ ipsi nihil boni mereantur? Meritum vocabulum est sanctorum doctorum, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij, & reliquorum patrum, qui vitæ sanctitate, & miraculorum euidentia fuerunt præcellentes, & ingenij acumine, ac doctrinæ & sapientiæ celebritate præstãtes. Pleni sunt libri doctorum theologorum, tam veterum, quàm recentium dictione hac, plena est præsens schola, plena est antiquorũ vetustas, quorum scripta ad memoriam immortalem consecrantur. Res ipsa per se loquitur, infinitis lucet exemplis, clarior est luce meridiana. Nihilominus tamen audent Lutherani asserere vocem hanc nunquam fuisse in ecclesia auditam, nec inter doctores vsitatã, nec in sacris bibliis repertam. O errorem intolerabilem, ô figmentum impudens? Numerantur doctorum sanctorum loca, nisi essent innumerabilia. Passim vocabulum hoc in catholicorum patrum tam Latinorum, quàm Græcorum libris inuenitur. Quinimo ipsa sacra scriptura hoc vtitur vocabulo, nimirum capite Ecclesiastici sexto decimo, quod ob causam annotandum duxi. Ita enim est loco illo scriptũ: Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operũ suorũ. Sed cur in tã manifesto Lutheranorum errore refutando tempus cõsumo? Vt autem eo, vnde deducta est, reuertatur oratio, cum plerique Iudæorũ, qui in Babylonica captiuitate detinebantur, essent flagitijs constricti, meritò eos, imò peccatores omnes nefarios, mortiferis labibus pollutos vocat noster Ezechiel ossa arida, quæ per se ad vitam sine diuino fauore non possunt redire, quemadmodum nec impij absq; diuina gratia iustificari. Hoc intelligens regius vates canebat: Spiritus vadens & non rediẽs. Acsi diceret: Per se quidem potest homo lethale flagitium committere, & à Deo recedere, verùm per seipsum nisi adiutus speciali Dei auxilio ad deũ redire nõ potest. Est enim gratia qualitas, quæ per se vadit, sed per se non redit. Vnde noster Ezechiel capite secundo: Ingressus est, inquit, in me spiritus, postquã locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et Canticorum primo. Trahe me post te. Et Ieremias in Lamentationibus. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et diuus Paulus: Gratia Dei sum id, quod sum. Et Christus deus noster: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et quoniam per cãpum intelligit hoc loco Ezechiel Babylonem, per Babylonem autem mundum, qui, vt ait diuus Ioãnes, totus in maligno positus est, apertè cõcluditur, per campum plenum ossibus mortuorum, mũdum plenum peccatoribus significari.

Et circumduxit me per ea in gyro. Vt scilicet ea plenius viderem. Noluit Deus, vt otiosus essem, sed vt ambularem, non inter ossa, ea tangendo, sed in eorum circuitu, ne eorum tactu contaminarer. Licebat illi ossa videre, & in eorum circuitu ambulare, sed non tangere illa, & seipsum ex eorũ tactu polluere. Erat enim lege prohibitum tangere cadauera. Ita licet viro iusto & sapienti alloqui impios & sceleratos, eosque à vitijs deterrere, & ad virtutem cohortari, sed illis familiariter vti non licet, ne eorum flagitijs coinquinetur. Id intelligens Moyses dicebat: Recedite à tabernaculis hominum impiorum: nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Quemadmodũ qui è terra naufragiũ alicuius inspexerit, potest illum tabula vel ligno, vel fune, aliquo modo iuuare, sed non ita se debet inuoluere cum illo, vt obruantur ambo, sic qui iustitia & sapientia præstat, debet territis hominibus scelerum maculis notatis, in vitiorum gurgite laborantibus opẽ ferre verbis, consilijs, & exemplis, illisque aliquibus modis ne penitus submergantur, opitulari, sed ita caute & sapienter, ne eorum maleficijs contaminetur.

Erant ecce multa super faciem campi, siccaque vehe-

Psal. 77. *Supr. 2.* *Cant. 1.* *Thre. 5.* *1. Cor. 15* *Ioan. 6.* *1. Ioã. 5.* *Leuit. 11* *Num. 19.* *Simile.* *Num. 17.*

vehementer. Hoc est, erant hæc ossa multa, & inhumata, & ob temporis vetustatem aridissima. Vult significare multos esse peccatores summè vitiosos, & longa temporis diuturnitate flagitijs contaminatos. Vt enim ossa quo sunt aridiora, eò magis indicant longè abesse à vita, ita peccatores quantò siccliores vocantur, tantò lõgius à gratia, quæ est animæ vita, abesse intelliguntur.

Similc.

Dixit ad me. Nimirũ dominus, vel angelus, qui me ducebat.

Ossa arida audite verbum domini. Volebat deus illis vitam tribuere, sed vt viuerent, opus erat verbum domini audire. Est enim perspicuum magnam vim habere verbum dei ad cõuertendos ad Christũ peccatores. Diuus Paulus in epistola ad Hebræos: Viuus est, inquit, sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite, Dei verbum gladio vtrinque scindenti comparatur. Esaias inducit Christum ita loquentem: Posuit os meum quasi gladium acutum. Hic est gladius de quo ait apostolus in epistola ad Ephesios: Et gladius spiritus, quod est verbum dei. Potest tamẽ locus ille diui Pauli ad Hebræos de Christo intelligi, qui verbum dei est, de quo ait diuus Ioannes: In principio erat verbum. Etiam si non desint, qui de verbo illo intelligant, de quo ait Christus: Beati, qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Si magnificamus, & venamur sanctorum vestes, quoniam eorum corpora tetigerunt, & meritò quidem, quãtò magis venerari debemus verba illa, quæ ex ore Christi prodierũt, quæ ex eius corde exierũt, quibus ipsi sancti sanctitate comparantur? O verba Christi diuina, ò reliquias sanctas, tam præciosas, & tam parui æstimatas? Concione vna diui Petri tria millia hominũ in Christo crediderunt. Vide admirabilẽ Dei verbi vim & virtutem. Eam ob causam conuocantes apostoli discipulorum multitudinem, vt narrat in Actis diuus Lucas, has voces emiserũt: Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Et si mẽsæ illæ erant parum & viduarum, tamen opus prædicationis verbi Dei illis præmulerunt.

Heb.4. *Esa.49.* *Ephes.6.* *Ioan.1.* *Luc.11.* *Acto.2.* *Acto.6.*

Fallus est autem spiritus. Id est, cœperũt peccatores scelera sua detestari.

Et vene commotio. Hoc est, attritio quædam. Sed adhuc vitam non habebant, quia scelerũ detestatio & attritio esse possunt absque contritione, & ex consequente absque gratia. Fieri enim potest, vt quis flagitia detestetur, & attritus sit, cum tamen existat in mortifero peccato, quod tamen tollitur per veram contritionem. Vera autem contritio tria exigit, vt verbis vtar scholasticis, quæ sunt dispheentia de commissis peccatis supra omne odibile, propositum vitandi peccata supra omne vitabile, & propositum confitendi seu satisfaciendi, si homo confessus non est. Possunt referri verba hæc literaliter ad ipsa ossa, quando se coniunxerunt. Sunt qui commotionem hanc referẽdam dicant ad Babyloniorum conturbationẽ à Persis & Medis excitatam, quando Babylonem expugnarunt, & Iudæos in patriam suam liberos miserunt. Et ita ossa coniuncta sunt, quodlibet ad iũcturam suam, quia vnusquisq; tribui & familiæ suę adhærebat. Et hoc modo fuerũt reuersi in Iudæam, & in pristina sua dignitate constituti.

A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos. Iudæi, qui ossibus aridis, & hominibus interfectis comparantur, captiui erant in omni regione Chaldææ, quidam ad plagam Orientalem, quidam ad Occidentalem, hi ad Meridiem, alij ad Septentrionem. Ideo inuocat prophera spiritum sanctum, qui ad eos veniat excitandos à quatuor vẽtis, hoc est, à quatuor mundi plagis, in quibus exulabant, eisque vires tribuat & animũ, & audaciam. Erant enim adeo debilitati, & fracti, & deterriti, vt non putarent se posse ad Iudæam redire, etiam si eis Cyrus copiam faceret redeundi. Quam ob causam id non audebant experiri, quod nullo modo obtinere posse credebant. At cùm ad eos venit spiritus, animum receperũt, quo se retulerunt in patriam, vbi vrbem & templum instaurarunt. Sed per hanc Iudæorum in patriam reductionem, vti diximus, & per hæc ossa ad vitam reuocata impiorum iustificatio intelligitur, & humani generis per Christum redemptio. Eam ob causam inuocat diuinus vates spiritum sanctum, qui veniat à quatuor ventis, hoc est vndique, qui vbique est, & Christianos ex quatuor orbis partibus in vna ecclesia catholica, in vnitate vnius fidei in spiritu dei congreget, & coadunet. Diuus Ambrosius libro 3. de spiritu sancto explicans hunc locum, per hunc spiritũ intelligit spiritũ sanctum. Per aduentũ spiritus à quatuor vẽtis voluit fortasse diuinus vates significare eũ occultè venire, eiusque aduentũ nõnullis in rebus cum venti qualitatibus quodammodo conferre. Eodem modo Christus apud Ioãnem, Spiritus, inquit, vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat. Licet enim apud Ioannem loco illo per spiritum intelligatur vẽtus, vt multi interpretantur, tamen omnes aiunt visum fuisse Christum quadam similitudine ob nominis, & multarum rerum conuenientiam, quemadmodum hic apud Ezechielem. Vt enim ventus libere fertur impetu suo, nullis humanis legibus constrictus, sed vbique spirat, in aere, in terra, & in mari, penetrãs aliquando viscera terræ, sic spiritus sanctus in operationibus suis liber est, nemo eũ cogere, nemo retinere potest. Eius miseretur, quem vult prosequi suo re, quem verò vult indurat, potest ex vase iræ facere vas misericordiæ, & ex vili luto magnũ & pretiosum vas, & ex abiecta materia opus insigne. Dauidem pastorem euexit in regiam dignitatem, eiq; spiritum vaticinandi imperti vit. Petrum piscatorem apostolum constituit, & principem apostolorum: Matthæum ex publicano fecit euangelistam: Paulum ex persecutore doctorem Gentium, & vas electionis. Et quemadmodũ ventus etsi inuisibilis, magna tamen efficit, nam deijcit turres, arbores euellit, & saxa rupium scindit, sic spiritus sanctus cor, qui superbia elati in illustri sunt dignitate constituti, deijcit aliquando, vt fragilitatem suam, mundi varietatem, & diuini numinis potentiã agnoscant. Id quod Nabuchodonosori, & Antiocho, & multis alijs euenisse diuinæ literæ contestantur. Potest arbores sterriles, hoc est, impios peccatores radicitus expellere, iuxta illud psalmographi: Propterea deus destruet te in finẽ, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentiũ. Potest etiã saxea & dura hominũ corda conuertere, & ad pœnitentiã adducere, quemadmodum fecit latroni, peccatrici, & Zachæo. Præterea vt ventus se per omnia tãfundit, sic spiritus sanctus omnia implet, iuxta id quod est libro Sapientiæ mandatum: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Tribus pueris affuit in ignis fornace, Danieli in lacu leonum, Moysi in deserto, Ionæ in ventre ceti, Petro in carcere, Paulo in profundo maris. Omnia scit, omnia penetrat, & vt verbis vtar apostoli in epistola prima ad Corinthios: Spiritus omnia scrutatur etiã profunda dei. Deinde vt vẽtus interdum tranquillus & suauis est, interdum violentus & fortis, sic spiritus sanctus quosdam suauitate & tranquillitate reficit, vt Petrum & Ioannem, quosdã vehemẽtiõ in impetu deijcit & prosternit, vt Manasse regem, & Saulum Tharsensem. Impius Manasses cùm se vidit regno suo priuatum, & in Babylonicã captiuitatem coniectum, deũ cognouit, & ad illum supplex confugit. Saulus autẽ prostratus, captus visu, oculos aperuit, & propeo, quẽ odio prosequebatur, acerbissimos cruciatus tulit, se hostium telis intrepidè millies obiecit, & tandem mortem ipsam alacri & erecto animo subiuit. Demũ vt venti vocẽ audimus, cùm ignoremus, vnde veniat, aut quo vadat, quoniã non est nobis perspectus & exploratus definitus locus eleuationis eius, nec defectionis, sic vocẽ internam spiritus sancti audimus aliquando, & intelligimus nos ab eo doceri, rapi, & absorberi, sed nescimus, quomodo animam nostram ingrediatur, qui vbique est, aut quomodo inde recedat. Eas ob causas existimo dixisse nostium vatem: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos.

Ioan.3. *Rom.9.* *3.Reg.16.* *Matt.4.* *Mat.10.* *Matt.9.* *Acto.9.* *Dan.4.* *2.Mach.9.* *Psal.51.* *Luc.23.* *Luc.7.* *Luc.19.* *Sap.1.* *Dan.3.* *Dan.6.* *Exod.3.* *Ionæ.2.* *Acto.12* *2.Cor.11* *1.Cor.2.* *2.Par.vl.* *Acto.9.*

Et ingressus est in eos spiritus. Hoc est, intrauit in ea spiritus vitalis, & vixerunt. Vel per spiritum intelligit gratiam spiritus sancti, qua si dicat: Impertiuit illis deus gratiã, & vixerũt, cùm antea essent per peccatum mortua, imò ossa arida mortuorũ. Impij sceleribus cõrami nati mortui dicuntur: cùm autem diuino fauore peccata relinquunt, & gratiũ consequũtur, viui nominantur. Homo, inquit in libro Sapientiæ diuina scriptura, occidit quidem per malitiam animam suam. Ex quo colligis impium hominem esse sui ipsius homicidam. Diuus Iacobus in epistola sua canonica, Peccatum, inquit, cùm consummatũ fuerit, generat mortẽ. Ac si dicat: Peccatũ tũc est mortiferũ, & mortẽ gignit, cùm plenè fuerit deliberatũ, cùm voluntas impiæ concupiscentiæ perfectè consentit, siue in actum exeat exteriorẽ, siue nõ. De eo dixit supra Ezechiel: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Ex quibus verbis probatur, vitam impij esse mortem. Vnde ait Salomon in Ecclesiaste: Vidi impios sepulros, qui etiã cũ adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorũ operũ. Hoc est horribile quoddam monstrum esse animã mortuam in corpore viuo. Qui fieri potest, vt viui sint, qui sunt in vitiorum tumulo sepulti? Quando deus in lege præcepit, ne quis hominem mortuũ attingeret, volebat in primis probere, ne quis impijs hominibus familiariter vteretur: qui enim sunt flagitijs inquinati, mortui vocantur. Existimamus sæpe nos in homines respicere, cum homines nõ sint, sed hominum sepulchra. In hominibus nõ homines videmus, sed cadauera. Intuemur quasdã statuas viuas quoad sensum, mortuas quoad animã. Intuemur ossa arida in cãpo, hoc est, in mundo cõstituta. Sed beati, qui audiũt verbũ dei, vt à vitijs resurgant. Venit hora, inquit apud Ioannẽ Christus, & nũc est, quando mortui audient vocẽ filij dei, & qui audierint, viuent. Quẽadmodum fulmen enfem attingẽs, vaginam foris integram relinquit, ferrum aũt intus terit, sic lethale flagitium corpus viuum foris relinquit, animam aũt intus occidit, sejungens ab illa gratiam, quæ est animæ vita.

3.Reg.3. *Iacob.1.* *Num.19* *Ioan.3.* *Simile.* *Eccle.8.*

Et vixerunt. Redierunt ossa ad vitã. Voluit diuinus vates his verbis resurrectionem mortuorum significare, & est perspicua quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

de reditu ad vitam vaticinatio. Quoniã capite superiore ostendit inenarrabilia vitæ æternæ bona, voluit hic ostẽdere resurrectioné, & vitos iustos in corpore & anima suscitatos bona illa esse obtenturos. De hoc reditu ad vitã
Dan.12. ait Daniel: Multi ex ijs, qui dormiunt in terræ pulucre, resurgent, isti in vitam æternam, & isti in opprobrium, vt videant semper. Seu vt alij vertunt ex Hebræo, & isti in opprobriũ, & cõfusioné æternam. Quod autem ait: Multi ex
Ioan.5. ijs, qui dormiunt, vult significare omnes mortuos, quos, quoniam multi sunt, multos appellat. Hunc locum explanare videtur Christus deus noster, dicens apud Ioannẽ: Venit hora, in qua omnes, qui in monimentis sunt, audiẽt vocem filij dei, & procedẽt, qui bona fecerũt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij. Hæc est Danielis
Esa.26. paraphrasis. Esaias etiam, Viuent, inquit, mortui tui, interfecti mei resurgent. Ioel inducit
Ioel.3. Christum in hunc modũ loquentẽ: Consurgant, & ascendãt gẽtes in vallẽ Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Et Iob: Credo, quòd redemptor meus viIob.19. uit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & nõ alius. Diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios toto quinto decimo capite probat carnis resurrectioné, & con
2.Cor.15 cludens ait: Omnes quidé resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Hoc asserit in epistola ad Romanos
Rom.8. capite octauo, & prima ad Thessalonicenses
1.Thes.4 capite 4. & alijs in locis. Sed cum diuus Pau
2.Cor.15 lus dicat resurrectionem futuram esse in momento, in ictu oculi, quærendũ videtur, cur hoc loco dicat Ezechiel, nernos & carnes ascẽdisse, & cutẽ desuper extẽsam esse, & postea ait, spiritum fuisse ingressum in ossa, illisq; vitam tribuisse. Quæ omnia videntur innuere resurrectionem fore successiuè. Huic obiectioni respondendũ puto, omnia hæc quæ narrat Ezechiel, simul facta fuisse, sed nõ simul potuisse à diuino propheta explicari. Non intelligas tamen per momentum illud instar significari, partim expers, in quo aiunt philosophi nihil fieri, sed tempus breuissimum, instãs enim nõ est tempus, imò nec pars temporis, vt asserit Aristoteles quarto Physicorum capite 11. sed id quo tẽporis partes cõnectuntur, quod authore Aristotele libro Physicorum capite 3. indiuisibile est, ita vt nihil in eo moueatur. De hoc igitur instanti nõ loquitur apostolus, sed de parua temporis mora, in qui erit collectio cinerum & mortuorũ resurrectio, immẽsa est enim dei virtus, quæ in tã breui tempore rem tã admirabilẽ operabitur. Hũc Ezechielis locũ exponit D. Ambrosius de resurrectione mortuorum in libro de fide resurrectionis, & Tertulianus in libro de resurrectione carnis.

Steterunt ẽne super pedes suos. Hoc est, surrexerunt, & erecti steterunt. Sed quoniã ducto argumento à mortuorum resurrectione explicat diuinus vates impiorum iustificationẽ, dicendum est homines illos post reditum ad vitam gratiæ super pedes suos, hoc est super affectiones suas stetisse, sub quibus, cũ essent sceleribus astricti, iacebant. Quid autem sit stare super pedes ostẽdimus capite 2. verba illa explanantes: Fili hominis sta super pedes tuos. Sup. 2.

Ossa hæc vniuersa domus Israel est. Hoc est, per hæc ossa populus Israeliticus significatur. Nam cùm tibi ostẽdam esse me resuscitaturũ mortuos omnes, quid mirum posse me Hebræis opem ferre, eosq; qui tanquam mortui in regionibus Chaldæę veluti in sepulchris detinẽtur, ad patriam suam reuocare?

Ipsi dicunt: arruerunt ossa nostra. Ita Iudæis infringitur audacia, & languescit industria, vt dicant euanuisse omnem fortitudinem suam, & eam ob causam nullam habere spem in patriã redeundi. Explicantes aũt quod dixerant, subiungunt: Et perit spes nostra: Repetitio est superioris sub alijs verbis apertioribꝰ. Sequitur, Et abscisi sumus. Subaudi à patria nostra. Ac Simile. si dicerent: Vt fieri non potest, vt ramus ab arbore penitus abscissus illi postea cõiungatur, & inseratur, sic fieri nõ potest, vt nos à Iudæa Simile. separati ad illã reuertamur. Et vt arbor destituitur spe sua, si euellatur radices eius, ita cũ nos simus à pristina nostra dignitate radicitus euulsi, quomodo poterimus ad illam vnquã restitui? Ita aiebat Iob: Pereo, & quasi euulsæ arIob.19. boris abstulit spẽ meã. Non desperabat de salute animæ, & de diuina misericordia: sed tãta erat eius calamitas, vt diffideret redire posse ad pristinã prosperitatẽ. At multi ad id impietatis perueniunt, vt desperent posse veniam consequi suorum scelerum, & morti corporis propinqui, nullum spirituale admittant remedium, nullã animæ medicinã. Id quod in vita lucre esse & facile, illis diabolus suadebat, in morte grauissimum esse, & prorsus inexpiabile illis persuadet. Vt arboris truncus in gurgite fluuij natans à quouis homine facilè attrahitur adunco instrumento à medio aquarum Simile. ad littus, at vbi terram attingit, non possunt illud quatuor homines mouere, sic peccatũ, dũ

vixit

vixit homo, vsque adeo videtur leue, vt facilè illud abiicias at mortis tempore cum iam homo est terræ propinquus, tunc apparet ita graue, vt non valens peccator tantum onus ferre, cogitet de tanta pondetis magnitudine, & tali cogitationi desperationem penitus adhibeat. Duplici tentatione aggreditur diabolus hominẽ, vna est facilitatis in admissione, altera difficultatis in desperatione. Vita nostra fluuius est, mors littus, truncus arboris peccatum. Quandiu peccator spẽ figit in deo, non est de salute eius desperandum, sed si ipse
Mich.1. de diuina misericordia penitus desperet, incurabilis est. Talis erat ille, de quo aiebat Michæas propheta: Super hoc plangam, & vlulabo, quia desperata est plaga eius.

Propterea vaticinare & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israel. Et scietis, quia ego dominus, cùm aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populo meus, & dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis. Et requiescere vos faciam super humum vestram, & scietis, quia ego dominus locutus sum, & feci, ait dominus Deus. Et
C factus est sermo domini ad me dicens: Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum, & scribe super illud, Iudæ, & filiorum Israel, & sociorum eius: & tolle lignum alterũ, & scribe super illud: Ioseph lignum Ephraim, & cunctæ domus Israel, sociorumque eius. Et adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnũ, & erunt in vnionem in manu tua. Cùm autem dixerint ad te filii populi tui loquentes: Nonne indicas nobis, quid in his tibi velis? Loqueris ad eos: Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignũ vnũ, & erunt vnũ in manu eius. Erunt autẽ ligna, super quæ scripseris, in manu tua in oculis eorum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierũt, & congregabo eos vndiq́e, & adducam ad humum suam.

Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris. Tumulos & sepulchra vocat carceres Chaldæa, & loca, vbi filij Israelis captiui detinebãtur, captiuitas enim mors dicitur ciuilis. Sensus est: Ego vos liberabo à babylonica seruitute: Ego mundum eripiam à captiuitate peccati. Nulla est maior seruitus quam seruire peccatis. Qui facit peccatum, Ioan.8. inquit dominus, seruus est peccati. Cõtrà, nulla maior libertas, quã seruire deo: seruire deo regnare est. Qui spiritu dei ducitur, liber est. Nam vt ait diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios: Vbi spiritus domini, ibi liber 2.Cor.3. tas. Eam ob causam in epistola ad Galathas: Galat.4. Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Hæc est causa, cur euangelium Christi lex perfectę libertatis appellatur, ita enim ait Iacobus apostolus: Qui autem perspexerit in lege perfectæ liber- Iacob.1. tatis, & permanserit in ea, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Hæc apostolus. Qui mẽte purgata nõ solũ exterioribus, sed interioribus oculis euangelium penetrat, in eius fertur authorẽ, eius erga se cognoscit charitatem, & suo erga eũ inflammatur amore, hic liber est, & spiritu libertatis fretus clamat abba pater. Sed hac li Rom.8. bertate hæretici intemperanter abuntur. Prædicant carnis libertatem, cùm Christiana libertas spiritualis sit. Crescunt Mahumetica & Epicurea libertate accedente, eiusque sacerdotes repudiato voto castitatis sub titulo cõiugij se ingurgitant in perpetuũ concubinatũ & sacrilegium. Appellant matrimonia ea, quę sunt impurissima & obstinatissima meretricia: & dicunt libertatem Christianam esse nemini obedire, sed carnis voluptate duci. O cæca pectora, ò intellectus cimmerijs tenebris atriores! Audite obsecro hæretici diuum Petrum apostolorum principem in prima epistola sua vestram impiam opinionẽ hoc modo refutantem: Subiecti estote omni humanæ creaturę propter dominum, siue regi quasi 1.Pet.2. præcellenti, siue ducibus tanquam à deo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentiũ hominũ ignorantiã, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem: sed sicut serui dei. Hæc princeps apostolorum. Quid poterat dici clarius? Quid poterat ò infelices

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lutherani vestram hæresim dánare apertius? Vestrum abusum tollit, quem prætextu libertatis Christianæ prætenditis. Liberi sunt verè Christiani à iugo legis veteris, à peccatis, à tyrannide dæmonis, à seruitute Babylonis. His non debent seruire, si volunt Christiana vti libertate. Sed parendú est magistratibus absq; euangelij contumelia, & reddenda sunt, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei, Deo, crucifigenda est caro cú vitijs & cõcupiscentijs, neganda est propria voluntas, & ferenda crux propria, vt ita à peccato liberi Iesum Christum sequentes vitam æternam cõsequamur. Hæc est Christiana libertas, non ea, qua hæretici gloriantur, quæ est illis suorum flagitiorum velamen, & vana impiorum scelerum excusatio. Vocant libertatem cæci homines diffluere illecebris, & turpibus voluptatibus, euertere templa dei, eiusque sanctis à principio ecclesiæ vsque ad hanc nostram memoriam dedicata, eripere sacramenta à Christo instituta, turbare ordinem ecclesiæ, supplantare veterum patrum disciplinam, antiquitatis authoritatem conuellere, extinguere religionem, pietatem, timorem, honestatem, pudoré, & virtutem denique de medio tollere, & penitus delere. Hæc est eorum libertas, quam prædicant impij Lutherani, quæ ex diametro repugnat Christianæ libertati, quá Deus hoc loco apud Ezechielem promisit. Illud est hoc loco aduertendum, impios omnes esse in scelerum tumulis sepultos. Sed potest eos Deus à peccatis abducere, eisq; gratiam suam imperiri. Ipse enim ait: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris.

Matt. 22 Gal. 5. Matt. 16. Luc. 9.

Ioan. 11. Qui Lazarum fœtétem eduxit de sepulchro, & ad vitam reuocauit, poterit, si voluerit, impium cõuertere, & ad seipsum adducere. Sed attende. Apud Matthæum comparat dominus

Matt. 23. impios homines cum sepulchris dealbatis ossibus mortuorũ plenis, hic autem dicit se esse eos ablaturum de sepulchris. Cùm igitur impij sint sepulchra, & dicat Deus se esse illos educturũ de sepulchris, nonne vides eũ dicere, se esse impios homines à seipsis educturũ? Vult dicere Deus: Ego liberabo vos à vobis. Vtinam Deus me à meipso eripiat. Eripe me à me Christe sancte, eripe me ab intimis inimicis meis, qui sunt mei proprij appetitus, mea propria voluntas, mea vana desideria. Libera me ab acerrimo meo inimico, hoc est à meipso, educ me à tumulo mei ipsius, vt à meipso liberatus, ad teipsum confugiam. Iaceo in me ipso tanquam in sepulchro, expecto vocem tuam illam dulcissimam, misericordiæque plenissimam: Hector exi foras. Vbicunque sum, mecum habeo mecum inimicum: quocũq; eo, illum mecum fero, nimirũ corpus meũ quod mihi non licet occidere. Sed exclamo cũ apostolo: Quis me liberabit de corpore mortis huius? De corpore loquitur apostolus, non quatenus sedes est, & organũ naturale animæ, sed qua ratione obnoxium est corruptioni, nã corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Trismegistus ille Hermes Ægyptius, cuius eruditionẽ antiquitas admirabatur, in septimo Pymandri de corpore loquens, quod vestem animæ appellat, hæc verba literis mãdauit: In primis oportet vestẽ, quam circunfers, exuere, indumentum insciciæ, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, sensitiuum cadauer, sepulchrum circũuertibile, domesticũ denique furem: qui dum blanditur, odit, dum odit, inuidet. Huiusmodi est, quo circumtegeris, vmbraculum inimicum. Ad seipsum te deorsum raptat, ne fortè conspiciens veritatis decorem, ac proximum bonũ, huius oderis prauitatem, néve huius insidias, quas in te assiduè machinatur, aliquando persentias. Hæc ille. Vide quæ nomina imponat corpori Ægyptius ille, cuius admirabilẽ doctrinã prisci omnes magnis laudibus extulerunt. Intuere quàm apertè corpus appellet sepulchrũ. Hinc euenisse arbitror, vt Græci corpus appellent soma, sepulchrum verò sema: inuẽtes corpus nostrum sepulchrum esse, σῶμα enim quasi σῆμα, quòd anima sit in corpore quasi sepulta. Sed quoniam homo caro dicitur & corpus, per synecdochen, vt pars accipiatur pro toto, vocatur homo ipse sepulchrum. Ex quo concluditur promisisse deum hoc Ezechielis loco esse nos à nobis ipsis eripturum, cùm ait educam vos de sepulchris vestris.

Rom. 7.

Sap. 9.

Et requiescere vos faciam super humũ vestrum. Qui nunc in aliena laboratis. Dabo vobis tranquillitatem & pacem in Sione. Pollicetur Deus pacem illam ecclesiæ suæ, de quâ postea dixit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pollicetur Deus viris iustis prosperitatem & quietem, quam illis impertit. Et quãquis eos acerbis calamitatibus aliquando exerceat, non tamen eos vult perdere, sed illustrare. Vt aurum in aquam coniectũ nõ amittit colorem, nec pretium, in ignem verò immissum purius redditur, & splendidiusific vir iustus & fidelis in aqua prosperitatis nõ amittit virtutẽ nec splendorem, in igne verò calamitatis redditur illustrior & præstantior, habet enim cũ auro similitudinẽ. Impius autẽ similis est luto, quod in aqua dissoluitur, in igne indurat: nam rebus secũdis & ad voluntatẽ fluentibus ducitur voluptatibus & illecebris, & opinione inflatus versatur in erroribus, cũ verò reluctari, si se grumnis videt oppressum, indurescit, & ab omni tolerantia reluctus in sceleribus obstinatur.

Ioan. 14.

Simile.

Et scietis quia ego Dominus locutus sum, & feci. Cùm ea, quæ dico, videritis completa, tunc scietis vera esse ea, quæ nunc vobis per Ezechielem polliceor.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Narrat diuina historia libro tertio Regũ omnes duodecim tribus Israelis cõiunctas fuisse sub vno rege Salomone, sed post eius obitum obtinente regnũ filio eius Roboam, fuisse decẽ tribus diuisas à duabus, & secutas fuisse Ieroboam. Iraque duæ tribus nimirum Iuda & Beniamin cum magna parte sacerdotum & leuitarum adhæserũt Roboam filio Salomonis, qui regnauit in Iuda & Ierusalem, & appellatus est principatus eius regnum Iuda, decem autem tribus cum parte sacerdotum & leuitarum adhæserunt Ieroboam, cuius principatus appellatus est regnum Israelis. Et quoniam Ieroboã erat de tribu Ephraim, Ephraim autẽ fuerat filius Ioseph, & hi qui eum sequebãtur, habitabãt in Samaria, appellabitur hæc decem tribus Ephraim, & Ioseph, & Samaria. Decem tribus fuerunt captæ ab Assyrijs, duæ verò à Babylonijs nisi nam etsi postea regnũ Assyriorũ & Babylonitorum vnum fuit, & sub vno principe, tũc tamen duo erant regna diuisa, Assyria, & Babylonia. Cùm aũt Ezechiel esset in Babylonia captiuus, vidit mentis oculis per spiritum prophetiæ fore, vt multi ex decẽ tribubus adhærerent duabus, & ita omnes duodecim tribus in Iudæa coniungerentur, essentq; coadunatæ in vnum populum, vt antea tẽpore Salomonis. Illud est certissimum, plerosq; Iudæos ex decem tribubus nunquã rediisse Hierosolymam, captiui enim & positi inter gentes idolorũ cultrices, ipsi etiam idola coluerunt, & legem Moysi penitus repudiarũt, exceptis paucis, in quibus fides & virtus eluceſcebant. Sed illi, qui redierunt Hierosolymã, fuerunt cum aliis Hebræis duarum tribuũ coniuncti, & omnes fuerunt in vnum corpus redacti. Hoc voluit Ezechiel hoc loco significare sub figura duorum lignorum in vnum coniunctorum.

3. Reg. 12.

Sume tibi lignum vnum. Hoc est, accipe duo ligna, & scribe in vno nomine tribus Iuda cũ Hebræis illis, qui illi adhæserunt, nimirũ cum illis, qui sunt ex tribu Beniamin, & sacerdotibus ex tribu Leui, & in altero ligno scribe nomẽ decem tribuum, quæ secutæ sunt Ieroboã, qui fuit ex tribu Ephraim filij Ioseph, & adiũgatur. Et explica tuis Hebræis, ita esse duo regna, nimirũ Iudæ & Samariæ inter se coniũgenda post Babilonicã captiuitatẽ: & ex duobus populis vnum esse efficiendum. Solebant aliquando diuini vates figuo aliquo sensibili futura prædicere, vt vehementiùs populũ mouerent, quemadmodum fecit hic Ezechiel: & cap. quinto, quando assumptione gladij acuti pilos radétis vastationẽ populi significauit: & capite duodecimo, quãdo vasa asportauit trãsmigrationis, vt futuram regis Sedechiæ captiuitatem ostenderet: & multis alijs in locis. Similiter Esaias cap. 20. apparens nudus coram populo, futuram Ægyptiorum nuditatem & captiuitatem vaticinatus est. Et Ieremias capite. 27. imponens collo suo vincula & catenas, significauit esse regem Iuda, & reges alios à Nabuchodonosore expugnandos, & in vincula conijciendos. Verùm per hæc duo ligna intelligunt nonnulli duo sceptra lignea, est enim sceptrum symbolum regni. Huic interpretationi fauet translatio septuaginta, pro ligno virgas cõuertens, sceptrum enim aliquando virga appellatur, iuxta illud psalmographi: Virga directionis, virga regni tui. Alij pro lignis rabellas interpretantur, quibus Ezechiel erat & nomina duarum, & decẽ tribuum scripturus. Sed per hanc duorũ populorũ vnionẽ intelligebat propheta esse duos populos, nimirũ Iudæorũ, & gentiũ ad vnum Christũ per fidem cõuentoros, & ex ijs duobus populis efse vnã ecclesiã constituendã per eundẽ Christum. Id intelligens D. Paulus has voces emisit. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ, & medium parietem macerię solués, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucẽ. Hæc ille. Duo itaq; populi inter se discrepantes Iudæus & Gẽtilicus in vnã fidẽ, in vnã ecclesiam, in vnã Christianã religionẽ conuenerunt. At multò plures ex Gentilitate, quæ sterilis erat, quàm ex fertili Iudaismo se ad Christũ contulerunt, & vanas superstitiones repudiarunt. Id prædixerat ijs verbis Esaias: Lauda sterilis, quæ non paris, decanta laudẽ, & hinni, quę nõ pariebas, quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virũ, dicit dominus. Hanc duorum populorũ in vnã ecclesia congregationẽ & vnionẽ sub figura Iuda & Israel prædixit his verbis Oseas. Congregabũtur filij Israel, & filij Iuda pariter, & ponẽt sibimet caput vnum. Ac si diceret: Congregabuntur & delet, tam ex Iudæis, quàm ex Gẽtibus, & recipient Christum, qui erit eorum Deus, princeps, & dominus. Hoc etiam vaticinatus fuit Zachar. in hũc modũ sub figura aureæ cãdelabri:

Sup. 5.

Sup. 12.

Esa. 20.

Iere. 27.

Ephes. 2.

Esa. 54.

Osee. 1.

Zach. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bri. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput ipsius, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Candelabrum aureum humanitatem Christi saluatoris nostri significabat ab omni macula peccati penitus alienâ. Lampas super caput eius diuinitatem carni connunctâ ostendebat: septem lucernæ cum infusoriis imaginem septem donorum spiritus sancti gerebant, quæ Esaias connumerat, & super dominum Iesum requieuisse ostendit. Oliua à dextris Israeliticum populum, oliua à sinistris Gentilicum adumbrabat. Hi duo populi erant Christum recepturi, & in Ecclesia catholica coadunandi. Eam ob causam in fine capitis adiecit. Hi sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Hoc ipsum postea latiùs significauit, dicēs: Erit dominus rex super vniuersam terrā. In die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Ac si diceret: Propagabitur Ecclesia ex Gentibus & Iudæis congregata, cuius rex erit Iesus Christus. Ille coletur in tempore illo, & in omni Ecclesia nomen eius inuocabitur. Vnus erit Christus, vnum baptisma, vna fides, vna Ecclesia: & ex duobus lignis antea diuisis efficietur vnū, hoc est, ex duobus populis efficietur vna congregatio.

Isa. 11.

Zach. 14.

Ioseph lignū Ephraim. Ioseph significat decē tribus, quę lignum Ephraim dicuntur, quia diuiso regno, vt diximus, Ieroboam qui erat de tribu Ephraim filij Ioseph imperauit Israeli, hoc est, decem tribubus.

Et erāt vnū in manu eius. Id est, in manu dei. Potest verti ex Hebræo: Et erunt vnū in manu mea. Vt dicat deus: ego ero ex horū duorum populorum, vterq; erit in manu mea, sed ita, vt ex duobus populis fit vna Ecclesia.

Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum. Explicat quod dixerat. Sensus est: Ego liberabo filios Israelis à Babylonica captiuitate, & credentes omnes in vna congregabo ecclesia catholica.

D Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans. Et non erūt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Nec polluentur vltrà in idolis suis, & abominationibus, & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis, in quibus peccauerūt: & emūda bō eos, & erūt mihi populus, & ego ero eis Deus: & seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. In iudicijs meis ambulabunt, & mandata mea custodiēt, & facient ea. Et habitabunt super terrā, quā dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri, & habitabūt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filiorum eorum vsq; in sempiternū: Et Dauid seruus meus princeps eorū in perpetuum. Et percutiā illis fœdus pacis, pactū sempiternum erit eis. Et fundabo eos & multiplicabo, & dabo sanctificationē meā in medio eorū in perpetuū. Et erit tabernaculū meū in eis: & ero eis Deus, & ipsi erūt mihi populus. Et scient Gentes, quia ego dominus sanctificator Israel, cùm fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Et faciam eos in gentem vnam, in terra, in montibus Israel, & rex vnus erit. Cum hac vaticinatione conuenit id, quod ait Sophonias: Lętare, & exulta in omni corde filia Ierusalē: abstulit dominus iudicium tuū, auertit inimicos tuos: rex Israel dominus in medio tui, nō timebis malū vltrā. Et Zacharias: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalē, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, &c. Hic est rex, quem diuini vates prædixerunt, esse homines in varijs mundi partibus dispersos in vnā Ecclesiam congregaturum, quemadmodū hic ait Ezechiel, & paulò antè ostendimus. Et Esaias: Congregabit filios Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor partibus terræ. Non id silentio tranſuit Ieremias, sed ita inducit Messiam loquentem: Congregabo eos de vniuersis terris, & reducam ad locum istum, & habitabunt confidenter. Et diuinus psalmus: Ædificans Ierusalem dominus: dispersiones Israelis cōgregabit. Hic dominus est rex ille, de quo hoc loco ait Ezechiel: Et rex vnus erit omnibus imperās. Hic est, de quo dicebāt magi Orientales: Vbi est, qui natus est rex Iudęorū? Non dicunt: Vbi est rex Iudæorū: sed qui natus est rex, priusquā enim nasceretur, rex erat, & iā natus est rex. De eo dixit angelus virgini sanctissimę Mariæ: Regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Et Nathanael apud Ioan. Christū alloquēs: Rabbi inquit, tu es filius dei, tu es rex Israel. Multi sunt in repab. Christiana reges & dominatores, sed vnus est omnium regū, & dominus dominantiū, cui alij parere debent, quē colere & sequi tenentur. Tūc enim reges, & principes, & præsules rectè munere suo fungentur, & non suum commendabunt immortalitati, cùm Christo patuerint, ei per charitatem adhæserint, & in rectæ iustitiæ virtutum actionem incubuerint. Felix appellabitur regnum, quod tales obtinuerit gubernatores, calamito sum verò, quod fuerit à tyrānis gubernatum. Vt homo oculis priuatus manet in tenebris, ita respublica orbata iustis & sapientibus rectoribus circunfunditur caligine. Est enim gubernator oculus reipublicæ, quemadmodum dux oculus exercitus. Eam ob causam Demas insignis orator, cùm videret, migrasse Alexandrum Magnum è vita, exercitum Macedonum cum Cyclope comparauit.

Sophon. 3

Zach. 9

Esai. 11

Ier. 31

Psa. 34

Matth. 2

Luc. 1

Ioan. 1

Similc.

Et seruus meus Dauid rex super eos. Verba sunt patris cœlestis, qui Christum filium suū vnigenitum verum Deum, & verum hominem seruum suum vocat ob assumptam humanitatem, secundum quam minor est patre, cùm secundum diuinitatem æqualis sit illi. Eodem modo suprà dixit cap. 34. Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid. Dauidem vocat Christum, hoc est, manu fortem, cuius alter Dauid imaginem gesserat. Vbi hic ait: Et seruus meus Dauid, dictio, Dauid, potest esse in recto, vt sit sensus. Messias seruus meus, qui erit verus Dauid, qui Goliam, hoc est mundum superabit. Vel in gigné di casu, vt sit sensus: Seruus meus, Dauidis filius secundum carnem. Eodem modo Deus pater per Ieremiam: Seruiet, inquit, domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis. Hunc regem expectabant Iudæi, qui erat illis magna bona largiturus. Erant autem hæc bona spiritualia & cœlestia. Sed dicet: Cur igitur audiētes natum esse regem turbati sunt? Cùm enim reges magi interrogarent, vbi esset, qui natus erat rex Iudæorum, ait euangelista turbatum esse regem Herodem, & totam Hierosolymam cum illo. Turbari Herodem alteri genam non videtur mirum, qui tyranni eē principatum obtinebat, sed turbari Iudæos ortu sui regis, quem ipsi expectabant, hoc mirandum quidem videtur. Sed turbabat eos eorum impietas, & vt ait Sapientia: Excæcauit eos malitia eorum. Si virtute prædīti essent, regem suum iustum, quem expectauerant antiqui patres, de quo vaticinati fuerant vates diuinum, cuius aduentu erant homines à vitiorum tenebris eripiendi & fidei atque gratiæ luminę mirabiliter illustrandi, venire gauderent. Vt bonus villicus cū vberrimos fructus videt

Ioan. 14

Ioan. 10

Sap. 34.

Sap. 5.

Similia.

labore suo productos, cupit venire dominum, vt suscepti laboris vtilitatem aspiciat, vt eum afficiat præmio, & miles strenuus post prælia & victoriam præsentiam regis desiderat, vt sudores suos, & vulnera, & animi corporisque fortitudinem remuneratione compenset, sic qui villicationem sibi traditam à Deo fideliter gessit, & aduersus mundum, diabolum, & carnem fortiter dimicauit, atque de illis illustrem victoriam indefessa virtute fuit consecutus, cupit ad præmium, & palmam suā Christum venire. Contrà verò qui mundi voluptatibus & pestilentibus illecebris deliniti, & cupiditatis stimulis concitati virtutem contemnunt, & à vitijs superantur, cùm pœnam formidant, & conscientiæ furijs exagitētur. Christū nequaquam venire desiderant. Hæc est causa, cur Iudæi nato Christo turbati sunt, qui timebant domini ac regis præsentiā, quem iustum esse iudicem credebant. Reus non vult videre iudicem, nec proditor principem, nec perfidus cognitorem. Iudæi euerterant villam, tradiderant se hostibus, omnia bona dilapidauerant, ob eam causam audito nuntio de regis sui aduentu, cœperunt turbari.

Et pastor vnus erit omnium. Ipse ait apud Ioannem: Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Hic est pastor ille, de quo dixerat Deus pater per Zachariam: Percutiam pastorem, & dispergentur oues, quem locum Christus Deus noster apud Matthæum de seipso interpretatur. Hic est pastor, qui oué errantem quęsiuit, & suis humeris imposuit. Qui languores nostros tulit, & labores nostros portauit, vt ait Esaias. Nam vt ait idem propheta eodē capite: Omnes nos quasi oues erauimus: vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Qua de re differuimus cap. 34.

Ioan. 10

Zach. 13

Mat. 26

Luc. 15

Esa. 53.

In iudicijs meis ambulabunt. Hoc est, legem meam custodient.

Et filij filiorum eorum in sempiternum. Non igitur intelligitur hoc de terra Iudææ, ex qua pulsi fuerunt Iudæi, & nunc à Turcis possidetur. Sed intelligitur de ecclesia catholica, quæ nunquam delebitur, in qua fideles in perpetuum habitabunt.

Et Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. Id quidem est, quod dicebat Gabriel angelus dei genitrici Mariæ: Et regni eius nō erit finis. Sēper enim Christus in ecclesia sua regnabit. Vnde dicebat turba apud Ioannem: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternū. Et psalmographus: Tu es sacerdos in æternum.

Luc. 1.

Ioan. 12

Psa. 109

Percutiam illis fœdus pacis. Id prædixerat ijs verbis Dauid: Audiam quid loquatur in me dominus

Psa. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus Deus, quoniam loquetur pacem in
Ioan. 14 plebem suam. Et ipse dominus, Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis, Christi euangelium fœdus est pacis, totam spirans amorem, pacem, & charitatem. Et quoniam euangelium semper est duraturum, sequitur: Pactum sempiternum erit eis. Hanc locum ita septuaginta transtulerunt: Et ponam eis testamentum pacis, testamentum sempiternum erit eis. Quibus verbis apertè indicant esse hoc ad nouum testamentum referendum, quod est pacem plenissimum. Nascente Christo cœlites pacé nuntiauerunt, & hanc optatissimam pacé postea Christi discipuli in toto terrarum orbe prædicarũt, de quibus prædixerat Esaias: Quã
Esa. 52. speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bonat? Quem locum Diuus Pau-
Rom. 10 lus in epistola ad Romanos de apostolis interpretatur, & euangelicis concionatoribus. Loquebatur illi c Esaias de Hebræorum liberatione à Babylonica captiuitate, & Diuus Paulus explicans præcipuum prophetæ propositũ, de captiuitate à peccato & redemptione per Christum, & apostolorum prædicatione illud explanat. Docet apostolus prophetarum instituum fuisse in primis Christi mysteria prædicare, & de corporis liberatione ad iustificationem animæ se transferre. Alia redemptionis humanæ arcana verborum tegũt involucris, & nomine Babylonis mundum, nomine verò Hierosolymæ ecclesiam significat, quemadmodum hoc capite Ezechielem fecisse intuemur. Quare non eos audiendos esse existimo, qui cùm glorientur nomine Christiano, hebraizãt cum Hebræis, repunt humi, nihil altius à terra consurgunt, omnia diuinorum vatum oracula de ereptione seruitutis Babylonicæ loquẽtia ad illam tantummodò corporis reductionem ad Iudæam referenda esse asseuerant, & alia huiusmodi quę apostoli de arcanis, & altiori redemptionis humanæ per Christũ mysterijs interpretantur, ipsi literam sequenter, nõ autẽ literæ spiritũ, ea solùm ad Iudæorũ res gestas asseueranter affirmant pertinere.

Et fundabo eos. Hoc est, statuam eos in terra firma, vbi habebunt solidum fundamentum. Ponam eos in terra promissionis, vbi vrbem habebunt munitam, & in locis firmis fundatã. Hæc est catholica eccle, fundata super Christum. Christus est primum illud fundamentũ, de quo ait Diuus Paulus in epistola prima ad
1. Cor. 1. Corinthios: Fundamẽtum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Ipse est sanctorum fundamentum, de quo ait idem apostolus in epistola ad
Ephes. 2. Ephesios: Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super ædificati supet fundamento apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo. Illud est certissimum esse ecclesiam super Petrũ ædificatam, iuxta illud Christi Dei nostri: Tu es Petrus, & super hãc Mat. 16. petram ædificabo ecclesiam meam. Ita illum locum Hieronymus, Augustinus, Gregorius, & omnes doctores catholici interpretantur, quorum multos citat Ioannes Eckius in libro qui inscribitur Enchiridion locorum communium aduersus Lutherum, & in libro suo primo de primatu Petri. Et Albertus Pighius libro suæ hierarchiæ ecclesiasticæ, ambo viri doctissimi & optimi. Et sanctus ille episcopus Ioannes Roffensis Anglicus, aut potiùs angelicus, qui pro vera fide Christi incredibiles tulit cruciatus, & animo erecto & inuicto morte subire non dubitauit, ab impio & hæretico tyranno sibi iniustè illatam, hanc veritatem in libro suo aureo aduersus articulos Lutheri apertissimè ostendit. Itaque omnes orthodoxi patres tam Græci quàm Latini omnibus ab initio ecclesiæ seculis, ex omnibus terræ cardinibus, per Petram intelligunt Petrum, super quem ædificatam esse ecclesiam Christi omnes non solùm fatentur, sed profitentur. Sed Petrus est secundum fundamentum, Christus autem primum. Itaque ecclesia est fundata super Petrum, Petrus autem super Christum, & ita primum ecclesiæ fundamentum Christus est. Id quidem est, quod dicitur hoc loco: Et fundabo. Illud est hoc loco aduertendum, eos esse fundatos, qui fide muniti sunt, qui iustitiam colunt & pietatem, qui sanctæ ecclesiæ Romanę catholicæ obediunt, qui Christum eiusdem ecclesiæ constitutorem sequuntur, contrà verò, eos qui Babylonem colunt, qui Lutheranam perfidiam tenent, qui se vitijs contaminant, fundatos nullo modo esse. Qui fieri potest, vt fundamentum habeant, qui sunt eiecti ab ecclesia in Christo fundata, qui deficiunt à fide, qui ruunt vẽto tentationis, qui seruiunt Nabuchodonosori, hoc est, diabolo, in Babyloniæ regno, hoc est in Lutheranica congregatione, in hæretico
Mat. 7 rum confusione, in spirituali captiuitate? Omnes impiorum turres parua procella euertit. Eã ob causam ait Christus apud Matthæum: Omnis, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & flauerunt venti, & irruerũt in domũ illam, & cecidit. Id animi oculis intuiti

Esa. 46. præuidens Esaias, dicebat: Mementote istud,
Esa. 54. & fundamini. Et rursũ: In iustitia fundaberis. Ac si dicat: Vera virtus est firmum fundamentum: Non potest esse autem vera & perfecta virtus absque fide. Ea autem, quæ vera est & perfecta, solidum fundamentum est. Hæc est, quæ radices agit, atque etiam propagatur: cætera omnia mundi opes, deliciæ, voluptates, honores, alia huiusmodi ad quæ plerique cupiditate incensi aspirant, tanquã flosculi decidunt, & incerta sunt, non in hominum potestate sita, sed in mũdi varietate collocata.

Et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Hoc est, semper erit in ecclesia mea sanctitas, semper erunt aliqui, qui sint virtutibus septi, vitæque sanctimonia ornati. Potest hoc referri ad sanctum eucharistiæ sacramentum. De eo dixerat psalmographus,
Psa. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timẽtibus se. Memor erit in seculum testamenti sui. Et Malachias: Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gẽtibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Et erit tabernaculum meũ in eis. Hoc est, erit habitatio mea in manibus eorũ, priùs per gratiam, postea per gloriam. Per tabernaculum etiam intelligitur ecclesia, cuius imaginem gerebat legis veteris tabernaculum. Eã ob causam Esaias ecclesiam appellauit tabernaculũ, quod
Esai. 33. nequaquam transferri potest. Et regius vates, Fluminis, inquit, impetus lętificat ciuitatẽ dei.
Psal. 45 Hoc est donorum & gratiarũ influxus ecclesiã catholicam, in qua verus Dei cultus viget, tutam reddit, & spirituali gaudio afficit, atque perpetua lętitia exhilarat. Et volens idem alijs verbis ostendere, ait Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, per tabernaculum ecclesiam catholicam significans. Non me fugit, non deesse, qui per flumen hoc intelligant Iordanem, cuius impetum aiũt lætificasse ciuitatem Dei, hoc est, populum Iudaicũ, cùm ad eius transitum illius aquæ constiterũt. Sed tunc dicendum erat? luminis diuisio, & aqua
Iosue. 3. rum statio, non autem, fluminis impetus. Obiectentur fuo Iordane Iudæi, ego nanque aliud flumen existimo illud esse, quod ciuitatẽ Dei gaudio afficit, cum Basilio Magno, & Augustino, & alijs huiusmodi patribus, qui præstantibus ingenijs, admirabili sanctimonia, eximia sapientia exculti, per flumen hoc intelligunt spiritum sanctum, per fidem & virtutes influentes in pectore credentium, vn
Ioan. 7. de fluunt admirabiles illæ aquæ, de quibus ait Christus: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Et subiungit euangelista: Hoc autem dixit de spiritu, quem acceperuri erant credentes in eũ. Hic spiritus est inexhausta bonorum omniũ copia, & comparatur flumini placidissimo inter amœnas ripas & virentia prata, impetu delectabili, & dulci aquarum somitu, ciuitatem ingredienti, & admirabili influentia irriganti. Ciuitas autem Dei ecclesia est, de qua ait D. Ioannes in Apocalypsi: Vbi ciuitatem sanctã Ierusalem nouã, descendentem de cœlo, à deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Hæc Apo. 21. est ciuitas Dei, & tabernaculum admirabile, quod sanctificauit altissimus, aduersus quod nec portæ inferi prævalebunt. Ex hebraico vertunt nonnulli versum illum psalmogra- Matt. 16
phi: Sanctuarium tabernaculorum altissimi. Sed illud nostram non euertit expositionem, imò eam confirmat: est enim Dei ecclesia sanctuarium omnium tabernaculorum, hoc est, omnium particulariũ ecclesiarũ, quarum nulla potest esse tabernaculum altissimi, nisi fuerit in vnitate catholicæ ecclesiæ sanctificata, quæ est vniuersale Dei tabernaculum, de quo ille ait hic per Ezechielem: Et erit tabernaculum meum in eis. Poteris per tabernaculum Christum intelligere, de quo ait Diuus Ioannes in Apocalypsi: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipsi po- Apo. 21
pulus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit corũ Deus. Videtur D. Ioãnes ad hunc Ezechielis locum alludere, illumque de Christo explanare. Appellatur Christus tabernaculum, quòd in eo inhabitet, vt ait Diuus Paulus ad Colossenses scribens, omnis plenitudo di- Coloss. 1.
uinitatis. Et bene ait, cum hominibus esse, nam ipse Christus de seipso ait in Prouerbijs Salomonis. Deliciæ meæ sunt esse cum filijs Pro. 8.
hominum. Cùm autem Deus pater promittat tabernaculum suum fore semper cum hominibus, & per tabernaculum Christus intelligatur, apertè concluditur, Christum in perpetuũ esse in ecclesia sua futurum. Id quod ait ipsemet Christus apud Matthæum: Ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummatiõnem seculi. Matt. 28

Ego dominus sanctificator Israel. Duplex est Israel, alter secundum carnem, alter secundum spiritum. Israel secundum carnem est Iudæorum populus, Israel secundum spiritum est cõcio fidelium, siue ex Iudæis sint, siue ex Gentibus, dummodo Christum sequantur. Eorum Deus dicitur sanctificator. Id quidẽ est, quod volobat significare Esaias capite primo, cùm Esai. 1.
Deum sanctum Israelis vocauit, hoc est, sanctificatorem omnium eorum, qui fidem & iustitiam colebant. Et hæc erat dei periphasis, qua diui nii vates vtebantur.

Annotationes ex hebræo in caput XXXVII.

A Quatuor ventis veni spiritus. In hebraico pro ventis & pro spiritu idem est nomẽ, nempe רוח ruach. Similiter in trãslatione septuaginta πνεῦμα. Vnde versio Latina Complutẽsis desumpta ex græca habet. A quatuor spiritibus veni spiritus. Dictio hæc ruach significat spiritum, & quia ventus spiritus etiam dicitur, significat ventum. Vnde id, quod est primo capite Geneſis. Spiritus Dei ferebatur super aquas, intelligunt nonnulli de vento magno, qui sufflabat ad siccãdas aquas, appellatur autem Dei, quia solet scriptura, ea quæ magna sunt, Dei appellare, vel ideo dicitur spiritus Dei, qui fuit missus à Deo. Sed ego exilimo spiritum Dei loco illio non accipi pro vento, imõ nec tũc esse ventũ, ventus fit enim terræ exhalationibus cũ aeris motione, at tũc nõdũ erat aer, quoniam nondũ erat cœlũ, nec ignis, est enim aer inter cœlũ & terram unt inter terram & ignem. Præterea nec tunc erant exhalationes terræ, cùm terra esset inanis & vacua, & tenebræ essent super faciem abyssi. Quare arbitror locum illum intelligi de spiritu sancto, qui, vt ait D. Hieronymus, incubabat super aquis, fouens illas instar volucris oua calore animantis. Idem ait Magnus Basilius referens Syri cuiusdam sententiam aëtheris spiritũ sanctum vitalem fœcunditatem aquarum naturæ præbuisse, incubantis auit effigie vim vitalem imprimentis in ea, quæ ab ipsa fouentur. Et asserit probatũ esse maioribus intelligi locum illũ de sancto Dei spiritu. Diuus etiã Ambrosius enarrans locum illum, ait: Etsi aliqui pro aere accipiãt, aliqui pro spiritu, quẽ spiramus, nos tamen cũ sanctorum & fidelium sententia congruentes, spiritum sanctum accipimus, vt in constitutione mundi operatio trinitatis eluceat. Hæc ille, quibus ostendit non solùm ex sua, sed ex antiquorum patrum sententia per spiritum Dei spiritum sanctum significari. Exilimo tamen spiritum pro vento accipi cap. 1. Eccleſiastes, vbi ait Salomon: Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Quasi dicat: Circuit, & pergit vẽtus, & in suos orbes reuertitur, vt iterũ sufflet. Spiritus labiorũ significat verba quòd ex ore cum spiritu egrediantur, vt apud Esaiam: Spiritu labiorum suorum interficiet impiũ. Aliquando spiritus significat iram, apud Zachariam: Qui egrediuntur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt spiritum meũ in terra aquilonis. Et in Prouerbijs: Totum spiritum suum profert stultus. Hoc est, omnem furorem suũ effundit statim insipiens. Quidam existimant illic spiritum accipi pro voluntate & desiderio. Et quanuis multa significet, hoc tamẽ Ezechielis loco in prima parte capitur pro mundi plagis, oriente, occidẽte, aquilone, & meridie: in secunda verò pro spiritu vitali. Vnde poterat hic locus ita verti. A quatuor mundi plagis veni vitalis spiritus.

Genes. 1.

Eccle. 1.

Esai. 11.

Zacha. 6

Pro. 29.

Et salues eos faciam de vniuersis sedibus suis. Septuaginta habent: Et eruã eos ex omnibus iniquitatibus suis. Peccata impiorum sunt sedes, in quibus illi sedent. Humanum est incidere in peccatum, & linea trãsilire, sed in peccatis sedere & perseuerare, hoc est penitus intolerandum, & diabolicum. Et, qui se aberrato reuocare molitur, facilè ignoscitur, si ad Deũ supplex cõfugit, at obstinatus, qui in Dei præcepto fingit laborẽ, & nõ vult recedere à peccato, quomodo veniam consequetur? Eum alloquitur ita psalmographus: Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præceptoꝰ Quasi dicat: Tu qui ais te non esse Dei præcepta seruaturum, quòd nimis difficilia sint, nonne sedes in peccatis? Sedes quidẽ. Peccata tua & scelera tua sunt sedes tuæ.

Psal. 93

Et dabo sanctificationẽ meã in medio eorũ. Pro sanctificatione mea est in hebraico: בקדשתי mikdaxi, à verbo cadhax, quod significat sanctificare. Vnde id quod paulò post sequitur: Ego dominus sanctificator Israel, potest vertĩ: Ego dominus sanctificio Israelem. Ab hoc verbo deriuatur codhex, quæ dictio significat sanctitatem, vt capite tertio Exodi: Locus, in quo stas, terra sanctitatis est, pro quo noster interpres transtulit, terra sancta est. Et psalmo. 19. Mittat tibi auxilium de sanctitate, pro quo noster interpres vertit: Mittat tibi auxiliũ de sancto, hoc est, tabernaculo, vbi tunc arca fœderis quiescebat. Nam Targhum habet, de domo sanctuarii. Vel de sancto, hoc est, de cœlo. Ac si populus, qui pro rege ad bellum difficile proficiscente vota faciebat, ita diceret: Iuuetur Deus periculum tuũ è sancto cœlo suo, teque saluum & triũphãtem à bello reducat. Dictio autem hæc micddax significat sanctuarium, & templum Deo sacratum, vt capite. 15. Exodi: Introduces eos, & plãtabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine, sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ. Quibus verbis vaticinatus est Moyses, esse Hierosolymę templum à Deo constituendum, quod appellat sanctuarium. Hac ratione ducti nonnulli aiunt, Deum hoc Ezechielis loco promisisse Hebræis in Babylonis vincula coniectis, esse illis tẽplũ Hierosolymę instauraturũ, quod

Exod. 3

Psal. 19

Exo. 15

quod hic sanctificationem suam, seu sanctuarium suum vocat. Sed negare non possunt per templum illud Ecclesiam significari. Ego existimo per hanc Dei sanctificationem intelligi septem Ecclesiæ sacramenta gratiam conferentia ex opere operato, quæ Christus Deus noster instituit in perpetuũ duratura. Huic interpretationi fauet translatio septuaginta ita habens: Et ponam sancta mea in medio eorũ in perpetuum. Sãcta sunt sacramenta, quibus sanctificamur, quæ in medio fidelium dicuntur esse, vt omnes ea communicẽt. Id quidem est, quod dicimus in symbolo: sanctorum cõmunionem: est enim sanctorum communio sacramentorum participatio. Fatcor equidem Ecclesiam ipsam esse sanctorum, hoc est fidelium omnium communionẽ & societatem. In primitiua enim Ecclesia omnes fideles sancti appellabantur, etiamsi minus sanctè atque integrè viuerent: satis erat ad hoc, vt sancti dicerentur, nomen date Christo, eiusque Ecclesiæ ascriptos esse. Est enim Ecclesia congregatio fidelium, & corpus vnum ex multis membris cõpactum, cuius caput Christus est. In epistola ad Rom. ait ita D. Paulus: Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia aũt mẽbra non eundem actum habent, ita multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Et in epistola 1. ad Corinth. Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem mẽbra corporis cùm sint multa, vnum tamẽ corpus sunt, ita & Christus. Et ad Ephesios: Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis. Et rursus: Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Videtur igitur Ecclesiam communem esse fidelium sub vno capite Christo. Sed fit hæc communicatio per Ecclesiæ sacramenta, quæ vocantur sancta, quorum est in Ecclesia societas quædã & communio, iuxta id quod ait in epistola 1. ad Corinth. Apostolus: Vnus panis, & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamur. Hæc Ecclesiæ sacramenta, quæ sunt signa quędam, quibus Christiani ab infidelibus discernuntur, & signa sacræ rei, nimirum inuisibilis gratiæ, quę in elemento vísibili conferuntur, & signa efficacia: quæ ipsam continẽt gratiam, eiusq; causa sunt, atque id, quod significant efficiunt, & signa, quibus præterita nostrorum admonemur, & præsentium, & futurorũ, hæc, in quã, sunt ea, quæ hoc loco, Deus ore Ezechielis se fidelibus suis datum promisit. Quæ sunt numero septenario comprehensa, qui numerus est spiritui sancto familiaris. Dona spiritus sancti septem ab Esaia recensentur. In Apoca-

Rom. 12.

1. Cor. 12

Ephes. 5.

1. Cor. 10

Esa. 11.

Apoc. 5.

ait D. Ioannes vidisse agnum stantem tãquam occisum habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei. Et in eodem loco septem sigillis ait fuisse veteris testamenti paginam signatam, quam agnus, qui habet clauẽ Dauid, qui aperit, & nemo claudit, referauit. Et rursum: Septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt, vt tuba canerent. Et alio etiamdẽ Apocalypsis loco: Hæc dicit, qui tenet septẽ stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Septem sunt panes, quibus Dominus turbas pauit apud Matth. Septem sunt oculi apud Zachariam super vnum lapidem. Et septem lucernæ tabernaculi super vnum candelabrum. Et septem denique fuerunt lotiones Naaman in Iordane. Quibus omnibus fuerunt septem sacramenta adumbrata, de quibus hic loquitur Ezechiel.

Apoc. 8.

Apoca. 2.

Matt. 15.

Zach. 3.

Zach. 4.

4. Reg. 5.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXVIII.

PRædicit aduentum Gog, & Magog in terram promissionis, & eorum cladem & euersionẽ.

Hoc est penultimũ Ezechielis vaticiniũ, quod his duobus capitibus sequentibus continetur: vltimum verò est de imagine templi instauranda, quod incipit à capite quadragesimo, & durat vsque ad finem libri. Cùm ergo hoc opere Ezechiel vaticinatus fuisset de Christi regno & gratia, nunc quasi per oppositionem velut de Antichristi regno & tyrannide tractare.

CAPVT XXXVIII.

ET factus est sermo Domini ad A me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog, principem capitis Mosoch, & Thubal: & vaticinare de eo, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch, & Thubal. Et circumagam te: & ponam frænum in maxillis tuis, & educam te, & omnem exercitum tuum, equos, & equites vestitos loricis vniuersos, multitudinem magnam, hastam, & clypeum arripientium, & gladium. Persæ, Æthiopes, & Libyes cũ eis, omnes scutati & galeati. Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma latera aquilonis & totum robur eius, B

Universidad de Deusto
Biblioteca

populiq; multi tecum. Præpara & instrue te, & omnem multitudinẽ tuã, quæ coacerua ta est ad te, & esto eis in præceptum. Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio, & congregata est de populis multis ad montes Israel, qui fuerunt deserti iugiter. Hæc de populis educta est: & habitabunt in ea confidenter vniuersi. Ascendens aũt quasi tempestas venies, & quasi nubes, vt operias terrã tu, & omnia agmina tua, & populi tui tecũ. Hæc dicit dominus Deus: In die illa ascendẽt sermones super cor tuũ, & cogitabis cogitationẽ pessimã, & dices: Ascendã ad terrã absque muro. Veniã ad quiescentes, habitan tesque securè: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ nõ sunt eis. Vt deripias & inuadas prædã, & inferas manum tuã super eos, qui seserti fuerant, & postea restituti, & super populum, qui est congregatus ex gentibus, qui possidere cœpit, & esse habitator vmbilici terræ.

C

EXPLANATIO.

Pone faciem tuam contrà Gog, & terram Magog. Hoc est, vaticinare aduersus Gog, & Magog. Superiore capite prædixit diuinus vates fore, vt Iudæi, qui in Babylonica detinebantur captiuitate, ad patriã rediret, & Hierosolymam colerent, vbi ab vno rege in perpetuum gubernarentur. Quo oraculo voluit significare esse fideles omnes in vna Ecclesia congregandos, & ab vno Christo in perpetuum regẽdos. Et quoniam intuebatur mẽtis oculis futuros esse multos tyrannos, & hæreticos, & alios impios & immanes homines, qui Ecclesiam Christi affligerent, & Christianos variis calamitatibus opprimerent; multitudinem nuncupat illos, quos nomine Gog & Magog significauit. Et quia præcipuus Ecclesiæ persecutor, & acerrimus hostis futurus est Antichristus, ideo aduersus eum hîc duobus capitibus præcipuè vaticinator. Antichristus appellatur Gog; populus autem, qui eum secuturus est, Magog: nam in sacris literis, & in sanctorum doctorum libris Gog & Magog Antichristũ, eiusque membra designant. Gog idem est quod tectum, authore diuo Hieronymo, quoniam Antichristus erit diaboli tegumẽtum sub specie humana. Erit quidem homo, sed quoniam in eo diabolus habitabit, tectum & domus diaboli vocatur. Magog verò idem est quod à Gog nam apud Hebræos litera, m, est præpositio, à, vel ab. Ideo per Magog gentes impiæ intelligũtur, à Gog, hoc est, ab Antichristo deceptæ. Ex filijs Iapheth fuit quidam appellatus Magog, vt in lib. Geneseos diuina testatur scriptura, qui Magogas à se nominatos instituit, vt asserit Flauius Iosephus libro 1. Antiquitatum capite 11. Vbi etiam ait hos Magogas eos esse, quos Græci Scythas appellarunt. Hac ratione ducti existimant nonnulli ex Hebræis Gog & Magog gentes esse quasdã à Scythis, quæ venerunt aduersus Iudæos, & oppugnarunt Hierosolymam, sed postea perierunt. Ex Latinis quidã putant Gog & Magog non esse determinatas gentes, sed omnes Ecclesiæ catholicæ persecutores: ita vt per Gog intelligantur tyranni & hæresiarchæ, per Magog verò eorum satellites & sectatores. Sed quoniã magni authores asserunt has gẽtes Scythicas esse, & Turcæ teste Pomponio Mela, referẽte Hermolao Barbaro, sunt populi Scythici, à quibus orti sunt, qui hodie Turci dicuntur, & latissimè imperitant, & Christianos immaniter affligunt, fortassis hi sunt, de quibus hoc loco agit Ezechiel, quorum tyrannidẽ prædicit, & tandẽ eorũ interitum & pernicieẽ vaticinatur. Spero enim fore, vt citò eorũ ruat imperiũ, & ipsi de medio deleantur. Diuus Ambr. lib. 2. de fide ait, hũc Gog Gotum esse. Et diuus Isidorus in etymologiarum libro, Gotos ait fuisse denominatos à Magog filio Iapheth. Quam ob causam non desunt, qui dicant has gentes Gog & Magog Gothos esse, qui Dei Ecclesiam grauiter vexatũt; sed postea omnes perierũt. Paulus Orosius, Eutropius, Blõdus, Leonardus Aretinus, & multi alij scriptores narrant Gothos immanes populos fuisse, & subiugasse Italiã, Galliã, Hispaniã, & magnam partẽ Africæ, & Asiæ. Hi Romã orbis caput, bonarũ disciplinarum mercatorã, & antiquitatũ monimẽtis ornatã euerterunt, & vrbes alias celebres, niceniibus altissimis munitas, solo adæquarunt. Voluerunt, vt aiunt nonnulli, aurea omnia delere, & alterũ mundum constituere, ne præteritorum sæculorum vllum maneret vestigiũ; sed omnis vetustatis memoria eo tempore extingueretur, vt ipsi solum essent per vniuersum orbem celebrati, tanquam noui mundi conditores. Sed omnes fuerunt consumpti, & cunctæ eorum contentiones ad magnam mundi gloriã fœlicem corruerunt. Petrus Apianus in libro de mundi descriptione ait

Magog

Magog esse ciuitatem Asiæ regionis Cyrrhesticæ. Plinius libro quinto historiæ naturalis, capite 23. Cœlesyria, inquit, habet Bambycem, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magog. Ibi prodigiosa, &c. At Ioannes Annius Viterbensis in cõmentarijs in Berosum hæc vltima Plinij verba legit in hunc modum: Syris verò Magog ibi. Hoc est patria Magog. Et paulò pòst ait idem Plinius, in eadem regione esse vrbẽ Cyrrhum, à qua denominata est Cyrrhestica prouincia. Quod cõuenit cum Petro Appiano. Strabo etiam libro quarto decimo meminit Magogorum, & multi alij authores. Sunt, qui dicant, Gog, & Magog esse Getas & Massagetas, quorũ opinionem D. Augustinus libro 20. de ciuitate Dei reprobauit cap. vndecimo. Et quoniam Gog significat tectum, Magog verò detectũ, existimant nonnulli per Gog intelligi hypocritas, qui dei ecclesiã occulte odio prosequũtur, per Magog verò homines apertè impios, ex omnium scelerum colluuione natos, non solùm à virtute, sed etiam à simulatione virtutis alienos. Ego etsi nullam harũ improbo opinionum, existimo tamẽ per Gog & Magog intelligi præcipuè Antichristum, eiusq; sectatores tempore illius, posse tamen hoc ad omnis eius mẽbra omni tempore accommodari. Gen. 10.

Apo. 20 Nam diuus Ioannes in Apocalypsi loquens de Antichristo meminit Gog & Magog, qua si Gog sit Antichristus, Magog verò populus ab eo seductus. Membra præcipua Antichristi sunt hæretici, vt quondam Arrius, nũc autẽ Lutherus, homo ad omnia scelera paratus, nulla dignitate conspicuus, solum erroribus notus, procella patriæ, turbo ac tempestas pacis & veræ doctrinæ, & ecclesiæ catholicæ acerrimus hostis. Et oẽs, qui illius impijs hæresibus adhærent, easque augẽt, & amplificant, vt Caluinus, & alij hæretici, qui fide destituti, omnibusque virtutum ornamẽtis nudati in summa ignominia versantur. Hi oẽs, ac impij Turci hostes ecclesiæ crudelissimi, sunt absq; dubio membra Antichristi, aduersus quos hoc loco vaticinatus Ezechiel.

Principem Capitis Mosoch & Thubal. Hoc est, vaticinare contra Antichristum, qui erit princeps principis Cappadociæ & Hispaniæ. Rex Cappadociæ, & rex Hispaniæ Antichristo subijcientur. Nomine capitis intelligitur rex, nomine Mosoch Cappadocia, nomine Thubal Hispania, vt ait Flauius Iosephus libro Antiquitatum primo, & nos supra ostendimus cap. 27. Potest hoc recte ad Turcorũ principẽ referri, qui modo est princeps capitis Mosoch & Thubal, accipitur autẽ caput nõ pro rege, sed pro ciuitate præcipua sedis imperatoriæ, hoc est pro Constantinopoli vrbe florentissima, quo se transtulit imperator Constantinus Maximus, postquam sed Christi fidẽ conuertit, Romãq; ecclesiæ, summisque pontificibus donauit. Ciuitas illa Constantinopolis, quæ antea Bizantiũ vocabatur, à Constantino aucta & denominata, fuit quondam caput imperij, cui Mosach & Thubal, hoc est, Cappadocia in Oriente, & Hispania in Occidente subiectæ erant. Nunc non sine graui orbis Christiani iactura crudelissimi Turcorum tyranni paret imperio. Impius Turcorũ imperator eius ciuitatis est princeps, quæ olim imperij Christianorũ fuit caput. Nam Ammurates impius Turcorũ rex, qui vastauit Illyricos & Vngaros, Peloponessum vi cepit, & murum Isthmi Corinthiaci deiecit, Albãq; Vngariæ anno à Christo nato 1439. cinxit obsidione, filio Mahumeto regnum reliquit, acerrimo Christianorum inimico. Hic Bulgariam & Rusciam sibi subiecit, Nigropontum in deditionem accepit, Moldauiam, & Vualachiam euertit, & Constantinopolim expugnauit, quam modò possident gentes Turcicæ nominis Christiani inimicæ, aduersus quas intelligi potest hoc Ezechielis vaticinium. Sed nos primã de Antichristo expositionem sequamur, qui est Turcorum, & aliorum impiorum caput.

Et circumagam te, & ponam frænum in maxillis tuis. Hoc est, te coercebo, ne facias, nisi quod ego permisero. Eodem modo apud Esaiam dixit Deus impio Sennacherib: Ponam circulũ in naribus tuis, & frænũ in labijs tuis. Et apud Ezechielẽ nostrũ cap. 29. dixit Pharaoni: Ponam frenum in maxillis tuis. Tanta erit Antichristi impietas & immanitas, tot erunt eius flagitia, vt si ei daretur nocẽdi ad libitum facultas, totum orbem terrarũ penitus deleret & vastaret. Metaphora est sumpta ab equo, quem strenuus ascensor domat fræno, & in gyrum ducit & coercet. Esai. 37. Exp. 29.

Et educam te, & omnem exercitum tuum. Hoc est, permittam, vt venias cum magno exercitu ad affligendos & probandos Christianos. Volens Antichristus populum Christianorum opprimere, gentes congregabit, & in ordinem rediget, & harũ gentiũ ordinata multitudo appellatur exercitus. Nõ enim dicitur exercitus multitudo militũ, nisi sint dispositi & ordinati. Ordo est digestio, & in suo loco rei cuiusque collocatio. Tanta est ordinis vis vt etiam qui ordinem conãtur euertere, illud absq; ordine non valeant efficere. Vt lapides, latera, ligna, tegulæ, hæc omnia confusè mista, & inordinatim iniecta non efficiunt domũ, cùm verò ordinãtur & disponũntur, tũc fit domus, & homines inordinati, vt Socratis vxor Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

similitudine apud Xenophontem, non efficiũt exercitum, cùm verò ordine disponũtur, efficiunt. Hoc intelligens Antichristus ad ecclesiasticum ordinẽ oppugnandum copias ducet ordinatas. Sed eius ordo erit confusio.

Vestitus loricis vniuersos. Poterat ita verti ex hebræo: indutos omni armorum genere à pedibus ad capita.

Persa, Aethiopes. Describit exercitum Antichristi, cui omnes hæ gentes parebũt. Per Persas intelligit Orientales, per Aethiopes Meridionales, per Lybies Occidẽtales, per Gomer & Thogorma Septentrionales. Ex omnibus his orbis plagis insurgẽt multi aduersus Christum. Ipse enim lapis est & signũ, cui contradicetur. Id intuẽs Esaias de Christo loquens dicebat: Erit vobis in sanctificationẽ, in lapidem autem offensionis & in petrã scandali duabus domibus Israel. Ad quæ verba alludit apostolus in epistola prima ad Corinthios, dicens: Offenderunt in lapidẽ offensionis. Et iustus ille Simeon apud Lucam: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur. Verùm per Gomer intelligunt nonnulli Galatas, per Thogorma Phryges, alij verò Germanos.

Esa. 8.

1. Cor. 1.

Luc. 2.

Præpara, & instrue te. Hoc est, mea permissione te aduersus fideles instrues & præparabis.

Et esto tibi in præceptum. Id est, tu exercitui tuo imperabis, ille autem tibi parebit.

Post dies multos visitaberis. Tu ô Antichriste affliges fideles, sed puniẽris grauissimè. Visitare in literis diuinis punire aliquãdo significat, vt in psalmo: Visitabo in virgas iniquitates eorum. Et tertio decimo Esaiæ cap. Visitabo super orbis malũ, & contra impios iniquitatem eorum.

Psal. 88

Esai. 13.

In nouissimo annorum venies ad terram, quæ euersa est à gladio. Hoc est in fine mũdi veniet aduersus ecclesiã, quæ liberata à tyrannorum gladio, ab impiorum cædibus & calamitatibus in pace & securitate quiescet.

Et congregata est de populis multis. Nã multi ex omnibus mundi plagis in vnam ecclesiam cõuenerunt, in qua sunt coadunati. Sequitur: Ad mõtes Israel. Hæc verba duos possunt sensus recipere. Primus est: Veniẽs ad ecclesiã ex multis gentibus collectã, montibusq; Israelis, hoc est, patriarchis insitam & prophetis. Hoc ideo sit, quoniam populus Gentilicus fidem recepit, quam habuerant antiqui patres, & vt ait in epistola ad Romanos diuus Paulus, cùm oleaster esset, insertus est fractis ramis oliuæ. Comparauit apostolus populum Israeliticum oliuæ, Ieremiam secutus, qui illum oliuã vberem, pulchram, & fructiferam vocauit:

Rom. 11.

Jerem. 11

populum autem Gentilium cum oleastro, qui nihil habuit dulcedinis ex oliua germana, nisi postquam in eius radicem fuit insitus, hoc est, in fidem patriarcharum, & virorum veteris testamenti fide & virtute præstantiũ, & in eorũ locũ assũptus. Id intuens diuinus psaltes ita aloquitur ecclesiam: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Fides, quam habuerunt sancti veteris testaméti, & quam nos habemus, eadem est, sed ibi credebant in Christum venturum, nos autem in eum quem venisse asseueramus.

Psa. 44

Eam ob causam ait hoc loco Ezechiel, esse ecclesiam congregatã de populis multis ad mõtes Israelis, hoc est, ad patres antiquos fide illustres, virtute præditos, & sapientia insignes. Hic est primus huius loci sensus, secundus est hic. Venies ad ecclesiã ex variis hominum generibus congregatã, & præcipuè venies ad mõtes Israel, hoc est, ad terram sanctam, quæ fuit sæpe vastata & euersa, & ibi in Christianis impietatem tuam exercebis.

Hæc de populis educta est. Id est, hæc ecclesia Christi fuit de Gentibus vocata, & de earum superstitionibus abducta. Vel sic: Hæc terra Israelis eruetur à potestate populorũ infidelium, priusquam veniat Antichristus, & à Christianis securè possidebitur. Sed in fine mundi ab Antichristo oppugnabitur.

Ascendens autem. Nimirũ tu ô Gog, ô Antichriste. Comparat eum cum tempestate ob ferocia verba, & comminationes, quibus homines terrebit, & nubi, ob falsam doctrinam, qua homines decipiet & obsecabit. Vel per tempestatem intelligitur crudelitas, per nubẽ voluptas. Nam ad Christi fidem euertendam quosdam calamitatibus vexabit, quosdam verò illecebris & delicijs alliciet.

Ascendes autem sermones super cor tuũ. Hoc est, versabis in animo tuo cogitationes, inibi tecum consilium de affligenda ecclesia. Deus illi permittet ecclesiã oppugnare. Ascẽdere cogitationes in cor alicuius, est phrasis hebræa pro cogitare. Ita apud Lucam: Quid turbati estis, & cogitationes ascendũt in corda vestra? Si hi cogitatus impij sunt, statim sunt interficiendi. Vt Pharao non dimisit Israelitas, donec primogeniti occisi sunt, sic si volumus, vt nos dimittat dæmon, oportet nefarios occidere cogitatus, qui primum in corde gignũtur.

Luc. 24.

Exod. 12.

Simile.

Et dices, ascendam ad terrã absq; muro. Hoc est, ad ecclesiam, quæ tunc erit omni ferè humano auxilio destituta. Ac si dicat: Capiã terram, ac si esset oppidum absq; muro & defensione. Vide Antichristi superbiam. Mouet vniuersaq; ecclesiæ particularis est diligẽs prospector, iustus & sapiens, qui debet ecclesiam suam seruare, illiq; loco vectis & portæ custodue-

Vt diripiat spolia, & inuadat prædam. Spoliabit enim ecclesias, & affliget viros ecclesiasticos. Idem faciunt tyranni, qui sunt membra Antichristi: virorum piorum diuitias diripiunt, sed perniciem machinantur sibi, alijs autem, quos affligunt, & quorum opes cõmittunt direptioni, coronam tolerantiæ nescientes conficiunt. Vt qui versatur in theatro aut circo, vbi exagitatur taurus, si solers est, venienti tauro, atque in illum inuehenti relinquit pallium in cornibus, ipse verò se vertit in fugam: & hoc modo salutẽ euadit: sic viri iusti pietatem & charitatem colentes in mundi agonibus & certaminibus relinquunt tyrannis diuitias humanas, ipsi autem incolumes ad Christum confugiunt, dicentes cum apostolo: Propter Christum omnia detrimentũ fecimus, & arbitramur vt stercora, vt Christũ lucrifaciamus. Veræ tamen Christianorũ diuitiæ, quibus eos Antichristus conabitur spoliare, sunt fides, spes, charitas, & cæteræ virtutes. Fortasse per spolia ipsos homines intelligit, qui Antichristo adhærentes, eius præda & spolia dicuntur. Nam apud Esaiam ait Deus pater: Dispertiã ei plurimos. Hoc est, dabo filio meo seruos multos. Et subiũgit statim: Et fortium diuidet spolia. Spolia fortium eos appellat, qui dæmoni seruiebant, & mũdo, & carni, quos Christus ab hostibus animæ eruptos distribuit. Nam quosdã, vt ait in epistola ad Ephesios beatus Paulus, dedit apostolos, quosdã aũt prophetas, alios verò euãgelistas, alios autẽ pastores & doctores. De ijs spolijs ait Christus apud Lucã: Cũ fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea, quæ possidet: si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Sed quoniam hoc potest ad litetam de Turcis intelligi, vt diximus, & ad illos totũ hoc rectè referendũ putamus, ideo per hæc spolia operæ pretiũ ligimus humanas, quas gentes Turcicæ nobis diripuerunt. Et hæc in re apertè videmus esse hoc vaticinium adimpletũ. Nam oculis nostris aspicimus, nõ sine acerbo animi dolore ecclesiæ terras, & Christianorum diuitias esse hodie à Turcis possessas, eosq; populo Christiano magnas clades & strages intulisse. Exigunt hoc peccata nostra, quibus Deus infensus nos ab infidelibus veluti suæ iustitiæ ministros torqueri permittit. Sed euertentur tamẽ aduersarij nostri, vt euersi fuerunt Aegyptij, Babylonij, Macedones, Pharao, Sennacherib, Nabuchodonosor, & alij huiusmodi tyranni, qui dei populum afflixerunt, & magnis calamitatibus lacerarunt.

Ephes. 4.

Luc. 11.

Et inferat manum suam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti. Hoc est, dabis operam ô Antichriste, vt Christianos summis premas calamitatibus, qui Christiani deserti sunt & spoliati à terra sancta, sed postea restituẽtur, & totam Palæstinam à Turcis captam expugnabunt, & securè possidebunt. Colligitur ex hoc diuini vatis oraculo, Christianos expugnaturos esse Iudæam, eamq; ab impijs infidelibus eripturos, à quibus nunc tyrannicè possidetur: & ibi incipiendã esse primã Antichristi persecutionem in fine mundi. Sed quoniã verba hæc possunt fortasse alium sensum recipere, nosque de futuris incerti sumus, altero modo literam hanc interpretabimur, pio lectori electionem committentes. Conaberis ô Antichriste Christianos summo vigere mœtore, & ad æternum vocare exitium: qui ex Gentilitate quondam sterili ad ecclesiam Christi repudiato idolorum cultu venerunt. Hæc Gentilitas est sterilis illa, de qua cecinit regius vates: Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrem filiorum lætitiæ. Et Esaias: Iuda sterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hinnui, quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat virũ. Quem locũ diuus Paulus de Christi ecclesia ex Gentibus congregata in epistola ad Galatas interpretatur. Defecta dicebatur Gentilis congregatio, quæ seruiens idolis nullos producebat virtutum fructus: vbi autem adhæsit Christo, quem Iudæorum synagoga repudiauit, facta est multorũ filiorum mater. Aspicis igitur, eos qui deserti fuerant, & postea sunt restituti Gentiles esse, qui ad ecclesiam conuenerunt. Id explicare volens diuinus vates subdidit: Et super populum, qui est congregatus ex Gentibus. Vbi particula, &, accipitur pro, id est.

Psal. 112

Esa. 54.

Gala. 4.

Qui possidere cœpit, & esse habitator vmbilici terræ. Hoc est, qui populus possessionibus colẽdis operam dedit, cœpitq; habitare in terra promissionis. Vmbilicus terræ est periphrasis Iudææ, quæ est in medio terræ constituta veluti vmbilicus in medio corporis. Id intuens Dauid de Christo loquens, Operatus est, inquit, salutẽ in medio terræ. Antiqui cosmographi diuiserunt terrã habitabilẽ in septẽ spacia, quæ climata vocarunt, & Hierosolyma est in quarto climate sita. Ex quo concluditur, eã recte medium & vmbilicũ terræ appellari. Ibi operatus est Christus salutẽ, ibi prædicauit, docuit, & miracula edidit, & ibi pro nobis mortuus est. Et inde exierunt primi Christiani, qui per orbem terrarum sanctum Christi euangelium nuntiarunt.

Psal. 73.

Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tharsis, & omnes leones eius dicēt tibi: Nunquid ad sumenda spolia tu venis. Ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas supellectilem atque substantiam, & diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog: Hæc dicit dominus Deus: Nunquid non in die illo, cùm habitauerit populus meus Israel cōfidenter, scies? Et venies de loco tuo E à lateribus aquilonis tu, & populi tui tecum: ascensores equorum vniuersi, cœtus magnus, & exercitus vehemens. Et ascendes super populum meum Israel, quasi nubes, vt operias terram. In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam, vt sciant gentes meæ, cùm sanctificatus fuero in te, in oculis eorum ò Gog. Hæc dicit dominus Deus: Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum prophetarū Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum, vt adducerem te super eos.

Saba & Dedan, & negotiatores Tharsis. Populi sunt, qui Antichristo adhærebunt, & multi alij, qui ob vitæ & immanitatē leones hoc loco appellantur.

Et diripiat manubias infinitas. Manubiæ dicuntur, quæ manu capiūtur ab hostibus. Describit auaritiam & cupiditatem Antichristi, & omnium, qui euangelij veritatem, & ecclesiam catholicam oppugnant. Poteris per manubias animas intelligere fidelium, Christi victionijs congregatas, quæ se sunt Antichristo tradituræ.

Cum habitauerit populus meus Israel confidenter. Hoc est, cum populus Christianus, qui est Israel secundū spiritum, recuperata terra promissionis, vitam degerit securè, & terram illā tutò coluerit, tunc veniet Antichristus à lateribus aquilonis, hoc est, à plaga septentrionali, per quam forsitan intelligit Babylonem, quæ est ad aquilonem respectu Hierosolymæ, iuxta id quod ait Ieremias: Ab aquilone pandetur omne malum. Poteris per latera aquilonis Scythiam intelligere, quæ respectu terræ sanctæ est ad septentrionem, vnde venerunt Turci, qui sunt membra Antichristi. *Ierem. 1.*

Et ascendes super populum meum Israel, quasi nubes. Id est, venies subitò contra ecclesiam quasi nubes atra, quæ surgit insperatò, ex qua statim magna oritur procella totam terram operiens & vastans. Omnia metu implebis, & terroribus & calamitatibus. Erit enim tunc talis tribulatio, qualis nō fuit ab initio mundi vsque modò, nec fiet. *Matt. 24*

In nouissimis diebus eris. Hoc est, non venies modò, sed prope finem mundi in vltimis temporibus.

Et adducam te super terram meam. Idest, permittam te venire contra terram promissionis. Terram illam appellat Deus suam singulari quadam ratione, quia ibi natus est, ibi mysteria redemptionis humanæ confecit. Ibi fuit eius mors, reditus ad vitam, & ascensus in cœlum. Eam ob causam etsi eius sit omnis terra iuxta id, quod ait diuinus psaltes: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in ea: terram tamen promissionis suam appellat. Ideo loquens Esaias cū Christo, de illa dixit: Erit extensio alarū eius implens latitudinē terræ tuæ ò Emanuel. Sed quæres fortasse, cur Deus permissurus sit venturum esse Antichristum, qui tot calamitatibus Christianos affligat. Noli hæc scrutari, nec rationes consiliorum dei, quæ ad te non attinent, curiosè intueri. Et vt verbis vtar apostoli, Noli altum sapere, sed time. Verùm Deus ideo mala permittit, vt ex illis eliciat bona. Antichristus affliget iustos, sed dabit illis Deus gratiam & patientiam, quibus plurimi mereantur. Conficere monile pretiosum & elaboratum industria ex auro excellenti non est mirum, sed ex vili plumbo efficere purum aurum, hoc est absque dubio mirabile. Ex auro quilibet artifex conficiet monile, sed ex infimo cupro pretiosum aurum educere, & aureum monile conflare, emblemate pictum, & mirabiliter elaboratum, est alchimia cœlestis. Ita ex bono bonum facere bonum est, sed humanum, at ex vitio depromere virtutem, hoc est diuinum. Homines ex auro virtutum efficiunt monilia meritorum, sed aurifex ille, qui ex scelerum plumbo extrahit virtutū aurum, Deus est. Ille ex impiorum scelerib⁹ aduersus iustos admissis ipsorum iustorū elicit gloriā & vtilitatem: imò ex culpa nostra elicit commodum nostrum, nam largitur nobis contritionem, & fauore suo agimur pœnitentiam. Incidunt homines in peccata, & ille misericordiam suam ostendit, pœnitentibus flagitia remittens, & iustitiam suam, deijciens in æternas pœnas obstinatos. Ex nostris malis ingen- *Psal. 9* *Esa. 8.* *Rom. 11* *Simile.*

tia bona depromit. Ideo ait Augustinus: Deus adeò bonus est, vt non permitteret malum, nisi præuidisset, posse inde aliquod elicere bonum. Permittet vt Antichristus variis tormentis vrgeat viros pietate & charitate præstantes, vt eorum firmitudo clariùs elucescat, & eorū gloria magnificentius illustretur. *Matth. 5.* Beati, inquit dominus, qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vnde diuus Paulus, Persecutionem, inquit, patimur, & sustinemus. *2. Cor. 4.* *2. Cor. 4.* Et rursum: Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Vt sciant Gentes me. Hoc est, vt sciant fideles me esse deum iustum & potentem, cùm te interfecero. Tunc Deus iustitiam & potentiā suam declarat, cùm asperam alicuius impij tyrannidem exercit, illumque ad pœnā & cruciatum rapit.

Cum sanctificatus fuero in te. Id est, cum me sanctum ostendero te occidendo, & exercitū tuum tecum ad æternum excidium relegādo. Tu ò Antichriste, ò hostis immanis, tanquam leo furore incitatus ad Christianorum meorum cædē rapieris. Sed ego ex tuo ore ac faucibus fideles illos meos eripiam, qui voluerint in fide permanere, teque insigni supplicio coercebo, & illustria iustitiæ meæ documenta constituam: qua in re sanctus ac potēs apparebo: vt qui fuerint in fide & charitate constantes, gaudio afficiantur, & ad colendū diuinū numen ardentius excitētur. Aspicis hoc loco celebriorem esse apud homines domini gloriam, cùm impios homines, omnibus sceleribus coopertos punit, & ingentibus op primit calamitatibus. Cùm Deus impiū Pharaonem obruit in mari, adhibuerunt ei Israelitæ cultus & honores, agētes ei gratias, eiusq; sanctissimum nomen hoc carmine celebrātes: *Exo. 14.* *Exo. 15.* Cantemus domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Ideo aiunt deum fuisse gloriosè magnificatum, quia impium tyrannum deiecit in mare. Ecclesiasticus etiā deum in hunc modum alloquitur. Glorifica manum, & brachiū dextrum, excita furorem, & effunde iram: auser aduersarium, & affligе inimicum. Et de ipsius Antichristi supplicio ait psalmographus: Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. *Ecclc. 36.* *Psal. 9.*

In manu seruorum meorum prophetarū Israel. Hebraismus est id est, per seruos meos diuinos vates. Multis enim in locis vaticinati sunt de Antichristo. Dauid psalmo nono, & multis alijs. Daniel capite septimo, octauo, nono, *Psal. 9.* *Dan. 7. & 9.*

Esaias, Ieremias, & alijs varijs in locis. Libro Numerorum cap. 24. vbi nostra versio habet: Tolletur propter Agog rex eius, & auferetur regnum illius, habet translatio septuaginta: Exibit homo ex semine eius, & dominabitur gentibus multis, & exaltabitur ploch regnum eius. Quæ verba diuus Hieronymus de Antichristo interpretatur. Et pro ploch legit ille Gog. Ita fortasse erat in eius codice. *Num. 24*

Et erit in die illa, in die aduentus F
Gog super terram Israel, ait dominus Deus: Ascendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus sum, quia in die illa *Mat. 24.* erit commotio magna super terram *c.* Israel: & commouebuntur à facie *Luc. 21. c.* mea pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ agri: & omne reptile, quod mouetur super humum, cunctique homines, qui sunt super faciē terræ. Et subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in ter G
ram. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait dominus Deus. Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. Et iudicabo eum peste & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis. Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo. Et magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & scient quia ego sum dominus.

Et erit in die illa. Prædicit Deus se esse graviter puniturum Antichristum.

Commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli. Vtitur ea orationis exornatione, quam rhetores Græci ὑπερβολὴν, Latini superlationem vocant. Ex vtuntur aliquādo diuini vates ad vim & impetū iræ diuinæ ostendendum & exaggerandum. Ad hunc modum ait Dauid: Commota est, & contremuit terra, *Psal. 17.* & fundamenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est eis. Et Esaias ita deum loquentem induxit: Cœlum turbabo, & mo- *Esa. 13.* uebitur terra de loco suo propter indignationem furoris exercituum. Poteris per pisces maris homines intelligere, mundi negotijs irretitos, & pestilentibus voluptatibus deditos;

Universidad de Deusto
Biblioteca

per volucres cœli vanos, & superbia elatos: per bestias agri voraces, & ventri obedientes: per reptilia cupidos, & auaritiæ seruos. Et quia solent diuini vates interpretari ea, quæ obscuris verbis proponunt, & ea, quæ sunt ex plicatu difficilia, verbis alijs apertis explanãt, subdit statim: Cunctiq; homines, qui sunt super facié terræ: innuẽs se per hæc animalia rationis expertia homines significare maculis scelerũ cõtaminatos, qui nõ homines appellari merentur, sed feræ. Nec est mirũ nomine brutorũ homines intelligi, nã in Actis apostolorũ fuit vas brutorũ animaliũ diuo Petro ostensũ, per quæ homines significabãtur. Et in euãgelio Iudæi genimina appellãtur viperarũ.

Actor. 10
Matth. 3.
Luc. 3.

Et subuertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet. Per montes intelliguntur magnates & eloquẽtes, quos Anticluistus decipiet, per sepes & murot cõcionatores elati, & præsules vani, qui gloriãtur se esse ecclesiæ defensores, & mundi scientia & eloquẽtia ornatos. Multi ex his relinquent Christũ, & Antichristo adhærebunt. Superbi eloquẽtes tradẽt se Antichristo, sed humiles in charitate fundati, in fide & virtute permanebunt. Vt æs plus tinnit quã aurum, & longiùs auditur, cũ tamen aurum multò sit præstantius: sic eloquentia cum scientia coniuncta lõgiùs sonat, quàm humilitas cum charitate copulata, cùm tamẽ huiusmodi humilitas multò sit illustrior & præstantior. Sciẽtia, inquit apostolus, inflat, charitas ædificat. Et rursum: Si linguis hominũ loquar, & angelorũ, charitatẽ autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Concionator superbia elatus tinnitu suo longiùs sonat, sed humilis Christianus maioris est pretij.

Simile.

1. Cor. 8.
1. Cor. 13.

Et conuocabo aduersum eum in cunctis montibus meis gladiũ. Hoc est in terra Israelis quæ magna ex parte mõtosa est, aduersus Antichristũ, eiusq; sectatores supplicia excitabo. Verba sunt dei seueritatẽ iustitiæ suæ declarantis aduersus impios, eosq; ad internecionẽ redactũrũ esse promittẽtis. Conabitur Antichristus ecclesiam dei euertere, & ad excidium & vastitatẽ vocare: sed illum impia flagitia, cædesq; terras anhelantẽ, & infinitam hominum multitudinem opprimentem conteret Deus, illũ summis vrgebit calamitatibus, & ad æternos inferorũ cruciatus tandẽ relegabit. Pestis quam alijs machinabitur, in eius caput redũdabit: iuxta id quod dixit Esaias: Væ qui prædaris, nonne ipse prædaberis? Et Dauid: Lacũ aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipsius iniqtas eius descẽdet. Nihil sceleris, nihil fraudis prætermittet Antichristus, vt homines seducat, & à veritate auertat: atque in homines pios summam exercebit tyrannidem & immanitatem. Insano furore, & cæco impetu debacchabitur, sed ipse miser peribit, & suorum flagitiorum pœnas dabit, & impietas, quæ illum ad aliorum exacuet pernicicm, eum perdet, & ad cædem, ignominiam, & æternum exitium adducet.

Esa. 33.
Psal. 7.

Gladius vnius cuiusque. Mortuo Antichristo pugnabunt eius sectatores contra seipsos, mutuis se vulneribus interficientes. Præterea punier eos Deus peste sæuiente, & procella horribili: & mittet in illos fulgura & sulphur: & ita suorum scelerum iustas pœnas persoluent.

Et magnificabor, & sanctificabor. Hoc est, & tunc ostendam esse me magnum & sanctũ, cũ me viderint homines piorum & impiorũ habere rationem, & impiũ immanissimi tyranni furorem terribili supplicio coercere. Interficiam Antichristum, eumq; cum sectatoribus suis in barathrum obscurarum tenebrarum proijciam, vbi omnes illi æternis cruciatibus torquebuntur. Loquẽs diuus Paulus de Antichristo in epistola secunda ad Thessalonicenses ait non venturum esse diem vltimi iudicij, priusquam veniat Antichristus, cuius ad literã hæc sunt verba: Quoniã nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat, ostendens se tanquã sit Deus. Beatus Gregorius in Moralibus locũ illũ Geneſis: Fiat Dan coluber in via, de Antichristo interpretatur: aitq; nõnullorũ sententiã esse Antichristum esse de tribu Dan processurum. Hanc sententiam sequitur in quarta parte theologali diuus Antoninus, asserens Antichristũ futurũ esse de tribu Dan. Ideo diuũ Ioannẽm in Apocalypsi, vbi agit de numero signatorũ, de quibus dixerat angelus: Nolite nocere terræ, & mari, nec arboribus, quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorũ, numeratis tribubus Israelis de tribu Dan nullã fecisse mentionẽ. Ait etiam ibi diuus Antoninus, Antichristũ ædificaturũ esse Hierosolymæ quoddam templũ, in quo ponet soliũ suum, asserens se esse deũ, & Messiam in lege promissum: & attracturum esse ad se homines terrore tormentorũ, promissione diuitiarum & voluptatum, & operatione falsorum miraculorũ. Et duraturam esse prædicationem eius tribus annis cum dimidio, iuxta id quod ait Daniel capite duodecimo, & Apocalypsis duodecimo. Vincentius in Speculo historiali ita ait: Anticlristus circa finem mundi nascetur in Babylonia

Gene. 49
Apoc. 7.
1. Thess. 2
Dan. 12.
Apoc. 12

babylonia ex viro & muliere, sed concepto & animato, vt ait magister in historia scholastica descendet diabolus in vterũ matris ad implendam illum omni malitia, vtens eo vt vase suo. Hæc ille. Et si angelus bonus detur ei ad custodiã, vt alijs hominibus datur à Deo iuxta beati Thomæ in prima parte sententiam, postquam tamẽ incœperit vti malitia, nullum effectum custodiæ in eo obstrasto exercebit.

Hic Antichristus, vt ait Vincẽtius, cùm venerit Hierosolymam, circuncidetur, & illum iudæi vt Messiam recipient, & venerabuntur. Id significauit illis Christus dicens apud Ioannem. 5. Ego veni in nomine patris mei, & nõ accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Ait diuus Gregorius, & habetur de consecratione distin. 3. capit. Peruenit, præceptum esse Anticluistum, vt dies sabbati, & dies dominica ab omni opere custodiatur, dies sabbati propter Iudæos, dies dominica propter seipsam, affirmabit enim se esse post mortem die dominica ad vitã rediturũ.

Ioan. 5.

De illo ait ita apostolus in epistola ad Thessalonicenses secunda. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationẽ Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs. Vbi accipitur virtus pro vi & potentia diaboli, qua Anticluistus signa magna efficiet, quibus multos perdet. Et quemadmodum leo prospicit ex insidijs, si qua se offerat præda, sic ille nihil aliud dies noctesque machinabitur, quàm quomodo homines decipiat, seque post sit illorũ sanguine satiare. Postremò tamẽ ipse spiritu oris Christi interficietur. Id prædixit ijs verbis Daniel: Siue manu conteretur. Et Esaias: Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Zacharias prophetes vocat Antichristum pastorem stultum & idolum. Quæ maior potest esse stultitia, quàm seipsum & alios perdere? Quam ob causam eum apostolus filium vocat perditionis. Et quis potest veriùs appellari idolum, quàm ille, quem cæci & impij homines colent vt deum, & diuino cultu venerabuntur? Eũ euangelistæ vocãt abominationẽ, & desolationem, & in diuersis sacræ scripturæ locis appellatur percussor, persecutor, bestia, iniquus, superbus, aduersarius, fur, pseudo propheta, immundus, impius, fraudulentus, fœmicus, semen pessimum, fera singularis, & hoc loco apud nostrum Ezechielem Gog, eiusq; sectatores Magog.

Dan. 7.
Esa. 11.
Zacha. 11
Apoc. 13
2. Thes. 2
Simile.

Annotationes ex hebræo in caput XXXVIII.

Veniet ad terram, quæ reuersa est à gladio. Pro quæ reuersa est, est in Hebraico: מְשׁוֹבָבַת mexobebeth, à verbo שׁוּב q. שׁוּב significat reuerti, auertere, eripere, quiescere, conterere. Ex hac significationũ varietate fluxit interpretũ varietas. Noster translator vertit: Quæ reuersa est. Pagninus: Ad terrã contrita gladio. R. Dauid: Ad terram ereptam à gladio. Pagninus respexit ad terræ vastationẽ & calamitatem. R. Dauid. ad eius liberationem. Potest verti ad terram, quæ quieuit à gladio. Significare aũt verbum hoc auertere indicat locus ille psalmographi: Auertisti captiuitatẽ Iacob. Qui poterat reddè verti: Eripuisti captiuitatẽ Iacob. hoc est, liberasti à captiuitate Babylonica Hebræos. Sed cùm in illo psalmo multa dicantur, quę historiæ de reditu à Chaldæa non conueniant, sed humanæ redemptioni, interpretatur illum viri doctissimi de liberatione à tyrannide diaboli, & peccati seruitute. Illud etiã psalmographi: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus bene fecit tibi, potest transferri: Quiesce anima mea in trãquillitate tua, quia dominus reddidit te tibi. Ac si dicat: Cùm antea ob admissa scelera non esses tua, sed corporis, cui obtemperabas, corporis voluptate oblectabaris, eius quærebas requiem, cui te subieceras, at nunc delecta te gaudio spirituali, oblectare gaudio tuo, quoniam iam ex tua, quoniam dominus reddidit te ipsam tibi, liberans te à peccato, quiesce igitur in requie tua, seu conuertere in requiem tuam.

Psal. 114.
Psal. 39.

Quasi tempestas veniet. In Hebraico est: כְּשׁוֹאָה תָּבוֹא caxoah venies. Dictio est deriuata à verbo xoah, quod significat desolare, vastare, sonare, impetu facere. Vnde Pagninus vertit: Veluti multitudo aquarum. Alij transferunt. Tanquam inundatio aquarum repente veniẽtium cum impetu. Potest verti Venies tanquã desolatio, aut vastatio. Significat hoc nomen idem quod xaon, pro quo Latinus interpres vertit aliquando miseriã, vt in psalmo 39. Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Quod potest trãsferri: Eduxit me de lacu fœcis, seu fluxus, seu inundationis. Hoc est, extraxit me de cisterna, in quam aquæ inundantes & vehementes cum impetu magno descendebant. Ac si diceret: Eripuit me Deus à plurimis & vehemẽtissimis calamitatibus, quę vi dolorũ & molestiarũ me obruebant. Deseribit impetum & magnitudinẽ inundantium quibus esset penitus submersus, nisi eum deus mirabiliter liberasset.

Negotiatores Tharsis. Septuaginta transtulerũt: ἔμποροι καρχηδόνιοι. Hoc est, mercatores

Universidad de Deusto
Biblioteca

torer Carthaginenſes. Quidam vertunt: Mercatores maris. Dictio Tharſis ſignificat mare, & Carthaginem, & alia, de quibus ſupra diſſeruimus in annotationibus in primum caput, verba illa exponentes: Et aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris.

ARGVMENTVM CAPITIS XXXIX.

VAticinatur aduerſus Gog & Magog, qui eos, qui fuerint in fide Chriſti conſtantes, tolerantia rerum humanarum muniti, & virtutibus denique omnibus veluti mœnibus ſepti oppugnabunt, ſed non expugnabunt: quoniam viri iuſti eligẽt de ciuitate, imò de vita potius, quàm de veritate dimoueri. Deſcribit acerbiſſimum impiorum interitum, qui honeſtate contempta ſecordiæ voluptatibus tradunt, Dei, hominumque turæ peruerſunt, & in cæcas tenebras tandem proiiciuntur. Idem ferè eſt huius capitis ac ſuperioris argumentum.

CAPVT XXXIX.

A TV autem fili hominis vaticinare aduerſum Gog, & dices: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Thubal. Et circumagam te, & ſeducam te, & aſcendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te ſuper montes Iſrael. Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua eijciam. Super montes Iſrael cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui ſunt tecum. Feris, auibus, omnique volatili cæli, & beſtijs terræ dedi te ad deuorandum. Super faciẽ agri cades, quia ego locutus ſum, B ait dominus Deus. Et immittam ignem in Magog, & in ijs, qui habitant in inſulis confidenter, & ſcient, quia ego dominus. Et nomen ſanctum meum notũ faciam in medio populi mei Iſrael: & non polluam nomen ſanctum meum amplius: & ſcient gentes, quia ego dominus ſanctus Iſrael. Ecce venit, & factum eſt, ait dominus Deus. Hæc eſt dies, de qua locutus ſum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael, & ſuccendent, & comburent arma, clypeum & haſtas, arcum & ſagittas & baculos manuum, & cõtos: & ſuccendent ea igni ſeptem annis. Et non portabunt ligna de C regionibus, nec ſuccident de ſaltibus, quoniam arma ſuccendent igni, & deprædabuntur eos, quibus prædę fuerant, & diripient vaſtatores ſuos, ait dominus Deus. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum ſepulchrum in Iſrael, vallem viatorum ad orientem maris, quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes.

Apo. 20

EXPLANATIO.

VAticinare aduerſus Gog. Quid intelligatur per Gog & Magog, diximus capite ſuperiore, vbi etſi multas attulimus expoſitiones, eam tamen præcipuè ſecuti ſumus, quæ videtur literæ accõmodatior, & diuini vatis propoſito cõuenientior, vt per Gog Antichriſtũ, per Magog eius factatores intelligerem⁹, etſi fateamur poſſe per Gog & Magog principẽ Turcarum ſignificari, & tyrannos alios, ac hæreſiarchas cum ſequacibus ſuis, qui oẽs ſunt Antichriſti membra. Eorum animi caligine flagitiorum obducti diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem non intuentur, cuius contemplatione ſolẽt homines à ſceleribus deterreri, & ad virtutem excitari.

Ecce ego ſuper te. Subaudi, vẽturus ſum, vt te perdam. Hebraiſmus eſt in diuinis literis nõ infrequens.

Principem capitis Moſoch. Hoc fuit explicatũ capite ſuperiore.

Circumagam te, & eſſeuam te. Id eſt, coercebo te in gyro fræno ſeueritatis meæ, & educã te de terra aquilonis. Permittam, vt de aquilone ad oppugnandam eccleſiã educaris. Ita noſtra hac memoria permiſit deus oppugnari eccleſiam ſuam à Luthero, Munſtero, Caluino, & alijs huiuſmodi peſtibus, qui cũ nihil aliud molirẽtur, quàm extinguere veritatẽ, ſe tamẽ veritatis eſſe aſſertores iactabundi gloriabantur. Vt in phtamacopolæ officina & miropolio interẽ alijs vaſa ſunt nonnulla ornata literis medicamentũ aliquod ſalutare illic incluſum ſignificantibus, cum tamen nihil præter toxicum contineant, & remedium aduerſus venenum præ ſe ferentia, ſunt plena veneno: ſic hæretici, ſapientes falſi fingunt ſe eſſe virtute

Similitudo.

tute præditos, & ſapientia ornatos, cùm ſint nefarijs ſceleribus imbuti, & peſtilentibus hæreſibus contaminati, & omni vera ſapientia deſtituti. Et vt verbis vtar D. Pauli, repleti ſunt omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio, contentione, & dolo. Itaque non docent virtutes, ſed vitia. Et quamuis virtutes docerent, nihil hoc prodeſſet illis, cùm id quod verbis docerent, operibus deſtruerent. Vt ſaltandi magiſter nõ poterit commodè diſcipulos ſuos verbis inſtruere, niſi ipſe ludũ ſaltatoriũ ingrediatur, & ſaltet ac tripudiet, ſic qui ſe magiſtros vẽditat virtutũ, debent eas exercere, & operibus inſtruere, eaque actis efficere, quæ verbis alios docẽt. Exeant ad circũ, exerceant tripudiũ virtutum, & ita plus operibus proficient vno die, quàm verbis multis annis, ſi facta diſcrepãt à verbis. Oleum perdunt & operam plerumque, qui honeſtatem in ore continent duntaxat, in corde verò & manibus impia flagitia. In huiuſmodi magiſtros inuehitur apoſtolus ijs verbis in epiſtola ad Romanos: Qui aliũ doces, teipſum non doces, qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis. Et Chriſtus Deus noſter apud Matthæum: Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias, dicẽs: Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ lõgè eſt à me. Huiuſmodi ſunt hæretici, quos Deus permiſit, vt ab Aquilone, hoc eſt à Germania, vbi natus eſt Lutherus, venirent, vt afligerent eccleſiam. Illis verba hæc Dei per Ezechielem cõueniunt, etiam ſi propriè, vt dixi, ad Antichriſtum referantur, cui Deus ait: Educã te, vt ſubaudiatur, de terra aquilonari. Vel, Educã te in gyrũ, cohibens tuam depauatam voluntatẽ duritia frami, ne indomitæ tuæ cupiditates, & effrænatæ libidines longiùs dilatentur, ſed ſeueritate diuinæ iuſtitiæ contrahantur. Paucis enim annis regnabis, quoniam ego te interficiam, & telã tuorum ſcelerum, & vitæ tuæ concidam. Quidam codices habent pro educam te, ſeducam te. Ac ſi dicat Deus: Permittam, vt ſeducaris. Ad id enim furoris & inſaniæ perducetur Antichriſtus, vt Deũ cõtemnat, & pro nihilo putet, & perpetuam ſibi ſcelicitatem polliceatur. Nullam exiſtimabit tantam eſſe alicuius potentiam, quę illum valeat de ſuo florente ſtatu dimouere. Id intelligẽs pſalmographus ita de illo vaticinatus eſt: Non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua à facie eius, omnium inimicorum ſuorum dominabitur. Dixit enim in corde ſuo: Non mouebor à generatione in generationem, ſine malo. Hæc vltima verba, ſine malo, ſuſpenſa manent, niſi illis adiungas verbum ero, vt ſit eclipſis in figura diuinis literis frequens. Quaſi dicat Antichriſtus: Tanta firmitudine & perpetuitate roboratus ſum, vt nihil me poſſit dimouere: ſemper ero ſine malo, hoc eſt, ſine dolore & calamitate. O cæcum hominis furorem, ò caliginem ſtupendam! Cùm omnia corporea ſint fluxa & caduca, & homo ſit bulla, & omnis caro fœnum, audebit Antichriſtus ſe æternum appellare, & perpetuam ſibi vitæ proſperitatem polliceri.

Rom. 1.

Simile.

Rom. 2.

Mat. 15.

Eſa. 29.

Eſai. 40

Aſcendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te ſuper montes Iſrael. Hoc eſt, veniet à regione ſeptentrionali ad Iudæã, quæ montibus abundat. Poteris per montes Iſrael viros intelligere fide inſignes, virtutumque altitudine præſtantes. Nihil eſt enim excelſius virtute, nihil illuſtrius & ſublimius. Neſciunt plerique mortales, quantam celſitatem virtus habeat, nomen virtutis tantùm vſurpant, quid ipſa valeat, ignorãt. Virtus in horribili procella trãquilla eſt, in tenebris lucet, pulſa loco non dimouetur, quantò humilior videtur, tantò altior apparet. Nihil tam altum natura conſtituit, quod poſſit cum eius altitudine comparari. Hęc eſt, quam ſolam Stoici ſatis eſſe dicebant ad bene beateque viuendum. Sed illi vmbram quandam virtutis videbant, ipſam autem verũ virtutem non intuebantur. Nam non eſt vera virtus, vt ait Auguſtinus libro quarto de ciuitate Dei, niſi quæ ad eũ finem tendit, vbi eſt bonũ hominis, quo melius non eſt. Sed virtutis altitudinem illi non aſpiciunt, quorũ cogitatio eſt in terram prona, humique defixa, de quibus ait diuinus pſaltes: Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Seneca ſolo lumine naturali, aut Chriſtianorũ conſortio, aut vtroque illuſtratus, ait epiſtola. 88. Virtus extollit hominem, & ſuper aſtra mortales collocat. Et tragœdia nona: Nunquã ſtygias fertur ad vmbras inclyta virtus. Et Saluſtius in prœmio de bello Catilinario: Quæ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parent. Et Virgilius libro Aeneidos ſexto: Iupiter aurẽs euexit ad æthera virtus. Tanta eſt virtutis altitudo, vt non ſolùm Chriſtiani eam lumine fidei & doctrinæ aſpiciant, ſed etiam nonnulli ex infidelibus & indoctis eã quodammodo intueantur. Hæc eſt quæ hominem etiam in vita mortali fertur in cœlũ, eius animũ à rerum caducarũ cogitatione abducens, & ad altiſſimã rerum diuinarum transferens contemplationẽ. Vnde D. Paulus aiebat: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Sed virtus hæc, de qua loquor, quæ hominẽ rapit in cœlũ, eſt cũ illa charitate cõiuncta, quæ, vt verbis vtar Auguſtini, eſt rectiſſimi animi affectio, qua diligitur deus propter

Pſal. 9.

Pſal. 16.

Philip. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se,& proximus propter Deũ. Hæc est virtus, ad quã debemus aspirare, & in cuius actiones debemus incũbere. Dãda opera est, vt appetitus pareant rationi,eãq; nec ob excũ impetum præcurrãt,nec ob ignauiã deserãt, sintq; ab omni turbulenta animi perturbatione alieni,ex quo eluceat animi tranquillitas & moderatio.

Et perdam arcũ tuũ in manu sinistra tua. Hoc est,omnẽ potentiã tuã labefactabo, & penitus euertã. Poteris per arcũ & sagittas dolos Antichristi intelligere. Solent sagittarij arcũ manu sinistra tenere,sagittas vero dextera. Si vero illis arcũ auferas & sagittas,omnem illis auferes potestatem. Impij autem,quoniam cogitationes nihil nisi pestem alijs & perniciẽ moliũtur,cum sagittarijs cõparantur. Ideo ait in psalmo regius vates: Quoniam ecce peccatores intendẽdũt arcũ,parauerunt sagittas suas in pharetra,vt sagittent in occulto rectos corde. Sed ab omnibus his sagittis sumus Dei armis libe- *Ephes. 6.* randi,& scuto fidei protegendi. Id intelligẽs D. Paulus in epistola ad Ephesios, Propterea, inquit,accipite armaturam Dei,vt possitis resistere in die malo. Diem malum vocat tempus calamitatum & tentationum. Et paulo pòst: In omnibus sumentes scutum fidei,in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Psal.10.

Ferẽs auibus. Mortuo Antichristo, eiusque populo, manebunt cadauera insepulta, sed in ventribus ferarũ & auiũ sepelientur. Intuere Dei iudicia,& mundi vicissitudines & varietates. Ille,qui potens erat,& magna satellitum caterua comitatus,qui mũdũ terrebat,& quasi œstro, impetu scelerum absque vllo meru ad omnia maleficia incitabatur,corruit ignominiosẽ, & fuit à Deo interfectus, & eius cadauer factum est auiũ & ferarũ alimentum. O mirabilem, & breui tam celerẽ & tã variam mundi cõmutationẽ. Cùm se viderit in illustri dignitate,vt mũdi fert opinio,constitutũ,omnẽ virtutẽ conabitur extinguere,& Christianæ religionis splẽdorẽ maculare:& respublica ac sibi ipsi permictẽ machinabitur. Nec mirũ,cùm ad rempublicã gubernandã ingressurus sit absque cõsilio: cùm enim futurus sit omni sapiẽtia destitutus. In Prouerbijs ait ita Salomon: Qui agunt *Pron. 13* omnia cũ consilio,reguntur sapientia. Vt dux *Simile.* qui præsidio difficile absque armis ingreditur, facilẽ corruit, sic qui absque cõsilio reipublicã gubernãdã capessit, facilẽ seipsum perdit,& in dedecus perpetuũ incurrit. Poteris per has bestias dæmones intelligere,de quibus dicitur *Psal.73.* in psalmo: Ne tradas bestijs animas cõfitentes tibi, & animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finẽ. Similiter per volucres, de quibus ait *Luc. 8.* Christus in euangelio: Aliud semen cecidit secus viam,& conculcatum est,& volucres cœli comederũt illud. Vbi per volucres dæmones significantur,quos diuina scriptura in psalmo populos Aethiopum vocat: hoc est corvos,& *psal.73.* cæteras aues negridine affectas. Ita dicẽs: Tu confregisti capita draconis, dedisti eũ escam populis Aethiopum. Quibus verbis voluit significare impios Aegyptios in mari rubro obrutos dæmonũ fuisse prædam & pastũ. Cibus diaboli peccator est,iuxta id quod dixit de- *Genes.3.* us: Terrã comedes cũctis diebus vitæ tuæ. Est enim perspicuũ,in literis diuinis nomine terræ impios significari. Hos dicitur diabolus deuorare,cùm illis persuadet, vt se vitijs lethalibus cõtaminẽt, iuxta id quod ait D. Petrus: *1.Pet.5.* Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

Et immittam ignem in Magog, & in ijs qui habitant in insulis confidenter. Hoc est, Ego immittam fulmina in populum Antichristo adhærentẽ, & in omnes illos qui cùm sint variis periculis expositi,& maris mũdi fluctibus exagitati,degunt tamen in stolta quadam securitate,fiduciã suam in Antichristo figentes. Quẽadmodũ per continentem & terram firmam intelliguntur iusti,ita per insulas,& insularũ cultores intelliguntur impij & scelerati. Ita intelligitur locus ille psalmographi: Dominus re- *psal.96.* gnauit,exultet terra, lætẽtur insulæ multæ. Ac *Rom.4.* si diceret: Christus deleuit diaboli tyrannidẽ: mortuus est propter peccata nostra,& resurrexit propter iustificationem nostram, & regnat in orbe terrarum,& occisurus est Antichristũ, eam ob causam gaudio exultent nõ solùm iusti sed peccatores. Mittet enim ignem aduersus Magog, nouissimis temporibus priusquã è cœlo descendat ad iudicia exercẽda. De eo igne loquitur eodem psalmo propheta, dicẽs: *Psal.96.* Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Per hunc ignem intelliguntur fulmina, quibus Antichristus perterrebitur,& interficietur: vel vis & potestas,qua Christus in Antichristum, etusque sectatores vtetur.

Et nomẽ sanctũ meũ notũ faciã in medio populi mei Israel. Subaudi,cùm impios puniero. Ideo *Psal.9.* psalmogr. Cognoscetur dominus iudicia faciẽs. Quod autẽ sequitur: Et nõ polluã nomen sanctũ meũ amplius, hũc habet sensum. Non permittã,vt homines amplius de me detrahãt, quòd Antichristum non puniã. Eius blasphemias coercebo,eumque ignominiosè interfectum ad pœnas æternas relegabo.

Quia ego dominus sanctus Israel. Id est, sanctificans Israelem. Ita Esaias: Blasphemauerunt, *Esai. 1.* sanctum Israel,id est eum, qui sanctificat Israelem. Et rursus: Redemptor noster dominus *Esai. 49* exercituum: nomen eius sanctus Israel.

Ecce venit, & factum est. Præterita pro futuris. Sensus est: Id quod futurum vaticinor, ita certum est,ac si iam venisset, & factum esset.

Et egredientur habitatores ciuitatibus Israel, & comburent arma. Hoc est, mortuo Antichristo, eiusq; exercitu interfecto, egredientur verè Christiani habitatores ciuitatem Ecclesiæ, & accipient hostium mortuorum clypeos,hastas,arcus, & cætera arma, eaque igne comburent. Tãta autem erit armorum copia, vt multo temporis spatio non sit illis necesse ligna succidere ad comburendũ, ea enim pro lignis sufficient. Quod autem ait: Succendent ea igni septem annis, ponitur tempus certum pro incerto. Est enim numerus septenarius hebræis familiaris propter diẽ septimũ, quẽ obseruant. Volens Esaias significare,tam admirabilem futuram esse Hierosolymæ virorũ paucitatem ob eladem Iudæorũ, vt mulier viduæ apprehenderẽt virũ vnũ, quem vix possent in uxorẽ,dixit: Apprehendent septem mulieres virum vnũ. Vbi septẽ mulieres pro multis ponuntur. Et rursus: Lux solis erit septẽpliciter, *Esa.30.* sicut lux septem dierum. Explicans Ieremias *Iere.15.* Hierosolymæ calamitatẽ & Hebræorũ interitum. Infirmata est,inquit,quę peperit septem. Ac si diceret: Oppressa est Hierosolyma mater multorũ virorum, qui in prælio corruerũt. Mulier cum filijs augetur,dicitur corroborari, cùm aũt eos amittit,infirmari. Id quod est in *Genes.4.* Genesi: Omnis, qui occiderit Cain,septuplũ punietur,hunc habet sensum: Qui Cain interfecerit,multiplici pœna multabitur, & perfectẽ punietur. Nõ quòd septies puniatur, cùm nec bis Deus iudicet idem,sed perfectẽ castigabitur. Quẽadmodum dicitur in psalmo: Argẽ- *Psal. 11.* tum igne examinatum,purgatũ septuplum. In oratione Annæ,quæ fuit capiti secũdo libri 1. *1.Reg.2.* Regum mãdata, vbi communis versio habet: Sterilis peperit plurimos,est in hebraico: Sterilis peperit septẽ. Vbi aspicis accipi numerũ definitum pro indefinito. Eodem modo arbitror intelligi Prouerbiorum illud: Septies in *Pron.24* die cadit iustus. Et illud Euangelij: Quoties *Matt.18.* peccabit in me frater meus,& dimittã ei? vsq; septies? Quibus Petri verbis respondit Christus: Non dico tibi vsque septies,sed vsq; septuagies septies. Ac si diceret: Non solùm sæpe dimittes pœnitẽti, sed quoties peccauerit. *Amos 1.* Nec obstat id,quod deus dixit per Amos prophetam,Super tribus sceleticus Damasci,& super quatuor non conuertam eũ,siue, vt potest Quoniam Damascus ter & quater,hoc est,sæpius incidit in scelera,quoniam sæpe flagitia cõmittit,non ea illi condonabo: nã apud Mathæum agit de pœnitente, apud Amos aũt de peccatore obstinato nullum faciente finẽ peccandi. Huiusmodi erat Syria,cuius caput erat Damascus, de qua loco illo Deus per suũ diuinum vatem loquebatur. Sed tãta est Dei misericordia,vt si bonẽ aduertas,verbis illis, quibus Syris suppliciũ minabatur,eos voluit excitare ad pœnitentiam, vt illis ad seipsum conuersis flagitia condonaret. Sed vt eõ,vnde digressa est, redeat oratio, his verbis vult Ezechiel significare,post Antichristi interitũ fore multis diebus in Ecclesia tam mirabilem pacẽ,vt arma comburantur. Et licet hoc possit rectè de pace corporis intelligi,ego tamẽ existimo esse potiùs ad pacem spiritus referendũ. Eodem modo Esaias volẽs significare fore, vt *Esa. 2.* tempore Messiæ magna esset spiritualis tranquillitas, ait,conflandos esse gladios in vomeres,& lanceas in falces. Et psalmographus: Ve- *Psal.45.* nite,& videte opera Domini,quę posuit prodigia super terram,auferens bella vsque ad finem terræ: Arcum cõteret,& confringet arma, & scuta comburet igne. Quibus verbis dulcissimam illam animi pacẽ prædixit,quam hominibus attulit Christus, quæ ab illis solùm cognoscitur,qui iustitiam colunt & pietatem, & Christianã religionem amplectũtur. Arma de monis,mundi & carnis,sunt tẽtationes, doli, spes diuitiarum,& honorum,& pestilentiũ voluptatum, quibus animæ hostes nos vndique oppugnare contendunt. At illa debemus illo diuini amoris igne comburere,de quo ait Dominus apud Lucam Ignẽ veni mittere in ter- *Luc.12.* ram,& quid volo, nisi vt accendatur? Hãc esse existimo germanam huius loci interpretationẽ. Antiqui Iudæi huius loci Ezechielis explanatione asseruerunt se esse calamitosos, & varijs acerbisque cũctis oppressos,& hanc suã calamitatem esse mille annos duraturam ab euersione Hierosolymæ per Titum, illis autẽ finitis venturum esse Messiam,qui eos eriperet à Gog & Magog, & ad priscam felicitatem reuocaret. At vanam esse & commentitiã hanc eorum spem,& falsam interpretationem, clarius est luce meridiana,cùm sit apertissimũ ab illa Hierosolymæ euersione ad hanc vsque ætatẽ mille quadringentos nonaginta & quatuor annos interfluxisse. Currit enim nunc annus à virginis partu millesimus quingentesimus sexagesimus septimus. Hierosolyma autẽ fuit euersa anno domini septuagesimo tertio iuxta Eusebij sentẽtiam de temporibus, & cæterorum, qui Romanorũ gesta cum annorum memoria literis mandarunt. Eam ob causam alij hoc corrigere volentes, dixerunt hos mille annos numerandos esse nõ à Tito imperatore, sed ab Hadriano, qui idolum in loco templi

templi Hierosolymæ collocauit. Sed hoc est planè falsum, cùm sit perspicuum absque dubio Hadrianum migrasse è vita anno centesimo quadragesimo à Christi natali die, vt asserit Eusebius de temporibus, & constat ex historijs, & certissima annalium computatione. Ex quo concluditur, ab eius interitu vsq; ad nostra tempora præterijsse annos mille quadringentos viginti septem, & ex consequente vanum esse, & planè commentitium id, quod Hebræi veteres de ereptione sua à Gog, & Magog per Messiam suum, quem miseri expectant, prædixerunt. Intelligitur ergo per Gog Antichristus, quē Christus interficiet, & per Magog populus deceptus, Antichristi sectator. Sed insurgit hinc non parua difficultas.

Nam nonnulli doctores Catholici aiunt post Antichristi interitum, post eius persecutionē, quam dicunt esse tres annos cum dimidio duraturam, vsque ad quadraginta quinque dies futurum esse diem vltimi iudicij: hos autem quadraginta quinque dies dandos esse à Deo, vt illi qui fuerant ab Antichristo decepti, locum habeant, & rēpus pœnitendi. Et hoc colligunt ex dictis Danielis prophetæ capite 12. *Dan. 12.* Cùm autem hic dicat Ezechiel futuros esse post mortem Antichristi annos septē eximiæ pacis & quietis, & per septem multi intelligātur, videtur esse inter hos duos loco repugnātia. At dicendum existimo in vtroq; loco poni numerum certum pro incerto. Nam si apertē ex scripturis constaret, futuros esse præcisē & determinatē quadraginta quinque dies ab Antichristi morte vsque ad diem iudicij, scirent homines diem illum post Antichristi mortem, imò incipiēte eius persecutione, quæ duratura est tres annos cū dimidio: atqui hoc *Mat. 24.* repugnat verbis Christi dicentis: De die autē illo & hora nemo scit, nec Angeli cœlorum, nisi solus pater. Imò veniet dies ille insperatus & repentinus, vt Dominus loco illo asseruit. Hoc etiam asserit diuus Paulus in prima ad Thessalonicenses, dicens: *1. Thes. 5.* Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint: Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Ego existimo locum illum Danielis esse explicatu difficilimum, nec ex eo colligi posse id, quod nonnulli dicunt de illis quadraginta quinque diebus ab Antichristi morte vsque ad vltimi iudicij diem. Nō enim sequitur: post Antichristi obitum erunt quadraginta quinque dies, ergo nō plures, sed statim immediatē sequetur vniuersale Iudicium. Præterea non constat, sint ne dies illi naturales, an annuales instar illorum, de quibus Deus dixerat nostro Ezechieli capite quarto: *Sup. 4.* Diem pro anno dedi tibi. Totalle accipitur dies pro mense, aut pro hebdomada. Sed quoniam hæc, de quibus vaticinatur diuinus vates, futura sunt, & obscure ab eo dicuntur, & de huiusmodi rebus incerti sumus, nihil audeo temerè affirmare: præsertim cùm eodem capite duodecimo, vbi Daniel agit de his dicbus, dicat; clausos esse eius sermones & signatos vsque ad præfinitum tempus. Illud velim tibi persuadeas, me existimare, si aliquid possum consequi coniecturis, mundum post Antichristi interitum esse nonnullos annos duraturum, sed incertum nobis esse tempus illud, futuramque esse post tempestatem quietem, & post bellum pacem, de qua existimo Ezechielem locutum fuisse hoc loco. Verūm per habitatores ciuitatis Israelis, quos hic ait Ezechiel, egressuros esse, & inimicorum arma igni tradituros, poteris sanctos intelligere habitatores mansionū cœlestiū, de quibus ait Christus: In domo patris mei mansiones multæ *Ioan. 14* sunt. Hi egredientur cum Christo deo nostro ad impiorum arma comburenda: quia venient cum eo in die iudicij ad iudicanda sceleratorum flagitia. Diuina autem sententia, quā sancti approbabunt, dejicietur impij cum armis, hoc est cum fraudibus & sceleribus suis, in ignem inextinguibilem, vbi semper ardebunt, pœnas maleficiorum suorum iustas illas quidem luentes, ac sine spe vlla gloriæ seipsos cruciantes. De sanctis est in libro Sapientiæ literis mandatum: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in æternum. Et Christus in euangelio discipulos suos alloquens: Vos, inquit, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, *Matt. 19.* debebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. De impijs verò dictū fuit supra capite 32. Descenderunt ad infernum *Sup. 32* cum armis suis.

Et deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant. Hoc est, spoliabuntur eos, à quibus fuerāt spoliati. Vult significare prophetes magnam impiorum cædem & calamitatem, piorum verò admirabilem victoriam.

Dabo Gog locum nominatum, sepulchrum in Israel, vallem viatorum. Ego, ait Deus, dabo ipsi Gog pro sepulchro in terra Israelis vallē, qua viatores eunt ad mare versus orientē. Ibi iacebit Gog, cum sectatoribus suis, vbi tantus erit fœtor cadauerum, vt prætereuntes obstupescant, & nares obturent. Aduerte. Ille, qui excelsos montes tibi assumebat, in infima valle mortuus iacebit, vbi ob nimium fœtorem sepelietur. Mortuo Alexādro Magno, dixit quidam philosophus, vt refert in quarta parte theologali diuus Antonius: Hic qui terram heri totam conculcabat, hodie ab ea conculcatur: Heri possidebat eam, hodie possidetur ab illa: heri non sufficiebat ei totus mundus, nūc sufficiunt ei quatuor vlnæ terræ. Eodem modo Antichristus, cui totus orbis terrārū parnus videbitur, in valle ima ignominiosē sepelietur prope mare. Hoc mare non est Oceanum, nec Mediterraneum, sed mare mortuum, quod est ad partem Orientalem Iudææ. Poterit per vallem viatorum, vbi sepelietur Antichristus infernum intelligere, vbi impij sepeliuntur. Ibi iacet diues ille, de quo ait Chri- *Luc. 16.* stus apud Lucam: Mortuus est diues, & sepultus est in infernū. Appellatur aūt infernus vallis viatorum, quia ad eum illi eunt, qui via illa lata incedunt, de qua ait Dominus Iesus: La- *Matt. 7.* ta porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Dicitur autem vallis hæc ad orientem marit, quia ex eo oritur amaritudo, & in eo est fons amaritudinis ac dolorum.

Et sepelient ibi Gog, & omnem multitudinē eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant, & requirant eos, qui remanserant super faciem terræ, vt emundarent eam: post menses autem septem quærere incipient. Et circuibūt perambrantes terram: cumque viderint os hominis, statuēt iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabūt terram. Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisq; bestijs agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnem, & bibatis sanguinē. Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, arietum, & agnorum, & hircorū, taurorumque, & altilium, & pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima, quam ego immolaui vobis: & saturabimini super mensam meā de equo, & conscendetis super equos, & de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus,

Et vocabitur vallis multitudinis Gog. Septuaginta habent: Et vocabitur tunc cœmeterium Gog.

Et sepelient eos domus Israel. Hoc est, Christiani sepelient Antichristum, & exercitum eius. Sed dices: Nonne paulò antè dixerat per hunc propheram Deus: Feris auibus, omnijq; volatili, & bestijs terræ dedi te ad deuorandum: super faciem agri cades? Dixit quidem, significans his verbis fore, vt Antichristi, eiusque sectatorū cadauera insepulta iacerēt in campo, & esca fierent volucrum & ferarum. Sed id nō repugnat huic loco, vbi ait esse Antichristum à Christianis sepeliendum. Nam cadauera Antichristi, eiusque sequacium primò iacebunt in terra insepulta, vbi ab auibus & bestijs magna ex parte deuorabuntur: & ita intelligitur id, quod paulò ante dictum fuit. Sed postea ob nimium cadauerum fœtorem sepelient ea Christiani, non ob eorum honorem, sed ne aer tot corporum corruptorū fœtore corrumpatur: & ita intelligitur id, quod modò ait diuinus vates. Potest hoc ita intelligi. Domus Israel, hoc est, populus Christianus sepeliet Antichristum, hoc est, eius memoriam extinguet, eiusq; errores & scelera quasi fœtores in obliuionis sepulchra proijcient. Delebitur eius nomen, & celebrabitur fama iustorum, iuxta id quod ait Salomon in Prouerb. *Prou. 10.* Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.

Et erit eis nominata dies. Id est, celebrabunt fideles diem illum, quo ego sum Antichristū interfecturus. Vel erit illis dies illa nominata, hoc est, nomen illis pariet & famam. Et tanta erit impiorum clades, vt viri iusti constituant homines, qui terram lustrent, & mundent, cadauera sepelientes, ne ob eorum corruptionē aer corrumpatur.

Post menses autem septem. Septem mensibus sepelient cadauera, quæ inuenerint: illis autē finitis finem facient quærendi. Poteris hoc ita intelligere: Viri docti & pij, verè Christiani dabunt operam, vt nihil remaneat hæresum, quod non sepeliatur cū hæresiarcha, hoc est, cum Antichristo: & ita terra Ecclesiæ munda manebit. Sin autem postea ossa aliqua, hoc est hæreticæ prauitatis duritiem, & scelera obsti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nata inuenerint, ea annotabunt, vt sepeliant, & igne comburant. Poteris per hęc vacua ossa hypocrisim intelligere. Vt os plenum medulla est vtilis esca, & optimum alimentum, at absque medulla cibus est canis: sic cæremoniæ exteriores cum virtute coniunctæ, & species honestatis referrtæ medullæ, & substantia religionis ipsæ sunt excellentes & salutares: at exteriorum apparentia absque virtute cibus est dæmonis, qui non virtutis substantia, sed vitio sub specie virtutis delectatur. Non comedit cœlum, sed terram, iuxta id quod ei dixit Deus: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Has exteriores superficies, hæc ossa virtute vacua, sepelient viri iusti, dantes operam, vt vera virtus splendescat, hypocrisis verò extinguatur. Nec est mirum, ministros Satanæ trãsfigurare se in ministros iustitiæ, cùm ipse Satanas, vt verbis vtar Apostoli, transfiguret se in Angelum lucis.

Similit.

Genes. 3.

2. Cor. 11.

Pollinctores. Id est, funerum accuratores, & cadauera sepelientes.

Nomen autem ciuitatis Amona. Amona idem est quod multitudo. Ita vocabitur ciuitas propè vallem interfectorum ob cadauerum multitudinem. Septuaginta pro Amona habent πολυάνδριον, Hoc est, cœmeterium, vel multitudo hominum sepultorum. Sunt qui ciuitatem hãc Hierosolymam esse contendant.

Conuenite, properate. Conuocat aues & feras ad deuorandum hostium cadauera. Eodẽ modo Esaias: Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum. Similiter Ieremias: Congregamini omnes bestiæ agri, properate ad deuorandum.

Esai. 56.
Iere. 12.

Vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Priusquam enim cadauera sepeliantur, erunt nonnullis diebus insepulta in terra, quò aues & bestiæ congregabuntur ad deuorãdum illa. Vocat igitur diuinus vates bruta animalia, vt cadauera comedant, eorumque sanguinem bibant. Poteris per carnem & sanguinem homines intelligere ventri deditos, cupiditatum seruos, & libidinum stimulis concitatos: de quibus ait in epistola prima ad Corinth. diuus Paulus: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt.

1. Cor. 15

Arietum, agnorum, hircorum, taurorumque, & altilium, & pinguium omnium. Per hæc omnia significantur sceleratorum hominum diuersitates, qui Antichristo adherebunt, & cum eo interficientur. Sed quoniam postquam propheta hæc animalia nominauit, subdidit: Et pinguium omnium: quibus verbis significat, non de ijs omnibus loqui, sed de illis solùm quæ pinguia sunt, & viribus præstantia, non deest, qui dicat, per hæc pinguia animalia vos intelligi, qui cùm potentia valeant, & in alios dominentur, sunt sceleribus constricti, & in flagitijs cum ignominia versati. Sunt enim nonnulli, qui etsi dum vitam agerent priuati, iusti viderentur, cùm tamen in dignitatibus constituuntur, & publicam induit personam, nullam ostendunt virtutem, nullum splendorem imò potentia sunt deteriores. Pauci sunt quibus velle & posse simul non afferant detrimentum. Multos vidimus in aduersitate fulgere, quos in rerum prosperarum abundantia aspeximus obscurari. Vt gemmæ quædã sunt in obscuro splendidiores quàm in luce: sic nõ nulli in vita quieta latitantes probitatis claritatem ostendebant, qui postea ad magistratus, & gubernandæ reipublicæ munus euecti, vitia occulta præ se ferunt, & in dedecore & ignominia versantur. Dum erant priuati, & abscõditi, lucebant, sed exeuntes in lucem, & ad rẽpublicam ministrandam accedentes, lucem amiserunt. Huiusmodi futuri sunt multi ex his, qui Antichristo adhærebũt, qui vbi ab eo fuerint in dignitatibus constituti, & honores ac magistratus gesserint, impietates suas pestilentes, quas antea quodammodo operuerant, declarabunt. Ad id perducentur sceleris, vt Deum ipsum despiciãt, & pro nihilo putent, iuxta id quod ait in Prouerbijs Salomon: Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium. De talibus ait psalmographus: Iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorũ interibunt. Et Ecclesiasticus: Vindicta carnis impij ignis & vermis.

Similit.

Prou. 18.

Psal. 36.

Eccl. 7.

Et ponam gloriam meam in gentibus, & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam, quam posuerim super eos: & scient domus Israel, quia ego Dominus Deus eorum à die illa, & deinceps. Et scient gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel, eò quòd dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel. Et assumam zelum pro nomine sancto meo, & portabunt cõfusionem

E

F

nem suam, & omnem præuaricationem, qua præuaricati sunt in me, cùm habitauerint in terra sua confidenter, neminem formidantes, & reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. Et scient, quia ego dominus Deus eorum, eò quòd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quẽquam ex eis ibi. Et non abscondã vltrà faciem meam ab eis, eò quòd effuderim spiritum meũ super omnem domum Israel, ait dominus Deus.

G

Sup. 32. c

Et ponam gloriam meam in gentibus. Hoc est, ob iustitiæ meæ seueritatem in flagitiosos nomen meum gentes celebrabunt, quòd aspernam Antichristi tyrannidem funditus euertetim.

Et manum meam, quã posuerim super eos. Hoc est, & videbunt, quemadmodum eos puniero. Ponere super aliquem manum, est illum supplicio afficere. Hebraismus est in literis diuinis crebertimus, de quo alibi disseruimus.

Et scient gentes, quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel. Id est, erit hominibus perspectum & cognitum, fuisse populum fidelem meritò afflictum. Nam tunc abundabit iniquitas, vt ait dominus Iesus, & refrigescet charitas multorum. Vnde ait Diuus Paulus in epistola secunda ad Timotheum: Erit tẽpus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Cùm autem multa futura sint flagitia, punientur fideles, & diuina permissione oppugnabit eos Antichristus: acerbis eos premet calamitatibus, & fraudibus pestilentibus seducet. Cùm autem mortuus fuerit tyrannus, confugient ad Deũ, intelligentes iustas se suorum scelerum pœnas dedisse. Poteris per domum Israelis intelligere Iudæos, & tunc erit sensus: Cognoscẽt Gentes fuisse meritò Hierosolymam à Romanis captam & euersam, & Iudæos interfectos, & afflictos, & vsque ad Antichristi interitum diuersis principibus subiectos, quia Christum verum Deum & hominem, qui ideo humanam induit formã, vt eos, qui imaligine versabantur, diuino lumine lustraret, falsis criminibus ad interitum vocarunt, & vulneribus sauciatum immaniter occiderunt. Sed in fine mundi post Antichristi cædem omnes Iudæi ad veram Christi fidem conuertentur, & in vna ecclesia cum alijs catholicis congregabuntur.

Matt. 24
2. Tim. 4

Et abscondam faciem meam ab eis. Ostendere faciem alicui, est illum prosequi fauore, abscondere verò faciem ab eo, est illi nõ fauere, non se ei propitium ostendere. Eã ob causam ijs verbis diuinus psaltes deum alloquebatur: Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Ac si diceret: Quousque eris nobis iratus domine Deus exercituum? Iam quæso nos reduc tecum in gratiã, prosequere nos fauore tuo, & salutem consequemur. Et in Canticis: Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Ostendes Deus Moysi futuram populi Iudaici rebellionem dixit ei: Irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo, & irascetur furor meus contra eum, in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. Et apud Esaiam: In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te. Et rursum idem propheta impios Iudæos alloquẽs ajebat: Peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. Hoc est, scelera vestra Deum aduersus vos irritarunt, ea fuerunt in causa, vt ipse à vobis auerteret faciem illam suam rerum vestrarum quondam fautricem. Effecerunt flagitia vestra, vt Deum illum, quem antea propitium & fautorem habuistis, modò infestum & iratum sentiatis. Et iterum ipsos Iudæos in Babylonica seruitute detentos ita inducit cũ Deo loquentes: Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et Dauid: Faciem tuam, inquit, illumina super seruum tuum. Et alibi: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ac si diceret: Vultu tuo domine splendidissimo nos aspexisti, alacritate & iucunditate faciei tuæ tuum erga nos fauorem indicasti, ex quo effectũ est, vt nobis omnia florerent, & ingentibus bonis circunflueremus.

Deut. 31.

Esai. 54.

Esai. 59.

Esai. 64

Psal. 118

Psal. 4.

Nunc reducam captiuitatem Iacob. Mortuo Antichristo manebũt fideles liberi ab eius tyrannide, aspera captiuitate. Potest hoc referri ad Iudæos, qui videntes mortuum Antichristum, quem Messiam suũ esse crediderant, & se ipsos deceptos, & in erroribus intolerãdis versatos, conuertentur ad Christũ, in quẽ antea credere nolebant. Id quidẽ est, quod nunc ait: Reducam nimirum ad me captiuitate Iacob, hoc est, infideles Iudæos, qui captiuiã dæmone detinebantur. Tunc videbunt impletum id, quod ait Diuus Paulus in epistola ad Romanos: Cæcitas ex parte contigit in Israel,

Rom. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

donec plenitudo Gẽtium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ex parte dicit, quia nõ omnes Israelitæ cæci fuerunt, sed magna eorũ pars, quæ fuit multò maior, quàm reliquiarũ, quæ fidem susceperunt. Huius cæcitatis non est dicendum fuisse Deum causam effectricẽ, cùm sit diues, vt verbis vtar apostoli, in omnes, qui inuocant illum, & diues in misericordia. Id autem quod est apud Esaiam: Excæca cor populi huius, hunc habet sensum: Annuntia tu ô Esaia excæcandum esse cor populi Iudaici. Non quòd Deus populũ obcæcaret, sed vt obcæcaretur permisit, non dans illis gratiam, quia illi eam non solùm nullo modo merebantur, sed nec eam petebant, nec volebant. Imò Christus alloquens Hierosolymam aiebat. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti. Nec dicit Diuus Paulus: Cæcitas ex parte contigit in Israel, vt plenitudo Gẽtium intraret, quasi non possent Gẽtes intrare, nisi Iudæi obcæcarentur, sed donec plenitudo Gẽtium intraret. Non igitur eos Deus obcæcauit, sed eorum inuidia, & malitia, & pertinatia eos tenebris cooperuerunt. Deus enim est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, qui Gentes antea cæcas vero fidei lumine illustrauit. Et quia Iudæorum cæcitas accepta occasione viã muniuit, qua Gentes ingrederentur, duratura est, donec Gentium plenitudo recipiat fidem, & tunc finita cæcitate mortuo Antichristo, ingredientur omnes Hebræi: & erit tunc vnum ouile, & vnus pastor. Id prædixerat regius vates ita canens: Cogitauerunt consilia, quæ nó potuerunt stabilire: quoniam pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis vultum eorum. Hæc Iudæorum consilia fuerunt, velle Christi famam extinguere, eiusq; splendorem maculare, quæ eos fefellerunt: nam quantò magis eius famam voluerunt sepelire, tantò eam splendidiùs illustrarunt. Eos posuit Deus deorsum, permittẽs vt caderent retro, sed in reliquij, hoc est in Enoc & Elia, tempore Antichristi præparabit vultum illorum, eos illuminando, & ad veram fidem conuertendo. Et tunc implebitur id, quod dixit Esaias: Et veniet Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob, vel vt vertit Diuus Paulus: Venit ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Tunc enim plenitudo Gentium introibit, & omnis Israel saluus erit, & reducetur in libertatem captiuitas Iacob. Iudæi, Gentiles, & Mahumeti, recipient Christi fidem. Diuus Augustinus, Diuus Hieronymus, & infiniti propè doctores aiũt circa finẽ mundi venturos esse Eliam & Enoch, & conuersuros esse Iudæos ad Christi fidẽ. De Elia enim ait Deus per Malachiam: Ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.

Rom. 10
Ephes. 2.
Esai. 6.
Matt. 23
Ioan. 1.
Ioan. 10.
Psal. 10.
Esai. 59.
Rom. 11.
Mala. 4.

Et assumam zelum pro nomine sancto meo. Id est, prosequar Iudæorum populum amore, vt antea solebam, & hoc non propter eorum merita, sed propter nomen sanctum meum.

Et portabunt confusionem suam. Quando in memoriam reduxerint, se de Christo detraxisse, eumque iniurijs affecisse, & ad cædem crudelissimam vocasse.

Et reduxero eos de populis. Hoc est, de Gẽtiũ erroribus & idololatrijs. Ac si dicat: Mortuo Antichristo, Christiani illi, qui fuerant inter fidei hostes captiui, liberabuntur, & ad terras suas reducentur.

Eò quòd effuderim spiritum meum super omnẽ domum Israel. Id est, ecclesiæ meæ fauebo, nam in illam conferam gratiam, & spiritum meum. Hic est spiritus ille, de quo dixit Deus per Ioelem prophetam. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Totum hoc ab illo loco: Nunc reducam captiuitatem Iacob, vsque ad finem huius capitis, vbi agitur de reductione à captiuitate, potest intelligi de reditu à captiuitate Babylonica, in qua Iudæi, cùm hæc Ezechiel literis mandaret, detinebantur. Locutus fuerat primò de liberatione ab illa seruitute, postea se transtulit ad liberationem spiritualem à peccato, & ad redẽptionẽ per Christum in primo aduentu, vnde se contulit ad Antichristi tyrannidem, & ad liberationẽ ab ea per Christum prope finem mundi, & ad pacem & tranquillitatem, & vnitatem ecclesiæ post mortem Antichristi: nunc redit ad id, vnde digressus est, nimirum ad liberationẽ Hebræorum à Babylonica seruitute, quam Deus illis hoc loco promisit.

Ioel. 2.
Ose. 8.

Annotationes ex hebræo in caput XXXIX.

Circum agãte, & educãte. In hebraico est: ושובבתיך וישישאתיך vexouauutti ca vexixethica. Primum verbum est xauu, quod significat circumagere, conterere, & in scintillas redigere. Vnde xeuib significat scintillam, fragmentum, & contritionẽ, & aranex telam. Id quod est apud Oseam cap. 8. In aranearum telas erit vitulus Samariæ, potest verti: In fragmenta seu scintillas redigetur vitulus Samariæ. Ac si diceret: Cõfringẽdus est ab Assyrijs vitulus, quẽ decem tribus Deo vero relicto coluerunt. Ergo pro circumagam te hoc loco

3. Reg. 12

loco poterat verti: Conteram te, siue confringam te, siue in frusta aut scintillas redigã te. Septuaginta transtulerunt: συνάξω σε. Id est, congregabo te. Ac si dicat Deus: Ego permittam, vt exercitum tuũ congreges, & pares. Secundum verbum est xaxah, quod significat succidere, adducere, euertere, seducere, & sextare, hoc est, sextam partem detrahere. Vnde dictio xex ab hoc verbo derivata significat sex. Eam ob causam verti poterat locus hic: Et succidam, siue euertam te. Vel, & ducam te, quemadmodum transtulit noster interpres, septuaginta interpretes secutus. Vel permittam vt seducaris. Cui interpretationi fauet paraphrasis Chaldaica habens: Errare faciam te. Vel, Et relinquam sextam partem ex te. Et ita vertit Pagninus. Quasi dicat: Quinque partes populi tui interficiam, sextam autem intactam reseruabo. Vel, Et sex plagis afficiam te. Has plagas connumerauit capite præcedente, cùm dixit: Et iudicabo eũ peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis, & igne, & sulphure. Perpende hanc vltimam interpretationem, & fortasse tibi non displicebit, placuit enim nonnullis vtris doctis. Ea, quæ literis mando, priusquã proferantur in lucem, amicis ostendo, viris doctis & limato iudicio prædijs. Vt enim pictor solers & prudens tabulas à se pictas, & industria elaboratas alijs porrigit considerandas: vt si quid in illis deprehenderint erratũ, emendetur, illeq; secũ, & cũ alijs quid in illis reprehensibile sit, exquirit: sic amicorũ sapientium consilio permulta nobis facienda, & omittenda, & corrigenda sunt.

Esai. 20.
Esa. 41.
Simile.

Et immittam ignem in Magog, & in illi, qui habitant in insulis confidenter. Septuaginta habent. Et mittam ignem in Magog, & habitabuntur insulæ in pace. Ciuitates seditionibus commotæ, & sceleratorum procellis exagitatæ insulæ appellantur. Ea ratione ductus Esaias Hierosolymam vt impiorũ oppugnatam, & concussam, insulam his verbis vocauit: Et dicet habitator insulæ huius. Insulæ etiam pro Gentibus flagitiorum stimulis concitatis accipiuntur, vt apud eundem Esaiam: Taceant ad me insulæ. Hoc est animum recipiant, & in rerum aduersarum mole viribus roborentur: æquo, tranquillo, ac forti animo me expectent. Hactenus ceciderant animo, & vitijs se tradiderant: nunc recipiant nouas vires, & ad me conuertantur. Volens autem diuinus vates indicare, quid per insulas intelligeret, subiunxit: Et Gentes mutent fortitudinem suam. Vbi particula, &, accipitur pro id est. Tacere insulas ad deum, & Gentes mutare fortitudinem suam, idem est. Mutare autẽ fortitudinem hebraismus est, significans accipere nouas vires, quemadmodum tacere ad deum. Vnde idem propheta, In silentio, inquit, & spe erit fortitudo tua. Et diuinus psaltes: Tace domino, pro quo noster interpres habet: Subditus esto domino. Vtroque enim modo verti potest. Accipi autem insulas pro Gentibus indicat apertè locus Esaiæ capite quadragesimo secundo. Nam vbi communis editio habet: Legem eius insulæ expectabunt, habent septuaginta interpretes: Gentes sperabunt. Quam versionem diuus Matthæus capite sui euangelij duodecimo secutus est. Poterat igitur transferri locus hic Ezechielis: Mittam ignem in Magog, & habitabuntur vrbes in pace. Vel, & Gentes quæ fuerant ab Antichristo exagitatæ, eo mortuo in tranquillitate vitam degent.

Esa. 30.
Psal. 36.
Esa. 42.
Matt. 12.

Dabo Gog locum nominatum, sepulchrum in Israel. Pro loco est in Hebraico מקום שם mecom, à verbo קום; quod significat stare, & stabile esse. Secundo capite Iosue, vbi nos habemus: Non remansit in nobis spiritus, pro remanet est in hebraico verbum hoc. Ideo poterat verti locus ille: Non stetit in nobis spiritus. Nam cùm homo metu perterretur, cadit eius spiritus, & concidit cor eius. Id significant verba illa Dauidis primo libro Regum mandata: Non concidat cor cuiusquam in eo. Cùm autem est intrepidus, nullo timore commotus, dicitur stare. Vnde apud Latinos stare animo, est esse fortitudine roboratum, & nullo modo despondere. Ita Cicero in epistola quadam ad Atticum: Stamus, inquit, animis. Et stare pro durare & permanere sæpenumero vsurpat, vt libro Officiorum secundo: Vtinam respublica stetisset, quo cœperat statu. Capite quadragesimo sexto, inducit Esaias deum in hunc modum loquentem: Consilium meum stabit, & voluntas mea fiet. Vbi pro stabit est verbum hoc יקום. Ac si dicat Deus: Permanens erit & stabit consilium meum, & quicquid voluero, fiet. Significat etiam verbum hoc surgere, vt in psalmo vndecimo: Nunc exurgam, dicit dominus: Et psalmo primo: Ideo non resurgunt impij in iudicio. Et si omnes resurrectori sunt, iuxta id quod ait diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, tamen impij non dicuntur resurgere, quia non sunt ad vitam æternam resurrecturi, quæ est resurrectio iustorum, de qua loquitur illic psalmographus. Cùm resurrectio sit reditus ad vitam, vita autem damnatorum mors potius

1. Reg. 17
Esa. 46.
Psal. 11.
Psal. 1.
2. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatur quàm vita, rectè dicit diuinus psaltes impios non esse resurrecturos. Sed quoniam verbum hoc, quod pro resurgere ponitur, stare etiam significat, vti diximus, potest locus ille hunc habere intellectum: Quanquàm mortales omnes sunt ad vitam reuocandi, cùm Christus de cœli fastigio ad vniuersale iudicium exercendum venerit, tamen nefarij homines, qui se impijs tradiderunt sceleribus, & vitiorum suorum constituerunt monumenta, & in lethali flagitio è vita migrarunt, non poterunt in iudicio consistere, aut stare, sed causa cadent, & separati à cœtu iustorum, in barathrum æternarum pœnarum præcipitabuntur. Apud Marcum Tullium, & graues illos authores, qui nobis fontes aperuerunt eloquentiæ, & linguam illustrarunt Latinam, ille dicitur cadere causa, qui litem amittit, aduersus quem iudex sententiâ fert. A verbo hoc יָקַב deriuatur nomẽ macon, quod stationem seu locum significat: vt apud Iob: Nec vltra intuebitur eum locus suus. *Iob. 20.* Vbi locus accipitur pro oppido, seu congregatione, in qua habitabat. Et psalmo centesimo tertio: In omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum. Ea ratione ductus interpres noster vertit ita hunc Ezechielis locum: Dabo Gog locum nominatum. Pro nominato est in hebraico dictio xam, quæ significat ibi, & illic, vt in psalmo: Super *Psal. 136* flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus. Pro illic est in hebraico hæc eadem dictio. Significat etiam illuc, Vt apud Iob: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Vbi per vterum matris intelligit sepulchrum & terram, quæ est omnium mater. Id intuens Salomon dicebat in Ecclesiaste: Omnia pergunt ad vnum locum: de *Eccle. 3.* terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Narrat Titus Liuius libro primo ab vrbe condita, filijs Tarquinij Delphos profectis & interrogantibus, quis eorum esset Romæ principatum obtenturus, dictum esse, eum regnaturum, qui prius matrem osculatus esset. Cùm autem illi currerent, vt matrem oscularentur, Iunius Brutus, qui aderat, & responsum audierat, prolapsum se finxit, & terram osculatus est, eam esse matrem suam intelligens. Idque factum eius rei euentum comprobauit. Nam cum eiusdem Bruti opera Tarquinius expulsus esset, ob eius superbiã & cætera flagitia, fuit ipse Brutus primus consul creatus. Osculatus est enim primum matrẽ suam, hoc est terram, quam Iob vterum matris suæ appellauit, dicens: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Et pro illuc est in hebraico dictio xam. Videtigitur dictionem hanc significare illic, illuc, & ibi, Eam ob causam Pagninus ita vertit hũc Ezechielis locum: Dabo ipsi Gog locum sepulchri ibi in Israel. Sed quoniam hæc particula xam deriuatur à dictione xem, quæ significat nomen, ideo ponitur pro re nominata: quam significationem secutus est, & rectè quidem, noster interpres.

Eo quòd effuderim spiritum meum super omnẽ domum Israel. In explanatione per hunc spiritum diximus significari spiritus sancti gratiam. Potest nihilominus per illum intelligi ira dei, quam ipse aduersus Iudæos ostendit, puniens eos iuxtà eorum scelera. Huic expositioni fauet septuaginta interpretum translatio, quæ pro spiritu habet θυμὸν, hoc est furorem, pro quo in hebraico est dictio רוּחַ ruach, quæ spiritum significat, vt apud Esaiam capite 32. Donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et furorem, vt apud Zachariam: Requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. *Esai. 32. Zach. 6.*

ARGVMENTVM CAPITIS XL.

Ostenditur diuino vati dei templi & ciuitatis, hoc est ecclesiæ militantis per Christum instituto, & ecclesiæ triumphantis gloria, & mirabilis amplitudo, vbi beati pulcherrimis ornamentis muniti, & cœlestibus inexplicabilibusque gaudijs magnificentissimè cumulati deum ipsum intuentur, & sempiterna diuini numinis contemplatione obiectantur. Intuetur Ezechiel mentis oculis diuino lumine illustratæ mensuram longitudinis, latitudinis, & altitudinis portarum, thalamorum, fenestrarum, vestibulorum, cubiculorum, graduum, & totius denique ædificij: quod verbis describit difficillimis explicatu. Qui erat spiritu propheticò afflatus, qui animi aciem perpurgatam in rerum omnium dominum & moderatorem intendebat, alta hæc mysteria soleipso splendidiora penetrabat. Nos verò, qui humi repimus, & in tam eximium rerum excelsarum splendorem exaollere intellectum non valemus, dabimus operam, vt literam in apertiore sententia exponamus, illis saltem aperiens foret, qui in arcana interiora penetrare voluerint. Nos experiemur hæc, illi sublimiora consequi contendant: par enim esse existimo, omnes omnia experiri, qui res magnas, & magnopere expetendas concupierunt.

Caput

CAPVT XL.

IN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quarto decimo anno postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus Dei. Adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum: & introduxit me illuc. Et ecce vir, cuius erat species, quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat autem in porta, & locutus est ad me idem vir: Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi, adductus es huc. Annuntia omnia quæ tu vides, domui Israel.

EXPLANATIO.

IN vigesimo quinto anno. Cùm Hebræi essent in Babylonica captiuitate detẽti, eorumq; languesceret industria, & vires confringerentur, non existimabant fieri posse, vt ad patriam aliquando redirent, & templum ac ciuitatem suam instaurarent. At voluit eos Deus spe restitutionis suæ per Ezechielem reficere & roborare. Eam ob causam ostendit ei templi Hierosolymæ, eiusdemque vrbis instaurationem, præcipiens illi, vt annunciaret Hebræis visionem hanc, qua intelligerent, esse seipsos ad patriam suam reuocãdos, & in pristinam dignitatem restituẽdos. Vt autem huius vaticinationis memoria non deleretur ob liuionẽ posteritatis, mandauit eam literis diuinus vates, vt esset perpetuis contestata monimentis. Nuntiabat illis ventura, hortans eos ne exilio & calamitate, & rerum aduersarum fluctibus vsqueadeo commouerentur, vt ærumnis suis adhiberent de diuina pietate desperationem. Quin potius eos excitabat, vt ad Deum confugerent, in quo spem suam collocarent, tam ipse certebat fore, vt ad terram promissionis gaudio exultantes redirent, quoniam spiritu propheticò viderat templi & ciuitatis reædificationem, quam à principio huius capitis vsque ad finem libri multis verbis describit. Et ita euenit, vt ipse prædixit. Nam sub Zorobabele, & Iesu filio Iosedech, & Nehemia, fuerunt Israelitæ ad patriam cum gaudio & honore reuocati, & templum ac vrbem collapsam restituerunt, vt in libris Esdræ literæ diuinæ testantur. Sed vaticinans Ezechiel de templo Hierosolymæ ædificando rapitur spiritu, & à templo materiali ad templum spirituale se transferre, & de ecclesia catholica, de hoc admirabili templo, quod mentis oculis intuebatur construendum à Christo, vaticinatur. Templum enim hoc, quod spiritu prophetico vidit, de quo præcipuè tractat in hac visione, multò sublimius est & magnificentius tẽplo illo secũdo sub Zorobabele ædificato, imò ipso primo templo à diuissimo & illustrissimo rege Salomõe sumptuosissimè condito, multò illustrius & præstantius. Et ciuitas hæc, quam ædificandã perspexit, per quam etiam ecclesia significatur, multò est amplior, & capacior, & celebrior ciuitate illa, quam Nehemias & Zorobabel instaurauerũt. Præterea templum illud secundum reædificatũ fuit in loco, vbi prius fuerat, vt cõstat ex libro primo Esdræ, capite 3. atqui primum templum fuerat in vrbe ædificatum, vt patet ex tertio, & quarto Regum, ergo secundum fuit in eadem vrbe conditum à Nehemia, & cæteris Hebræis. At templum hoc, de quo hic loquitur Ezechiel, non erat in ciuitate, imò longo interuallo distabat ab illa, quoniam inter templum & ciuitatem erat pars quædam portionis sacerdotum, & tota portio leuitarum, vt cap. vltimo huius visionis licet videre. Et multa alia dicit de aquis è templo egredientibus, & in mare mortuorum intrantibus, de arboribus fœcũdissimis, quæ singulis mensibus vberrimos fructus ferebant, & de multis alijs, quæ in secundi templi instauratione nunquam fuerunt, nec erunt in æternum in populo Iudæorum. Quare in errore aperto versãtur, qui aiunt omnia hæc esse ad reditum Iudæorum ex Babylonica captiuitate in patriã referenda, & ad vrbis Hierosolymæ ac templi lapidũ instaurationem tantummodò accommodanda, & ad nihil aliud Ezechielem respexisse. Quis non videt hæc omnia, & multa alia, quæ hic fuerunt prædicta, quæ diuinus vates conspexit fore in huius sui templi & vrbis cõstructione, nec in primo nec in secũdo templo, nec in ciuitate Hierosolyma terrena vnquã fuisse. Refertũr quidé ad ecclesiã catholicã & ad hominum generis redẽptionem per Christum, vt ipso adiuuante in huius visionis progressu ostendemur. Erat enim præcipuũ diuini vatis institutũ de tẽplo illo va-

1. Esd. 1. 2. 3. 4.

1. Esd. 3.

3. Reg. 6. 2. Esd. 24

Inf. 48. Inf. 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo vaticinari, quod Christus erat constructurus, & de ciuitate illa pietatis & religionis plenissima, hoc est, de ecclesia catholica, qui saluator noster verus Deus & verus homo mirabiliter constituit, tanta firmitudine & fortitudine roborata, vt nullis vnquam nec tyrannorum, nec hereticorum machinis possit euerti. Ea enim est illa, de qua dixit ipse dominus: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Calx, qua fuit hæc domus coagmentata & assticta, nō materialis est, sed spiritualis, sanguine ipsius Christi conglutinata, vt homines ex cesti parte reconciliaret, & duos populos diuisos Gentium & Hebræorū in hac vna domo coniungeret, sibique per fidem & charitatem copularet. Ideo ait diuus Paulus in epistola ad Ephesios: Vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem macerię, soluens inimicitias in carne sua. Medius pariet, quem Christus diruit morte sua, qui & Gentes & Iudæos diuidebat, & vtrosque à Deo separabat, peccatum erat, & hominū flagitia, & odia inter Gētes & Iudæos, quæ omnia idem apostolus statim appellat inimicitias, & ex duobus populis domum vnam constituit. Hæc est domus illa, de qua ait apostolus in epistola prima ad Timotheum: Vt scias, quomodo oporteat te in domo mea conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et in prima ad Corinthios: Templum, inquit, Dei sanctum est, quod estis vos. Et in secūda: Vos estis templum Dei viui. Hoc templum, hanc ecclesiam catholicam consummauit Christus, cum pēdens in cruce vulneribus sauciatus, volens Spiritum emittere dixit: Consummatum est. Et quoniam ecclesia catholica non solùm templū vocatur in diuinis literis, sed ciuitas, eam ob causam agit in hac visione Ezechiel de templi & ciuitatis, hoc est, de ecclesiæ per Christum constructione. Ecclesia enim est ciuitas illa, de qua ait regius vates: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ac si diceret: Donorum cœlestiū & gratiarum affluentia ecclesiam Christi gaudio perfundit. Vocatur ecclesia, autem, mater, sponsa, columba, amica, electa, fons Israelis, cœlum, regina, vinea electa, regnum Dei, solium Dauidis, domus Iacob, Sion, Hierosolyma, domus Dei, columna & firmamentum veritatis, mons sanctitatis tabernaculum, templum, ciuitas Dei, & alijs nominibus eius dignitatem explicantibus. Sed ex omnibus his elegit Ezechiel hæc duo, nempe templum & ciuitatem, quibus ipse, inde de us per ipsum eam significauit. Et quoniam diuini vates prædixerunt Messiam esse regem, vt Dauid psalmo 2. Zacharias capite 9. Sophonias capite tertio, Ezechiel capite trigesimo septimo, & multi alij idipsum contestantes, huius autem regis munus erat ædificare templum & ciuitatem, agit modo Ezechiel de hac ædificatione sibi à Deo ostensa in spiritu, fuit enim hæc visio intellectualis & imaginaria. De ædificatione hac fuerat Dauid in hunc modum vaticinatus: Ædificans Ierusalem dominus dispersiones Israelis congregabit. Nō loquitur diuinus psaltes præcipuè de mœnibus terrenæ urbis constructione, sed de ædificatione ecclesiæ, diuinis sacramentis tanquam firmissimis mutis & propugnaculis munitæ. Zacharias de Messia loquens, Ecce, inquit, vir, Oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. De hoc Oriente ait alter Zacharias Ioannis Baptistæ pater: Visitauit nos Oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Sed pro Oriente est apud Zachariam dictio tsema, quæ germen etiam significat, cuius nomine Christus quoque significatur, vt apud Esaiam: In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria. Et apud Ieremiam: Suscitabo Dauid gregem iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Quæ verba non de Dauide, qui mortuus erat, sed de Christo qui erat venturus intelliguntur. Huius ædificationis meminit etiam Esaias, cum deum patrem ita inducit de filio suo loquentem: Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meā dimittet non pretio, nec muneribus. Ac si diceret: Ipse meam constituet ecclesiam, & homines à dæmone captiuos eripiet, non auro & argento, sed verbo, & pretioso sanguine suo, & veram propagabit religionem toto terrarū orbe, & eos, qui erant variis ritibus & superstitionibus obstricti, & per diuersas regiones dispersi, in vna ecclesia congregabit. Hæc est Hierosolyma spiritualis, in qua regnat Christus, & regnabit in æternum, quæ cōstructa est viuis ex lapidibus, hoc est, fidelibus Christianis Deum colentibus, veramque fidem eius amplexantibus. Per Nathan illum prophetam sapientia insigni, & vitute præstāti, quem offert laudibus diuina scriptura allocutus est Deus Dauidem in hunc modum: Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos de Christo interpretatur. Incœpit propheta loqui de Salomone ceduco, teneræ Hierosolymæ rege, sed raptus in spiritu transfert sermonē ad Solomonem

Psal. 2. Zach. 9. Soph. 3. Sup. 37.

Gen. 16.

Pſa. 146

Ephes. 2.

Zach. 6.

Luc. 1.

Esa. 4. Ier. 23.

Esa. 45.

1. Tim. 3.

1. Cor. 3. 2. Cor. 6.

Ioan. 19.

Psal. 45

2. Reg. 7.

Heb. 1.

nem æternum, ecclesiæ catholicę regem, more prophetarum. Id enim, quod præcipuè verbis illis spiritus sanctus intendit, fuit promittere Christum, qui esset ecclesiam ædificaturus. Si perpendere volueris, inuenies nonnulla in illo vaticinio, quæ non Salomoni, sed Christo conueniunt. Qui enim fieri potest, vt ei verba illa accommodentur: Stabilitā thronum regni eius in sempiternū, cùm videamus clarius luce meridiana thronum eius defecisse, & fuisse Hierosolymam penitus euersam, & terram illam Iudææ esse ab infidelibus occupatam? Sed dicuntur illa de Salomone, quatenus erat Christi figura, & eam ob causam sunt præcipuè de Christo intelligenda, qui templum perpetuum, hoc est, ecclesiam ædificauit & erexit nunquam interituram. Illud Salomonium templum, quia manu factū est, manu cecidit, ecclesia verò quia diuino spiritu ædificata est, nunquam peribit, est enim ædificium diuinum, quod nulla humana vis euertet, nulla vetustas consumet, nulla posteritatis oblitio delebit. Hoc est ædificium, de quo vaticinatus est hoc capite cum sequētibus Ezechiel. Hic est sensus literalis huius visionis, hic est eius germanus intellectus, non autem ille qui prima facie videtur vocibus significari, sed quem præcipuè diuinus vates intelligit, & spiritus sanctus intendit. Et quoniam duplex est ecclesia, altera militās in terra, altera triumphans in cœlo, loquens diuinus vates de militante, transfert se interdum ad triumphantem, quoniam omnes, qui ad triumphantem ascendunt, ciues fuerunt militantis. Cùm autem ad sublimem illam, quæ triūphatia gloria, & ad excelsam mysteriorū eius contemplationem ingreditur illū, quasi quidā æstus spiritus procul arripit à terra, atq; in altum à conspectu penè omnium tollit.

Hinc efficitur, vt nobis visio hæc obscurissima videatur. Et quoniam ego nunquam tantum mihi tribui, & arrogaui, vt sperarem esse me huic obscuritati lucem aliquam allaturum, eiusque difficultas me deterrebat, & ab iis commentarijs scribendis retardabat, cogitaui sæpe de illis dimittendis. Sed ingredienti mihi considerandum fuit, quid agere deberem, nunc quidem iam quocunque ferat, data nimirum vela sunt. Vtinam aura secunda, & diuinæ sapientiæ flatu nauigationem conficiam: vtinam diuinus spiritus animum meum afflet, vt possim diuini vatis mentem explicare, eiusque cœlestis philosophiæ fontes aperire. Sed iam ad literæ explanationem accedamus.

In vicesimo quinto anno transmigrationis nostræ. Obtinente Iudæorum regno Ioachin, qui fuit etiam Iechonias appellatus, capta fuit Hierosolyma à Chaldæis, & multi Iudæorū fuerunt cum rege suo in Chaldæam translati. Post Iechoniam fuit Sedechias in regiam dignitatem euectus, sed anno sui principatus vndecimo fuit oppugnatus à Chaldæis, & captus, & acerbissimis calamitatibus oppressus, & tota Hierosolyma vastata, & funditus euersa, & Iudæi in vincula coniecti, ac in Chaldæam ignominiosè adducti. Et hæc propriè appellatur captiuitas Babylonica, cùm ea quę fuit sub Iechonia transmigratio appelletur.

4. Reg. 24

4. Reg. 24

Ait igitur nunc Ezechiel, qui cum Iechonia transmigrauerat, fuisse sibi ostensam à Deo visionem hanc anno vicesimo quinto à transmigratione, & quarto decimo à captiuitate, quando ciuitas sub Sedechia vastata fuit. Idem annus, qui fuit vndecimus à transmigratione Iechoniæ, fuit vndecimus à regno Sedechiæ, in quo euersa fuit ciuitas. Si autem iungas quatuordecim cum vndecim, inuenies viginti quinque, tot enim interfluxerunt inter transmigrationem Iechoniæ, & visionem hanc. Vnde constat fuisse annum quartum decimum à ciuitatis euersione, vicesimum quintum à transmigratione Iechoniæ. Fuit autē eius transmigratio anno vicesimo quinto à lege inuenta, & à iobileo, nam liber legis inuentus fuit anno iobilei. Cùm autem Ezechiel inciperet vaticinari anno quinto à transmigratione, vt ipse capite primo asseruit, rectè sequitur, fuisse annum illum trigesimum ab eo tempore, quo liber legis regnante Iosia fuit à summo pontifice repertus, vt in explanatione primi capitis ostēdimus. Atqui à prima visione vsque ad hanc fluxerūt viginti anni, & à transmigratione ad illam viginti quinque. Ergo visio hæc facta fuit anno quinquagesimo ab inuenta lege, & ex consequēte à iobileo. Cùm autē iobileus esset anno quinquagesimo, aperte concluditur, fuisse visionem hanc ostensam Ezechieli anno iobilei, quando omnia sunt libera. Aequum enim erat, vt in iobileo, in anno libertatis ostenderetur hæc visio de Christi in mundum aduentu, & ecclesiæ constitutione, & redemptione humana, quando vnigenitus Dei filius hominēs à peccato, & à dæmonis tyrannide, & ab Agarencilla in seruitute genente, & cum filijs suis seruiente eripuit, & in ecclesia catholica, quæ est superna Ierusalem, non terrena, respiciens vt synagoga, sed quæ sursum sunt, quærens, quæ libera est, & mater nostra, collocauit. Quam ob causam ait apostolus: Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Hæc est libertas, de qua ait idē apostolus: Vbi spi-

Sup. 1.

Gal. 4.

Gal. 4.

2. Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritus domini, ibi libertas. Et diuus Iacobus apostolus euangeliũ vocat legẽ libertatis. Sed hæc libertas spiritualis est, non carnalis, qualis est illa, quam prædicant Lutherani, & cæteri hæretici carni obedientes, quorum libertas est impia seruitus, quontã seruiunt dæmoni, mundo & carni. Et prætextu euangelicæ libertatis carnalem prædicant libertatem, & omnem doctrinam euangelicã, omnéque ecclesiasticam disciplinam euertere contendunt. Quæ de re alibi disseruimus. Vera libertas est non seruire peccatis, & repudiatis veteris legis cæremonijs, & Gentium superstitionibus, euangelij sequi puritatem. Hanc libertatem attulit in mundũ Christus Deus noster, hæc est libertas spiritualis & perpetuus Iobileus, cuius figura fuit iobileus ille antiquus in lege constitutus, in quo Ezechiel vidit ecclesiæ per Christum constitutionẽ, & libertatẽ euangelicã, & extera, quæ huic vltimæ parti suarum visionum mandauit. Præterea non desunt, qui asserant fuisse visionẽ hanc Ezechielis oblatam mense septimo, die expiationis, qui decimus erat, & celebris apud Hebræos, vt est in libro Leuitici literis mandatum. Nec obstat dicere Ezechielẽ hoc loco, fuisse hoc in exordio anni. Et si enim annus apud Hebræos incipiebat à prima die mensis primi, tamen annus iobilei incipiebat à decima die mensis septimi. Vnde in Leuitico dicebat Deus: Clanges buccina mense septimo, decima die mensis propitiationis tempore, in vniuersa terra vestra, sanctificabisq; annum quinquagesimum. Cùm igitur visio hæc facta fuerit in principio anni iobilei, atque principium anni iobilei incipiret die decimo, qui erat dies expiationis & celebritatis, apertè concluditur, factam fuisse visionem hanc in die expiationis & celebritatis. Et pulchrè quidem, nam visio hæc agit de ecclesiæ catholicæ ædificatione, in qua est vera peccatorum expiatio, & perennis sanctorum celebritas. Eodem modo apparitio angeli facta Zachariæ, in qua fuit exordium redemptionis humanæ denuntiatum, fuit die expiationis, vt validissimis rationibus Paulus Burgensis in additione ad caput primum diui Lucæ probauit. Triplex erat annus apud Iudæos, nimirum vsualis, legitimus, & emergens. Vsualis incipiebat à Ianuario, & eo vtebantur in contractibus: legitimus incipiebat primo die lunæ propinquioris æquinoctio vernali, & eo vtebantur in solennitatibus, emergens incipiebat prima die iobilei, quæ erat decima dies mensis septimi, aut aliquo die celebri & memorabili ob factũ aliquod egregium & insigne. Sit de hoc tertio anno loquitur in præsenti Ezechiel, qui fuit quartus deci

Iacc. 1.

Leui. 25

Luc. 1.

mus à ciuitate percussa, quia à trãsmigratione Babylonis fuerunt, teste diuo Matthæo, quatuordecim generationes vsque ad Christum, quando promissa est restitutio, & vera spiritualis Hierosolimæ instauratio. Matt. 1.

Facta est super me manus domini. Hoc est, afflatus sum diuino spiritu. Vidit intellectuali & imaginaria visione per spiritum propheticum ea, quæ sequuntur. Fortasse videbatur sibi asportari manu cuiusdam effigiei Deum repræsentantis. Pagninus vertit: Fuit super me prophetia domini. Alij transferunt: Facta est vis diuina super me. Hebraismus est, quo vsus fuit Ezechiel capite primo, & tertio, & trigesimo septimo. Sup. 1. & 37.

Et adduxit me illuc. Adduxit me manus domini in terrã Iudææ. Nihil præcessit in litera, ad quod referatur hoc aduerbium illuc. Sed volens ostendere esse ad terram promissionis referendum, subdit: Adduxit me in terram Israel. Prolepsis est figura, cũ quæ sequi debẽt, præponuntur, vt in psalmo: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Et supra capite primo: Et factum est, &c. Psal. 86. Sup. 1.

In visionibus dei. Id est, in visionibus egregijs & diuinis. Et, quæ magna sunt & eximia, dei appellãtur, vt ciuitas dei, cedrus dei. Et si tota hæc visio vna sit vsque ad finem libri, tamen voluit propheta vti numero plurali, quia longa est, & multa complectens. Tu aũt perpende eius maiestatẽ & amplitudinem. qui eã videt, propheta Dei est, qui eam ostendit, est Deus, locus, in quo ostẽditur, est terra sancta, quò propheta raptus fuit, qui eum illuc duxit, est dominus, aut manus domini, id quod videtur, est humani generis redemptio. Quis tãta rerum celsitudine non mouebitur?

Et dimisit me super montem excelsum nimis. Hic est mons Sion, quem nimis excelsum vocat ob rei dignitatem, sublimemque mysteriorum ibi effectorum celsitudinem. Erat diuus vates corpore in Babylonia, spiritu verò, & visione prophetica in Iudæa, quæ longo inter se interuallo diffabant. duplex fuit huius visionis locus, vnus subiectiuè, hoc est, Babylonia, alter obiectiuè, hoc est, Iudæa. Et in vtroq; erat Ezechiel eodem tempore, sed diuerso modo.

Super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum. Non vidit oculis corporis ædificium aliquod realiter, sed mentis oculis imaginem quãdam ædificij conspexit, eam ob causam ait: Super quem erat quasi ædificium. Potest etiam particula, quasi, referri ad verbum ciuitatis, vt sit sensus: Super montem illũ excelsum vidi mentis oculis ædificium quasi ciuitatis

ciuitatis vergentis ad austrum. Hoc ædificiũ templum est, sed quoniam templum hoc erat cinctum muris munitum domibus, arcibus, portis, & mœnibus, ideo ob eius amplitudinem & magnificentiam cum ciuitate comparatur. Et quoniam mons ille erat altior ex parte aquilonari, ideo dicitur ædificium hoc esse instar ciuitatis vergentis ad austrum, quia ex parte austri erat aliquantulum dimissum. Sunt qui dicant duo hic vidisse propheram, nimirum templum & ciuitatem, qui per ædificium intelligunt templum, per ciuitatem verò vergentem ad austrũ nouã Hierosolymã, de qua loquitur Ezechiel in fine visionis. At prior expositio est planior, & literæ accõmodatior: nec enim ait: super quem erat quasi ædificiũ & ciuitas, sed super quem erat quasi ædificiũ ciuitatis. Vidit quidem ciuitatem, sed modò de illa non loquitur, loquetur autem postea. Nunc describit templum illud magnificum cum vrbe comparatum, quod etiã dicitur suo modo Ierusalẽ. De eã ait ita psalmographus: Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Aduerte. Non ait: Ierusalem, quæ ædificata est ciuitas, sed vt ciuitas: quemadmodum hoc loco Ezechiel non ait: vidisse ædificium ciuitatis, sed quasi ædificium ciuitatis. Verba illa Dauidis: Cuius participatio est in idipsum, hunc habent sensum: Ædificatio eius est omnibus numeris absoluta, nã participatio suorũ ciuiũ est sibi ipsis cõiuncta, & vna fide adunata. Primũ huius ciuitatis fundamentũ est Christus, de quo ait apostolus in prima ad Corinthios: Fundamẽtum aliud nemo potest ponere præter id, quod positũ est, quod est Christus Iesus: Et quia Deus hanc ædificauit ecclesiam, ait eodẽ loco apostolus: Dei ædificatio estis. Et paulò pòst: Templum dei sanctũ est, quod estis vos. Psal. 121 1. Cor. 3. 1. Cor. 3.

Ecce vir, cuius erat species, quasi species aris. Hic erat filius Dei, Christus Deus noster, verus Deus & verus homo. Hic est, qui prophetam ex Babylonia ad montem illũ excelsum adduxit: hic est, quã antea Ezechiel vocauerat manũ domini, quia ipse est, per quẽ Deus fecit omnia: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quare manus dei meritò appellatur. Ipse est, quem modò vocat virtũ ob assumptam humanitatem, quemadmodum vocatur multis locis diuinarum scripturarum. Esaias inducit deum patrem ita loquentem: Voco ab oriente iulium, & à terra longinqua virum voluntatis meæ. Intelligi autẽ verba hæc præcipuè de Christo indicant ea, quæ sequuntur. Propè feci, aut vt potest verti ex hebræo, prope faciã iustitiam meam, non elõgabitur: & salus mea non morabitur. Ioan. 1. Esa. 46.

Eum, quem appellauerat virum, appellat iustitiam & salutem suam. Et Ieremias de Christi incarnatione loquens: Creauit, inquit, dominus nouum super terram: fœmina circundabit virum. Hoc est, virgo sacratissima in vtero suo circundedit Christum, virum perfectum, qui ab instanti conceptionis suæ fuit virtute & scientia plenus. Et Zacharias: Ecce vir, Oriens nomen eius. Et diuus Petrus in Actis apostolorum: Iesum Nazarenum virum approbatum à deo. Incidens diuus Ambrosius in hunc locum libro 5. de fide ait: Vir erat, quia typus suscipiendi corporis declarabatur: Apparet autem Christus colore æreo, quia æs forte est, & longissimè sonat. Est enim Christus fortis, & verba eius longè sonuerunt, in omnibus terrarum oris fuerunt audita, per apostolos suos nuntiata, de quibus cecinerat regius vates: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nulla est regio tam barbara & remota, ad quam non peruenerit aliquando aliqua de Christo notitia. Præterea æs funditur igne, eiusque calore liquescit, quando ex eo statua aliqua cõflatur, & Christus deus noster fuit igne diuini sui amoris perfusus, & ardente charitate inflãmatus. Eas ob causas existimo serpentẽ illum in ligno erectum, in quem ægroti oculos conijciebant, vt consequerentur sanitatem, æneum fuisse, quia Christi crucifixi imaginem gerebat, ad quem mentis aciem extollere, quem fidei oculis intueri, ad quem denique confugere debemus. Ita enim dixit ipsa veritas: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Cùm autẽ serpens ille esset ex ære, par erat, vt ille, qui in serpente adumbrabatur, speciẽ haberet æris duri & candentis, vt in duritie ostenderetur eius firmitudo & fortitudo, in sonitu eius euangelium longè diuulgatum, in colore igneo eius ardentissima charitas. Ier. 31. Zach. 6. Act. 2. Psal. 18. Num. 21 Ioan. 3.

Et funiculus linteus in manu eius. Septuaginta pro funiculo lineo habent funiculum ædificatorum: quod idem est. Eodem modo Zacharias: Ecce, inquit, vir, & in manu eius funiculus mensorũ. Et dixi: Quo vadis? Et dixit mihi, vt metiar Ierusalẽ. Hic vir apud Ezechielẽ hoc loco manu vna habebat funiculum lineum, quo vtuntur cæmentarij ad disponendos rectò ordine lapides, altera calamum, hoc est amussim siue regulam architectoriam ad ipsos lapides mensurãdos. Nam admirabilis ecclesiæ ordo est insignis quædam structura tanquam ad regulam facta, & ad lineam respõdens. His duobus instrumentis & mensuris, funiculo Zach. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

funiculo lineo,& virga mensoria vtuntur architecti in ædificijs construendis. Apparet Christus Deus noster in habitu architecti, quia ipse est, qui mundũ condidit,& qui venturus erat,quemadmodum venit,ad constituendam ecclesiã,nouã Hierosolymã,& ad nouum hoc & admirabile templum ædificandũ.

Rom.2. Et quia iustus est,imò ipsa iustitia,in manibus habet mensuras,tribuens vnicuique iuxta opera sua,apud quem non est acceptio personarum, vt asserit multis in locis diuina scriptura,ipse omnium merita discutit & mensurat. Funiculo lineo mensurare poterat res magnæ longitudinis,vt atria,vestibula, & mœniũ circuitum,virga verò lignea seu cannea res minores,vt muri crassitudinem,portarum aditus & alia huiusmodi. Omne vitæ nostræ ædificium debet esse ad normam & funiculũ Christi directum,si volumus ne ruat, & euertatur. Verùm per regulam siue amussim & funiculũ architectorium cum perpendiculo intelligitur euangelij prædicatio,quæ debet esse in manibus, hoc est in operibus, per manus enim opera significantur. Id quod iuxta versionem septuaginta citatam ab apostolo in epistola ad Romanos ait psalmographus:In omnem terram exiuit sonus eorum, potest verti ex hebræo: In omnem terram exiuit norma eorũ, siue amussis, sive funiculus, & directorium. Quod iuxta diui Pauli sententiam de euangelica prædicatione intelligitur. Est enim euangelicus concionator architectus, eiusq; conciones sunt regulæ honestè viuendi, & eius vita debet esse ad certum verborum eius perpendiculum directa. Vnde egregius ille concionator Paulus aiebat: Vt sapiẽs architectus fundamentum posui. Apparet itaq; Christus vt architectus, & vt iustus iudex cum virga mensuratoria,non duas virgas habet,sed vnã, ad omnes æqualiter iuxta eorum merita mensurandos. Vtinam omnes, quibus est regẽdi cura demandata, hunc diuinum architectum & iudicẽ imitarentur. At sunt nonnulli, qui eorum,aduersus quos odio flagrant,res gestas magnas & illustres parua quadã arundine metiuntur,volentes eorũ gloriã minuere & extenuare,& si possent penitus extinguere:eorum autem res,paruas illas quidem, & minimè laudabiles, quos amore prosequuntur, longa virga mensuraria metiuntur, eos laudibus efferentes,& nimijs studijs celebrãtes. Duas habent virgas,vnam odij & inuidiæ,alteram depraui amoris & affectionis. Itaq; mensurant res non virga iustitiæ rectæ, sed affectus corrupti. Non de illis loquor, qui iustitiam colunt & pietatẽ, quorũ multos esse nõ ignoro, sed de ijs, qui pro norma nõ habent rationẽ, sed voluntatem, qui dicunt: Sic volo, sic iubeo,sit pro ratione voluntas.

Rom.10. *Psal.18.*

1.Cor.3.

Stabat autem in porta. Subaudi, muri exterioris. Ideo Christus stabat ad portã,quia per ipsum habemus accessum ad patrẽ: ipse enim ait apud Ioannẽ:Nemo venit ad patrem nisi per me. Fieri non potest,vt quis ad hoc admirabile ecclesiæ ædificium ingrediatur nisi per Christum. Vel ideo stabat in porta,quia quõdam iudiciũ in porta vrbis fiebat: ibi exercebatur iudicis officiũ. Qua in re voluit ostendere Christus eũ esse iudicẽ viuorum & mortuorum. Apud Hebræos appellabatur iudex arguens in porta,quia ibi solebat arguere delinquentes. Ita intelligitur illud Esaiæ: Arguentẽ in porta supplantabant. Hoc est homines scelerati iustũ iudicẽ opprimebãt. Et illud Amos: Odio habuerũt corripientẽ in porta.

Ioan.14

Esa.29.

Amos.5.

Vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Non erat illic Ezechiel corpore, sed animo: ideo hoc de oculis & auribus nõ corporis intelligitur,sed mentis. Præcipit Deus diuino vati, vt animo diligenter perpendat visionem hãc: insinuans esse magni ponderis, quæ magnam requirit attentionem. De ijs auribus ait Christus in euãgelio:Qui habet aures audiendi,audiat, Similiter Ioannes in Apocalypsi. Qui huiusmodi aures & oculos nõ habẽt,idola appellari possunt,licẽt corporis oculis lynceis; & auribus ceruinis surrectis sint instructi. De ijs ait psalmographus:Oculos habent,& non videbunt,aures habent, & nõ audient. Vnde Zacharias. O pastor,inquit, ô idolum. Sunt nonnulli,qui nõ proprijs oculis vident, sed alienis,ita enim sunt ducti affectibus, vt credãt,nõ quod vidẽt, sed quod alij se audisse testentur:cũ dicat prouerbium: Pluris est oculatus testis vnus,quàm auriti decem. Vnde oculata fides tertio Institutionum Iustiniani de gradibus cognationum,tum dicitur,cùm res subijcitur oculis.

Luc.8.

Apoc.2. & 3.

Psal.113

Zach.11.

Et ponetur tibi in omnibus, quæ ego ostendã tibi. Hoc est,cogita,& memoria repete ea,quę tibi sum ostensurus. Non solũ Deus Ezechieli præcepit,vt hæc videret, & audiret, sed vt ea cogitationi mãdaret,& in animo versaret, & in memoriæ thesauro reponeret.

Quia vt ostendatur tibi adductus es huc. Attulit deus Ezechielẽ in spiritu ad montẽ Sionẽ, vt ostenderet illi ædificiũ ecclesiæ catholicæ, quod erat constructurus,vt ipse visionẽ hanc intelligeret, & alijs nuntiaret. Ideo ait illi Deus: Annuntia omnia, quæ tu vides, domui Israel, hoc est fidelibus, qui Israelis nomine significantur. Ideo Deus hominibus scientiam impertit, vt illi & sibi prosint, & alijs. Quid prodest lucerna sub modio?

Vtta-

Simile. Vt tabula etiam si sit à Michaele Angelo mirabiliter picta, & accuratè elaborata,inutilis tamen erit,si fuerit tenebris cooperta,indiget enim luce, vt possit conspici, & conspicientibus vtilitatem afferre: nam in obscura domo recondita nullum præ se fert artificium, nullũ splendorem, nullam vtilitatem: sic scientia etiam si ex se sit admirabilis & fructuosa, nullã tamẽ affert admirationem, nullum fructum,nisi sit alijs cõmunicata, & luce participationis perspecta. Ideo ait Ecclesiasticus:Sapiẽtia abscondita,& thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Contrà verò de viris doctrina præstantibus, & aliot eruditione sua instructibus ait Daniel: Qui docti fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æterni tates. Non solùm sibi sapienter esse debẽt vel le, qui sunt instructi scientia,sed alijs. Ad Architam ita scribebat Plato: Non sibi soli sena tum homo meminerit,sed patriæ, sed suis, vt perexigua pars illi relinquatur.

Ecclæ.20

Dani.12.

B

Etecce murus forinsecus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo: & mensus est latitudinem ędificij calamo vno, altitudinem quo que calamo vno. Et venit ad portam, quæ respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius: & mẽsus est limẽ portæ calamo vno latitudinem, id est,limen vnum calamo vno in latitudine. Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos quinque cubitos: & limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus, calamo vno. Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Vestibulum autem portæ erat intrinsecus.

Ecce murus forinsecus in circuitu domus vndique. Locum illum, vbi conditum erat totum ædificium,appellat Ezechiel domum:quæ domus cinctа erat muro vndique per circuitum. Volens autem propheta totum hoc ædificiũ describere,incipit à muro forinseco, vt ad intrinsecum templi perueniat. Nam naturalis cognitio incipit ab extrinseco,nimirum à sensu: sensus enim portæ sunt intellectus,tam,vt ait Aristoteles, priùs sentimus, quàm intelligamus,imò,vt ipse ait libro tertio de Anima, capite tertio,existimatio non potest esse absque imaginatione, nec imaginatio absq; sensu: est enim sensus ostiũ ad imaginationem,& existimationem, & intelligentiã. Hinc fit vt sensu videamus Dei creaturas, ex quarum cognitione ad creatoris cognitionem postimus peruenire, & eius bonitatẽ & sapientiam oculis intellectus intueri. Id ait his verbis in epistola ad Rom. D. Paulus:Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur. Ac si diceret:Per Dei effectus, resque ab eo creatas, sensibus expositas, intelliguntur eius inuisibilia à creatura mundi, hoc est,à constitutione mundi, ex quo cõditus est mundus. Vel à creatura mundi,hoc est ab homine,qui inter omnes creaturas,quę sensu percipiuntur,primũ semper locũ obtinuit. Vel à creatura mũdi,hoc est,ex mundi creaturis. Ea enim est rerũ à deo creatarum pulchritudo. & dispositio, vt nemo sit tanta barbarie & immanitate affectus, qui earum excellentem ordinẽ, & admirabilẽ speciem sentiens non possit eximiũ earum effectorem cõtemplatiõe à sensu exteriore ad interiorẽ intelligentiam diuinæ sapientiæ,& potentiæ, & bonitatis perduci. Diuus Augustl.lib.octauo de Ciuitate dei, cap.nono & 11. incidens in hunc apostoli locum ad dubitationem tollendam legit,à constitutione mundi. Plato in Timæo vnum esse principem & originẽ rerum sensit & docuit, cuius maiestatem tantam esse asseruit, vt nec posset lingua explicari, nec animo comprehẽdi. Ex rebus enim creatis ad rerum omniũ effectoris ascendit cognitionem. Marcus Tullius libro primo de natura deorum, Deus,inquit,est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines, ordinesque conseruat. Et in secundo, Quid,inquit,potest esse tam apertum,tamque perspicuum, cùm cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quàm esse aliquod numen præstantissimę mẽtis, quo hæc regantur? Et noster Lactantius. Nemo,inquit,tam rudis vnquam fuit,tamque ferus moribus, quin oculos suos in cœlũ tollens, aliquam Dei prouidentiam intelligat ex ipsa rerũ magnitudine,motu,dispositione,cõstãtia,vtilitate, & pulchritudine. Hæc ille. Sed illud velim tibi persuadeas, Deum non ita cognosci per creaturas, vt nobis per illas secundum naturam & essentiam suã innotescat, sed secundum potentiam,qua est rerum conditor & effector. Vt enim videtes solis effectus,nõ statim intelligimus eius substantiam,quod attinet ad metaphysicum,nec eius quantitatem, quod attinet ad astrologũ,sed ex eius affectibus cognoscimus eum esse causam & effectorem,lucidũ,calidũ,& siccumue videntes Dei

Rom.1.

simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

creaturâ nõ statim per illas intelligimur eius substantiam & naturam, sed ex illis intelligimus eum esse primam causam, bonum, potentem, sapientem, & huius vniuersitatis moderatorem. Vnde Augustinus lib. sexto de Trinitate in creaturis apparere ait dei vestigium.

Simile. Vt enim gressus animalis in terra expressos eius ostendit distinctionem, viso enim vestigio intelligis esse equi, sed non cognoscis ex vestigio esse equum pulchrum, aut rufum, aut nigrum: sic Deus ex creaturis cognoscitur, sed confusa notitia: visis enim rebus creatis tanquam Dei vestigijs ducimur in creatoris cognitionem, sed non ita distinctè, vt eius naturam comprehendamus. Aspicis igitur sensum visus iuxta diui Pauli sententiam principium esse cognitionis diuinæ. Quod etiam verũ est in sensu audiendi. Nam ipse Apostolus in eadem epistola, Quomodo, inquit, credent ei,

Rom. 10. quem nõ audierunt? Quomodo autem audiẽt sine prædicante? Et paulò pòst: Ergo fides ex auditu. Potest quidem Deus inspirare cognitionem sui absque corporis auribus, fidemque sine exteriore auditu: ait enim Dionysius fuisse quosdam Gentiles solo angelorum ministerio ad Christi fidem conuersos. Sed de illa nõ loquor, sed de ea, de qua loquitur apostolus, quæ est ex auditu: quia eo modo communiter adducti sunt homines ad fidem: auditos enim ad fidem dispositiuè inducit, Deus autem eam tribuit. Cùm igitur totum hoc ædificium Ecclesiam significet & adũbret, ecclesia aũt sit collectio habentiũ Dei cognitionẽ & fidem, quæ est imprimis necessaria, cùm sine fide authore D. Paulo impossibile sit placere Deo, fides autẽ sit ex auditu, auditus verò ab exteriore, ideo diuinus noster vates ab exteriore voluit incipere tanquã à principio.

Hebr. 11.

Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo. Quia dixerat suprà, habuisse virum in manu mensuræ calamum, hoc est, cã nam mensoriam, & non expresserat quantitatem mensuræ, ideo nunc eam voluit exprimere. Erat, inquit, calamus ille mensurandi sex cubitorum & palmi. Quidam existimant habere virgam illam mensoriam sex cubitos, & palmum vnum: quidam verò, & rectius meo quidem iudicio, sex tantùm cubitos, sed hos cubitos non esse prophanos & vulgares, sed sacros, qui palmo vno maiores erant prophanis. Diuus Ioannes in Apocalypsi, vbi visionẽ

Apoc. 11. nouæ ciuitatis describit, ita ait: Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream. Hoc est, mensuram auri, similem arundini mensoriæ. Per aurum intelligitur diuina sapientia, & per mensuram auream iustitia sapientiæ diuinæ. Erat igitur calamus hic aureus iuxta diui Ioannis sententiam, & habebat sex cubitos, quorum vnusquisque excedebat palmo vno cubitum vulgarem, textu id, quod hoc loco ait Ezechiel. Perspicuum est libros Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij legentibus apud Hebræos mensuras sanctuarij maiores esse alijs communibus. Cubitus vulgaris continebat quinque palmos, cubitus verò sanctuarij sex. Accipitur autem palmus pro quantitate quatuor digitorum, quæ Lusitane dicitur mam trauessa. Et quoniam cubitus sacer continebat cubitum prophanum & palmum vnum, ait Ezechiel, hunc calamum mensorium, quem vir manu tenebat, esse sex cubitorum, ex illis cubitis, quorum quilibet haberet cubitum vulgarem cum palmo, hoc est, sex palmos. In hebraico enim est: In manu viri calamus mensuræ sex cubitorum in cubito & palmo. Ac si diceret: Loquor de cubito, qui præter vlnam communem continet vnum palmum. Hoc ostenditur apertè capite quadragesimo tertio. *Isai. 43.* vbi hæc sunt verba: Vtæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habet cubitum & palmum. Verissimum cubitũ eum vocat, quo vtebantur in templo sacerdotes. Maior erat mensura templi, quàm seculi, quia largiùs mẽsuraturi sumus, & largituri Deo quàm mundo, & diuinarum rerum vsibus, quàm humanarum: nam ipse Deus est bonorum omnium largitor. Et Ecclesiæ suæ mensura vera est & plena: sed hæc plenitudo in Ecclesia triumphante supereffluens est. Mundi mensura decipiens est & fallaxtáit gloriæ sempiternæ mẽsura plenissima est, & verissima. Per sex palmos cuiusque cubiti, & per sex cubitos cuiusque calami, quo vir hic metiebatur, intelligitur Christi sapientia & iustitia, qui omnia cognoscit & mensurat. Numero enim senario *Genes. 1. & 2.* omnia creata significãtur: quoniam spatio sex dierum Deus mundũ creauit. Illud est etiam sciendum: calamum illum sacrũ habuisse cubitos distinctos quibusdã signis & notulis, quẽadmodum in vlnis nostris mensorijs & mediatates, & quartæ designantur.

Et mẽsus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. Loquebatur de muro exteriore totũ ędificium cingente, & de viro habente calamum, quo erat totũ ædificiũ mensuraturus. Nunc ait virum illũ mensuraſſe ædificiũ illud calamo vno in latitudine, & calamo vno in altitudine. Sed hæc prima facie non videntur posse cum sequentibus cohærere. Qui enim fieri potest, vt totius ædificij latitudo vnius sit calami sex cubitos cõtinentis, cùm hic murus exterior quatuor habeat latera æqualia, quorũ vnum quoque habet quingen-

quingentos calamos in exteriore superficie? Hæc ratione ducti aiunt nõnulli intelligi hoc nõ de cãpi latitudine, sed de muri spissitudine & densitate, vt sit sensus: Mensuratus est crassitudinem muri illius, & erat sex cubitorum, similiter & altitudinem. Sed cùm diuini vatis instituta sit ædificium describere recte dispositum, non sit autem rectè dispositus murus, cuius crassitudo æqualis est altitudini, dicunt alij per hoc ædificium, quod prius fuit mensuratum, intelligi domunculam quandam, quæ erat supra portam muri exterioris ad vigilũ excubias deputata, quæ intra parietes spatiũ habebat sex cubitorum, & tot etiam in latitudine. Ego existimo per ædificium hoc intelligi totum ædificium cum muris, atrijs, thalamis, & templo, & totam denique hãc machinam, quã his capitibus describit Ezechiel. Per latitudinem autem intelligo totam magnam planitiem, in qua erat situm ædificium, per altitudinẽ verò murorum & parietum celsitatem. Existimoque nihil aliud voluisse his verbis diuinũ vatem significare, nisi totum hoc magnum ædificium fuisse vno calamo mensuratum, non quod vnius tantùm calami esset tã ingens machina, sed quòd tota mensuratio non diuersis calamis facta fuerit, sed illo solo, quem vir mẽsurator manu tenebat. Ac si diceret Ezechiel: Non habebat vir ille multos calamos, vnum tantùm habebat, quo totum ædificium tam in latitudine, quàm in altitudine mẽsus est. Hæc est clara & germana huius loci intelligentia. Vult significare propheta, Christum esse iustũ iudicem, apud quem non est acceptio personarũ, vt decimo Deuteronomij, & decimonono secundi Paralipomenon, & alijs in locis diuinæ literæ testantur. Rectus iudex, qui merito

Deut. 10. 2. Par. 19. Iob. 37. Rom. 2. Act. 10.

rum momenta perpendit, & munus suum ad rectam iustitiæ in æqualitate consistentis normam dirigit, vnam tantùm virgam habet, rectã illam, bona ac mala metientem. Duabus enim rebus respublica continetur, præmio & pœna. Id voluit in Prouerbijs Salomon ijs verbis significare. Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum. Ac si diceret: Eos detestatur Deus, qui diuersis vtuntur ponderibus & mensuris, qui idem factũ in inimico vituperãt, in amico laudibus efferunt, qui non voluntatem suam iuxta leges, quin potius leges ipsas iuxta suam voluntatẽ metiuntur. Vt enim cymbalistæ vsq; adeo varie cymbala pulsant, vt in defunctorũ obitu, tempore luctus plorare videantur, diebus autẽ festis, vel publicis ludis ridere, & lætitia exultare, sic iniusti & affectibus ducti iudices, qui non ratione & æquitate, sed voluntate & appetitu reguntur, leges ad libitum interpretãtur.

Prou. 20.

Simile.

Adducunt eas ad deprauatos affectionẽ suã, illasque ita vertunt, & euertunt, vt modò videantur fugere, modò lætitia gestire & tripudiare. Duos homines idem delictum pariter committentes, seque pari culpa implicãtes vno ac eodem textu impariter iudicat, quem amplectuntur amicitia, aut à quo munera acceperũt, liberè absoluunt, & virga affectionis mensurant, alteram autem, quem tali non prosequuntur affectu, grauiter damnant. Cùm lex deberet esse regula recta, ad quam mores dirigerentur, efficiunt illi ex regulam Lesbiam, quæ ad eorum mores dirigatur. Erat quidem regula Lesbia plumbea, & applicabatur lapidibus, cùm ei lapides applicari deberent, ad quam alludit Aristoteles quinto Moralium. Vt arã- *Simile.* neæ ex floribus salutaribus conficiunt venenum, sic nonnulli iudices & iurisperiti ex legibus iustis conflant & sibi & alijs perniciem. Leges conditæ sunt ad lites dirimendas, illi autem ex illis occasionem sumunt lites propagandi: remedium controuersiarum in earundem venenum conuertunt. Leges iubent seruari æqualitatem, illi autem eas peruertentes depromunt ex illis inæqualitatis sententias. Huiusmodi iudices duos habent calamos, duas mensuras, vna metiuntur diuites, altera metiuntur pauperes, vna magnos, altera paruos, vna amicos, altera inimicos. Hos alloquitur Deus in Leuitico, dicẽs: Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mẽsura. Ipse Deus omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, vt est libro Sapientiæ mã datum. Et apud Esaiam ait: Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Non ait, in pondenbus, sed in pondere, nec in mẽsuris, sed in mensura. Duas habet mensuras iudex, qui respicit ad munera. Nullum est in iudice vitium tetrius cupiditate & auaritia, habere enim quæstui rempublicam sceleratum est & nefarium. Cùm perspicuum sit, corrumpi homines admiratione diuitiarum, nihilque esse tam sanctum, quod non violent amore pecuniæ, nihil tam munitum, quod non oppugnent, summa ope niti decet, ne capiantur diuitiarum cupiditate, ne & se, & rempublicam euertant. Scitum est illud Pontij Samnitis, qui aiebat se velle tunc natum esse, quando Romani munera accipere cœpissent, non enim passurus esset diutiùs eos imperare. Intelligebat vir sapiens, vix posse rempublicam stare, cùm iudices & gubernatores accipiunt munera. In Deuteronomio ait ita Deus: Non accipies *Deut. 16.* personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorũ. Et Salomõ in Prouerbijs: Munera de sinu *Pro. 17.* impius accipit, vt perueriat semitas iudicij.

Leui. 19.

Sap. 11.

Isai. 28.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Esaias: Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Hinc oritur inæqualitas, quæ est murus iris & seditionis seminatiũ, & expellitur æqualitas pacis & tranquillitatis altrix, & amittitur mensura recta, quæ hic ab Ezechiele calamus appellatur, quo Christus ædificium mensurat. Et quoniam in ecclesia diuersa munera sunt, & varia merita, idcirco in eo ædificio diuersæ sunt quantitates, & varię magnitudinet, sed omnia hęc uno calamo, hoc est, magna mensurantur æqualitate, vt iuxta cuiusque opera præmia aut supplicia tribuantur. Nam vt ait D. Paulus in epistola ad Romanos, Deus reddet vnicuique secundum opera sua, & apud D. Ioannem ait dominus: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quibus verbis indicat æternæ gloriæ differentiam. Sicut enim alia est claritas solis, vt ait apostolus in prima ad Corinthios, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum, stella etiam à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Sed quemadmodum stellæ in cœlo sunt collocatæ, sic sancti sunt in firmamento immortalitatis & æternitatis constituti. Vna quippe est electorum omnium in cœlo beatitudo quo ad obiectum, sed non æqualiter ab omnibus participata, quoniam sicut diuersa sunt iustorum merita, sic diuersa sunt gloriæ dona. Vnus est denarius omnibus, vna merces pro vineæ laboribus, vna est vita æterna, quam omnes habent, vnus Deus, quo omnes fruuntur, sed alij maiorem gloriam, alij minorem iuxta vnius cuiusque merita participabũt. Et hæc est vera æqualitas, præmia cum meritis æqualiter mensurare. Sol cùm obiectum ædificij partiretur illustrat, per omnes illius partis iuxta ingreditur, eas implens claritate, sed cũ inæqualis magnitudinis sint, per magnas multum ingreditur splendoris, per paruas verò parum. Et dicimus verè, solem æqualiter ianuas illas implere, non quòd æqualis sit splendoris magnitudo per paruam, & per magnam introeuntis, sed quòd æqualis sit vnius cuiusque ianuæ magnitudini & capacitati. Sic ille est iustus iudex, non qui omnes eodem modo metitur, & paria præmia imparibus meritis tribuit, & æqua dona inter inæquales distribuit, talis enim æqualitas inæqualitas est, sed qui præmia largitur iuxta meritorum magnitudinẽ & portionem, qui leges obseruat, quibus proposita sunt supplicia vitijs, præmia virtutibus. Talis iudex Deo placebit, & inter homines celebritatem comparabit, fundamentum enim perpetuæ commendationis & gloriæ est iustitia, cui inest summus virtutis splendor, quam viri sapientes omnium dominam, & reginam virtutum appellarunt. Illud est hoc loco aduertendum, non penetrasse Ezechielem huius magnifici ædificij interiora, nisi postquam eius mensuram & figuram cognouit. Mensuratio & figura ad geometriam absque dubio pertinent. Nam obstrusa arcana, & magna ecclesiæ sanctæ mysteria & sacramenta non ille recte penetrabit, qui fuerit impurus, sceleramque maculis contaminatus, sed ille qui fuerit virtute præditus, & sapientia ornatus. Vt enim geometria medium docet & extrema, medium, vt illud amplexemur, extrema, vt ea fugiamus, sic christiana philosophia de virtute disserit, & de virtute in medio consistente, vt eam sequamur, de vitio cum extremis coniuncto, vt illud detestemur. Ex quo efficitur, vt absque virtute in mediocritate sita, quæ per geometriam significatur, nemo possit ad sapientiæ perfectionem peruenire. Id fortasse intellexit Plato, cùm in foribus academiæ suæ scripsit: Nemo huc ingrediatur expers geometriæ.

Esai. 5.

Rom. 2.

Ioan. 14

1. Cor. 16

Matt. 20

Simile.

Simile.

Et venit ad portam, quæ respiciebat viam orientalem. Dixerat paulo antè, virum hunc, qui calamum mensuræ manu tenebat, in porta stetisse, nunc ait eum venisse ad portam. Si erat in porta, quomodo postea venit ad illã? Huic obiectioni possumus respondere, priùs fuisse in porta ex parte exteriore, postea verò venit ad partem eiusdem portæ interiorẽ, erat enim murus, in quo erat porta, latus, & ex vna parte crassitudinis venit ad alteram. Accipitur autem hic porta, nõ pro foribus, sed pro ostio, & muri apertura. Vel antea locutus fuit prophetа de porta primi muri totum ædificium ambientis, nunc verò de porta secundi muri, quæ ad orientem respiciebat. Hac porta orientali ingreditur sol ille iustitiæ, de quo ait Zacharias propheta: Ecce vir, Oriens nomen eius: Et subter eum orietur, ædificabit templum domino. Vbi paraphrastes Chaldæus pro Oriente vertit Messiã. De quo dixit alter Zacharias: Visitauit nos Oriẽs ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigẽdos pedes nostros in viam pacis. Possumus per hanc portam rationem naturalem intelligere, qua Deus intellectum nostrum lumine illustrat, de quo ait regius vates: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Vel porta hæc lumine Orientis illustrata fides est, quę est porta & principium salutis, nam sine fide, authore Diuo Paulo, impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Et optionem hanc tangit quædam glosa de Pœnitentiæ distinctione secunda, capite, Cùm sanctam. in verbo, ad portam. Necessaria est nobis naturalis ratio, sed non sasis est.

Zacha. 6

Luc. 1.

Psal. 4

Heb. 11.

Ratio

Similitudo.

Ratio & fides sunt veluti duæ stellæ, arctica, & antarctica, quibus nautæ gubernantur. Vt enim qui ex nostra hac Lusitania ad Indiam tendunt orientalem, immensum mare nauigãtes, vsque ad lineam æquinoctialem oculos coniiciunt in polum arcticum, vbi est stella illa septentrionalis, qua reguntur, at transacta linea, stellam illam septentrionalem amittunt & ab eius conspectu penitus discedunt, atque alteram stellam nimirum australem in polo antarctico intuẽtur, qua deinceps gubernantur, sic in hac vita incœpturi sumus nauigationem nostram ducti stella rationis, & ad illam actiones nostras directuri. Sed si volumus ad cœlorum Indiam peruenire, opus est nauigationis nostræ, hanc rationis humanæ nauigationem relinquere, & firmam fidei stellam intueri, illaque nauigare, & iuxta eam opera nostra, vitæque cursum conficere, & ab eius regula non declinare. Cùm enim se obtulerint res illæ, quæ humanam rationem transcendunt, & nostri iudicij limites excedunt, quales sunt ex, quæ ad Christianam religionem, ad ecclesiæ catholicæ sacramenta, ad redemptionis humanæ mysteria, & ad alta cœlestiaque arcana conspiciunt, opus est non ad rationis humanæ stellam, sed ad certissimum fidei sydus intueri, eaque gubernari. Gentes à fide alienæ ideo ad cœlorum portum accedere non possunt, quin potius in mundi mari obruuntur, quia vnam tantùm habent stellam, nimirum naturalem rationem, Iudæi verò in perfidia sua obstinati vtraque sunt stella destituti, non enim solùm carent fide, sed etiam ob impia scelera, & pestilẽtem obstinationem, ipsa quoque naturali ratione videntur relicti. Ideo aiebat Diuus Paulus in prima ad Corinthios. Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Est igitur porta hæc orientalis aut ratio in rebus humanis, aut fides in diuinis. Poteris per portam hanc timorẽ intelligere, à quo incipit sapientia, iuxta illud psalmographi: Initium sapientiæ timor domini. Quod est etiam à Salomone in Prouerbijs, & ab Ecclesiastico vsurpatum. Hic timor incipit intellectum illustrare eorum, qui se humiliant, animum dimittunt, & ad Deum supplices accedunt. Id voluit Dauid verbis illis significare: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Vel, vt potest verti ex hebræo: Porta sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat humilibus. Id, quod alibi appellat initium sapientiæ, vocat hic portam diuinorum sermonũ. Non solùm qui in intimam penetrat sapientiam, & perfectam obtinet charitatem, illuminatur, sed etiã ostium sapietiæ rerum diuinarum, hoc est, timor domini mentem lumine aliquo illustrat, vt percipiat, quid sit fugiendum, quid sequendum. Ideo hæc porta appellatur orientalis, qua Oriens ipse, hoc est Christus, homines ad perfectam charitatem perducit. Timor quasi locum parat charitati, & vt ait Diuus Augustinus in expositione epistolæ primæ Diui Ioannis, cùm cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauerat locum, ad cuius rei explanationem hac vtitur similitudine. Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum, sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem: Ideo ait D. Ioannes in prima sua epistola: Perfecta charitas foras mittit timorem. Vt ad construendam templi lapidei testudinem fit priùs artificium quoddam ligneum, quod simplex fornicis appellatur, sed cõsummato ædificio totum illud simplex in terram proijcitur, quippe quod solùm ad perficiendum templum seruiebat, sic ad perfectæ charitatis constructionem erigitur timor: sed perfecta iam charitate decidit timor ille tanquam artificium tabularum, & remanet pulchrum magnificumque charitatis ædificium. Non laudo timorem illum, qui oritur ex amore sui, & diffidentia Dei, de eo enim ait dominus: Nolite timere pusillus grex. Et rursum: Non turbetur cor vestrum, nec formidet. Eum laudo timorem, de quo ait Deus: Dominum Deum tuum timebis. Et Iosue: Timete Deũ, & seruite ei corde perfecto. Et psalmographus: Firmamentum est dominus timẽtibus eum. Et Malachias: Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Et Christus Deus noster: Timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. In via Dei, inquit, Diuus Gregorius. 2. Moralium à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur. Et quoniã timor hic Christum intuetur, dicitur hæc porta ad Orientem respicere. Sed vt melius hæc porta, & tota hæc machina intelligatur, factum me esse operæpretium existimaui, si figuram hanc totius ædificij delinearem.

Similitudo.

Psal. 110

Prou. 9.

Eccle. 1.

Psal. 118

Simile.

1. Ioan. 4

Simile.

Luc. 12.

Ioan. 14.

Deut. 6.

Iosue. 24

Psal. 24

Malach. 1.

Matt. 10

Aedificium hoc sitũ erat in spatio quadrato, cuius vnum latus respiciebat rectè ad Orientem, & hoc erat anterius, oppositum verò ad Occidentem: & hoc erat posterius, alia duo etiam opposita, vnum ad septentrionem, alterum ad meridiem. Habebat ędificium hoc tres muros, vnum exteriorem totum ædificium cingentem, alterum medium, tertium interiorem. Intra vnumquodque erat átriũ, in intimo autem erat templum constructum. Atrium intimum inter templum & murum intimum appellatur atrium sacerdotum, seu atrium interius. Atrium inter murum intimum & medium appellatur exterius respectu interioris, siue atrium mundorum. Atrium inter medium & exteriorem murum appellatur locus vulgi, seu atrium immundorum, quoniam illuc poterant etiam Gentiles introire ad Deum colendum, vt ex tertio libro Regum, & ex euangelio Ioannis constare videtur. Sunt qui existiment intimum atrium esse sacerdotũ, quod erat altius, & templo propinquius, mediũ esse virorum, illud autem, quod erat inter primum & secundum murum esse atrium fœminarum. Sed nos primam sequemur denominationem. Primus murus in quadrum dispositus, totum ambiens ędificiũ latera habebat æqualia, quorum vnumquodque habebat quingentos calamos in longitudine, in exteriore superficie. Cùm autem quilibet calamus sex cubitos cõtineret, vt antea diximus, apertè ostenditur, vnumquodque latus tria millia cubitorum cõtinere, & ex consequente totum ædificium habere in circuitu duodecim millia cubitorum, nam quater tria millia, efficiunt duodecim millia. Murus medius minor erat, interior autem minimus. In primo muro erant tres portæ, vna ad Orientem, altera ad aquilonem, tertia ad austrum. Similiter in secundo, & in tertio. Itaque in his tribus muris nouem erant portæ, tres ad Orientem seipsas directè respicientes, totidem eodem modo ad aquilonem, & totidem similiter ad meridiem. Portæ muri exterioris nullã habebãt porticum, portæ verò secundi & tertij muri porticus habebant in qualitate similes, in quantitate æquales, in hoc tãtum modo differentes, quod secũdi muri porticus septẽ habebãt gradus, tertij verò octo. Et porticus muri secundi erant ab interiore parte muri sui, porticus verò muri tertij erant ab exteriore. Præterea illud est intelligendum ex vulgi loco ascensum esse septem graduum ad atrium mundorum, ab atrio autem mundorũ ab atrium sacerdotum ascensum esse octo graduum, & ab atrio sacerdotum ad templum similiter octo graduum ascensum. Ex quo colligitur esse tempum in loco quodam excelso constitutum. Excelsa est enim Dei ecclesia, omnibusque conspicua, nã vt dominus ait: Nõ potest ciuitas abscõdi supra montẽ posita. Hic est mons ille, de quo ait D. Ioannes in Apocalypsi: Sustulit me angelus in spiritu in montem magnum & altũ, & ostendit mihi ciuitatẽ sanctam Ierusalem. Diximus enim in huius capitis exordio totũ hoc ædificiũ quasi ciuitatẽ, & Ierusalẽ appellari. Est ædificiũ hoc quadrãgulare in quadro æquilatero sitũ, de quo ait in Apocalypsi D. Ioãnes: Ciuitas in quadro posita

3. Reg. 8.
Ioan. 12.
Matt. 5.
Apoc. 21.
Apoc. 21.

sita est, & lõgitudo eius tãta, quãta latitudo. Voluit spiritus sanctus hic apud Ezechielẽ, & illic apud Ioannem significare perpetuũ Ecclesiæ catholicæ firmitudinem ac constantiã. Nã corpus quadratũ quocunque vertatur, semper manet fixum. Quam ob causam Aristot. lib. 2. Moralium Nicomachiorum aduersus eos disputans, qui hominis felicitatem in bonis externis, incertis, & in casu sitis collocabant, ait non esse felicem eum, qui instar chamęleontis ad speciem rerum, quibus admouetur, mutat colorẽ, sed qui virtute & constantia munitus, quadratus est. Libro etiam Rhetoricorũ tertio huius prouerbij mentionem facit. Quem admodum enim figura quadrata, in quãcunq; partem voluatur, sui similis est: sic vir virtute & sapientia præditi animũ renet immobilem: nec florenti rerum statu, nec aduersarum rerũ procella propositum mutat, & à virtute detorquet: nec est quicquam, qui illum de fortitudinis & constantiæ gradu deijciat. Et quoniã Gentiles aiebant Mercurium deum esse veritatis, eum super lapidem quadratũ pingebant, significantes veritatem esse firmũ, sibiq; cohærere, mendacium verò tãquam instabile super globum mobilem, nusquam firmiter consistẽre. Si constantiam ipsam in virtute vndique perfectam & absolutã oculis cerneremus, admiraremur absque dubio eius pulchritudinẽ & præstantiam, ipsãque mirabiles erga nos sui ipsius amores excitaret. Cùm aũt tanta sit Ecclesiæ catholicę veritas, & firmitudo ac constãtia, vt ne inferorum quidem portę possint aduersus eam præualere, non est mirum, si quadrata describatur. Præterea in architectura nihil est ipsa quadratura pretiosius & antiquius. Cùm autem Ezechielis propositum fuerit pulcherrimum describere ædificium, quod Ecclesiæ pulcherrimę gereret imaginem, oportebat eam quadratam deliniare. Rursus per quadraturam hanc voluit Deus quatuor Euangelistarum, & quatuor virtutum cardinalium adumbrare quadraturam: insinuare quatuor mundi partes, ex quibus erant multi ad Ecclesiam vẽturi. Per murum templum hoc vndique cingentem intelligitur Deus: de quo dixerat Esaias de Ecclesia loquẽs: Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus & antemurale. Appellat eam Sion, hoc est, speculam, quoniam ex ea ecclesia contemplamur. Huius Ecclesiæ murus Deus est, eam vndique protegens & circundans. Hoc ijs verbis præmunit Zacharias: Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Et psalmista: Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & vsque in seculum. Et alibi: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Vbi vides, Deum esse Ecclesiæ murum, & gloriam, & custodem. Hanc Ecclesiæ dignitatem & amplitudinem intuens mentis oculis idem diuinus vates concinebat. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hic est murus ille, de quo ait diuus Ioannes in Apocalypsi, vbi Ecclesiæ militantis ciuitatem describit, etiam si nonnulla interdum misceat ad Ecclesiam triumphantem pertinentia: Et habebat ciuitas hæc murum magnum & altum. Sed dices fortasse. Qui fieri potest, vt hi duo loci Ezechielis & Ioannis cohæreant, cùm Ioannes vnum tantùm murum describat, Ezechiel autem tres? Huic obiectioni est in promptu responsio. Nam cùm per murum Ecclesiæ Deus intelligatur, Deus autem vnus sit, apertè concluditur, scripsisse meritò diuum Ioannem vnicum murum. At cùm in diuinis tres sint distinctæ personæ, posuit Ezechiel tres muros. Diuus Ioannes respexit ad vnitatem essentiæ, diuus Ezechiel ad distinctionem personarum. Est enim Deus vnus in substantia, trinus autem in personis. Aspicis igitur miram esse consonantiam intra ea, quæ inter se repugnantia videbantur. Possumus etiam huic obiectioni ita respondere. Diuus Ioannes capite illo loquitur de Ecclesia militante, sed quatenus est ad Ecclesiam triumphantem transferenda: quam ob causam multa connectit & conjungit ad Ecclesiam ipsam triumphantem cõcernentia: Ezechiel autem hoc capite de Ecclesia militante in se, etsi si postea in fine visionis nonnulla dicat, quæ possunt ad triumphantem referri. Ideo diximus diuum Ioannem vnicum murum vidisse, quia ciuitas triumphans diuina tantùm eget protectione: Ezechielem verò tres, quia Ecclesia militans triplici indiget præsidio, diuino, angelico, humano, per præsules & principes. Habebat præterea diuersas portas ad diuersas mundi plagas respicientes, quia de diuersis mundi regionibus erant multi ad templum hoc ingressuri, qui repudiatis superstitionibus sanctæ religioni adhęserunt, & verũ dei cultum toto orbe terrarũ amplexati sunt. Hoc intuens David Ecclesiam ipsam ob Christi victoriam adeptam, & dæmonis tyrannidẽ expulsam inducit hoc modo gaudio exultantem. Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Et Esaias, Ambulabunt, inquit, qui liberati fuerint, & redempti à Domino: conuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum. Et rursus alloquens Ecclesiam primitiuam,

Similie.
Matt. 16.
Esai. 26.
Zach. 2.
Psa. 124.
Psa. 126.
Psal. 86.
Apo. 21.
Psal. 46.
Psal. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.60. Leua,inquit,in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt,venerunt tibi. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tũc videbis, & affluès,& mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Ac si diceret: Respice ò Ecclesia primitiua ad omnes terrarum oras, intueberis ingredientem per portas tuas innumerabilem gentium multitudinem. Omnes ad te repudiato idolorum cultu conuenient,nõ vno loco,sed vna fide. Fideles tui non solùm à terris propinquis,sed etiam ab vltimis totius globi terrarum regionibus veniẽtquos tu ad te properãtes intueberis,& oblectatione perfusa exultabis: & præ admirabili gaudio erit cor tuũ propagatũ, cùm hominũ multitudo cum magno mari collata, Gentiumque fortitudine insignium varietas ad te confugerint,miraculorumq; fulgura coruscauerint. Christus quoque apud Lucam: Venient,inquit,ab oriente, & occidente,& aquilone,& austro, & accumbent in regno Dei. His igitur prænotatis ad literæ expositionem accedamus.

Et ascendit per gradus eius. Nimirum portæ orientalis secũdi muri,ad quam venit de porta orientali primi muri,quem exteriorem vocamus. Sunt,qui dicãt gradus hos esse in porta hac orientali muri secũdi in eiusdẽ muri spissitudine dispositos. Alij dicũt esse vltra portã. Ego existimo esse ante portã. Nam postquam per eos ductor Ezechielis ascẽdit, mensus est limẽ portæ. Si aũt essent vel in muri latitudine,vel vltra portã, diceret Ezechiel: Mẽsus est limẽ portæ,& ascendit per gradus. At non ita ait: sed, Ascẽdit per gradus eius,& post ea subdit: Et mensus est limẽ portæ. Cùm igitur prius introeunti occurrerint gradus, quàm limẽ portæ,apertè ostenditur, esse illos ante portã. Non est silentio prætereundum per varios gradus esse ad sacrarium,hoc est,ad cœlum ascẽsionem. Hi sunt gradus virtutum & meritorum. Nemo enim repentè fit summus. Nihil se vniuersum profundit,& totum subitò euolat,sed quæ fiunt & aguntur, ex paruis principijs procedunt,& suis progressionibus augentur. Hæ progressiones appellantur gradus ab Ezechiele. De illis ait psalmographus: Beatus
Psal.83. vir,cuius est auxiliũ abs te,ascensiones in corde suo disposuit,in valle lachrymarũ, in loco, quẽ posuit. Etenim benedictionẽ dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Ex his verbis colliges esse mũdum hũc vallem lachrymarũ, cœlum verò esse montis excelsi cacumen, quò per virtutum gradus, & Christianæ philosophiæ progressiones illi perueniunt, qui meritò felices appellantur. Loquens Iob de vitæ suæ Iob.31.
libro aiebat: Per singulos gradus meos pronũtiabo illum,& quasi principi offeram eum. Ea, quæ perfectionem consequuntur, non statim ad verticem illius perueniunt, sed per incrementa meritorum illuc extolluntur. Vt terra, Simili-
vbi semen sparsum recipit,primùm ideo occa- tudo.
tum cohibet, deinde diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ mixa fibris stirpiũ paulatim crescit, erigitur calamus geniculatus stipulis ipsum ambientibus, & fundit frugem spicæ ordine structã, aduersus auicularum morsus aristis munitam,donec fructus ad maturitatem perducitur: sic vita Christiana à virtute ad virtutem progreditur, donec vehitur ad culmen. Quidam incipiunt,alij proficiunt,alij verò fastigium obtinent. Hos nimi-
rum gradus dominus apud Marcũ sub messis Mar.4.
nomine his verbis describit. Sic est regnũ dei, quemadmodum si homo iaciat sementẽ in terrã,& dormiat: & exurgat nocte & die,& semẽ germinet, & increscat, dum nescit ille. Vltrò enim terra fructificat,primùm herbam,deinde spicam,deinde plenũ frumentũ in spica. Cùm desideria bona concipimus, spargitur semẽ in terram, cùm in virtutum actiones incũbimus, herba sumus,cùm in earum firmitudinem mẽtem omnem figimus & locamus,& Christianę philosophiæ comparamus perfectionem, iam plenam frugem in spica profitimus. Verùm quot sint gradus huius portæ nõ explicat hoc loco Ezech. Aiunt nonnulli septem esse: quorum sententiæ ego libenter assentior, ductus translatione septuaginta interpretũ ita dicẽte: Et ingressus est in septẽ gradibus portam respicientem ad orientem. Explicãs D. Gregorius hunc locum ait: In virtutum nostrarum gradibus Christus ascendere dicitur,quia tantò nobis ipse sublimior ostenditur,quãtò noster animus à rebus infimis separatur. Et sunt hæc eius verba in sacros canones relata, de Pœni. dist. 2. cap. Cùm sanctam.

Et mensus est limen portæ calamo vno. Duorũ liminum fit mentio capite hoc,nempe huius, quod erat in ostio muri secũdi ex parte otiẽtis,& illius,quod erat in eadem porta ex parte occidentis versus pauimentum. Vtrũque habebat calamum vnum, hoc est, sex cubitos in latitudine, quia eandem latitudinem habebat muri spissitudo. Erat autem limen aliquantulum à terra erectum.

Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum. Hoc est,quemlibet sex thalamorum. Hi thalami erant cubicula quædam, siue domunculæ ad vsus templi destinatæ. Erantque nonnullæ illarum iuxta portas: quia significant mansiones præsulum, & concionatorum

torum,qui eos,qui ad portam,hoc est ad fidẽ, seu ad pœnitentiam accedunt,leniter & bene volẽ suscipiũt. Vel eam ob causam erant hæ mansiones iuxta ostium, quia illi acquiescendum est, in eo manendum, qui de seipso ait:
Ioan.14. Ego sum ostium. Et rursus: Ego sum via, ve-
Ioan.10 ritas,& vita.

Et inter thalamos quinque cubitos. Subaudi, mensus est. Inter primum & secundum thalamum spatium erat siue vestibulum quinque cubitorum, inter secundum autem & tertium thalamum alterum vestibulum eiusdem mensuræ.

Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno. Limẽ portæ,quod antea fuit mensuratum, erat in porta muri medij, ex parte exteriore versus orientem, limẽ verò,quod hic mensuratur, erat in eadem porta ex parte interiore versus occidentem. Erant autem hæc duo limina eiusdem mensuræ, nimirum vnius calami, vt supra dictum est. Limina solent vulgò statui in ingressu foris, hoc autem limen erat internum, quam ob causam additur hic particula hæc, intrinsecus, quòd esset præter consuetudinem. Aduerte. Non solum huius ædificij calamus & cubitus, erant, vt antea diximus, à vulgi mensuris differentes, sed etiã limen à mũdi consuetudine discrepabat. Debemus enim nõ mũdi mores sequi,sed diuinam voluntatẽ. Eam ob causam fuit Achã filius Charmi obrutus lapidibus iussu Iosue, quia regulã aureã Iericho contra ipsius Iosue
Iosue.70 præceptum surripuit. Iosue Christi figurã gerebat, Iericho mundi,regula Iericho significabat mundi regulam,eiusque impiam consuetudinem, quam viri Christiani ex Christi præcepto sub mortis æternæ pœna declinare tenentur. Id intelligens D. Paulus in epistola ad Ro-
Rom.12. manos aiebat: Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Dicens, huic seculo,indicat alterum esse seculum,cui debemus conformari. Conformamur autem huic seculo, cum eius voluptates,illecebras, diuitias, & impiam viuendi rationem sequimur, cùm vitijs cõtaminamur, mundiq; vanitatibus amore deligimur. Contra verò cum reformamur in nouitate sensus, cùm ad Christum confugimus,cùm cõtemnimus voluptates, cum omnem vitæ cursum in Dei obsequio,in labore corporis, atq; in animi contentione cõficimus, cùm nihil in vita expetendum ducimus, nisi quod est honestum, & cum vera dignitate coniunctũ. Demum tũc mũdo conformamur, cum eius res fallaces & nefariæ veluti æneum sigillũ in cordibus nostris,quæ earum dulcedine instar cetæ mollescunt, imprimuntur, in suã nos vanitatẽ transformates, vt eas quocunque nos ducant, sequamur. Tunc verò reformamur in nouitate sensus,cũ Christum induimus, eiusq; amorem habemus in animis impressum, & iuxta eiusdẽ apostoli
1.Co.15. sententiam, Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus imaginem cælestis. Et cùm deponimus secundũ priscam conuersationem veterem hominem,qui corrumpitur, & renouamur spiritu mentis nostræ.
Ephe.4.

Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorũ. Supra portam erat ex parte interiore porticus quædam, habens quoddam spatium, quod appellatur hoc loco vestibulum portæ. Mensurauit murum, & primum limen exterius, deinde thalamos, nam mensurato vno omnes mensurabantur, cùm omnes essent eiusdem mensuræ & quantitatis, postea mẽsurauit vestibula quinq; cubitorũ, quæ erãt inter thalamos, deinde secundum limen,quod erat ex parte interiore, postremò vestibulum octo cubitorum, quod erat spatium porticus, siue, vt dicunt nõnulli, ipsa porticus. Est aũt porticus locus amplus tecto inclusus ad repẽtinos imbres, & feruentis solis æstus declinãdos, & vmbræ ac deambulationis gratia ædificatus. Aspicit igitur mensuratam esse totam porticum latitudinem præter spatium illud duorũ cubitorũ,quod erat inter secundum hunc murum & primum thalamum. Distulerat autem illud mensurare vsq; adhuc, quòd esset minor huius porticus pars. Nunc redit ad illud mensurandũ,vocãs illud frontẽ,dicens: Et frontẽ eius duobus cubitis. Spatium illud ideo vocatur frons,quia per illud videbatur frõs porticus versus orientẽ constituta. In qualibet porticu duæ erãt frõtes. Sunt qui per has frontes intelligãt duas columnas rotundas muro adhærentes, quarũ vna erat ad dexteram, altera ad sinistram, quæ erectæ erant vltra totum portæ ædificium, & habebat quælibet earum duos cubitos in diametri crassitudine. Sed quoniam in ijs frontibus erant fenestræ obliquæ ad illustranda eius interiora, vt postea videbimus, non videtur fieri posse, vt in tam paruo circulo, cuius diameter duorum duntaxat esset cubitorum, esset interior concauitas, & cochleæ & fenestræ. Quare rectius illi meo quidem iudicio sentiunt,qui existimant has duas frontes duas esse turres, portam ex vtraque parte munientes & ornantes, in quarum turrium summitatibus erant pomelli, super quos erant rami palmarum ælati. In his turribus erant intus ascensus sursum per cochleam, quarum turrium murus cochleam circundans habebat duos cubitos crassitudinis ex vtraque parte.
Quidã per frontem, de qua hic loquitur propheta, intelligunt frontispiciũ, alij paraslades,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas Vitruuius antas vocat, hoc est lapides vtrunque latus portæ munientes. Erant quidem in porta turres illæ, quæ frontes appellãtur, sed longè diuersæ ab ijs frontibus, de quibus modo loquitur Ezechiel, nam hic non loquitur de frontibus portæ, sed de spatijs illis, quæ erant inter secundum murum & primum thalamum, quæ frontes appellantur. Illud est hoc loco aduertendum, ideo vestibulũ hoc esse octo cubitorum, quia octauum diem, hoc est domini resurrectionem adumbrabat, & reditus Christi ad vitam imaginem gerebat.

Rom. 4: Ille enim resurrexit, vt ait apostolus, propter iustificationem nostrã. Per hoc vestibulũ ducimur ad sancta sanctorum, hoc est ad æternã beatitudinem, si tamen per frontem duobus cubitis mensuratam transierimus. Frons hæc dilectio est, duo cubiti sunt amor dei, & amor proximi. Duo mandata sunt, in quibus, vt ait *Matt. 22.* ipsa veritas, vniuersa lex pendet & prophetæ: diligere deum super omnia, & proximum sicut seipsum. Vnde ait diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum: *1. Tim. 1.* Finis præcepti est charitas. Est enim charitas plenitudo legis, & totius diuinæ scripturæ scopus. Amore sociata est creatori suo creatura rationis compos, & vinculũ dilectionis ligat vtrosque in idipsum tanto felicius, quanto fortius. Sed vt indiuisa societas & mirabilis concordia vtrobique perfecta haberetur, geminatus est nexus in charitate dei & proximi, vt per charitatem dei omnes vni adhærerent, per charitatem proximi omnes vnum fierent, vt quod de illo vno quisque in semetipso non caperet, plenius per charitatem proximi in altero possideret, & bonũ omnium fieret totũ singulorum. Hi duo *Esa. 6.* nexus sunt duæ partes forcipis apud Esaiam, quibus pruna comprehenditur, & duo cubitus, de quibus hoc loco agit Ezechiel.

Vestibulum autem portæ erat intrinsecus. Solent vestibula esse citra portam, Hoc autem erat intra. Nam in templo dei consuetudo mũdi poliri in maligno nõ admittitur. Qua de re *1. Ioan. 5* paulo antè disseruimus. Est autem vestibulũ locus ante ædium ianuam inter ædes ipsas & viam relictus. Vnde Plautus in Most. Viden vestibulum ante ædes.

Porrò thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde. mẽsuræ vna trium, & mensura viæ frõtium ex vtraque parte. Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum: & longitudinem portæ tredecim cubitorum. Et marginem ante thalamos cubiti vnius, & cubitus vnus finis vtrinque: thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde. Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem viginti quinq; cubitorum: ostium contra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos, & ad frontem atrium portæ vndique per circuitum. Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos. Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erãt C intra portam vndique per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestrę per gyrum intrinsecus: & ante frõtes pictura palmarum cęlata. Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimẽtum stratum lapide in atrio per circũitum: triginta gazophylacia in circũitu pauimenti. Et pauimentũ in fronte portarum secundum longitudinẽ portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad orientẽ & ad aquilonem. Portam quoque, quæ respiciebat viam aquilonis atrij exterioris mensus est tam in longitudine, quàm in latitudine. Et thalamos eius tres hinc, & tres inde, & frontem eius, & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinẽ viginti quin- D que cubitorum. Fenestræ autẽ eius, & vestibulum & sculpturæ secundũ mensuram portæ, quæ respiciebat ad orientem: & septem graduum erat ascensus eius: & vestibulum anteeam. Et porta atrij interioris contra portã aquilonis, & orientalem: & mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos.

Porrò thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde. Quoniam vnius tantũm thalami meminerat, ne aliquis existimaret vnum tantùm

tantùm esse in qualibet porticu, explicat nũc, esse in porticu illa, quæ erat ad viam orientalem, tres ex vno latere, & tres ex altero. A porta muri secundi vsque ad portam muri tertij erat quædam via, quæ infrà medium vestibulum appellatur, quoniam per medium illud vestibulum transgrediebatur. Et ex vna parte illius viæ erat quoddam latus illius porticus, quæ illic erat, ex altera verò alterum: & in vtroque erant tres thalami, & duo vestibula quinque cubitorum inter thalamos etiã vnũ vestibulũ octo cubitorum, & frons illa duorũ cubitorum, quæ erat inter primum thalamum & murum. Et ne quis existimaret hos thalamos inæquales esse, explicat esse eiusdem dimensionis, similiter frontes. Diximus enim suprà in latere vno vnam esse frontem, in altero verò alteram, quæ ambæ eandem habebãt quantitatem. Hæ frontes nõ erant portæ, sed spatia inter murum & primum thalamũ. Sũt, qui existiment esse frontes thalamorum: sed nos nostram sequimur expositionem.

Et mensus est latitudinem liminis portæ decẽ cubitorum. Suprà mensus est spissitudinem liminis, procedendo ab oriente ad occidẽtem, nunc verò metitur latitudinem ab aquilone ad meridiem. Erat autem hæc latitudo decẽ cubitorum, altitudo verò, quæ hic appellatur lõgitudo, tredecim cubitorũ: Numero denario decem præceptorum decalogi additur ternarius numerus, quia ille legis perficit mandata, qui fide vius in sanctissimam credit trinitatem. Qui autẽ huiusmodi est, inter homines obtinet verum honorem, iuxta id quod ait *Psal. 118* psalmographus: Tunc non confundar, cũ perspexero in omnibus mandatis tuis. Et rursus: *Psal. 111* Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis: gloria & diuitiæ in domo eius. Apud deum autem obtinet gloriam immortalem iuxta illud: *Matt. 19.* Si vis ad vitam ingredi, *Ioan. 12.* serua mandata. Et illud: Scio quia mandatum eius vita æterna est.

Et margines ante thalamos. Ante domunculas illas, quæ hoc capite thalami appellantur, erat sedile quoddã, quod vocatur margo hoc loco. Habebat autem cubitum vnum in altitudine, & cubitum vnũ in latitudine. Per thalamos, vbi habitabant, qui ad portam accedentes recipiebant, significatur charitas, per sedile ante eos fides, quæ charitatẽ antecedit: potest enim esse fides sine charitate, charitas autem absque fide non item. Posse quidem esse fidem absque charitate, in- *1. Cor. 13.* dicat diuus Paulus in epistola ad Corinthios, dicens: Si habuero omnem fidem, ita vt montibus sum. Non posse autem esse charitatem absque fide in hac vita, ostendit idem apostolus, dicẽs in epistola ad Hebræos: Sine fide *Hebræ. 11* impossibile est placere deo. Eam ob causam thalami multorum sunt cubitorum, sedile autem vnius, quia charitas non solum deum, sed proximos omnes cõplectitur, fides autẽ vna est, ne in schismata & sectas diuidatur: vnde magnitudinem arcæ Noe vnus cubitus includit. Et quoniam & deum & proximum debemus amplecti charitate, ideo ex vtraque parte sunt thalami constituti: & quia charitas in vtroque testamento præcipitur. *Genes. 6.*

Ostium contra ostium. Hoc est, erat porta è regione portæ sibi portę mutuò respõdebant. Potest hoc intelligi de portis murorũ. Nam in latere orientali tres erãt portæ, vna in vnoquoque muro, quæ omnes directè sibi inuicè respondebant: totidem similiter in latere aquilonari, & totidem in australi. Vel potest intelligi de portis thalamorũ: nam eorũ portæ, quę erant ex vno latere porticus, erant directè versus portas thalamorum ex altero latere. Hæc videtur rectior expositio, quoniam de thalamis loquebatur, non de muris.

Et fecit frontes per sexaginta cubitos. Hoc est, mensurauit frontes, quæ erant sexaginta cubitorum. Numerus senarius pertinet ad mundi creationem, qui sex diebus conditus est: denarius verò propter decalogum ad perfectionẽ: vt per singulos dies decades singulæ supputentur: & à creaturarum contemplatione ad perfectam dei contemplationem veniamus. Ea enim, quæ Deus sex diebus creauit, homines mouent, vt vim diuinam admirentur, deumque ipsum rerum omnium effectorem cognoscant, eiusque amore inflammati ad ipsum rapiantur.

Et fenestras obliquas in thalamis. Aiunt nõnulli, has fenestras ideo vocari obliquas, quia erant exterius strictæ, intus verò latæ: ita enim fieri solent cõmuniter fenestræ, vt domus possint magnam claritatẽ recipere. De Salomone 3. Reg. 6 ait diuina scriptura libro Regum 3. Fecit in templo fenestras obliquas. Nam illi, quibus lumen sapientiæ conceditur, templi penetralia replent, & qui splendorem diuinæ contemplationis percipiunt, mox animum dilatant, & ad maiora recipienda se præparãt. Ego nihilominus existimo, has fenestras obliquas cõtrario modo dici, nempe quia erãt foris latæ, intus verò strictæ, vt parum exterioris claritatis reciperent. Ideo dicebantur obliquæ, quia non erant instar aliarũ fenestrarũ constructæ. Nã tẽplum illud Salomonis, & similiter domus hæ, quæ hic vocantur thalami, diuino splẽdore, magis q̃ corporeo lumine illustrabantur. Etsi vtrunque lumẽ bonum sit, & interius per

Universidad de Deusto
Biblioteca

conscientiam, & exterius per exemplum, tamẽ multò illustrius & præstantius est interius, quã exterius. Omnis gloria filiæ regis, inquit regius psaltes, ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Ac si diceret: Omnis animæ decor & pulchritudo, & omnes eius voluptates sunt intus in ipsa anima constitutæ: eius gloria & ornamenta sunt præclaræ virtutes. At ita interiore ornatu delectatur, vt exteriorem etiam curet, & exquirat. Vult aureas fimbrias hominum cõspectui obiectas, & exemplorum bonorum varietatem in operibus exterioribus apparentem. Aspicis igitur bonum esse vtrunque splendorem, sed illum longè præstare, qui intus in rectè factorum conscientia inuenitur. Id intelligens diuus Paulus aiebat: Hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ. Vt pyrum & nucis nucleum comedimus, putamina autem & operimenta in terram deijcimus, sic virtute oblectamur, speciem autem virtutis à virtute separatam contemnimus. Virtus est veluti substantia, exterior verò superficies oculis exposita veluti accidens. Sed vt superficies nucleum custodit, sic exteriora virtutem conseruant. Bonæ cæremoniæ ad honestatem & dei cultum pertinentes non sunt per se religionis substantia, sed sunt ipsius substantiæ ornatrices & conseruatrices, & veluti folia quædam, quæ cedunt in fructuum pulchritudinem & custodiam. Hoc de superficie illa exteriore intelligendum duco, quæ est rum interiore virtute coniuncta, nam qui tetra scelera alba virtutum specie cooperit, simulans sanctitatem, non religiosus est, sed hypocrita, cygno similis, qui plumas omnes candidas habet, carnes autem nigras, foris albus, intus niger. Eam ob causam lex vetus esum cygni prohibebat. Et quanuis hypocrita ieiunijs & precibus seipsum crucier, nullam tamen consequitur veram salutem. Est latro ille, qui à sinistris cum domino pependit, & Simon Cyrenæus crucem ferens alienam, quoniã inanis gloriæ auiditate incensus ea facit, quæ non diligit. Vt trundo foris pulchra intus vanã lugmen pro fructu producit: sic hypocrita specie exteriore virtutis ornatus foris, intus autem à vera virtute penitus alienus pro solido gloriæ fructu ramusculos producit, inanes illos quidem, & vento vndique agitatos. Vnde ait in libro Sapientiæ scriptura diuina: Spes impij quasi lanugo. Quemadmodũ non nulli mercatores pelles tantùm vendunt vulpium & martium, corda autem & interiora eorum animalium non curant: sic hypocritæ exteriora tantùm hominibus vendunt, de interioribus non tractant. Pelliones sunt, & pelles vendunt, quibus diuitiæ, honores, dignitates luctantur: mercatura ast sordida, sed vtilis, quæ tota in pellibus versatur: cum Deus præcipiat in lege, vt pellis animalis illi immolati extraharur. Sed væ miseris illis, qui nesciunt, quid ob tale lucrum amittant, amittunt cœlũ pro terra, animam pro corpore, deum pro mundo. Pretium, quod ex hac negotiatione hypocritæ consequuntur, pœna est æterna, & excæcarum tenebrarum vorago, imò in hac vita cruciantur, & cotidianis cruciatibus æternos sibi emunt cruciatus. Non obtinebunt gloriam, nec deum in beatitudine intuebuntur. Ideo ait Iob: Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Illi solùm deum videbunt, qui fuerint animi puritate præditi. Vnde ait Christus Deus noster: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quomodò deum videbunt, qui seipsos non vident? Ea cæcitate laborant impij hypocritæ, vt sibi libenter assententur, vt nec fœdissimas labes suas, & tetras maculas aspiciant, nec quàm longè absint à pietatis excellentia, & iustitiæ præstantia cognoscant. Quam ob causam raro ad deum conuertẽtur. Cùm enim se esse Christianæ religionis disciplina instructos confingant, effugant spiritum sanctum, absque quo conuerti non possunt. In libro Sapientiæ sunt hæc verba literis mãdata: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Eam ob causam Christus væ, & æternam hypocritis annuntiat damnationem. Apud Matthæũ. Væ, inquit, vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter quod amplius accipitis iudicium. Hi nullum habẽt intus in conscientia splendorẽ, totam lucem ab exteriore aucupantur. At viri euangelica pietate insignes, & Christiana pietate præstantes interna claritate gloriantur. Ideo fenestras conficiunt obliquas, quibus ab exteriore parum luminis introeat, quoniam diuino lumine oblectantur. Cæterùm per has fenestras significantur præsules, & concionatores, per quos debet solis diuini claritas ad populum introire. Ideo hæ fenestræ obliquæ sunt & angustæ, vt per eas possit splendor ingredi, non latro. Sed quoniam per hos thalamos, per has domunculas & mansiones præsules & cõcionatores significari diximus, per earum fenestras illorum sensus intelligimus: qui obliqui, hoc est à falsa mundi opinione abhorrere debent, ne impiam sceleratorũ consuetudinem imitantes, dicant cum illis: Ascendit mors per fenestras nostras, ita enim eos facit Ieremias loquentes.

Pſal. 44

2. Cor. 1.
Simile.

Simile.

Lexit. 11

Marc. 15.
Matt. 27

Simile.

Sapien. 1.
Simile.

Sapien. 1.

Matt. 23.

Ierem. 9.

Similiter autẽ erant & in vestibulis fenestræ. Per vestibula hæc intelliguntur porticus, hoc

hoc est spatia tecta & cooperta:

Et ante frontes porticus palmarum celatæ. In superiore parte frontium muri, quæ erãt in lateribus portæ hinc & inde, erant palmæ ad ornatum & pulchritudinem sculptæ. Nomine palmæ significatur corona victoriæ, quæ templum dei ingredientibus promittitur, si legitimè pugnauerint, non coronabitur, inquit Apostolus, nisi qui legitimè certauerit. Sed duplex est corona, vna in hac vita, altera in futura, corona huius vitæ potest amitti & euanescere, corona gloriæ est sempiterna. Ideo nõ ait Ezechiel esse illic palmas verè & reipsa, sed palmarum imaginem & cælaturam: quoniam huius mundi res fluxæ sunt, & veluti imagines & figuræ, corona autem gloriæ in cœlo immortalis est, quam beatus Petrus appellat immarcessibilem: beatus Paulus incorruptam, beatus Iacobus coronam vitæ, & psalmographus coronam de lapide pretioso. Ideo ait Ezechiel has frontes excelsas esse palmis veluti coronis redimitas, quoniã viri magni, qui rerum cœlestium auiditate inflammati ad deum aspirant, de mundo, dæmone, & carne mirabilem victoriam reportant. In reliquo re posita est illis corona iustitiæ, quam reddet illis dominus in illa die iustus iudex.

Genes. 1.

2. Tim. 2

2. Pet. 5.
1. Cor. 9.
Iacob. 1.
Pſal. 20.

2. Tim. 4

Et eduxit me ad atrium exterius. Id est, vir, qui me ducebat, introduxit me ad secundum atrium, quod, vt diximus, appellatur exterius respectu interioris, in quo situm erat templũ. Primum atrium erat inter primum & secundum murum, de quo atrio hucusque locuti sumus, quod appellabatur locus vulgi, seu atriũ immundorũ. Ab hoc primo atrio eductus est Ezechiel ad secũdum, quod appellabatur exterius, seu atrium mundorum, de quo nunc loquitur, quod erat inter murum secundum & tertium procedendo ad templum. Hoc secundum atrium erat altius primo, quod erat immundorũ, & inferius vltimo, quod erat sacerdotũ. Hoc autẽ sacerdotum atriũ erat alijs altius, & templo propinquius. Nam sacerdotes sunt in excelsa dignitate constituti, & debent esse deo propinqui per charitatem, & animi puritatem, & cæteras virtutes. De illis ait dominus: Sacerdotes, qui accedunt ad dominũ, sanctificentur, ne percutiam eos. Et psalmographus: Sacerdotes tui induantur iustitia. Et Esaias: Mundamini, qui fertis vasa domini.

Exod. 19.
Pſal. 131.
Esa. 52.

Et ecce gazophylacia. In hoc secundo atrio erant triginta gazophylacia. Sunt autem gazophylacia recondituria diuitiarum. Fortasse erant illic posita, vt in ea possent, qui vellent, elemosynas conijcere, vel vt in illis templi thesauri reconderentur. Ecclesiam introeuntibus gazophylacia exponũtur spiritualiũ diuitiarum plenæ de quibus est in Prouerbijs literis mandatum: Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. Hoc est, anima viti redimitur opibus suis, quæ sunt veræ virtutes. Septuaginta pro gazophylacijs habent thalamos. Aquila habet cellaria. Symmachus exedras. Sunt, qui dicant habitationes esse leuitarum, qui templo seruiebant. Alij asserũt in illis gazophylacijs solitos esse ministros templi occidere animalia, quæ erant deo immolanda.

Prou. 13.

Et pauimentum stratum lapide. Pauimentũ hoc erat in atrio secundo inter portam orientalem secundi muri, & portam orientalẽ muri tertij, qui erat interior, & templo propinquior. In hoc pauimento erant triginta gazophylacia, quindecim in latere australi, quindecim in aquilonari.

Portam verò, quæ respiciebat viam aquilonis. Describitur porta aquilonaris, quæ erat portæ orientali similis.

Et thalamos eius tres hinc, & tres inde. Subaudi, mensus est. Ex vno latere portæ aquilonaris erant tres thalami, ex altero alij tres. Vtraque pars est vtrunq; testamentum: & litera & spiritus: quæ omnia sanctissimæ trinitatis mysterijs docent.

Secundum mensuram portæ prioris. Portam priorem appellat portam orientalem, de qua priùs locutus est.

Quinquaginta cubitorum longitudinem eius. Accipitur longitudo pro altitudine.

Et sculpturæ. Subaudi palmarum. Dixerat enim antea, esse in frontium capitibus picturam palmarum cælatam. Septuaginta pro sculpturis habent palmas.

Et septem graduum erat ascensus eius. Hinc apparet, à vulgi loco ad atrium mundorũ ascensum esse septẽ graduũ. Nam per septẽ dona spiritus sancti, de quibus agit capite vndecimo Esaias, possumus ad excelsam rerum diuinarum contemplationem ascendere. Præterea portam salutis ingredientibus nondũ est animi quies & securitas, nisi septem gradus virtutum transeant: quarum tres theologales dicuntur, quatuor verò cardinales.

Esa. 11.

Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem. Hoc est, porta atrij interioris erãt è regione aliarum portarũ. Tres muri erant in hoc ædificio, & in quolibet erant tres portæ, vna ad orientem, altera ad aquilonẽ, alia ad meridiem: & ita erant dispositæ, vt qui essent in exteriore, viderent alias duas, & portam replì. Templũ enim tres habebat portas, murorũ portis respondentes. Itaq; in parte orientali quatuor erant directæ portæ, tres murorum, & vna templi. Similiter in parte australi, & septentrionali. In parte verò occidentali

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulla erat porta, quia ibi erat sacrarium, quò nemo ingrediebatur, nisi sumimus sacerdos: & sacrarium hoc, quod sanctum sanctorum vocatur, nō habebat introitum nisi per templū. Eam ob causam templum hoc multas portas habebat, vt ad illud ex variis partibus introirent: quia futurum erat, vt in ecclesiam catholicam hoc templo significatam multi ex diuersis orbis terrarum oris ingrederentur. Portarum varietas introeuntium varietatem significabat. Hæ sunt portæ, de quibus dixerat regius vates: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Acsi diceret: Chariores habet Deus portas ecclesiæ, quàm habuerit vnquam vniuersam synagogam. Quis est tā omni intellectu alienus, qui credat hoc de portis terrenæ Hierosolymæ præcipuè intelligi, quas scimus fuisse traditas igni, & in cineres ac fauillas cōuersas? De portis spiritualis Hierosolymæ loquebatur prophetas de quibus iterum cecinit: Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. His portis ingrediuntur nonnulli ab oriente venientes, qui tepidi erant & lassi, & alij ab aquilone frigidi, alij à meridie feruentes. Præterea alij veniebant ab statu vitæ florente per orientem significato, alij de austro procelloso, & mundi aduersitate seculū fugientes, alij ab alto aquilone, hoc est, à mūdi superbia, de qua ait Ieremias: Ab aquilone pandetur omne malum. Nam, vt ait Ecclesiasticus: Initium omnis peccati est superbia. Ea relicta, & vana mundi pompa repudiata multos ad Christi ecclesiā venisse cognouimus. Ex parte occidentis non erat in hoc templo porta vlla, quoniam ex occidente, ex morte eterna per occasum significata nemo venit ad Christum: post mortem corporis nullus est locus reuertēdi. Ideo ait Apostolus: Dum tēpus habemus operemur bonū ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Et Christus deus noster apud Ioannem: Operamini, dum dies est, venit nox, quando iam nullus poterit operari. Promerendi tempus in hac duntaxat vita est.

Psal. 86.

Psal. 99.

Ierem. 1.
Eccle. 10.

Cala. 6.

Ioan. 9.

Et mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos. Hæc erat pauimenti longitudo inter duas portas aquilonares muri secūdi & tertij.

Et eduxit me ad viam australem: & ecce porta, quæ respiciebat ad austrum: & mensus est frontem eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores. Et fenestras eius, & vestibula in circuitu sicut fenestras cæteras, quinquaginta cubitorum longitudine & latitudine viginti quinque cubitorum. Et in gradibus septē ascēdebatur ad eam: & vestibulū ante fores eius: & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interioris in via australi: & mensus est à porta vsque ad portā in via australi centū cubitos. Et introduxit me in atriū interius ad portam australē: & mēsus est portā iuxta mē suras superiores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius hisdē mensuris, & fenestras eius, & vestibulū eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos. Et vestibulū per gyrum longitudine viginti quinq; cubitorū, & latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius: & palmas eius in fronte: & octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem: & mensus est portam secundum mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius: & vestibulum eius sicut suprà: & fenestras eius, & vestibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorū. Et vestibulum eius, id est, atrij exterioris: & palmæ cælatę in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. Et introduxit me ad portam, quæ respiciebat ad aquilonem: & mensus est secundum mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorū.

Et adduxit me ad viam australem. Verti poterat: Inde me duxit per viam meridiei.

Iuxta mensuras superiores. Id est, hæc porta australis cum postibus suis eiusdem erat magnitudinis cum porta prius descripta.

Et cælatæ palmæ erant. Erant frontes palmis in summitate sculptis ornatæ, & veluti coronis victoriæ redimitæ, quemadmodū de alijs frontibus diximus. Aduerte. Palma vna erat ad dextram, & altera ad sinistram, quia & illi à Deo coronantur, qui in prosperitate habent temperantiam & moderationem, & illi, qui in aduersitate patientia se muniunt, rerumque humanarum tolerantia. Per dextram florens status intelligitur, & mundi felicitas, per sinistram verò aduersitas & calamitas.

2. Par. 3

Palma verò victoribus datur. Ideo eam Salomon in templo pingere præcepit. Sed oportet fortiter laborare, & contendere. Iob comparat hominem cum milite dicens: Cūctis diebus, quibus nunc milito. Et alibi: Militia est vita hominis super terram. Et comparat eū cū mercenario dicens. Sicut dies mercenarij dies eius. Vult significare, debere hominem cautè viuere veluti inter perpetuos inimicos instar militis in bello, & fortiter dimicare, & altera ex parte debere ignauiam repellere, & labores subire instar mercenarij tota die laborantis. Id voluit diuina scriptura significare,

Iob. 14.
Iob. 7.
Iob. 7.

2. Esa. 4.

cū dixit, eos, qui tēplum Hierosolymæ, & mœnia ciuitatis instaurabant, manu vna fecisse opus, & altera tenuisse gladium. Armati ædificabāt pugnātes & laborātes. Et dominus nō reddit denariū nisi ijs, qui in vinea laborauerūt. Denarius aūt est merces æterna, est palma victoriæ, & corona vitæ, quā repromisit Deus diligentibus se, quæ hoc loco apud Ezechielem per palmam significatur.

Matt. 20

Luc. 1.

Et porta atrii interioris in via australi. Hoc est, porta tertij muri, qua erat ingressus ad atrium interius per viā respicientem ad austrum.

In via australi centum cubitos: Hæc erat pauimenti longitudo à porta ad portam, in parte australi. Tria pauimenta mensurauit, orientale, aquilonare, & australe.

Thalamum eius & frontem eius. Id est, thalamos eius & frontes seu postes eius.

Et octo gradus erant, quibus ascendebatur per eam. Ex atrio primo siue immundorum ascendebatur ad atrium secundum siue mundorum per septem gradus, ab atrio verò secundo ad atrium tertium siue sacerdotum per octo.

Et vestibulū eius, id est, atrii exterioris, & palmæ cælatæ. Poterat hoc ita verti. Et vestibulum eius erat in atrio exteriore, & quædam palmæ in postibus, &c.

Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius: & cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum. Ibi lauabant holocaustum. Et in vestibulo portæ

duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad aquilonem, duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde: per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ: longitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius super quas ponent vasa, in quibus immolatur holocaustum & victima: & labia earum palmi vnius reflexa in trinsecus per circuitum: super mensas autem carnes oblationis. Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad aquilonem: & facies eorum contra viam australem, vna ex latere portæ orientalis, quæ respiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me: Hoc est G gazophylacium, quod respicit viam meridianam, sacerdotum erit, qui excubant in custodijs templi. Porrò gazophilacium, quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filijs Leui ad dominum, vt ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrū: & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulū templi, & mēsus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Longitudinem autē vestibuli viginti cubitorum: & latitudinem vndecim cubitorum: & octo gradibus ascendebatur ad eum. Et columnæ erant in

Universidad de Deusto
Biblioteca

frontibus, vna hinc, & altera inde.

Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius, & celatura, &c. Poterat hoc ita verti: Et frontes eius erant in atrio exteriore, palmæq; in ipsis frontibus ex vtroque latere.

Et ibi lauabant holocaustum. Vnûquodque gazophylaciû habebat ostiû versus pauimentum, quod erat in frontibus portarû. Et in ostijs horum gazophylactorum abluebant ministri tépli carnes immolandas, quæ erant penitus comburendæ: quæ hic vocantur holocaustum, holocaustû idé est quod totû crematû. Qui se deo offerût in holocaustû, debent animû expiare, & conscientiâ pijs lachrymis abluere. Est enim animus fractus, atq; ob criminis admissi conscientiam iusto mœrore, & lachrymarum abundantia deiectus, sacrificium Deo gratissimum. Ita enim ait Dauid: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritû & humiliatû deus nô despicies. Si magnificimus aquas florum aut herbarû, quia abluût oculos, aut medentur nonnullis vulneribus, cur non magnificimus lachrymas, quæ abluunt animæ sordes, eiusq; vlcera curant? Hic liquor est omni balsamo prætiosior, vtilior, & salutarior. Id voluit significare Salomon, cùm mare fusile, & luteres in templo cõstituit. Per mare fusile & æneum, in quo lauabantur sacerdotes deo sacrificium oblaturi, significabatur vera peccatorum confessio cum lachrymis cõiuncta, qua sacerdotes nouæ legis ad altare accedentes debent cõscientiæ maculas expiare. Luteres autem in quibus carnes in altari holocaustorum offerendæ abluebantur, lachrymæ sunt contritionis, quibus debent verè Christiani labes suas delere, vt sanctum fiant domino sacrificium, & ad fontem Siloe, hoc est, ad veram scelerum confessionem, ad sanctû pœnitentiæ sacramentum confugere, vt excitatè, & flagitiorum tenebras detergant. Omnes fluuij non possunt prunam vnam extinguere purgatorij, & piæ contritionis lachrymæ ignem illum extinguunt. Vt cùm domus aliqua incendio flagrat, qui eam volunt à flammis eripere, ad aquas confugiunt, sic nos videntes animas nostras flammis impiarum cupiditatû flagrantes, fumus statim ad lachrymas recursuri, quibus incendium extinguamus. Vt impelur positus numus à certo quodam loco nõ cernitur, at si vas illud fuerit impletum aqua, statim videtur numus à longe intuentibus, sic anima nostra in vasis fictilibus, intra nosipsos numus hic admirabilis imagine dei insignitus nõ videtur à nobis, quo fit, vt nos ipsos ignoremus, at tanta potest esse piarum lachrymarû copia, vt ipsam animam nostram intucamur, eiusq; pestilentes labes emundemus. Quatuor sunt piarum lachrymarum formæ, prima est earum, quæ ob peccata propria funduntur, de quibus dixit Dauid: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Secunda est ob aliena flagitia, iuxta illud eiusdem diuini vatis: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Ac si diceret: Ideo oculos meos in lachrymarum fontes conuerti, quia intueor mortales legem tuam contemnere, seque sceleribus contaminare. Hac ratione ductus aiebat Ieremias: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Ac si diceret: Vtinam caput meum esset fons perennis, & oculi mei venæ lachrymarû, vtinam caput meum esset in aquas cõuersum, quæ per oculos tanquam per canales perpetuò manarét, vt ita possem scelera populi mei debita lachrymarum abundantia deplorare. Tertia lachrymarum species est, cùm pro longo huius vitæ incolatu, & morâ exilij à patria cælesti diffundûtur, iuxta illud: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Et illud: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, vbi est deus tuus? Quarta est pro acerbissimorum cruciatuum, & innocentissimæ mortis Iesu Christi memoria. Eam animo intuens Ieremias, vimque lachrymarum profundens, aiebat: Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Hæ quatuor lachrymarum formæ sunt quatuor illæ hydriæ, quas aquis impletas iussit Elias effundi super holocaustum, quod fuit gratum Deo, & igne cælesti mirabiliter deuoratum. Nec caret mysterio fuisse ignem cum his aquis copulatum, ita enim debet Nilus cum Aetna coniungi, vt piarum lachrymarum affluentiam fundamus, & ardenti diuini amoris incêdio flagremus. Est in Gallia fons quidam frigidissimus, qui, vt tellatur Baptista Fulgosus, cum aquis aliquando flammas ignis diffundit, sic vt verè Christianus cum pijs lachrymis debet diuinæ charitatis flâmas cõnectere, & beato illo ac admirabili incêdio flagrare. Aqua lachrymarû est veluti mare rubrû, vbi Pharao, hoc est, impius appetitus cũ vitiorû exercitu obruitur, & flagitiorum capita confringuntur, iuxta illud: Contribulasti capita draconum in aquis. Nec solùm lachrymæ obruunt flagitia, sed etiam cordis terram irrigant, & frugiferam reddunt. Est enim lachrymarum abundantia fons ille paradisi irrigans vniuersæ terræ superficiem,

Psa. 50.

3. Reg. 7.

Ioan. 9.

Simile.

Simile.

Psa. 5.

Psal. 118

Ierem. 9.

Psal. 136

Psal. 41.

Thren. 2.

3. Reg. 18.

Simile.

Exod. 14

Psal. 73

Gene. 2.

Eccl. 14. ciem, & consitum hortum, de quo alebat Ecclesiasticus: Rigabo hortum plantationis. Est etiam natatorium Siloe, vbi oculi animorum abluuntur. Felix ille, qui pijs lachrymis offunditur, quoniam in æterna beatitudine oblectabitur. Nam, vt ait regius vates, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. O beata semina, quæ pro fructu æternâ producunt

Psal. 125

Matt. 5. voluptatê. Vnde Christus Deus noster, Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ipse dominus super Lazarû plorauit mortuum, & vidês ciuitatê fleuit super illâ. Dauid luxit Absolonem, Christus populum Iudaicum, fleuit mundi scelera, petens â patre cœlesti eorum remissionem, & vt ait Diuus Paulus in epistola ad Hebræos, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Audiamus Diuum Bernardum ijs verbis falsam nostram lætitiam obiurgantem: Christus compatitur, & plorat, homo patitur, & ridebit? Et alibi: Deliciæ angelorum sunt lachrymæ nostræ, & delectabiles lachrymæ pœnitentis. Et iterum: Felices lachrymæ, quas benignæ manus conditoris absterguunt, & beati oculi, qui in talibus liquefieri elegerunt. D. Hieronymus ita inquit: O lachryma, humilis tua est potentia, tuum regnum, tribunal iudicis non veteris: amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis. Nõ est qui te accedere vetet, si sola intraueris, vacua non redibis, magis crucias diabolû, quàm pœna infernalis. Quid plura, vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium virginis. Et Diuus Gregorius: Regnum cœlorum rapi vult nostris affectibus, quod nostris meritis non deberur. Et Cassiodorus in psalmos: Fletus est cibus animatû, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum refectio mêtium, lauacrum culparû. Hæc ille. Vt gelu durescit in vase quo dà incluſum, sed si igne agitatur, liquescit, & per vasis egreditur foramina, sic peccati frigiditas vertitur in duritiem, at si diuini amoris igni admoueatur, liquescit gelata illa frigiditas, & in lachrymas teloluta diffunditur per oculos. Quærendus est hic ignis, vt diffluant lachrymæ, & peccata deleantur. Emittet enim illum Deus, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Lugeamus igitur, & affluentiam lachrymarû fundamus, atque in atrio interiore, in intimo conscientiæ nostræ, holocaustum, hoc est nos ipso deo dicatos perenibus lachrymis lauemus, eos in spiritu imitêtes, de quibus hic ait Ezechiel: Ibi lauabant holocaustum.

Simile.

Psa. 147

Vt immolatur super eas holocaustum. Occidebatur animal, & caro eius lauabatur & cremabatur, & ita oblata Deo vocabatur holocaustum, hoc est sacrificiû totum combustum. Etsi hoc sacrificij genus antiquatum est, remansit tamen id, quod significabatur per illum. Caro nostra est diuini amoris igne comburenda, & tota Deo immolanda. Si enim eam effœmatâ, sibique præsidentem exultare & nutriri reliquerimus, abijciet moderationem & contionê tiam, & animum perturbabit, & ad perniciem sempiternam adducet. Hæc est Heua nos ad pomum prohibitum inuitans. Hæc est Aegyptia Putiphaaris vxor Iosephum ad falsas voluptates volens allicere. Hæc est Iahel Sisaram ficto amore seducens, sed verè occidens. Hæc est Dalila, quæ Samsonem in sinum suum blâdè excepit, eique capillos amputauit, tradiditque Philistæis hostibus suis, qui illum oculis priuarunt, & ad ignominiâ traduxerunt. Hæc est puella saltatrix, quæ Ioannis caput petiuit. Hæc est ancilla ostiaria, ad cuius você Christû negamus. Eam debemus coercere & castigare iuxta id, quod ait Apostolus in prima ad Corinthios: Castigo corpus meû, & in seruitutê redigo. Et ad Romanos: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiâ viuentê, sanctâ, Deo placentê, rationabile obsequiû vestrû. Hostia occidebatur, & à postolus monet carnê mortificemus, vt sit hostia viuens, vt sit victima viua. Si victima est, occisa est: si occisa, quomodo viua? Qui fieri potest, vt mortua & viua eodem tẽpore sit? Vult significare apostolus, ita nos debere carnem mortificare, vt sit mortua peccato, viua autê gratiæ, mortua concupiscentiæ, viua verò virtuti. Imò viua esse non poterit, nisi hoc modo fuerit mortua. Ait enim Apostolus: Si secû dum carnê vixeritis, moriemini, si autê spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Vultis secundû carnê, est eius imperio subesse, eius legibus obtẽperare, eius desiderijs duci. Ideo ait postea in eadê epistola Apostolus: Curâ carnis ne feceritis in desiderijs. Et ad Colossenses: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Et ad Galatas: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

Ioan. 11.

Luc. 19.

Hebr. 5.

Gene. 3.
Gene. 39.

Iud. 4.
Iud. 16.

Mar. 6.
Ioan. 8.

1. Cor. 9.

Rom. 12.

Rom. 8.

Rom. 13.
Colos. 3.

Gala. 5.

Et pro peccato, & pro delicto. Peccatum est in commissione, delictû verò in omissione. Vel per peccatû intelligitur culpa venialis, per delictum verò flagitium mortiferum.

Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad aquilonem. Ex his verbis colligitur, huius ædificij locû altiorem esse ex parte aquilonari, quod supra asseruimus, verba illa explanantes. Quasi ædificium ciuitatis versus gentis ad austrum.

De lapidibus quadris extructa. Non rotûdis, qui non sunt ad ædificiû apti, sphærica enim in pûcto se tangût. Lapides quadratû ex omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

latere firmiter manent, lapidem angularem imi-
Psal. 117 tantes, qui factus est in caput anguli, de quo ait
Ephes. 2. Apostolus in epistola ad Ephesios: Iã nõ estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorũ & prophetarũ ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit.

In quibus immolatur holocaustum, & victima. Holocaustum erat totum crematum, victima non crematabatur tota, sacrificium comprehendit vtrumque.

Gazophylacia cantorũ in atrio interiore. Quatuor gazophylacia erant in intimo atrio, duo cantorum, duo verò sacerdotum. Sacerdotes immolabant Deo victimas, & cõtores inter immolandum canebant, Deum laudibus efferentes. Ita sacrificia sunt Deo grata, quæ spõte & cum gaudio fiunt. Id intelligens regius vates
Psal. 53. canebat: Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quod bonum est. Vbi confiteri accipitur pro laudare. Sunt, qui existimẽt in ijs duabus gazophylacijs solitos esse habitare sacerdotes per hebdomadas succedẽtes, qui templo ministrabãt, & in alijs duobus similiter cantores. Quòd existimant, nec sacerdotes nec leuitas in his gazophylacijs cõmorati, sed seruori in illis instrumenta, sacerdotum & cantorum ministerio necessaria, quæ ita sunt, thuribula, gladij ad occidendum victimas, phialæ, & alia huiusmodi pro sacerdotibus, pro cantoribus verò citharæ, tympana, cymbala, & alia huiusmodi.

3. Reg. 2. *Illi sunt filij Sadoch.* Tertio libro Regũ fuit memoriæ proditum, fuisse Abiatharũ de summo sacerdotio dejectum, & Sadochum à Sãlomone eius loco constitutum. Et ita reductũ fuit summum sacerdotium ad progeniẽ Eleazari Aaronis filij. Huius Sadochi erant filij, qui huic templo seruiebant. Sadoch idem est
Psal. 30. quod iustus & iustificans, per quem Christus significatur, de quo dicitur in psalmo: Iustus
1. Cor. 1. dominus, & iustitias dilexit, æquitatẽ vidit vidit vultus eius. Et D. Paulus in prima ad Corinthios: Factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Hunc sunt filij omnes veræ Christiani, de quibus ait D. Ioan-
Ioan. 1. nes: Quotquot autem cũ receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credũt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.

Et mensum est atrium longitudine centum cubitorum. Loquitur de atrio interiore, quod erat in medio totius ædificij, in quo atrio situm erat templũ. Erat autem atrium hoc quadratũ, tam latum quàm longum.

Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum. Incipit describere tempũ, in quo erat vestibulum, sanctum, & sancta sanctorum. In vestibulo sunt catechumeni, in sancto baptizati, in sanctis sanctorum charitate prædiri, sapiẽtia ornati, virtutum omniũ mœnibus muniti, qui diuinarum rerum contemplationi dediti, corpore habitãt in terra, animo verò in cœlo, in carne humana degentes vitam cœlestem, ac diuini bonitatis effigiem in suis moribus ac factis adũbrantes. Huius sanctuarij siue sancti sanctorum porta angusta est, & pauci per eam ingrediuntur. De ea ait regius vates: Hæc porta domini, iusti intrabũt per eam. Et Christus Deus noster apud Matthæũ: Intrate per angustam portam, & apud Lucam: Contendite intrare per angustam portam.

Et octo gradibus ascendebatur ad eã. Subaudi intertorẽ portã. Hi octo gradus sunt octo illæ beatitudines, de quib⁹ ait Christus: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Beati mites, quoniã ipsi possidebũt terrã. Beati qui lugẽt, quoniã ipsi cõsolabũtur. & cæteræ quæ in euãgelio D. Mat. recitãtur, quod euangeliũ canitur in festo omniũ sanctorũ. Celebrat ecclesia eorũ memoriã, qui animũ à corporis contagio seuocarũt, seq; ad Christi imitationẽ cõtulerunt. Epistola Apocalypsis illi festo destinata narrat multos esse beatos in gloria cœlesti, euangeliũ explicat vias, quibus se ad gloriã illã sempiternã cõtulerunt, & gradus, quibus illuc ascenderunt, & cœlestẽ illam beatitudinẽ cõpararũt: Est euãgeliũ illud summa quædam graduũ parasiis, & veluti itinerariũ quoddã, docens vias ad æternitatẽ ducentes. De ijs vijs dicitur in psal: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Mare rubrum in exitu Israelitarũ de Aegypto fuit in vias varias diuisũ. Ita enim ait diuinus vates, qui diuisit mare rubrũ in diuisiões aquarũ. Nõ dixit, in diuisionẽ, sed in diuisiones, vt multas fuisse vias ostẽderet. Fluuius autẽ Iordanis vnam solũm habuit quãdo ad ingressum Hebræorũ fuit retrorsum mirabiliter conuersum. Nam volentibus ab Aegypto, à mundi caligine, à flagitijs & sceleribus exire viæ multæ ostẽdũtur: terrã autẽ promissionis, hoc est, cœlestem patriã ingredientibus vna patet via, nimirũ discedere in gratia gratum faciente, ad quam viæ aliæ diriguntur, & per hanc portam illi ad æternam ingrediuntur beatitudinem, qui ex hac vita in charitate migrant, vel istum, vel si non sunt omnino purgati, postquam in purgatorio permundantur. Vocantur autem hi octo gradus beatitudines, quòd ad certam illam tendant beatitudinem, in qua cœtus mentium beatarum Deo in æternũ fruuntur. Quæ sunt ad finem aliquem ordinata, debent

Psal. 117
Apoc. 7.
Psal. 24
Exod. 14
Psal. 135
Iosue 3.
Psal. 113

debent habere similitudinem aliquam & proportionem cum illo fine, cùm autẽ ordinati ad æternam beatitudinem, oportet habere cum ea aliquam similitudinem & proportionem. Est autem hæc similitudo & proportio seruare beatitudines dispositiuas & præparatiuas ad obtinendam beatitudinem vltimã & fruitiuam. Beatitudines autem sunt pauperes spiritu, mansuetudo, lachrymæ, desideriũ iustitiæ, misericordia, mundities cordis, pax, pa-
Simile. tientia. Vt si quis in papyro deliniatum ædificium magnificæ aulæ portaret manu, interroganti quid manu teneret, posset rectè respondere, sumptuosam aulam: nõ quòd re ipsa manu teneret lapides, ligna, calcem, & magnam clauorum vim, sed quod graphidem ædificij & linearum ductum, & ipsum denique ædificium illic descriptum gestaret, sic pauperes, mansuetudo, misericordia, & cæteræ huiusmodi virtutes hic connumeratæ dicuntur beatitudines, non quòd re vera fiat ipsa æterna beatitudo, sed quòd sint imago quædam & descriptio, quam debet intueri & imitari, qui cœlestem aulam consequi, sibiq; quodammodo ædificare voluerit: & quòd qui his virtutibus est præditus, & in corpore humano vitam cœlestem imitatur, gerat imaginem beatorum, quare ipse beatus etiam appellatur. Has octo beatitudines appellat hoc loco Ezechiel octo gradus, dicens: Et octo gradibus ascendebatur ad eam.

Et columnæ erant in frontibus. Frontes hoc loco appellantur duæ partes parietis, quæ ex vtraque parte ostij existebant. In vno latere
3. Reg. 7. ostij erat vna, in altero altera quemadmodum in templo Salomonis, vt 3. Regum literæ diuinę testantur. Per has duas columnas significantur principes seculares Christianam rempublicam in temporalibus gubernãtes, & præsules ecclesiastici eandem in spiritualibus regentes. In epist. ad Galatas: Petrus & Ioannes
Gal. 1. 2. columnæ vocantur. Imò ipse Christus Apostolos omnes & viros Apostolicos, principes & præsules columnas vocat in psalmo, dicẽs
Psal. 74. Liquefacta est terra, & omnes, qui habitãt in ea, ego confirmaui columnas eius. Ac si diceret: Cùm mundus esset veluti antiqua domus minitans ruinam, & prope ruitura, ego eã fulciui columnis, hoc est, Christianis principibus & præsulibus confirmaui. De ijs columnis
Prou. 10. ait Salomon in Prouerbijs: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septẽ. Hæc sapientia Christus est, qui domum, hoc est catholicam Ecclesiã ædificauit, de qua tota hac visione loquitur Ezechiel. Et columnis septẽ, id est, multis principibus catholicis & prælatis sapientibus eam muniuit. Frequens enim est, & in diuinis literis vsitatum, numero septenario intelligi indeterminatã multitudinem, vt alibi ostendimus. Volens Deus ostendere apud Salomonem multos futuros esse, numero vtitur septenario, volens autem significare, non solùm de Ecclesiasticis loqui, sed etiã de secularibus, apud Ezechielem duos nominauit duabus columnis significatos. Vt homo
Simile. ex duabus partibus constat, corpore & anima, sic respublica Christiana duobus regiminibus gubernatur, nimirum spirituali, quod animæ respondet, & temporali, quod corpus spectat. Et vt anima & corpus tam intimam habent inter se conjunctionem, vt nec anima velit corpus deserere, nec corpus ab ea separari: sic hæ duæ gubernationes mutuam debent inter se, summamque habere concordiam & amicitiã.
Simile. Quemadmodum ea, quæ ex India asportantur Orientali, magnifacimus, quòd deferãtur ex regione remotissima, sic principes terræ spirituale principatum & veram religionem, quã filius Dei attulit ex cœlo in terram, quapropter humanam naturam assumpsit, debent plus quàm terrena, imò summo pretio æstimare: nam ea, quæ ex oris semotis adducuntur, parua sunt & caduca, ea autem, quæ de cœlo venerunt, magna sunt, & perpetua. Quare debẽt duæ templi columnæ mutua, maximaque inter se confuetudine & charitate coadunari. Hæ
Cant. 3. sunt duæ illæ columnæ, de quibus est in Canticis literis mandatum. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureũ media charitate constrauit. Hoc est, verus Salomon, rex pacificus, Christus Deus noster Ecclesiam cõstituit de lignis cedrorum Libani, hoc est, de Christianis odoriferis, vbi columnas, id est, principes & antistites collocauit, argẽteos ob vitæ puritatem & doctrinæ splendorem: cuius Ecclesiæ pauimentum est aureum propter charitatem, & tectum purpureum ob Christi sanguinẽ: & medium siue intimum eius diuino ciuẽdarum amore. Quem admodũ operimentum tentorij siue cœlum lecti eos tegit, qui in lecto sunt: sic & Christi sanguis eos, qui in Ecclesia commorantur. At principes illi, & antistites, qui diuina lege cõtempta se turpibus dedunt voluptatibus, qui non solùm nocent, quòd ipsi deprauãtur, sed quod alios deprauent, peccato & exemplo lædentes, non merentur appellari columnæ: sed qui appetitus suos domuerint, & de mundo, carne, & dæmone victoriam reportauerint. Ita enim ait apud Ioannem in Apocalypsi Deus noster: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Hæ sunt columnæ, de quibus loquitur hic Ezechiel.

ANNO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annotationes ex hebræo in caput XL.

In exordio anni. Septuaginta habent: ἐν τῷ πρώτῳ μηνί. Hoc est, in primo mense. Si primus erat mensis, apertè colligitur, principium esse anni. Sed hic primus mensis non erat anni legitimi, sed anni iubilei, qui annus incipiebat mense septimo, die decima mensis, quę est dies expiationis, vt ostẽdimus in explanatione. Pro exordio est in hebræo: בראש berox: quæ dictio principium significat, & exordium, vt in psalmo: Principium verborũ tuorũ veritas. Ac si diceret: A principio, à mũdi constitutione semper verba tua fuerunt veritate plentissima. Significat etiã caput, & summitatem, & principem. Pro capite accipitur capite tertio Geneseos: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semẽ tuum, & semen illius, & ipsa conteret caput tuum. Septuaginta habent: Ipse tuum conteret caput, Christum intelligentes virginis filium, qui dæmonis opera euertit, hominesque ab eius tyrannide liberauit. Hunc alludens Apostolus Romanis dicebat: Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Ex hebraico potest verti: Et inter fructum tuum & fructum illius, & ipse confringet caput tuũ. Paraphrasis Chaldaica habet. Inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter filium tuum & filium eius. Ipse obseruabit tibi, quod fecisti ei à principio, & tu obseruabis ei in finem. At editio vulgata refert hoc ad virginem Mariã ita verteus. Et ipsa conteret caput tuũ. Et rectè quidem: ipsa enim est cœlestis Iudith, quæ caput impij Olophernis præcidit, quoniam eum peperit, qui hanc de dæmone victoriam reportauit. Capite 2. Geneseos, vbi nos habemus. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuidebatur in quatuor capita. Pro capitibus est in hebraico nomen hoc רוֹאש. Ea enim, quæ ab vno diuiduntur, appellantur capita, quia vnumquodq; caput sibi ipsi efficitur. Ideo habet paraphrasis Chaldaica: Erat in quatuor capita fluminum. Septuaginta vero transtulerunt: Diuiditur in quatuor principia. Sed quoniam dictio hæc significat præcipuum, potest verti locus ille: Qui inde diuiditur in quatuor flumina præcipua. R. Ionah vertit: In quatuor flumina magna. Eam ob causam verti potest huc Ezechielis locus: In præcipuo anno. Hoc est in anno iubilei, qui apud Hebræos inter omnes alios annos principatum obtinebat. Et appellabatur annus emancipationis.

Psal. 118.

Genes. 3.

Rom. 16.

Genes. 2.

Et ecce vir, cuius erat species quasi species æris. Septuaginta habent: Et ecce vir, & visio eius erat quasi visio æris splendentis. Et præclarè quidem, nam de eo ait D. Paulus in epistola ad Hebræos: Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Vbi Cyrillus per splendorẽ gloriæ coæternitatẽ ait significari, Photius per hanc paternæ gloriæ relucentiam significari ait filium à patre procedẽtem. Nec otiosum putat participium ὤν, est enim in græco: Qui ens splendor gloriæ: ens enim nomen filij esse existimat sicut & patris. Loquens enim Deus Moysi dixit illi: ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Id est, ego sum ens. Pro quo vertit noster interpres: Ego sum, qui sum. Cæterum pro ære est in hebraico נחשת nechoxeth, quod nomen æs significat, & chalybem: pro quo apud Ieremiam trãstulit etiam æs noster interpres, dicens: Ambulantes fraudulenter, vt æs & ferrũ vniuersi corrupti sunt. Vbi nonnulli pro ære chalybem transtulerunt. Solent fabri ferrarij chalybem cũ ferro miscere, vt gladiorum acies acutissimæ sint, & splendidissimæ, & celerrimè secẽt. Est igitur Ieremiæ sensus. Quemadmodum chalybs cum ferro copulatur in armorum conflatione, sic homines nefarij, ex fraudibus cõpositi mutua inter se familiaritate coniungũtur, vt alijs perniciem machinentur.

Hebr. 1.

Ieremi. 6.

Et fenestras obliquas in thalamis. Pro obliquis est in hebraico: אטמורה atumoth, à verbo אטם atam, quod significat claudere, & obturare, vt in psalmo. Furoi illis secũdum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdę obturantis aures suas. Ea ratione ducti vertunt quidã. Fenestras clausas. Pagninus retulit nomẽ hoc ad portas, non aũt ad fenestras, cùm in hebraico ad fenestras referri videatur, non aũt ad portas. Et in Thesauro incidens in hũc locum ad fenestras illud refert, & exponit fenestras clausas, id est, angustas forinsecus. Septuaginta verterunt: Et fenestræ absconditæ super theim. Domiculas illas, quas noster interpres vocat thalamos, appellant illi theim. Symmachus habet: Et fenestras toxicas. Fortasse ideo eas toxicas vocat, quia instar ferri sagittæ toxico tinctæ ex parte interiore erat strictæ, ex parte verò exteriore latæ. Ea enim, quæ in templo hoc describuntur, sunt ab vsu popolari abhorrentia, & à mundi opinione discrepantia.

Psal. 57.

Et labia earum palmæ vnius, reflexa intrinsecus per circuitum. Dicus Hieronymus ait labia hæc esse coronas mẽsarum margines ipsas ambientes. Vgo cardinalis ait esse erecturas eminentes super qualibet mensarum in mensę extremitatibus per orbem. Quæ duæ sententiæ in idem coincidunt. In hebraico pro labijs est xephattaim, à verbo xaphath, quod

quod significat disponere. Existimant Hebręi xephattaim esse vncinostnam Tharghum ita hunc locum transtulit. Et vncini egrediebantur mẽsurę vnius quatuor digitorum, fixi in columnis in domo immolantium infra porticum. Hæc verba explanans R. Dauid in cõmentarijs ait fuisse vncinos ferreos in columnis, & parietibus defixos, vt in illius ministri templi animalia immolanda suspenderent ad ea excoriauda. Hac ratione ductus vertit Pagninus: Et vncini ferrei ad suspendendum carnem mensurę quatuor digitorum, præparati intrinsecus circum circa. Hoc nomine vsus est in psalmo 67. regius vates, pro quo septuaginta interpretes transtulerunt cleros, hoc est, sortes: Si dormiaris inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Hæreditates appellantur sortes. Dormire inter medias sortes, siue inter medios cleros, est habitare, vbi nulla est securitas, nimirum in terminis & limitibus duarũ hæreditatum, siue regionum inter se dissidentium. Est ergo sensus. Si habitaueritis vos ò præsules iuxta inimicos inter vestram & eorũ hæreditatem, non in aulis vestris pigri & otiosi, dediti ventri & somno, ac si nullum sit periculum, sed tanquam pernigiles, & ad quemuis hostis rumorem pristis excitati, pulchra & decorata erit Ecclesia vobis commissa: erit instar columbæ candidæ pennas deargẽtatas, & dorsum fuluo auro simile habentis. Huic expositioni fauet translatio diui Hieronymi ita ex hebraico vertentis. Si dormieritis inter medios terminos, pennæ colũbę deargentatæ, & posteriora dorsi eius in virore auri. Quod in psalmo vocauit terminos, vocat hic apud Ezechielem labia, seu fines & terminos mensarum, seu coronas mensas ipsas circundantes, & vndique ambientes. Qui vocabulum hoc aiũt significare vncinos, afferunt etiam tripodes, & ollas, & locum, vbi sunt ollæ, significare. Addunt quę hunc esse verum huius psalmi intellectum. Et si nunc tam sordidi & atri sitis, quàm hi, qui inter fuliginosas ollas, & tripodes, & vncinos iacent, eritis tamen postea nitidi, & tanto candore affecti, vt possitis cum columna comparari, quæ pulchra est, & alas habet argenteas, corporisque pennas auro fuluo similes, & excellente colore affectas. Et si nunc in luctu & gemitu versemini, & acerbis calamitatibus premamini, tamen polliceor vobis fore tempus, quo sitis gaudio perfusi, & in vestrum decus restituti, ac in pristinam dignitatem reuocati. Potest locus ille ita verti. Si dormiatis inter media labia, &c. Et tunc erit sensus. Si cùm de vobis homines impij detraxerint, cùm nomen vestrum maledictis violauerint, & splendorem vestrum maculare voluerint, inter eorum labia securè quieueritis, nullam de illis vltionem sumẽtes, sed eorum contumelias æquo animo tolerantes, eritis absque dubio albis columbis similes, quæ sunt pulchro eximioque colore instar auri & argẽti affectæ, & admirabili pulchritudine decoratæ. Quo magis famam vestram voluerint suis verbis obscutare, eò ampliùs vestra patiẽtia, virtutis cõstantia, & erecti animi firmitudo eam illustrabunt. Nihil enim magis conducit, ad præclaræ famæ amplitudinem gloriosiùs augendam, quàm sceleratorum hominum iniuria. Virorũ enim iustitiam & pietatem colentium dignitas flagitiosorum hominum contumelijs magnificentissimè illustratur. Vera huius vitæ gloria non consistit in vocibus male iudicãtium, nec in temeraria & inconsiderata multitudinis opinione impiorum facinorum plerunque laudatricis, solida res est, & expressa, non adumbrata: ea est splendor virtutum, consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene de excellente virtute sentiẽtium. Et ita nomen hoc xephattaim, & illic apud Dauidem, & hic apud Ezechielẽ eãdem habet significationem, labia in vtroque loco significans, sed ita vt labium æquiuocum sit, non vniuocum.

ARGVMENTVM CAPITIS LXI.

INgreditur diuinus vates in templum, & ædificandæ Ecclesiæ catholicæ admirabilem perspicit dispositionem. Introduxerat eum vir ille, qui calamum mensorium, & funiculum lineum manu tenebat, in tria illius ædificij atria, vt ea, quæ templum ciugebant, aspiceret. Nunc eum in templũ ipsum introducit, vt possit eximia illius mysteria penetrare, & sanctæ Ecclesiæ Romanæ ordinẽ, pulchritudinem, hierarchiam, & sacramenta meris oculis intueri.

CAPVT XLI.

A ET introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portæ decẽ cubitorum erat: & latera portæ, quinque cubitis hinc & quinque cubitis inde: & mẽsus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorũ. Et introgressus intrinsecus mẽ-

sus est in fronte portæ duos cubitos: & portam sex cubitorum, & latitudinem portæ septem cubitorũ. Et mẽsus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorũ. Et mensus est parietem domus sex cubitorum, & latitudinẽ lateris quatuor cubitorum vndique per circuitũ domus. Latera autem latus ad latus bis trigintatria: & erant iminentia, quæ ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum, & cõtinerent, & non attingerent parietẽ templi. Et platea erat in rotundum, ascẽdens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrũ. Idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascẽdebatur in superiora, & in medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spacio, & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus.

B

EXPLANATIO.

Et introduxit me in templum. Viri sapientia præstantes, qui philosophiæ fontes voluerunt aperire, & res cognitu dignissimas ab obliuione hominum atque silentio vindicare, tres esse mundos asserunt, & has suas assertiones literis mandarunt. Primum mundum aliis excellentiæ, dignitate, & amplitudine facilè vincentem appellarunt supramundanum, angelicum, & intellectualem: qui à nemine satis pro dignitate laudibus effertur, quoniã est supremum illud mentium beatrum domicilium, quæ Deo sempiterno æuo fruuntur. Tã ta est gloria referti, vt eius admiratione quadam veluti perculsus D. Paulus has voces emisit: Sicut scriptum est. Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Mundum secundum appellarunt cœlestem, qui nouem orbibus seu globis constat quorum vnus primum mobile appellatur, & extimus cœlestis, qui reliquos omnes cõplectitur. Tertium & postremum appellarunt sublunarem, quatuor elementis constantem, quorum infimum est terra immobilis, in quam ferantur omnia suo nutu pondera, quæ ima sede semper hæret, complexa mediũ totius vniuersitatis locum. In hoc mundo proposuit deus hominem, qui etiam mundus appellatur, sed mundus paruus, qui à Græcis dicitur microcosmos, & in euangelio omnis creatura nuncupatur quia rerum omnium creaturarum communicationem re ipsa complectitur. Quemadmodũ magni reges, cùm vrbẽ aliquam mœnibus insignem olim condebant, soliti erant statuam suam in ea collocare, vt vibe absoluta imaginem suam omnes aspicerent: sic summus ille Deus totius mundi effector, & moderator cõstructa mundi machina postremum omniũ hominem in medio illis tanquam imaginem suã constituit: hac enim in re homo superat cœlos admirabili conuersione & celebritate concitatos, & micantibus astris distinctos, quòd non illos, sed eum sciamus esse ad Dei imaginem & similitudinem procreatum, & in hoc tertio mundo, quem incolumis, vt primum consequatur, constitutum. Hic tertius mundus, in quo mortales vitam degunt, plenus est tenebrarum: primus plenus lucis: medius ex luce & tenebris temperatus. Hic per aquas significatur fluxas & instabiles, ille per ignem splendidissimum, & immortalem, medius hoc est cœlum mediam obtinens naturam per ignem & aquam: quam ob causam ab Hæbreis vocatur ramaijm: est enim ramaijm: ex quod significat ignem, & maijm, quod significat aquas, compositum, vt nonnulli ex Hebreis arbitrantur. Horum trium mundorũ imaginem gerebat antiquum illud tabernaculum à Moyse mirabiliter constructum: & postea templũ illud magnificum à Salomone ædificatum. Erat enim tabernaculum quemadmodum & tẽplum in tres partes diuisum, quarũ singulæ singulos, quos dixi, mundos repræsentabant. Prima pars, quæ atrium nuncupabatur, vbi homines ambulabãt nõ solùm mundi, sed immũdi, non solùm sacri, sed etiam prophani, vbi animalia Deo oblata occidebãtur, erat huiusmodi sublunaris expressum simulachrum. Hic enim boni commorantur, & mali, estq; perpetua ortus & interitus vicissitudo. Pars illa tabernaculi secunda, quæ dicebatur sancta, tota auri micans splendore, candelabroq; sepré lucernis distincto illuminata cœlũ repræsentabat, quod septem planetis per septem lucernas significatis illustratur. Pars illa intima, quæ erat sactatior, vocata sancta sanctorum, vbi erat propitiatoriũ, & cherubim alas suas expandẽtes, & seipsos spectãtes, imago erat mũdi illius angelici, supremi, & sempiterni, vbi sancti requiescunt, diuina visione summè oblectati, bonorum copia repleti, & pulcherrimis gloriæ immortalis ornamentis magnificentissimè muniti. Illa enim Dei ciuitas sempiterna est tebernaculum illud, quod, vt verbis vtar Apostoli in epistola ad Hebræos, fixit Deus, & non homo. Nam in sancta sanctorum semel in anno solus pontifex cum sanguine introibat, quoniam futurum erat, vt Christus Iesus assistés põtifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum, per proprium sanguinẽ introisset semel in sancta sanctorum æterna redemptione inuenta. Aspicis igitur per tres tabernaculi partes, tres mundos significari, hunc quem homines & bruta incolunt, cœlestem in quo micantes planetæ coruscant, & supercœlestem, beatissimum sanctorum domicilium. Et quoniam sanctum sanctorum æternam adumbrabat beatitudinem, ad quam ante Iesu Christi mortem nemo ascendebat, erat vero tectũ, quod fuit illo moriente scissum, vt intelligeremus esse nobis per Christi sanguinem & crucem ad supercœlestem patriam, & cœlitum cõsortium viam reseratã. Ideo crux Christi duo ligna habebat coniuncta, vnum rectum, tendẽs sursum, alterum trãsuersum, vt intelligeremus naturam humanã per lignum transuersum significatam sociatam esse angelicæ naturæ per lignum sursum erectum intellectiæ, & merito crucis & mortis innocentissimi agni fuisse homines angelorum consortiũ in æterno tabernaculo consecutos. Scissio veli indicauit patere deinceps nobis aditum ad patriam, ad gloriã sanctorum, ad cœtum mentium beatarum, vnde ob primi parentis peccatum eramus à principio seclusi. Et licet hi tres mundi sint distincti inter se, possunt tamen vnus mundus appellari, quod ab vno principio, & ad eundem finẽ omnes referantur, & vno quodã concentu inter se temperentur. Quod in vno est, in alio etiã quodãmodo inuenitur, est apud nos ignis, est in cœlo sol, est in æterna beatitudine perfecta & summa charitas. Elementaris ignis vrit, cœlestis illuminat, supercœlestis amore suauissimo & beatissimo inflãmat. Hi tres mũdi nõ solùm in tabernaculo Moysi, & in templo Salomonio, sed in hoc etiam admirabili Ezechielis templo fuerunt adumbrati. Et præter eos alius est mundus, nimirum ecclesia catholica, in qua hi tres quodãmodo continentur, nã in ea est vita & mors mundi sublunaris, est claritas & obscuritas mũdi cœlestis, est charitas mũdi supracœlestis, quæ hic incipit, sed ibi est omnibus numeris absoluta. In ecclesia est fides illa, quæ est iuxta D. Pauli sententiam substãtia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Dicitur autem substantia, quòd per fidẽ subsistãt in nobis eriã modò speranda, quæ in futuro per experientiam subsistent. Id intelligens Chrysostomus in expositione in epistolam ad Hebræos ait: Fides in anima nostra facit subsistere ea, quæ non videntur. Itaque in ecclesia ea dicũtur suo modo esse, quæ in æterna sunt beatitudine. Et licet ibi non sit fides cum beatitudine, quoniam fides in sui rationi habet imperfectionem, quæ est ex parte subiecti, vt scilicet credens non videat id, quod credit, beatitudo autem ex sui ratione habet perfectionem ex parte subiecti, vt scilicet beatus videat id, quo beatificatur, est tamen in beatitudine id, quod credimus, etiam si ibi fides nõ sit, nec quo ad actum, nec quo ad habitũ. Imò iuxta D. Thomæ sententiam fieri nequaquam potest, vt eadẽ fides numero maneat in patria, itaque non solùm manet, sed nec manere potest. Non tamen me fugit Durandum subtilibus & ingeniosis argumentis ostendere velle, posse in beatitudine fidem quo ad habitũ manere, sed D. Thomæ sententiam semper amplectendam duxi ob eius rationem, & admirabilem doctrinam, & sapientiam, & sanctitatẽ. Cùm autem per hoc Ezechielis templum tres mundi significentur, hi autem mundi in ecclesia intelligantur, rectè asserunt, qui per templũ hoc ecclesiam intelligendã dicunt, quã Deus voluit diuino nostro vati in hoc admirabili ædificio demonstrare. Duo alia ædificia nẽpe tabernaculũ Moysaicũ, & tẽplũ Salomoniũ ecclesiam etiam adũbrabant, sed tẽplũ præcipuè, nã per tabernaculũ ꝓpriùs legis veteris status significabatur, per templũ verò status ecclesiæ. Eam ob causam ad tabernaculi constructionẽ solum Hebræi conuenerunt, ad ædificationẽ verò templi non solùm Iudæi, sed Gẽtiles, vt diuina commemorat scriptura. Ideo tabernaculum erat mutabile, templum verò firmum & immobile. Et quamuis hoc ita sit, vt toto tẽplo significetur ecclesia, tamen per sancta sanctorũ significatur æterna beatitudo & ecclesia triumphans. Vt enim nemo poterat ingredi ad sancta sanctorum nisi per templum, hic nemo ad gloriam peruenit immortalem & ecclesiam triumphantem nisi per ecclesiã militantẽ. Qui sunt extra hoc ædificium, sunt extra ecclesiam, qui in illo sunt, in ea morantur, sed qui magis accedũt ad sancta sanctorũ, maiore flagrãt charitate. Quidã ingrediũtur, quidã proficiunt: quidã lõgiùs procedãt, perfectionẽ euãgelicã obtinẽtes, & in cœlis cõuersãtes, atẽtes cũ apostolo: Cõuersatio nostra in cœlis est. Hoc templũ ingreditur nunc Ezechiel cũ ductore suo, ipsius templi architecto, & mensuratore, hoc est cum Christo, quem magnoperè obse-

1. Cor. 2.

Mat. 26. Similit.

Exo. 25. 3. Reg. 6.

Hebr. 8. Hebr. 9. Hebr. 9. Exod. 38 Matt. 27 Mar. 15. Luc. 23. Hebr. 11.

3. Reg. 5.

Philip. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cro & precor, vt meipsum ducat veramq; mihi eius intelligentiam ostendat.

Et mensus est frontes. Frontes hoc loco appellantur superficies exteriores parietū ex vtra que parte ostij existentium, quòd ad portam accedentibus è fronte ac è regione apparerēt. Superficies autem interiores non appellantur frontes, quòd ingredi volentes laterēt. Habebant verò hæ frontes sex cubitos latitudinis
Genes. 1. ex vtraque parte. Sex diebus cōditus est mundus, quā ob causam per numerum senariū creaturarū creatio intelligitur, ex qua ad creatoris considerationē possumus peruenire, ex rerum creatarū ordine, pulchitudine & constantia cognoscentes effectorē. Ideo sex cubitis erāt latitudinis in frontibus templi, quæ templū ipsum ingredientibus offerebant.

Latitudinem tabernaculi. Hoc est mensus est totam templi latitudinem. Accipitur tabernaculum pro templo. Porticus templi habebat viginti cubitos lōgitudinis, & vndecim latitudinis, corpus templi appellatum sanctū habebat quadraginta cubitos longitudinis, & viginti latitudinis, sanctū sanctorū habebat viginti cubitos longitudinis, & totidē latitudinis. Longitudo autē sancti, & sancti sanctorū erat ab oriente ad occidentem, latitudo verò ab aquilone ad austrū. Sed in porticu diuerso modo, nā eius longitudo erat ab aquilone ad austrum, latitudo verò ab oriente ad occidentē. Igitur lōgitudo porticus, & latitudo sancti, & latitudo sancti sanctorū eandē habebāt mēsuram, nimirū cubitos viginti. Itaque semper tēplū siue in porticu, siue in sancto, siue in sancto sanctorū habet viginti cubitos ab aquilone ad austrū. Nunc mensuratur ea pars tēpli, quæ appellabatur sancta, quæ erat templi corpus, & primum mensuratur eius latitudo, & ait diuinus vates, duas eius frontes habere in latitudine duodecim cubitos, nam vnaquæque sex cubitos habebat, & ait hāc esse tabernaculi hoc est tēpli latitudinē. Et subdit statim: Et latitudo portæ duodecim cubitorum erat. Erat in medio porta decem cubitorum, in latitudine, quæ ex vtroque latere frontem vnam habebat longitudinis sex cubitorum, cùm autem duæ essent frontes longitudinem efficiebant duodecim cubitorum. Sed hæc non videntur prima frōte coluerere, nā si porta in medio parietis transuersi decē erat cubitorū, & duę eius frontes duodecim cubitos habebant, rectè sequitur totam templi latitudinem esse viginti duorum cubitorum, decem enim cubiti portæ cum duodecim frontiū efficiunt viginti duos: ad nos dicimus totam eius latitudinem viginti duntaxat esse cubitorum. Sed diligenter intuentibus nulla hic apparet cōtrarietas, nā porta hoc loco non pro muri apertura accipitur, sed pro foribus, & valuis ligneis, quæ aperturam ipsam claudebant, quæ valuæ latiores erant ipsa ostij apertura. Duæ valuæ portam in medio claudebant, quarum vtraque quinque habebat cubitos, & ex cōsequenti ambæ decē cubitos efficiebāt, cū tamen apertura ipsa octo tantùm esset cubitorum. Iuxta valuarū cardines erāt duæ crecturæ extra aperturam, quarū vnaquæque vnum cubitum habebat. Et ita licet valuæ, cùm clausæ erant, decē haberent cubitos latitudinis, porta tamen octo duntaxat habebat quia duæ, crecturæ duos cubitos occupabāt. Cùm ergo porta esset octo cubitorū, & ex vtraque eius parte sex essent cubiti, aperte ostenditur, totam templi latitudinem vigiti esse cubitorum, vt statim asserit propheta.

Et latera portæ. Potest verti ex hebræo: Et humeri portæ. Et rectè quidem, nā humeri ad opera referuntur, propter quæ per portā fit ad vitam ingressus. In veste pōtificis superhumerale cum rationali constringebatur, vt rationi *Exod. 28* opera copularentur, & posset dicere vir ecclesiasticus: A mandatis tuis intellexi. *Psal. 118*

Et mensus est eius longitudinem quadraginta cubitorum. Hoc intelligitur de parte illa tēpli, quæ appellabatur sancta, quę erat quadraginta cubitorum in longitudine ab oriente ad occidentem, & ab ingressu vsque ad sanctuarium, *Actu. 15* quia per multas calamitates oportet nos intro ire in regnū Dei. Numerus quadragenarius afflictiones plerunque designat. Vnde Moyses *Exod. 24* & Elias quadraginta dies ieiunāt, & filij Israelis quadraginta annis in solitudine affligūtur. *3. Reg. 19* *Num. 14* *Deut. 29*

Et ingressus introrsum. Hoc est, in sancta sanctorum.

Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & altitudinem viginti cubitorū. Hæc pars templi erat æquilatera, tota vndique quadrata & æqualis, & omnibus numeris absoluta: cùm alix duę partes inæquales essent, nępe porticus & sancta. Vt autē hæc perfectē intelligantur, cōducere arbitror, eorū ortū à fonte reperere. Hierosolymę templum nōn fuit à Dauide sanguinis effusore conditū, sed à Salamone pacis *3. Reg. 5.* amantissimo, quia futurū erat, vt rex cœlestis *6.7.* verus Salomō, hoc est verē pacificus, Christus *Esai. 9.* Deus noster, quē Esaias principē pacis vocat, *Ephes. 2.* & D. Paulus pacem nostrā, non alieno sanguine diffuso, sed proprio ædificaret ecclesiā, cuius locus erat in pace futurus, iuxta id, quod cecinerat regius vates: Et factus est in pace locus eius. Hic est clemētissimus ille Deus noster Christus Iesus, qui nō solūm humanū sanguinē nō sitiuit, sed etiā ne homines perirēt, ipse sanguineas guttas sudauit, & sāguinē suū fundi permisit, eoq; perfusus, vulneribus con-

Psal. 73 *Act. 15* *Exod. 24* *3. Reg. 19* *Num. 14* *Deut. 29* *Luc. 22.*

tossus

Colos. 1. fossus migrauit è vita, pacificās, vt ait apostol', per sanguinē crucis, siue quæ in terris, siue quæ in cœlo sunt. Hic ēst verus Salomon, hic est verē pacificus, hic est noster verus architectus, ecclesiæ catholicæ ædificator. Et quemadmodum Salomoni patet Dauid necessaria parauit ad templi structuram, sic pater Christo, Christus autem nobis. Et quemadmodū consummato tēplo, & fundēte Salomone preces,
2. Par. 7 ignis descendit de cœlo: vt in libro secundo Paralipomenon literæ diuinæ testantur: & sacerdotes sonitū tubis eleuabant: sic constructa ecclesia, postquā Christus dixit: Consum-
Ioan. 19. matum est, & in cœlo rogauit patrē iuxta id,
Ioan. 14. quod ipse dixerat apud Ioannē: Ego rogabo
Actu. 2. patrem, & aliū paracletū dabit vobis, descendit ignis super discipulos, & apparuērūt illis dispertitæ linguæ tanquā ignis, seditque super singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Et sonitu tubarum concionum suarū mundū repleuerunt. Quod per Salomonū templum, id enā per hoc Ezechielicū significabatur. In vtroq; media illa pars, quæ vocabatur sancta, longa erat, & stricta. Quis inæqualitatē hanc nō lamētabitur? Quis hoc cōtemplās poterit lachrymas cōtinere? Quis nō ingemiscet, & ab intimo pectore suspiria non educet, videns esse huius templi longitudinē duplo maiorem eius latitudine. Indicat enim inæqualitas hæc, nihil esse in hac vita, quod animum satiet & implet, eique quietē & securitatē penitus tribuat. Omnia sunt plena dolore, ægritudine, calamitate, & anxia quadam expectatione. Et vt verbis vtar diui Pauli in
Rom. 8. epistola ad Romanos: Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc: non solūm autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei spectantes, redemptionem corporis nostri. Admonemur hac templi disparitate, non esse hic cōsummatam pacē, non perfectum gaudium, non stabiles honores, nō permanentes diuitias, non firmas iucunditates. Quæ firma potest esse lætitia, cùm dies & noctes cogitandū sit, iamiā esse moriendum, & propter casus incertos imminere mortē cotidie, & propter breuitatē vitæ nunquā longè posse abesse? Non quod vir iustus morte perterreatur, illis enim mors terribilis est, quorū cū vita extinguitur nomē, nō illis, quorū laus emori non potest, sed cū simus incerti, simus nec ne in libro vitæ conscripti, & peccata nostra memoria sæpenumero repetamus, ideo timemus, & in cāmunibus molestijs versamur. Vera securitas & perpetua tranquillitas æternæ beatitudini seruātur. Hic anxiam videmus inæqualitatē, nam hic paupertate laborat, ille diuitijs affluit: hic sitit, ille ebrius est, hic lætitia gestit, ille ærumnis opprimitur. Quidā nascuntur, quidam moriuntur: quidam ridēt, quidam copiam fundunt lachrymarum. Sed omnes obnoxij sunt miserijs & calamitatibus, & omnes interdum molestijs lacerantur, & omnia tandem consumuntur. Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat aut casus, aut vetustas. Ideo longum est templum, quia hic longanimitate indigemus, & rerum humanarum tolerantia: & ideo est angustum, quia ærumnarum angimur angustijs. Sed ideo fortis est murus & validus, quia & si impij & hæretici ecclesiam velint impietate & perfidia sua euertere, nunquā illud tamen potestū efficere. Li- *Matth. 13.*
cēt zizania simul crescant cū tritico vsque ad messem, triticum tamē solūm infertur in horreum dei, zizania verò tradūtur igni. Et ideo altum est ædificiū, quia excelsa sunt ecclesiæ mysteria & sacramenta. Erat autem sanctum à sancto sanctorum diuisum, quia ecclesia militans per sanctum intellecta in terra est, triūphans verò per sanctum sanctorum significata supra cœlos. Ad eam suspiramus ex hoc exi- *Hebr. 11.*
lio à longè eam aspicientes & salutantes, & cōfitentes, esse nos peregrinos & hospites super terrā. Id intuens diuus Paulus in epistola secunda ad Corinthios ajebat: In hoc inge- *2. Corr. 5.*
miscimus, habitationē nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & nō nudi inueniamur. Nā & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati. Et paulò pōst. Dum sumus in corpore peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Quemadmodū nisi amoto velo in templo Salomonis, & referato ostio in tēplo Ezechielis nemo poterat sanctum sanctorum penetrare, sic nemo ingreditur in æternā beatitudinem, nisi amoto corpore, in quo dū viuimus, sumus à cœlesti patria seclusi. Eam ob causam dicebat apostolus: Cupio dissolui, *Philip. 1.*
& esse cum Christo. Etsi enim erat cum Christo, quoniam vt ipse ait cius conuersatio erat *Philip. 3.*
in cœlis, tamen exulabat, & in corpore existens peregrinabatur. Illic quando dissoluto carnis vinculo deum videtimus, etimus verè præsentes, quoniam diuina visione oblectabimur, & deo ipso fruemur. Illic viuemus, hic morimur: nostra enim quæ dicitur vita, mors est: hi viuunt, qui è corporum vinculis *Psal. 136*
tanquam è carcere euolauerunt. Hic super flumina Babylonis sedemus, & flemus, cogitantes super cœlestem montem Sionem, eumque memoria repetentes. Et euntes imus, *Psal. 125*
& flemus, mittentes semina nostra, illic vero *Psal. 97.*
introibimus in potestatis domini, exultan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

exultantes gaudio & portãtes manipulos nostros perpetuum alleluia cantabimus. Hic sumus in templo, in quo longitudo superat latitudinem, illic erimus in sancto sanctorum vbique quadrato, vbi tanta est latitudo, quãta longitudo. Hic sunt odia, & diuisiones propter charitatis defectum, illic summa pax, summa concordia ob charitatis eximiã abundantiam. O fœlix patria, ô votis omnibus optanda ciuitas, omni ex parte quadrata, omnino perfecta, vbi nulla est inæqualitas, nulla iniustitia, nullum scelus, nullus dolor, nulla nox, nullum denique malum. Quid potest excogitari gloriosius, quã in sancto illo sanctorum supercœlesti habitare, summum illũ cœli moderatorem omnia nutu gubernantem intueri, illam sempiternam pulchritudinem aspicere, eiusque inæstimabili gloria semper cumulari? Sed illud est lachrymarum abundantia deplorandum, templũ quod sanctum dicitur, quadraginta cubitis protendi, sanctũ verò sanctorum viginti solum, quoniam his monemur mensuris, multos esse in ecclesia militante, qui non erunt ad triumphantem: nam iuxta dei nostri sententiam: Multi sunt
Matt. 22 vocati, pauci verò electi. Quã ob causam ecclesia catholica cũ sagena missa in mare cõpa-
Matt. 13. ratur, promiscuum hominum multitudinem continens: quam, cũ impleta esset, educentes, & secus littus sedẽtes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Erat in sanctis sanctorum propitiatorijs: quia futurum erat, vt
1. Ioan. 2 filius dei humanitate assumpta aduocatus noster esset in gloria æterna. Vnde ait diuus Ioannes in prima sua epistola: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nõ pro nostris autem tantùm, sed etiã pro totius mundi. Propitiatorijs illud Christum adumbrabat, quẽ iuxta diui Pauli sententiam, pro-
Rom. 3. posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Cherubim adumbrantes propitiatorium, sese; mutuò respicientes, summa & altissima Christi mysteria significabant, & admirabilem ipsorum mysterrorum consonantiam. Loquebatur autem Deus de medio eo-
Exo. 25. 3. Reg. 6. rum, & responsa dabat, & in illis sedebat. Ad
Psal. 98 quod alludit ijs verbis regius vates: Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes super cherubim moueatur terra. Cherub idem est quod scientiæ plenitudo, & quia Deus omnem superat scientiam, super plenitudinẽ scientiæ dicitur sedere, & ex oraculo, vbi erant cherubim dare responsa, quia Deus ex scientiæ plenitudine respondebat. Ipse enim omnia scit, omnia videt, omnia cognoscit, ipse est ipsa sapientia, quæ omnia nutu suo gubernat & moderatur. Ipse est, quem in sancto sanctorum visuros nos esse speramus, in æterna illa beatitudine omnibus numeris absoluta, per hoc sanctũ sanctorũ significata, vbi est perfecta quadratura, vbi longitudo & latitudo eandem habent mensuram, de qua ait hoc loco Exechiel: Et mensus est longitudinẽ eius viginti cubitorũ, & latitudinẽ viginti cubitorũ. Poteris hoc ita explanare, vt per propitiatorium in medio duorũ cherubim ipsum propitiatorium contemplantiũ, & mutuò se respicientium intelligas Christum in medio duorum testamentorũ, quæ de Christo loquũtur, & ambo summo cõcentu cohærent: vetus est figura noui, nouum explicatio veteris. Per Eliam, qui pugnaturus est cũ Antichristo, signi
Matt. 17 ficatur nouum testamentum per Moysen, qui legem tulit, vetus. Igitur propitiatorij in medio duorum cherubim, est Christus in medio Moysi & Eliæ transfiguratus. Cæterùm eadem mensura fuit sancti sanctorum tabernaculi Moysi, & templi Salomonis, vt in libro
Exo. 25. Exodi, & in tertio Regum literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.

Et mensus est parietem domus: Subaudi, in spissitudine.

Et latitudinem lateris quatuor cubitorum vndique per circuitum domus. Hoc est, mensus est latitudinem singulorum sedilium. Erant in templo trigintatria sedilia ex parte australi, & alia trigintatria ex parte aquilonari iuxta murum templi: & vnumquodque habebat quatuor cubitos in latitudine. In his sedilibus seu cathedris sedebãt sacerdotes in choro. Longitudo templi disposita erat ab oriente ad occidentem: & erãt hæc sedilia veluti stalla, quæ sunt in choris monachorum: & vocantur hoc loco latera, quæ erãt ita disposita. In sanctis sanctorum ex parte aquilonis erant decẽ latera siue sedilia: extra sancta sanctorum in anteriore parte templi iuxta murum ex parte etiam aquilonari erant viginti latera: iuxta murũ frontis orientalis erant tria. Et eodẽ penitus modo erant disposita alia triginta tria versus austrum. Ab ostio tẽpli vsque ad latera iuxta murum aquilonis erant sex cubiti, templum habebat in longitudine quadraginta, & sanctum sanctorum viginti. Cùm igitur ex vtraque parte essent trigintà sedilia, & quælibet pars sexaginta cubitos haberet, apertè sequitur vnumquodque sedile duos occupare cubitos. In longitudine erant sexaginta sedilia, triginta ex vna parte, & triginta ex altera: sex autem sedilia erant in latitudine, scilicet à porta ad parietem aquilonis tria, & ab eadem porta ad parietem austri alia tria, quia quælibet illarum partium habebat

habebat sex cubitos, & vnumquodque sedile duos, & ita erant sex sedilia in spatio duodecim cubitorũ. Aut erant in hoc pariete & in altero, qui erat inter sanctum & sanctum sanctorum hæc sex sedilia. Quod autem ait Ezechiel, vnumquodque sedile quatuor cubitos occupare, id intelligendum est à parte anteriore in posteriorem, in altitudine verò vnumquodque sex cubitos occupabat, at à dextera parte in sinistram duos tantùm. Ita hunc locum exponit Vgo cardinalis vir doctissimus. Richardus de sancto Victore vir etiam eruditissimus ait hæc latera esse de ambulatoria quædam. Lyranus verò nõ minore sapientia cultus ait esse appẽdicia, lateribus templi exterius adhærẽtia. Alij pro lateribus vertunt thalamos, dicunt esse domũculas prope templum ex parte exteriore. Hæ sunt sententiæ virorum doctorum hunc locum explanantium, variæ illæ quidem, sed nulla earum absq; ratione & fundamento. Et licet quælibet harũ defendi possit, prima tamen videtur conuenientior, & expeditior. Nec obstat id, quod aiunt eius improbatores, nempe in sancto sanctorum templi Salomonis non fuisse sedilia, quoniam nemo illuc ingrediebatur nisi summus sacerdos semel in anno, & eã ob causam in sancto sanctorum huius templi Ezechielis non debere esse sedilia & ex consequenti nõ esse aptam Vgonis sententiam, qui ibi viginti sedilia collocauit, decẽ ex vna parte, decem verò ex altera. Hæc, inquam, obiectio non obstat, imò satis fragilis est, multa enim in hoc Ezechielis templo describuntur, quæ in templo Salomonis nunquam fuerunt. In templo Salomonico non erat æquũ esse sedilia, in Ezechielico autem erat. Nam sacrarium siue sanctum sanctorum templi Salomonis imaginem gerebat æternæ beatitudinis ante mortem Christi, quam ob causam tegebatur velo, & nemo illuc ingrediebatur præter summum pontificem ipsius Christi imagi-
Heb. 9. nem gerẽte, vt asserit in epistola ad Hebræos diuus Paulus. At sanctum sanctorum huius templi Ezechielis figura erat ecclesiæ triumphantis post Christi mortem, postquam scissum est velum, & cælum ob crucem Christi
Mat. 27. reseratum, postquam Christus dixit latroni:
Mar. 15. Hodie mecum eris in paradiso, & innumera-
Luc. 23. bilis sanctorum multitudo fuit gloriam sempiternam consecuta. Quod verò obijcitur, tot sedilia non posse in templo locari, quoniam occuparent totũ illud ex vtraque muri parte, & ita nullas esset ingressus in templum ex parte aquilonari, nec ex australi, & ex consequẽ-
tem duo ostia tẽpli, quorũ vnum erat ad aquilonem, alterum ad austrum, inutilia essent: id parum habet vigoris, nõ fieri potuit, vt sedilo illud, quod erat iuxta ostium ex parte aquilonari, scissum esset à porta vsque ad templũ, vt intoire volentibus præberet ingressum, & nihilominus nomẽ sedilis nõ amitteret, & similiter de eo, quod erat in parte australi. Illud est hoc loco aduertendum, hæc latera esse bis triginta tria, quia futurũ erat, vt spirituale purgationem haberemus. In Leuitico scriptũ est, Leuit. 12. debere mulierem post partus hebdomadã ex- Luc. 2. plere triginta tres dies, vt veniret ad tẽpli purificationẽ. Sed hoc erat in primo ortu, nimirũ naturali cùm autem nos indigeamus secunda natiuitate, nempe spirituali regeneratione, indigemus bis triginta diebus, vt ad templũ sempiternum, ad immortale gloriæ domicilij ingrediamur. Oportet magnam animi puritatẽ acquirere, nec solùm abhorrere à maleficio ex terriore, sed etiam mentem & cogitationem integram & puram seruare, & Christo adhærere, vt vita nostra sit laudabilis & perfecta, quæ tãtò erit purior, quãtò erit Deo propinquior. Vt in rebus naturalibus sunt causæ & effectus, Similes. sic in spiritualibus. Et quemadmodum in naturalibus quãtò effectus propinquior est causæ, eique similior, tanto est perfectior, vt in ignis calore videmus qui igni proximus efficacissimus est, quãtò aũt se magis distrahit & elõgat ab igne, tanto magis ex vi sua amittit, sic in spiritualibus tanto vita Christiana est nobilior & præstantior, quãtò magis ad Christum accedit, estq; eius imitatione propinquior. Cùm aũt ab eo nõ discedit, imò illum amplectitur, & cum eo ardentissima charitate cõnectitur, tum dicitur suis numeris absoluta: Et quoniã charitatis officiũ est nos cũ Chri-
1. Ioan. 4 sto vnire & cõiungere iuxta id, quod ait D. Io-
1. Cor. 6. annes: Qui manet in charitate, in Deo manet, & deus in eo: & iuxta id quod ait D. Paulus Coloss. 3. Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Et alibi: Super oĩa aũt charitatẽ habete, qđ est vinculũ perfectionis, & per hanc nostrã cũ Christo cõiunctionẽ perfectionẽ obtinemus, summa opere nitendum est, hãc quærere, & retinere charitatẽ, vt vita nostra Christũ sequatur & imitetur, & effectus sit causæ proximus & similimus, vt eximiam regenerationis puritatẽ consequamur. Et ita non solùm naturæ puritatẽ triginta triũ dierũ obtinebimus, sed etiã bis triginta trib⁹ diebus, hoc est, perfecta puritate ornati templum super cælestis beatitudinis summo gaudio exultantes penetrabimus.

Et erat eminentia. Hoc est quædam ligna exibant ex parte templi, & eminebant foras, quę ingredicbantur ipsa sedilia, vt ea sustentarent per circuitum, ne ipsa sedilia attingerent parietẽ. Sedilia illa, quæ erãt iuxta murum orientalem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum tria erant ex vno latere portæ, tria verò ex altero, distabant à pariete cubito vno, vt possent palmæ exlatæ videri, alia vero sedilia, quæ erant in lateribus templi, parum distabant à pariete, quoniam palmæ exlatæ erãt super illa.

Et platea erat tã rotundum. Platea vocatur spatium quoddam rotundũ, vbi erat turris rotunda intus vacua cum gradibus, quibus ascẽdebatur in orbem per cochleam ab inferiore mansione templi ad secundum & tertium cœnaculum. Ideo platea hæc, quæ ad supremam habitationem præbebat viam, rotunda erat, perfectissima, capacissima, & pulcherrima. Talis est virtus, per quam ad æternam ascẽdimus beatitudinem. Ideo elementa à Deo creata rotunda sunt, sinsilites sol, luna, & globi illi etherij, monimẽta diuinitatis perpetua. Et ea, quæ singulari prosequimur amore, cùm rotunda oculi pupilla comparamus. Hæc cochlea, per quam ascendebatur ad supremam mãsionem, arcta erat, quia arcta est via, quæ ducit ad vitã, vt ait Christus Deus noster, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Hæc via angusta est pœnitentia & corporis castigatio, & afflictio propter Deum æquo animo tolerata. Ad hanc vocat nos Christus deus noster, qui de seipso ait: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam: Et rursum, Nisi pœnitentiam, inquit, habueritis, omnes similiter peribitis. Et b. Ioannes Baptista: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cœlorum. Si Christus verus Deus noster ieiunauit, si orauit, si iniurias pertulit, si calamitatum angustijs vndiq; afflictos, & vulneribus traiectus morte acerbissima toleraut, quare nos voluptatibus ducemur, delicijs diffluemur, & labores honestos repudiabimus? Propetiat quidam rex ad præsidium vndique armatus, ducent exercitum militum omnibus armis indutorum, erigitur signum militare, expanduntur vexilla & regia sẽmata, duces bellica armatura muniti cohortes adhortantur. Sed si videres esse in exercitu homines aliquos dearmatos, illecebris delinitos, qui pro thoracibus & loricis lenia serica induerent, pro galeis pileos bombycinos, & pro gladijs flabella portarent, eos insanos censeret, moneretque ne coram rege ita apparerẽt induti, quin potius se armis inducrent, vt decet strenuos milites sui ducis & regis imitatores. Eodem modo cùm Christus laboribus, & doloribus, & tormentis, & patientia se induerit, & signum crucis erigat, procedantque armati apostoli & martyres, & cæteri, qui Christum regem suũ sequuntor, quare nos relictis armis delicias amplectemur, & contẽptis laboribus Christiano dignis ad salutis mundi voluptates auiditate incensi aspirabimus? Mutemus vestimenta, & armis pœnitẽtiæ muniamur. Hæc sunt arma illa resplendentia, de quibus ait D. Paulus in epistola ad Romanos: Induamur arma lucis. Et in secunda ad Corinthios: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Et rursum, Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potẽtia Deo ad destructionem munitionum. Et ad Ephesios: Induite vos armaturam dei. Exeuntes de Aegypto oportet, vt armati incedamus, si volumus veram promissionis terrãm penetrare. Id volens significare diuina scriptura in libro Exodi ait: Armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Induere hanc armaturam idem est quod agere pœnitentiam, & per arctam viam, per angustam cochleam ad vltimum & supremum cœnaculum, hoc est, ad æternam beatitudinem peruenire.

Rom. 13. *2. Cor. 6.* *2. Cor. 10.* *Ephe. 6.* *Exod. 13.*

Matt. 7. *Luc. 5.* *Luc. 13.* *Matt. 3.* *Simile.*

Idcirco latius erat templum in superioribus. Hoc refertur ad id, quod dixerat de lateribus. Nã cùm latera siue sedilia essent in parte inferiore templi iuxta parietes, bonamque templi partem occuparent, consequens est, vt templum minus spatiũ haberet sursum, quàm deorsum. Vel ideo ait latius esse templum in superioribus, qua parietes multò erant latiores infrà quàm suprà, & quanto magis ascendebãt sursum, tanto erant angustiores, quanto autẽ magis se stringebant sursum se erigentes, tãto latius vacuum efficiebant. Nam templum vtiũ firmũ debet habere fundamentũ, & plus habere solidi, quàm ostentationis. Et quemadmodum murus ille, quanto altiùs erigebatur, tanto debilior apparebat, sic viri iusti quanto excelsiùs ad cœlum virtutibus extolluntur, tanto fragiliores & inutiliores à mundo censentur.

Simile.

Et vidi in domo altitudinem per circuitũ fundata latera, &c. Exprimit laterum siue sedilium altitudinem. Sensus est: Vidi in templo altitudinem laterum per circuitum, quorũ laterum siue sedilium vnumquodque habebat sex cubitos in altitudine, erantque hæc latera fundata in trabibus, quæ ex parietibus exibãt, vt sedilia sustentarent. Et habebant hæ trabes fundamentales intra parietes quinque cubitos extra ipsa latera.

Erat interior domus in lateribus domus. Hoc est, & eodem modo se habebat sanctum sanctorum circa hæc sedilia.

Et inter gazophylacia latitudinẽ viginti cubitorũ in circuitu domus vndique. Et ostium lateris ad orationem: ostium vnum ad viam aquilonis, & ostium vnum ad viam austra-

lem: & latitudinem loci ad orationẽ quinq; cubitorum in circuitu. Et ædificium, quod erat separatũ, versumque ad viam respicientem ad mare latitudinis septuaginta cubitorum, paries autem ædificij quinque cubitorũ latitudinis per circuitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum. Et mẽsus est domum longitudinis centum cubitorum: & quod separatum erat ædificium, & parietes eius longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciẽ domus, & eius, quod erat separatum contra orientẽ centũ
C cubitorum. Et mensus est longitudinem ædificij contra faciẽ eius, quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex vtraque parte centum cubitorum: & templum interius, & vestibulũ atrij. Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes contra vniuscuiusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu: terra autẽ vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia. Et vsque ad domum interiorem, & forinsecus, per omnẽ parietem in circuitu intrinsecus, & forinsecus, ad mensuram.

Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum. Id est, latitudo omnium spatiorũ, quæ erat inter gazophylacia siue exedras, erat viginti cubitorum.

Et ostium lateris ad orationem. In vtroque latere templi erat ostiũ, quo possent ingredi ad preces ad dominum fundendas. Accipitur hic latus pro parte aquilonari, & australi. Per aquilonem significatur calamitas, per meridiem prosperitas, vt intelligamus debere nos orare & in mœrore & in lætitia in ærumnarum angustijs, & in rerum prosperarum affluentia, in vtroq; statu, & calamitoso & floreẽte. Est enim deprecatio portus tutus, ad quem in omni procella debemus confugere. In illa inueniemus quietem, & animi oblectationẽ, & per eã effectũ nostri pij desiderij cõsequemur, præsertim si fuerit cũ humilitate, & animi submissiõe cõiuncta. In libro Iudith ita scriptũ legimus: Humiliũ & mansuetorũ domine semper tibi placuit deprecatio. Regius vates, Subditus, inquit, esto domino, & ora eũ. Et rursum: Respexit in orationẽ humiliũ. Ecclesiasticus: Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non cõsolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Hoc intelligẽs Daniel has voces emittebat: Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuã, & audi. Nec enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuã, sed in miserationibus tuis multis. Deus ipse, qui nullius in se superati viribus potest, humilis publicani precibus fuit victus. At qui superbia elati preces ad Deum fundunt, cũ nec seipsos cognoscant, nec velint à sceleribus desistere, non merentur exaudiri. Ideo huiusmodi hominibus aiebat deus per Esaiam: Cùm extenderitis manus vestras, auertã oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã. Idẽ Esaias, Peccata, inquit, vestra abscõderunt faciẽ eius à vobis. Et Ieremias: Nos iniquè egimus, & ad iracundiã prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. Cõtra verò viris iustitiã & pietatẽ colentibus dicebat apud Ioannem Christus deus noster. Si manseritis in me, & verba mea in vobis mãserint, quodcunq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Et apud Lucã: Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. At si deus nõ statim suis postulata concedat, illud est, vt ea pluris æstiment adepta, vel quia illis quę petũt, nullã afferunt vtilitatem. Nã vt præclarè ait D. Augustinus, Sæpe Deus multos non exaudit ad voluntatẽ, vt exaudiat ad salutem. Et alibi: Nõ est tã miserũ nõ adipisci quod velis, quàm adipisci velle, quod non oporteat. Id intelligens Menedemus philosophus, vt narrat Raphael Volaterranus ruueni dicenti: Magna res est assequi quod optes, respondit: Multò magis est optare quod deceat. Effectum precationũ nostrarũ obtinebimus absq; dubio, si id quod fuerit Deo gratum, nostræque animæ vtile & salutare à Deo cum humilitate, & feruore, & constantia petierimus. Et quoniã oratio, vt ait Damascenus, est ascensus intellectus in deum, & per intellectũ vtraq; vis intelligitur apprehensiua & motiua, oportet, eum qui vult precibus à Deo petita impetrare, cognoscere defectus suos, & dei potentiã misericordiãq; intelligere, & ad illum cũ desiderio, spe, & vero corde confugere. Moyses precibus pugnans contra Amalech manus habebat ad deum leuatas. Et Ieremias ait: Leuemus corda nostra cum manibus ad dominũ. Et quemadmodũ ad preces Eliæ descendit ignis de cælo, sic nobis pias precationes fundentibus veniet ignis diuini amoris, qui corda nostra incẽdat, & studio immortalitatis inflãmet. Et vt verbis vtar beati Cypriani in epistola prima ad Cornelium, incũbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus

Dan. 9. *Luc. 18.* *Esa. 1.* *Esa. 59.* *Thren. 3.* *Ioan. 15* *Luc. 11.* *Exo. 17.* *Thren. 3.* *4. Reg. 1* *Iud. 9.* *Psal. 36.* *Psal. 101* *Eccl. 35.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

crebris, hæc sunt enim nobis arma cælestia, quæ stare & perseuerare firmiter faciunt, hæc sunt munimenta spiritualia, & tela diuina, quę protegunt. Illud est hoc loco aduertendũ in templo hoc ostia esse ad orationem, & templũ Salomonis domum orationis vocatum fuisse.

Esa. 56. Ipse Salomon confecto templo has voces in eo emisit, quæ sunt lib. Reg. 3. mandata. Audi dñe hymnũ & orationẽ, quã seruus tuus orat

3. Re. 8. coram te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum hãc nocte ac die, super domũ de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationẽ, quã orat in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationem serui tui, & populum tuum Israel, quodcunque orauerint in loco isto. Hæc ibi. Credimus absque dubio deum vbique esse per essentiã, præsentiã, & potentiam sicut causam in effectibus eius bonitatem participantibus. Vult tamẽ esse tẽpla precibus & diuino cultui destinata. In Deutero-

Deut. 16 nomio ita ait: Non poteris immolare phase in qualibet vrbiũ tuarũ, sed in loco, quẽ elegerit

Dan. 6. dominus deus tuus, vt inhabitet nomen eius ibi. Daniel cũ esset in Babylonica captiuitate detentus, & nũ posset tẽplum adire Hierosolymæ, illuc dirigebat oculos, fundens preces facie ad templum versa. Et multi etiam exules ad templum versa facie orantes exaudiebã-

3. Re. 8. tur. Poteris ne ostendere locũ in Iudæa, cui tale sit concessum priuilegiũ? Minimẽ quidẽ.

3. Reg. 6 In tẽplo dabat deus olim responsa, & ibi angelus apparuit Zachariæ. De templo eiecit Chri-

Luc. 1. stus Deus noster ementes & vendentes, vo-

Mat. 21. cans templũ domum patris sui, cum tamen sci-

Mar. 11. ret totũ vniuersum domum patris sui esse. In-

Luc. 19. gressus enim templum dixit: Scriptum est: do-

Ioan. 2. mus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. At postquam Iudæi eundem Christum seruatorem nostrum falsis criminibus ad cædem vocarũt, & vulneribus trajectũ cruci affixerunt, fuit templum illud euersum. Et eius euersione appropinquante auditæ sunt angelorũ voces dicentium: Recedamus ex istis ædibus. Et ne me hoc fingere existimes, lege Iosephum libro de bello Iudaico septimo, capite decimo septimo. Egesippum lib. 5. cap. 44. Eusebium libro de historia Ecclesiastica 7. cap. 3. qui omnes hoc memoriæ prodiderunt. Sed quando templum illud euersum est, multæ iam erant ecclesiæ Christianorum, quæ fuerunt tẽpore apostolorum ædificatæ, vbi fideles, quæ ad religionem & Christi fidem pertinerent, docerentur, Deum orarent, & sanctissimum domini corpus sumerent. Sed quoniam in ijs ecclesijs nonnulli ex Corinthijs discordiã excitabant, & cibum sumebant, reprehendit eos Apostolus in epistola prima ad eos missa, capite 11. dicens: Conuenientibus vobis in ec-

1. Cor. 11. clesiam audio scissuras esse inter vos. Et paulò pòst: Nunquid non domos habetis ad mãducandum, & bibendum? An ecclesiã Dei cõtemnitis? Et ipse Apostolus docet ibi, quẽadmodum & viri & fœminæ in ecclesijs debeãt orare. Et capite 14. ait: Mulieres in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui. Nõne vides apertissimẽ iam tunc ecclesias fuisse?

Acte. 14. In Actis apostolorum scriptum legimus Paulum & Barnabã per singulas ecclesias presbyteros constituisse. Lege historiam ecclesiasticam Eusebij, & videbis multas fuisse ecclesias à Christianis tempore apostolorum, & post eorum obitum ædificatas, quarum nonnullas impij tyranni in odium Christi aliquando euertebant. Libro septimo memoriæ prodidit, voluisse Christianos ecclesiam construere in quodam loco ruris angusti, vbi rupes quædã spatium, quantum ecclesiæ satis esset, denegabat, sed precibus cuiusdam fidelis, viri iusti, nomine Gregorij fuisse rupẽ mirabiliter motam, & alió translatam, quantum spatij ad condendam quærebatur ecclesiam. Diuus Hieronymus in commentarijs in epistola ad Galathas ait diuum Ioannem Apostolum, cùm ad extremum vitæ vocarerur, iussisse se ferri in ecclesiam, & in vita sanctæ Paulæ ait eã oculis propijs domum aspexisse Cornelij, cuius meminit diuus Lucas in Actis, quæ facta fuerat ec-

Acte. 10. clesia. Diuus Augustinus multis locis eos laudibus effert, qui ecclesias erigũt, præsertim libro vigesimo contra Faustum, & libro 22. de Ciuitate Dei. Maximus ille Constantinus imperator, vbi Christi fidem recepit, & gentilica superstitione repudiata veram religionem dilatare contendit, Romæ in monte Cœlio magnificam Lateranensem ecclesiam, saluatoris appellatam construxit, quam diuus Syluester summus pontifex consecrauit. Aedificauit etiam ecclesiam diui Petri Apostolorum principis in Vaticano, & ecclesiam diui Pauli in via Ostiẽsi, & alias alijs in locis, quas omnes magnificis ornauit munetibus, magnisque prouentibus dotauit. Narrat Nicephorus Callistus libro septimo suæ ecclesiasticæ historiæ capite 49. eum tria maxima templa Constantinopoli seruatori Christo constructa dedicasse. Et multa alia diuersis in locis, quorũ meminit lib. 8. cap. 2. Tanta fuit illius principis pietas, tanta fidelitũ illius memoria religio, vt fuerint Romæ illo tẽpore plusquã tria millia templa Deo & diuis consecrata, vt refert Andreas Fuluius in libro suo de Antiquitate Romana. Vide epistolas diuj Pauli, & Acta apostolorũ, lege historias fide dignas, tam

tam antiquas quàm recentes: erue memoriam nõ solum ex sermone hominum huius ætatis, sed etiam ex annaliũ vetustate. Reuolue graues authores tam eos, qui cõmunem vitæ cursum cõfecerunt, quã eos, qui se à corporis cõtagio seuocantes, & in carne humana vitã cælestem sequentes, diuinę bonitatis effigiem in suis moribus adumbrarunt, & videbis absque dubio fuisse semper in ecclesia Christi à tempore apostolorũ vsq; ad hanc nostrã memoriã sacras ædes in dei diuorumq; honorẽ cõstitutas, quæ tẽpla & ecclesiæ appellãtur: in quibus fideles orant, adorãt deũ in spiritu & veritate, audiunt sanctũ missæ sacrificiũ: vbi verbũ dei prædicatur, & sacramenta ministrantur. Hoc fuit semper in ecclesia catholica, & modò est, & semper erit. Hoc est certum, & clarius luce meridiana. Et tamen audent Lutherani, Calui-

Mat. 23. nistæ, Bucerenistæ, & cæteri hæretici nostri tẽporis hanc apertissimã veritatẽ negare. Et aiunt sacras ædes & ecclesias deo dedicatas mera esse figmẽta: imò eas contaminant, & spiritu satanico concitati funditus euertunt. Impletũ videmus apud illos id, quod dixit ipsa veritas: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Ea delere conantur, quæ sancti dei apostoli constituerunt, quæ pia, vtilia, salutaria, & sancta cẽsuit antiquitas, quæ ecclesia catholica semper tenuit, & consensus populi Christiani deo ita volente per tot secula cõprobauit. Volunt turbare ordinẽ ecclesiæ, extinguere veterũ disciplinã, conuellere omnem omnium temporum authoritatẽ. Diripiũt ecclesias, vastãt monasteria, expellũt monachos, contaminãt virgines, conculcant religionem, cõtemnunt legũ seueritatẽ, conãtur auferre iudicia, ne quid sit illis in rãta impietate & atrocitate metuendũ, & totã deniq; Christi ecclesiam contendunt ad interitũ & vastitatẽ vocare. Quid visum fuit vnq; indignius sub sole? O homines insipientes, qui vt Lutherum sequeremini hominẽ natũ ad seditionẽ, impiũ & factiosum, qui se scelerum ministrum præbuit, dei hominumq; iura violauit, & patriam fuam euertit, versã religionem reliquistis, pro-

Matt. 21. fimo Christianorum nomine spoliantes. Vocat Deus templũ domum suã, & domum orationis, constituerunt apostoli ecclesias ad orandum, seruauit hoc ecclesia à sui principio vsq; adhuc absq; vlla intermissione, vos autẽ ecclesias euertitis, & precationes ecclesiæ atq;

Iosue 6. horas canonicas irridetis, & pro nihilo putatis. Quid voluit diuina scriptura in libro Iosuæ significare, quãdo memoriæ prodidit, corruisse muros Iericho, cũ sacerdotes septẽ buccinis clangẽtes vicẽ septies circuissẽt, nisi forte vt diaboli machinæ septem horarum canonicarum buccinis corruerent? Septem fuerunt buccinæ claugentes, & Dauid: Septies, inquit, in die laudem dixi tibi. Diuus Cyprianus in *Psal. 118.* expositione orationis dominicæ asserit horas canonicas fuisse etiam in vetere testamento obseruatas. Vide quanta sit earũ antiquitas. Diuus Hieronymus in epistola ad Demetriadem de virginitate seruanda, & in epitaphio diuæ Paulæ horarum canonicarum mentionem facit. Similiter & Chrysostomus homilia quinquagesima nona, & Basilius de institutione vitæ religiosorum, & innumeri alij patres, quos longum esset recensere. Hanc piam & antiquam ecclesiæ consuetudinem sacris canonibus roboratam, sanctis concilijs confirmatam, quam illi mirabiliter & inniolabiliter seruarunt, qui ob admirabilem doctrinam, & vitæ sanctitatem nomen suum immortalitati commendarunt, & pro Christi fide impij ferri crudelitatẽ erecto animo subierunt, contemnunt hæretici nostri temporis, qui ecclesias, & earum precationes non solũ irrident, sed etiam damnant, & impetu diabolico funditus delẽt. Cũ Christiani quondam, imperiũ obtinẽte Aurelio Alexãdro homine infideli, publicũ quendã locum occupassent, ibiq; ecclesiã condidissent, vbi funderẽt precationes, contrã autem caupones quidã Gentiles antè suũ esse locũ illũ contendeterent, imperator Gentilis audita controuersia respondit, quoquo modo esset, satius esse in eo loco Deum coli, quàm cauponarias exerceri. Refert historiam hanc Baptista Fulgosus. Homo à Christi fide alienus, solũ lumine naturali illustratus templa à Christianis condita cõseruabat, & Lutherani, qui se Christianos iactãt, templa diruunt: & vbi olim sanctæ missæ sacrificium celebrari solebat, & alta humanæ redemptionis mysteria tractabantur, ibi nunc meretricia, & nefandæ turpitudines à Lutheranis exercentur. O scelus inauditum! ò flagitium detestabile! ò impudentiam omni lachrymarum abundantia deplorandam! Quæ non videt, esse hos hæreticos omnibus tyrãnis Gentilibus immaniores & teteriores? Quis non intuetur eorum exitiũ, & non dolet æternam eorũ damnationẽ? Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem die ac nocte eorũ pernitiem, qui à vera Christi fide defecerunt, fraudes inexpiabiles concipiũt, in vitia se ingurgitant, & cũ nihil minus habeant quàm fidem, fideles se esse iactant, & fide gloriantur, cùm repudiauerint fidem, seque ex Christianæ nobilitatis altissimo gradu præcipitauerint? Subfannant ecclesias, & preces canonicas, cùm dicas

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc loco Ezechiel esse in templo à deo sibi demonstrato, quod ecclesiæ catholicæ imaginem gerebat, ostia ad orationes, & sedilia ad diuinas laudes deo decantandas.

Et ædificium, quod erat separatum. Existimãt nonnulli per ædificium hoc intelligi quædam templi appendicia, per separatum verò ipsum templum, quod ob eius excellentiam separatum dicatur. Sed qui fieri potest, vt ædificium separatum accipiatur pro templo cum appendicijs, cùm templum sit viginti cubitorum in latitudine, vt antea dixit propheta, hic autem asserat, templum hoc separatum septuaginta habere cubitos in latitudine? Huic obiectioni non poterunt respondere, nisi fortasse dicant, hæc appendicia quinquaginta cubitos latitudinis occupare. Sed nulla videtur proportio totum templum viginti solum cubitos latitudinis habere, appẽdicia verò quinquaginta. Accedit ad hoc, quòd paries tẽpli habebat in latitudine sex cubitos, quemadmodum antea dixerat: Et mensus est parietem domus sex cubitorum: paries autem huius ædificij erat latitudinis quinque cubitorum. Præterea templum erat versus orientem, hoc autem ædificium versus occidentem: ita enim ait propheta: Et ædificium, quod erat separatum versumque ad viam respicientem ad mare. Hoc autem mare est Mediterraneũ, quod respectu Hierosolymæ est ad occidentem. Quare existimo ædificium hoc situm fuisse circa templum, sed ab eo seiunctum, essecq; habitationem sacerdotum. Et quia à templo decem cubitis, vt aiunt, distabat, appellatur ædificium separatum.

Et longitudo eius nonaginta cubitorum. Hæc est longitudo ædificij separati. Sed videtur propheta statim sibi ipsi repugnare: nam subdit: Et mensus est domus longitudinem centũ cubitorum. Si eius longitudo nonaginta dun taxat erat cubitorum, quomodo asserit confestim esse centum cubitorum? Huic obiectioni respondendum existimo, ædificium nonaginta longitudinis cubitos habuisse, non comprehensa parietum spissitudine: sed quoniam duo erant parietes alter in fronte, alter in fine, & vnumquodque quinque cubitos in spissitudine occupabat, apertè colligitur, totum hoc ædificium centum esse cubitorum in longitudine, si parietes comprehendantur, qui ambo decem cubitos occupabant. Itaque foris est centum cubitorum, intus verò nonaginta. Sunt qui existiment, per domum hoc loco intelligi templum, quod in longitudine centum cubitos habebat. Nam muris claudés porticum templi versum atrium interius habet spissitudinem sex cubitorum, latitudo porticus erat vndecim cubitorũ, murus frontis, quæ diuidebat porticum à templo, habebat sex cubitos in spissitudine, inter murum frontis & latora seu sedilia, quæ erant iuxta murum frontis, erat vnus cubitus, illa latera habebant quatuor cubitos ab oriente in occidentem, ab illis lateribus vsque ad sancta sanctorum habebat vacuum templi quadraginta cubitos, murus diuidens sancta sanctorum ab interiore parte templi habebat sex cubitos spissitudinis, sanctum sanctorum habebat in lõgitudine viginti cubitos, murus claudens templũ versus occidentem habebat spissitudinem sex cubitorum. Si hos omnes cubitos iunxeris, inuenies centum in longitudine, quemadmodum ait litera. Hæc erat totius templi longitudo. Habebat etiam ædificium separatum eandem longitudinem: sequitur enim: Et quod separatum erat ædificium, & parietes eius longitudinis centum cubitorũ. Erat hoc ædificium ita amplum, quia in eo habitabant sacerdotes.

Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum. Latitudo hæc erat quædã platea siue area, in quã sacerdotes cõuenirent.

Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius. Mensurat duo ædificia, nempe aquilonare & australe, inter quæ erat ædificium separatum ad dorsum, hoc est ad partem templi occidentalem.

Hethecas ex vtraque parte. Hethecæ occupabant totam ædificij longitudinem, & mensuratis illis, totum ædificium manebat mensuratum. Hethecæ siue ethecæ erant deambulatoria quædã, siue solaris prominentia ex alto extra ædificium. Aiunt nonnulli esse pilarios parietibus insertos, ad corroboranda ædificia. Alij asserũt esse thalamos, seu cubicula. Quidam vertunt mansiunculas: Omnia Christus mensurat, siue magna, siue parua.

Et templum interius. Hoc est, sanctum sanctorum.

Stratumque ligno per gyrum in circuitu. Hoc est, totum templum erat lignis cedrinis cõstratum. Parietes templi erant à terra vsque ad fenestras cooperti ligneis tabulis, vt cælaturæ & picturæ melius apparerent, & diuturnius durarent. Et non solum erat hoc operimentũ vsque ad fenestras, sed etiam vsque ad tectũ. Et ipsæ fenestræ erant cedro tectæ. Itaq; omnes templi parietes erant cedro tecti, quemadmodum in templo Salomonis. *3. Reg. 6.*

Vsque ad domum interiorem. Hæc coopertura erat in templo, & in sanctis sanctorum, eratque in proportione æquali intus & foris: nam in gloria æterna præmia iuxta merita dabuntur. Ita enim ait Christus apud Matthæũ: *Matt. 16.* Filius

Filius hominis vẽturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Quod de illis intelligendum est, qui vsque ad lucem & vsum liberi arbitrij perueniunt. Nam prima gratia quæ antecedit rationis vsum in baptismo in infantulos confertur, eiq; gloria respondens nõ est operum remuneratio, sed effectus diuinæ pietatis, & mortis ac passionis Christi. De adultis loquitur Dominus, cùm ait, se illis iuxta eorũ opera redditurum. De illis ait Ecclesiasticus: Omnis misericordia faciet locum vnicuique secũdum meritũ operum suorum. Et psalmog. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorũ tribue illis. Et D. Paulus in epist. ad Rom. de Deo loquens: Qui reddet, inquit, vnicuique secundum opera eius. Id prædixit ijs verbis Dauid: Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Hæc est mẽsura & proportio intus & foris, de qua hic agit Ezechiel: nihil enim in hoc tẽplo est absque mensura & ratione.

Eccl. 16. *Psal. 27.* *Rom. 2.* *Psal. 9.*

D Et fabre facti cherubim & palmę: & palma inter cherub & cherub. Duasque facies habebat cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam. Per omnem domum in circuitu: de terra vsque ad superiorem partem cherubim: & palmæ cælatæ erant in pariete templi. Limen quadrangulum, & facies sanctuarij aspectus contra aspectum. Altaris lignei trium cubitorum altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me: Hæc est mensa coram Domino. Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario: & in duobus ostijs ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. Et cælata erant in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoque expressa erant. Quam ob rem & grossiora erant ligna in vestibuli frõte forinsecus, super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc ac inde in humerulis vestibuli secundum latera domus, latitudinemque parietum.

Et fabre facti cherubim & palmæ. Hoc est, in tabulis cedrinis parietes tẽpli coopericntibus erant sculpti cherubim & palmæ, ita vt esset palma inter cherub & cherub: & vnusquisque cherub duas facies habebat, alteram hominis, alteram leonis, sed vtraque ad palmam respiciebat. Quæ essent imagines hæ, quæ appellabantur cherubim, alibi ostendimus. Cherub idem est quod quasi plures, per quem significatur princeps, in quo virtutes omnes, quæ sunt per subditos dispersæ, debent recondi & copulari. Debet etiam esse quasi plures, quia debet omnibus consulere, & de omniũ salute cogitare. Vt in solo capite sunt oculi, vt omnia videant, & non in mẽbro alio: sic soli principi & præsuli, & dominium obtinenti cõuenit, omnium vitam inquirere & cognoscere, omnia videre, omnibus consulere, esse pro omnibus vehementer solicitum, & omnia denique, quæ ad rectam suæ reipublicę gubernationẽ pertinent, circunspicere, & mentis oculis collustrare. Quid aliud est, vnũquenque cherub duas habere facies, vnam hominis serenam & lenem, alteram leonis iratam & truculentam, nisi debere principem viris iustis se benignum ostendere & suauem, sceleratis verò seuerum & terribilem? Quibusdam debet humanitatẽ ostendere, quibusdam terrorem incutere: illis debet fauere, hos autem punire. Sed siue præmio subditos afficiat, siue pœna, semper cõiecturus est oculos in palmam, hoc est, in præmium victorię, quod diuus Paulus in epistola secunda ad Timoth. appellat coronam iustitiæ, & diuus Iacobus coronam vitæ, & diuus Petrus immarcessibilem gloriæ coronã. Hæc est retributio illa, de qua dicebat regius vates: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem: seu vt potest verti ex hebræo: propter ęternam retributionem. In hac æterna retributione imprimis numerandus est Deus, quo in patria cœlesti illi fruuntur in æternum, qui in corporibus humanis vitã cœlestem imitati sunt. Abrahamo dixit Deus: Ego merces tua magna nimis. Hæc est merces illa, de qua aiebat Christus discipulis suis: Merces vestra copiosa est in cœlo. In hoc præmio debent principes figere oculos, nihilque habere antiquius quàm intelligere, quid velit Deus, quid iubeat, quid prohibeat, vt ad normam voluntatis diuinæ omnia sua consilia, omnes cogitationes, omnia opera & verba, omnes denique vitæ suæ rationes dirigant, & officij sui

Simile. *2. Tim. 4.* *Iac. 1.* *1. Pet. 5.* *Psal. 118* *Gene. 15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mométa perpendant. Vt numero discernimus plures à pauciorib⁹, & mensura maius à minore, & statera ac bilince graue à leue sic iudicio integro iustum ab iniusto discernimus & iudicamus. Sin autem principis iudicium vel ob amorem, vel ob odium, vel ob perturbationem aliquam fuerit corruptum, tam tunc non oculos conijcit in palmam, sed in terram: inter illos connumerandus, de quibus ait psalmographus: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Vt enim aqua quanto est purior, & quanto minus habet terrenæ mistionis, tanto est salubrior, & humanæ naturæ accommodatior, sic ille est muneri publico, & reipublicæ gubernationi conuenientior & aptior, qui minus permissus est, qui in rebus ad iustitiã pertinentibus non terræ affectione ducitur, nec personam recipit, sed rectam iustitiæ puritatẽ intuetur. Est enim iusti principis cognoscere se gerere personam ciuitatis, debereque eius pulchritudinem & dignitatem sustinere, resistere temeritati multitudinis, bonos præmio afficere, iniquos castigare, succurrere saluti cõmuni, intercludere seditionum vias, vt nec diuitibus obsit inuidia, nec pauperes circumueniantur. Poteris hoc loco per palmam semper virentem, nullos vnquam æstus reformidantem virum, virtute & constantia præditum intelligere, de quo dicitur in psalmo: Iustus vt palma florebit. Hæc est arbor illa, de qua ait psalmographus: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursum aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Eam ob causam virtutis constantia per palmam significatur, quia incorruptibilis ferè est, & pondere non flectitur, & nunquam illi decidunt folia, nisi vi tollantur. Et si etiam laurus & oliua, & nonnullæ aliæ huiusmodi plantæ perennem habeant foliorum viriditatem, tamen non ita retinent folia, quin aliis succrescentibus prioza decutiant. Videmus ex illis folia quædam interdum cadere: ex palma verò nunquam.

Psal.16. *Simile.*

Psal.1.

Psal.1.

Huic perenni immobilitati virtutis firmitudo cum gratia coniuncta comparatur. Hæc in solo templo, hoc est in sola Ecclesia Christi inuenitur: qui verò illa præditus est, palma dicitur ob virtutis firmitudinem: & cherub duas habens facies, vnam animalis ratione vtentis, alteram leonis fortitudine præstantis, quoniam prouidentia vtitur, & fortitudinis præstantia: præditus est sorti prouidentiæ, & prouida fortitudine. Sed quoniam virtus à vitiorum tentatione oppugnatur, sed nihilominus vincit, pingebant antiqui draconem pectus leonis mordentem, quem tamen ipse leo vnguibus lacerabat: vt significarent impiam cupiditatem & tentationem in animum fortitudine pollentem inuehi, & impetum facere, sed ab ipso superari, & mirabiliter exeindi. Et quoniã palma multis durat seculis, accipitur aliquando pro longa temporis diuturnitate. Hinc effectum est, vt Quintus Græcus author asperũ quendam locum & excelsum, ac superatu difficilem posuerit: in cuius vertice palma consurgeret, cuius in fastigio virtus insideret. Per montis asperitatem varios labores significat, per palmam verò, temporis longinquitatem. Non enim existimabat, fieri naturaliter posse, vt quispiam ad perfectam aliquam virtutem perueniret, nisi per labores, quos diu toleraisset. Omnia enim præclara ardua sunt, & rara, & difficilia: nec quicquam difficilius quàm inueniri, quod sit omni ex parte repẽtè in suo genere absolutum. Quam ob causam poteris hoc loco nomine palmæ diuturnitatem intelligere, in quam viri sapientes vtraque facie & hominis & leonis, hoc est, vtroque tempore & pacis & belli debent oculos conijcere, existimantes neminem repentè ad summum virtutis cacumen peruenire: sed oportere diu laborare, vt Christianæ philosophiæ perfectio cõparetur, & ad gloriam sempiternam tandem perueniatur.

Limen quadrangulum, & fores aspectus sanctuarij contra aspectũ. Hoc est, postes templi erant quadrati, qualis etiã erant postes sanctuarij: erat enim aspectus sicut aspectus, id est, postis sanctuarij posti templi respondebat.

Hæc mensa coram Domino. Hæc mensa est contemplatio rerum diuinarum, quæ est salubberrima suauissima animarum esca. In hac mẽsa reficiuntur ij, qui se Deo tradunt, & pabulo spiritualis dulcedinis recreantur, animumq; alunt ad æternitatẽ. De illa igitur dicebat regius psaltes: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Hoc pastu recreatus vir iustus nullis calamitatum fulminibus perturbatur, nullis sceleratorũ oppugnationibus opprimitur. Est enim mensa hæc doctrina Euangelica, de qua ait Salomon in Prouerbijs: Sapientia proposuit mensam suam. Ac si dicat: DEI filius, qui est sapientia patris, proposuit Euangelicam doctrinam veluti mensam cœlestium epularum, ad quas homines inuitauit. De hoc conuiuio vaticinatus fuerat his verbis Esaias: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium. Per montem hunc significatur Ecclesia, quæ celsitudine sua mõs altissimus appellatur: per conuiuium doctrina Euangelica, quo salubberrimo alimento mentes ad immortalitatem aluntur. His diuinis dapibus, & suauissimis poculis refecti viri pij nullis incommodis de tranquillitate animi,

Psal.22.

Prou. 9.

Esai.25.

animi, & gradu constantiæ deijciuntur. Nullę humanæ epulæ, nullæ delicatæ exquisitæque dapes sunt vllo modo cũ suauissimis Christi verbis, eiusque euangelio sacratissimo comparandæ. Hoc sanctissimum euangelium est prandium illud, ad quod cœlestis pater mortales inuitauit, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prãdium meum parauit tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Hæc est cœna illa magna, de qua ait apud Lucam Christus Deus noster: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, qui cœperunt se excusare: Magna est, quia Dei est. Magna opera domini, ait Dauid, exquisita in omnes voluntates eius. Cœna mundi parua est, Dei verò magna. At nos paruis magna relinquimus, pro mundi cœna Christi cœnam contemnimus, eximios & salutares Dei cibos repudiamus, & falsas ac pestiferas mundi dapes exquirimus. Inuitat nos mũdos ad epulas corruptibiles & venenosas, & accurrimus, inuitat nos Christus ad escas cœlestes & immortales, & non mouemur. Vocauit, inquit ipse per Esaiam, & non erat, qui audiret. Et per Salomonem: Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Et apud Matthæum: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Sed cœperunt se excusare. Primus dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Alius dixit: Vxorem duxi, & omnes voce domini damnati sunt. Sed dices: Quid, nonne hæc licita sunt? Quis vnquam damnauit emere villã, emere boues, & vxorem ducere? Si igitur hæc absque peccato fieri possunt, quare Christus eos damnat, qui ea fecerunt? Huic obiectioni respondendum puto, non ideo eos damnatos fuisse, quia hæc fecerũt, sed quia ea vsque adeò vehementer amarunt, vt pro illis Christum relinquerent. Non ideo æternum merentur exitium, quod hæc possiderẽt, sed quòd ea Christo anteponerent. Non illis præcipiebat Christus, vt illa relinquerent, sed ne propter illa Deum relinquerent, vt se cum illis non coniungerent, sed vt seipsos à corrupta affectione disiungerent, & à deprauato amore separarent. Id voluit Deus significare, quando Abrahamo dixit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui. Amandus est pater, amanda est patria, amanda vxor, amanda cognatio, sed amore sancto & ordinato. At si hic amor nec puritatem habet, nec ordinem, si Dei amorem excludit, & totum animantem rapit & absorbet, & à Deo alienat, impius est, & pernicium parit sempiternum. Sed aduerte, & quid primus eorum, qui se excusarunt, responderit, perpende. Emi, inquit, villam, & necesse habeo exire, & videre illam. O cæcum hominem! O insipientiam deplorandã! Dic obsecro, si villam non videras, quomodo eam emebas? Volo, inquit, videre illam. Adhuc eam non viderat, & iam tanti faciebat, vt pro illa relinqueret cœnam domini. Non videmus mundum, non eius dolos consideramus, nullam veram in eo quietem aspicimus, & tamen illum emimus, pro illo Deum contemnimus, & pro nihilo putamus. Necesse habeo exire, & videre illam. Quæ est hæc necessitas? Quis te cogit? Vnde vis exire, & quid vis videre? Egrederis à ratione, à iudicio, à veritate, & tandem à te ipso. Vide quid dicat Deus per Esaiam: Præuaricatores redite ad cor. Præcipit Deus, vt redeas, & tu vis exire. Vis videre mundũ, si teipsum vidisses, mundũ videre non cuperes. Vis aspicere res breues, fluxas, fugaces, incertas, & in casu sitas, vis intueri dolos, mẽdacia, superbiã, auaritiã, & cæteta huiusmodi, ad quæ cæci mortales stimulis cupiditatis exagitati ardẽter aspirant. Hæc sunt, quæ incredibiles sui in te amores excitarent, cùm re ipsa turpia sint, vana, & fallacia, & citò peritura. Et pro illis honestatem relinquis, decus, & virtutem, qua nihil est in vita pulchrius, nihil firmius, nihil præstantius, nihil diuturnius. Nihil est tam tetrum, nihil tam aspernandũ, nihil homini tam indignũ, quàm repudiare virtutem, & relinquere rationẽ, est enim ratio quæ hominem separat à bruto, quæ est domina & regina, quæ connexa per se, & progressa longiùs fit perfecta virtus, hæc in animæ republica imperare debet, & appetitus obedire, hæc debet concupiscentias vincere, iracundiam cohibere, turbationes sedare, vt in homine resplendeat constantia & moderatio. Si hanc sequereris, non pro rebus mundi Christum relinqueres, non velles videre mundum, qui, vt ait Diuus Ioãnes, totus in maligno positus est. Mũdus hic mare est, in quod omnia flumina vanitatum ingrediuntur, quo conueniunt aquæ deliciarum, imbecillitatum, fallaciarum, mendaciorum, superbiæ, auaritiæ, inuidiæ, & cæterarum huiusmodi pestium. Imò sepulchrum est peccatorum. Peccauerunt in paradiso primi parentes nostri, & per peccatũ mortem incurrerunt, dixerat enim Deus: Quocunque die ex eo comederitis, morte moriemini: Comederunt, & mortui sunt, & fuerũt in hũc mundum tanquam in sepulchrum derecti. Tu igitur, qui corporis sepulchrum exhorresçis, cur flagitiosorum sepulchrum ardenti amore prosequeris? O rem Christiano homini indignam! Sed videte hominis vanitatem. Emi, inquit, villam. Emisti cam pretio animæ.

Esai.40. *Prou.1.*

Matt.22.

Luc.14.

Psal.110

Esai.46

Matt.11.

Gen.12.

1.Ioan.5

Genes.2.

Genes.3.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In villa empta, inquit Augustinus, dominatio notatur. Volebat alijs præesse, qui sibi nõ præerat, volebat alijs imperare, qui sibi non imperabat, qui non refrænabat appetitum, nõ spernebat voluptates, non coercebat vanitatẽ, nõ cæteras animi labes repellebat. Quomodo alios teneret, qui seipsum non tenebat? Sed volebat primus videri, & inani quadam gloria *Simile.* oblectari. Vt ignauo & imbecillo equiti prælium ingredienti, pretiosis armis indutο, non solùm nihil prodest galea auro fulgens & gẽmis, ac pulchrarum pennarum crista decorata, sed etiam obest, quoniam hostium multitudo in eum vehementius irruit, & impetum facit, sic homini vano, & inani gloria ducto nihil prodest mũdi dignitas & dominatio, quin potius detrimentum illi affert & incommodum, quoniam illum plerique vocibus vulnerant, & irrident, & hostes etiam animæ vehementius lædunt. Nos verò mundum relinquamus, eius vanitatem detestemur, eius ambitionem vt pestem fugiamus, & ad mensam domini, ad euangelicam doctrinam properemus, cuius imaginem gerebat mensa hæc, quam vidit Ezechiel in templo sibi ostensõ cõstitutam. Illud est hoc loco aduertendum, mensam hanc habere in altitudine tres cubitos, quia in ea non reficiuntur, nisi qui fidem habuerunt trinitatis, in longitudine duos cubitos, quia in duo- *Matt.22* bus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ, in amore Dei, & proximi. Non dicitur autem hoc loco habere latitudinem, quia summè lata est, iuxta id quod ait psalmographus: La- *Psal.118* tum mandatum tuum nimis. Huius mensæ cibi integri sunt & salutares, quos euangelici eõcionatores debent populo proponere. At tantum est auditorum fastidium, vt nolint has epulas gustare, quin potius flosculis delectẽtur, & lepore ac suauitate quadam dictorum allici- *Simile.* untur. Vt apes fructus, solidasque escas contemnunt, flores autem carpunt, & delibant, sic multi ex auditoribus grauem concionum doctrinam fastidiunt, ioco autem aliquo oblectãtur, non substantiam sequuntur & salubritatẽ, sed pigmentum, & oblectationem, flores quæruut, non solidum cibum. Poteris per hanc mẽsam sacrum ecclesiæ altare intelligere, vbi est sanctum eucharistiæ sacramentũ, quod nobis Christus reliquit, vt suam erga nos admirabilem charitatem ostenderet, & vt nos hoc cœlesti cibo recreati nouas vires aduersus animæ hostes reciperemus. Non communi aliquo, & vsitato cibi genere, sed sui sanctissimi corporis, suique pretiosissimi sanguinis alimẽto nos mirabiliter reficere in hoc sancto sacramento *Psal.105* curauit. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis vnquam proprio sensu ductus talia cogitaret. Ille qui vita est, vt nos viueremus, suo proprio corpore & sanguine sibi voluit vnire & coniungere, ipse enim ait: Caro mea verè est cibus, & *Ioan.6* sanguis meus verè est potus, qui manducat me am carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. In hoc admirabili sacramento simul vt ad materiam accesserit forma, fit, vt Chrysostomus ait, transmutatio, vel vt ait Theophylactus, transelementatio, vel vt in magno & sacro Lateranensi concilio definitum est, fit trãssubstãtiatio panis & vini in corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Nec obstat esse sacerdotes aliquos sacramentum hoc conficientes inquinatos sceleribus, quoniam vt præclarè ait Diuus Augustinus, non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Consecrat sacerdos nõ virtute propria, sed vt Dei minister, potest autem quis minister Dei esse, etiam si iustus non sit. Vt elemosyna fructum non amittit, quam dominus largitur per iniqui serui ministerium, sic sacramentum etsi per iniustum ministretur sacerdotem, non tamen amittit virtutem suam. Quemadmodum per lapideum canalem transit aqua ad areolas, plurimam hortis afferens vtilitatem, cũ in ipso lapideo canali nihil generet, sic spiritualis virtus sacramenti admirabilem fructũ in recipientibus producit, cùm tamen sacerdotibus, si impij sunt, non profit. Siue igitur per sacerdotes flagitijs contaminatos, siue per iustos, veramque pietatem colentes sanctum eucharistiæ sacramentum conficiatur, idem est, quoniam non virtute hominum, sed Dei consecratur. Vt medicinæ gratia non impedit medicinæ virtutem, sic nec sacerdotis flagitiũ sacramenti effectum. Hoc est diuinum pabulũ, hæc est cœlestis refectio, hæc est esca illa, quã in memoriam mirabilium suorum nobis dominus reliquit, de qua ait diuinus ac regius vates: Memoriam fecit mirabilium suorum misericos & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Accedamus supplices ad has epulas diuinas, ad hanc admirabilem mensurã, de qua ait hoc loco Ezechiel: Hæc est mensa coram domino.

Simile. *Simile.* *Simile.* *Psal. 110*

Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario. Hoc est, in pariete diuidente templum à porticu erant duo ostia, & alia duo in pariete diuidente templum à sancto sanctorum. In fronte templi erat porta vna, qua patebat ingressus in templum, altera in sacrario seu sanctuario, seu sancto sanctorum, qua ad illud patebat ingressus. Sed quodlibet ostiũ duas habebat valuas inuicem copulatas, quarum vnaquæque habebat ostiolum, quod poterat claudi, & aperiri sine

sine alio. Et quãdmodũ porta habebat duas valuas siue fores in introitu, sic etiam ea habebat in fine ex parte interiore. Vult Deus hoc loco significare magnum esse in hoc templo thesaurũ, quòd tot foribus claudatur. Thesaurus hic est cœlestium diuitiarum copia in ecclesia catholica repositarum. Hic est thesaurus fidei, spei & charitatis, & præterea meritorum Christi & sanctorum. Merita passionis & mortis domini nostri Iesu Christi, ac sacratissimæ virginis Mariæ, & aliorum diuorum, qui fuerunt propter Deum afflicti, & qui propter eũ calamitates suas æquo animo tulerũt, in quibus patiebatur ipse Christus, & patitur modò, & vsque in finem seculi patietur, multò sunt abundantiora, quàm omnia mũdi flagitia, pro re potuisset. Hęc meritorum Christi & sanctorum eius, hoc est capitis & corporis superabũdantia, est thesaurus ille inexhaustus Ecclesiæ, cuius dispẽsatio cùm ad episcopos, tũ ad summũ pontificem præcipuè pertinet, qui totius Ecclesiæ sub Christo capite caput est, cui Chri stus ipse peculiariter claues regni cœlorũ cõmisit, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petrã *Mat.16.* ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum in cœlis. Nulli Apostolorum hoc dixit Deus, nisi Petro, quẽadmodũ illi soli dixit: Pasce agnos *Ioan.21.* meos, pasce oues meas. Quibus verbis Petri, eiusque successorum primatus ostenditur. Etsi Apostoli ligandi & soluendi, & gregẽ Christi pascendi potestatẽ habebant, quibus Deus di- *Ioan.20* xit: Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis, tamen soli Petro dictũ fuit: Tibi dabo claues regni cœlorum: Et pasce oues meas, tanquam præcipuo, & Christi vicario, & principi Apostolorum. Et quoniã summus pontifex, Christi vicarius, successor beati Petri claues habet ligandi, & absoluendi, potest indulgentias ex Christi thesauro concedere. Hac ratione pœnitens nõ solùm à culpa, sed etiã ab omni pœna, vel ab eius parte absoluitur. Aspicis igitur esse in Ecclesia superabundantiã meritorum Christi & sanctorum, ex quibus quatenus satisfactoria sunt, pendet & constat indulgentiarum thesaurus. De huius thesauri dispensatione dicebat Apostolus Paulus: Sic nos existi- *1.Cor.4.* met homo vt ministros Christi, & dispensato- *1.Cor.9.* res mysteriorũ Dei. Et iterũ: Dispensatio mi- *2.Cor.2.* hi credita est. Et rursus: Cui donastis aliquid, & ego, nã & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi. Omne opus bonũ in charitate factum meritorũ est, & satisfactoriũ, meritorium qua ratione bonũ est, factum in gratia, satisfactorium, quatenus pœnale. Et licèt quatenus meritorium non excedat personam meréntis, quòd nullus, Christum semper excipio, possit alteri vitam æternã mereri, saltem de condigno, quatenus tamen satisfactoriũ est, etiam de condigno eã excedit. Et ita merita Christi pœnalia, & sacratissimæ dei genitricis Mariæ, & aliorum sanctorum manẽt in ecclesia per summum pontificem dispensabilia. Vnde pontifex maximus concedit indulgentias. Et licèt hæretici nostri temporis indulgentias irrideant, est tamen cum tota ecclesia catholica firmiter tenendum, eas esse vtiles, & animæ salutares, & à summis pontificibus meritò & verè concedi. Aduersus hunc hæreticorum errorem de irridendis indulgentijs differuit Ioannes Roffensis vir exi nia eruditione & Christiana pietate præditus, ab articulo. 17. vsque ad vicesimumseptimum, vbi grauiter & euidenter Luthori impietatẽ refutat & conuincit. Et post illũ Martinus Ledesmius præceptor meus doctissimus, non minore pietate & eruditione excultus in sua secunda quarti, quæstione vigesimaseptima. Et ante illũ innumeri doctores scholastici in 4. sententiarũ, distinctione 20. & decretorũ doctores in cap. Indulgentiæ, de pœni. & remi. lib. 6. & alijs in locis. Et post eos sacrosancta synodus Tridentina sessione. 25. decreuit potestatem conferendi indulgentias à Christo Ecclesiæ concessam esse, atque huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita antiquissimis etiã temporibus illis vsam fuisse, essèque indulgentiarum vsum Christiano populo maximè salutarẽ, & sacrorum conciliorum authoritate probatum, & in Ecclesia retinendum. Factum fuit hoc decretum ad refutandam hæreticorũ perfidiam, & veritatem ostendẽdã, non autẽ quod aliquis catholicus de hoc dubitaret. Omnes Christiani doctores indulgentias amplectuntur, & apertissimè probant esse in Ecclesia thesaurum meritorum Christi, & sanctorum eius. Hic est thesaurus, quem hoc loco Ezechiel forte in Ecclesia significauit, cùm templi portam ex vtraque parte clausam esse ostendit, quatuor foribus cõclusam. In sancto sanctorum, per quod supercœlestis patria intelligitur, clausum esse eodem modo ostium dixit, vt magnum ibi esse thesaurum significaret, nempe æternam beatitudinem, diuinam visionem, & fruitionem Dei, vbi illi, quibus fuit minimã cum corpore contagio, qui è vita in gratia migrarunt, quiescunt, admirabilibus diuitijs cumulati.

Super quæ fenestræ obliquæ. Id est arctè ex parte interna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum latera domus. Latera hoc loco appellantur muri claudentes porticum templi ab oriente in occidentem. Hi muri contiouabantur muris templi longitudinem claudentibus.

Annotationes ex Hebræo in caput XLI.

Latera autem, latus ad latus bis triginta tria. In nonnullis codicibus est, bis triginta trium, nimirum pedum. Particula, bis, non est in translatione septuaginta interpretum, nec Pagnini. In hebraico est שְׁתַּיִם פעמים pehamim, quæ dictio idem est quod bis, vt cap. Numerorum. 20. Et percussit petrã virga sua bis. Significat etiam pedes, & manus. Nã in psal. 57. vbi cõmunis editio habet: Lauabit manus suas in sanguine peccatoris, pro manibus est hoc idem nomen, pro quo D. Hieronymus vertit ex hebræo, pedes, dicens: Pedes suos lauabit in sanguine impij. Quẽ sequitur eo loco Pagninus. Vt sit sensus: Facta strage impiorum, vir iustus victor, per sanguinem eorum gradietur, abluens in illo pedes suos. Et in psal. 73. vbi nos habemus: Leua manus tuas in superbias eorum in finẽ, pro manibus vertit vterque pedes, cùm septuaginta in vtroque loco transtulerint: χεῖρας, hoc est manus. Cùm autem nomen פעמים significet bis, & pedem & manũ, vertit Diuus Hieronymus bis triginta trium, & Pagninus: Trium & triginta pedũ. Potest etiam verti: Triginta trium manuum, siue palmorum. Sed quoniam dictio hæc derivatur à verbo paham, quod significat terrere, & conterere, vt apud Danielẽ: Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, potest verti locus ille psalmi. 73. Leua terrores tuos, vel malleos tuos in superbias eorum. Ac si diceret. Contere domine, & calamitatibus eos opprime, qui templum sanctum tuum immaniter euerterũt. Verum pro lateribus in hebraico est hoc nomen צלע tselagh, quod proprie costam significat, vt cap. 2. Geneseos: Tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierẽ. Et quia costæ sunt in vtroque latere animalis, appellatur cuiuslibet rei latus hoc nomine. Et quia trabes domus sunt veluti eius costæ, transfertur nomen hoc ad trabes significãdas. Ideo potest hic Ezechielis locus ita verti: Erant autem trabes, trabes super trabem trium & triginta pedum, parietem templi ingredientes.

Num. 20

Psal. 57

Psal. 73.

Danie. 2.

Genes. 2.

Et duo ostia erant in templo. Pro ostijs est in hebraico: דלתות delathoth. Dictio hæc absque dubio ostium significat, vt in psal: Pone

Psa. 140

domine custodiam oris meo, & cõstium circũstantiæ labijs meis. Labia indigent ostijs, quòd instar ostiorum debeant frequenter claudi, & rarò aperiri. Vnde Iob: Portas vultus eius quis aperiet? Vbi per portas vultus siue faciei labia intelligit. Obsecrabat Deum regius vates, vt linguam suam coerceret, ne quid vnquam loqueretur, nisi quod in ipsius Dei gloriam, aut in veram hominum vtilitatem redundaret. Nã, vt ipse alio loco ait: Vir linguosus non dirigetur in terra. Et Salomon in Prouerbijs: In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Ideo D. Iacobus in canonica sua, Sit, inquit, omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et rursum: Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducẽs cor suum, huius vana est religio. Homo non custodiens os suum est vas absque operculo, de quo dicitur in lib. Numerorum: Vas non habens operculum, nec ligatura desuper, immundũ erit. Est etiã equus absque fræno, & nauis absque gubernaculo. Lingua inuidi & sceleratj non solùm præsentibus nocet, sed etiam absentibus, quam ob causam gladio comparatur & sagittæ: gladio quidem, quòd eos, qui propè sunt, vulneret & occidat, sagittæ verò, quòd remotos & longè distantes trãsfigat. Exacuerunt, ait psalmographus, vt gladium linguas suas. Et iterum: Lingua corũ gladius acutus. Et Ieremias: Extenderunt linguã suam arcum mendacij. Et paulò pòst. Sagitta vulnerans lingua eorum. Omnis linguæ immoderatio ex cordis immoderatione procedit. Quemadmodum mota tota radice mouẽtur etiam folia, sic perturbato corde, perturbatur etiam lingua. Ea autem immoderata generat mortem, quemadmodum moderata vitam. Eam ob causam ait Salomon in Prouerbijs: Mors & vita in manibus linguæ. Et Christus Deus noster apud Matthæum: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condẽnaberis. Pittacus Amasidi regi misit è victima linguam vt membrum pessimum, & idem optimum. Antipater apud Plutarchum, cùm quidam mentionem fecisset de Demade senio cõfecto, sed crasso & loquace, velut, inquit, ex immolata victima venter tantum & lingua superest. Hoc ideo dicebat, quia tunc immolantes Græci absque fide animalia suis sacris diis, linguam tamen eorum tanquam prophanum membrum non immolabant. Non adhibebant sacris suis linguam, qua sciebant multa scelera committi, etiamsi non ignorarent, eam plurimum vtilitatis mortalibus afferre. Vnde ortum est prouerbium: Lingua quò vadis? Erectum ciuitatem, eandem denuo subuersura.

Pfal. 63.
Pfal. 56.
Ieremi. 9

Simile.

Prouer. 18
Mat. 12.

uersura. Refertur à Suida, Zenodoto, & Diogeniano. Cùm autem os hominis sit porta quædam, homo autem iuxta Diui Pauli sententiam sit templum Dei, oportet habere duo ostia in ore, quibus opertum custodiat, firmiterque obserat & claudat, ne linguæ moderatæ thesaurus à furibus rapiatur, sd intelligens Ezechiel ait: Et duo ostia erant in templo, & cætera.

1. Cor. 3. 2. Cor. 6.

ARGVMENTVM CAPITIS XLII.

Capite superiore descripsit templum in tres partes diuisum, porticum, sanctum, & sanctum sanctorum. Nunc loquitur de Gazophylacijs, & de duobus ædificijs, quæ sita erant extra templum, ab eius muris decem cubitos distantia.

CAPVT XLII.

A ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonẽ, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatum ædificij, & contra ædem vergentem ad aquilonem in facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrij interioris, & cõtra pauimentũ stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia de ambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius. Et ostia eorum ad aquilonẽ, vbi erant gazophylacia in superioribus humiliora, quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificijs.

B Triplega enim erant, & non habebant columnas, sicut erant columnæ atriorum. Propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior secundum gazophylacia, quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia. Longitudo eius quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum, & longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriore in latitudine periboli atrij, quod erat contra viam orientalem in faciem ædificij separati. Et erant ante ædificium gazophylacia, & via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum; quæ erant in via aquilonis. Secundum longitudinem eorum sic & latitudo eorum, & omnis introitus eorum, & similitudines & ostia eorum secundum ostia gazophylaciorum, quæ erant in via respiciente ad austrum.

EXPLANATIO.

Et eduxit me in atriũ exterius. Capite quadragesimo diximus totũ hoc ædificiũ triplici muro esse vndique cinctum, esse autẽ atrium, quod immundorum appellabatur interprimum & secundum murum, alterum autem, quod appellabatur mundorum siue exterius respectu interioris inter secundum & tertium murũ, intra tertium verò murũ & templũ esse atrium interius, seu sacerdotum. Ex atrio primo eductus est propheta ũ ductore suo ad secundum, & tertium, & ad templum, & sanctum sanctorum, quia ab exterioribus est ad interiora progressus, & à cognitione creaturarum ad creatoris cognitionem. Ita enim ait Iob: Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Qui verò templum intimum ingrediuntur, & diuina charitate & sapientia replentur, dicũt cum apostolo: Reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. Talis fuit diuinus noster vates, qui ab exterioribus ad intima penetrauit. Et egressus ex templo ad atrium interius, vt videret perfectius ea, quæ ante viderat, modò ex atrio interiore ducitur à ductore suo ad atrium exterius, quod erat mundorum per viam aquilonarem, & per portam respicientem ad aquilonem, quæ erat in muro interiore. Per tres muros tria atria, tres portas in quolibet muro, tres partes templi, tres hominum gradus intelliguntur, incipientium, proficientium, & perfe-

Iob. 12.

2. Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectorum. Ait igitur Ezechiel: Eduxit me, nimirum qui me ducebat, & templum mensurabat, in atriũ exterius. Tam diuinus vates hoc atrium aspexerat, priusquam ad interiora ingrederetur, sed tunc non habuit perfectam, omnibusq; numeris absolutam cognitionem. At postquam templum, & sanctum sanctorum vidit, & alta Dei mysteria mentis oculis diuino lumine lustratis perspexit, & intima penetrauerit: redit ad exteriora, vt ea expeditiùs & absolutiùs intueatur. Illi perfectè creaturarum naturæ contemplantur, qui se creatoris contemplationi dedidérunt, eiusq; desiderio & amore flagrarunt. Ostendit Deus Ezechieli atrium exterius, & omnia inclusiuè vsque ad sancta sanctorum: nunc illum ad exteriora ducit, vt ea perfectè contempletur. Sapientia enim non est in principio tota & absoluta docenda: sed sensim progrediẽdum est, & ad priùs ostensa interdum reuertendum. Oportet enim ea in animo versare, & iterum ac iterũ memoria repetere. Postquam regius vates fuit diuino amore incensus, & alta Dei arcana animo perspexit, redibat ad contemplationẽ gloriorum cœlestium, & intuens solem, lunam, & reliqua astra diuini luminis perpetua monimẽta, contemplabatur singularem dei erga homines amorem, qui illis tam eximia opera condidisset: & memoria tanti effectoris alebat: Quo
Psal. 8. niam videbo cœlos tuos, opera digitorũ tuorum, lunam, & stellas, quæ tu creasti. Quid est homo, quòd memor es eius, &c. Et in fine psalmi diuino quodam amore absorptus has voces emittebat: Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Intuere quemadmodum à creatoris contemplatione ad creaturas contemplandas reuertitur, vt ab illis ad illum tedeat, cuius amore flagraret. Cùm animus se à corporis obsequio seiungit, voluptatemque veluti pestiferam labem honestatis respuit, seque Dei amore incendit, si tum cœlum, terram, mare, rerumque omnium naturam intuetur, eaque vnde generata, quò recurrant, quando, & quo modo peritura, quid fluxum & mortale, quid stabile & æternum contemplatur, in hoc conspectu, & cogitatione, & rerum magnificentia, Deus immortalis, quàm gaudio afficitur, quá ta firmitudine delicias mũdi perituras contẽnit, & ea, quæ insipiẽtes mortales expetẽda existimant, pro nihilo putat, & ad cœlestia & immortalia ardenti charitate inflammatus rapitur.

Et introduxit me in gazophylaciũ. Hoc est, ex atrio illo exteriore eduxit me ad gazophylaciũ. Duo erãt gazophilacia, de quibus modò agit, iuncta duabus porticibus interioribus, aquilonari & australi. Nunc autem loquitur de australi: sed quod de vno dicit, de altero vult intelligi, cùm vtrunque eiusdem esset mensuræ & structuræ.

In facie longitudinis centum cubitor ostij aquilonis. Hoc est, in fine illius spatij, quod habebat in longitudine centum cubitos, quæ longitudo erat ante ostium templi aquilonare. Vel sic: Porta aquilonaris respiciebat faciem huius ædificij centum cubitos habentis in longitudine, & quinquaginta in latitudine. Portã hac egrediebantur ad locum prophanum: nam spiritualis perfectio publicam vtilitatem spectat, & ad hominum salutem intuetur. Ita enim ait Deus: Diliges proximum Deut. 6.
tuum sicut teipsum. Et iterum: Hoc est præ- Mat. 22.
ceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi Ioan. 15.
vos. Moyses cùm esset in monte cum Deo, Exo. 32.
audita populi defectione, contemplationem reliquit, & ad succurrendum populo perrexit. Et Dominus Iesus cùm in horto preces funderet ad patrem, surrexit ab oratione, & venit Mat. 26.
ad discipulos suos, exhortans eos, vt vigilarẽt, Mar. 14.
& orarent. Et diuus Paulus in epistola prima ad Thessalonicenses, De charitate fraternitatis, inquit, non necesse habemus vobis scribere, ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem. 1. Thes. 4.

Contra viginti cubitos atrij interioris. Sensus est: è regione spatij viginti cubitorum atrij interioris, & è regione pauimenti atrij exteriotis erat quædam porticus ante porticum, quarum vtraque triplex appellabatur, quod triplicem haberet mansionem. Cæterùm pro porticu vertunt quidam exedram, alij cameram, alij gazophylacium vel cellulam. Aiuntq; vnam esse posi alteram, esseq; tres cellularũ gradus: & ideo appellari triplicem cellulam, quòd tres essent ordines earum. Erant hæ cellulæ coram atrij exterioris pauimento lapidibus strato, ne pedes aut luto hyemis, aut puluere æstatis cõtaminarentur. Pedes sunt affectiones nostræ, Psa. 121.
de quibus ait diuinus psaltes: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem. Eius enim amor, & desiderium, & affectio in cœlesti Hierosolyma versabantur. Hos pedes, has affectiones abluere oportet, ne sceleris aliquo polluãtur. Sin autem eas inquinauerimus, fumus statim ad diuinum lauacrum properaturi, vt ita æternam beatitudinem consequamur. In lib. Geneseos scriptum legimus Abrahamum angelis in Genesi.
hominum viatorum specie hospitio acceptis dixisse: Lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponamq; buccellam panis, vt confortetur cor vestrum, & postea transibitis. Qui in fide Ecclesiæ quasi in patriarchæ fide lis hospitio vt peregrinus in hoc mũdo recipitur, si cum angelis cupit transire, & in æternas gloriæ

gloriæ sedes feliciter volare, studeat lauare pedes piarum lachrymarum aqua, & ad spiritualem Siloem, ad sacramenti cõfessionis fontẽ, ad hoc admirabile pœnitentiæ lauacrum accedere, vt flagitiorum maculas possit abluere. Partem enim cum Christo non habebit, vt ipse Petro dixit, qui abipso lotus non fuerit.
Ioan. 13. Ipse, vt ait in Apocalypsi D. Ioannes, dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et huius sanguinis merita currunt per
Apo. 1. sanctum pœnitentiæ sacramentum, & per alia sacramenta, & oportet accedere ad illa: non enim nobis proderunt medicamenta, nisi ea liquoribus applicemus. Cùm autem peccator lotus fuerit, ad crucem confugiat, & sub ipsa arbore requiescat, in qua spem suam collocet & constituat. Et ita assumpta cælestis panis buccella, viuo ac diuino pabulo refectus, viatico salutari munitus trãsibit lætus ex hoc mũIoan. 13. do ad patrem. Eam ob causam Christus deus noster pedes discipulorum lauit, & postea sanctam illis eucharistiæ sacramentum tribuit.

Deambulatio decem cubitorum latitudinis. Dicerat esse gazophilacia contra pauimentum lapidibus stratum, & ne aliquis existimaret, nihil esse inter medium, ait nunc esse inter gazophylacia deambulationem decem cubitorum latitudinis ad interiora respicientem versus viam, quæ erat cubiti vnius in latitudine. Adiuerte. Erat quædam latitudo in hoc ædificio, sed ad viam arctam in sanctuarium tẽdentem respiciebat, intuebatur strictam viam, cubitum vnum latitudinis habentem. Hæc latitudo est vita principũ & magnatum, qui purpura induuntur & serico, & epulis delicatis & exquisitis pascuntur. Hi in fide ecclesiæ Romanæ vitã degentes, æternam cõsequentur be-
Mat. 7. atitudinem, si eius viam aspexerint, si ad arctã viam, quæ ducit ad vitam, aspirauerint, si dei præcepta custodierint, & à vita in gratia excesserint. Sed perpende. Non ait: Respiciens ad viam cubiti vnius, sed respicens ad interiora viæ cubiti vnius. Semper enim vir
Gen. 19. Christianus debet interiora intueri, ne si re-
Luc. 17. tro aspiciat, in statuã salis instar vxoris Loth
Phil. 3. conuertatur. Vnde Apostolus in epistola ad Philippenses, Quæ quidem, inquit, retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora, extẽdens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Et licet principes splendidè induãtur & comedant, non tamen eorum vita latitudo vocatur, quòd sit secura & tranquilla absque labore & molestia, sed ob eorum opes, dominatum, ædium regiarum magnificentiam, & ob eorũ amplitudinem & maiestatẽ. Sunt tamen hæc omnia laborum & dolorum plenissima. Scitum est illud regis Dionysij à Cicerone in quinta Tusculanarum traditum, qui Damocli eũ felicissimum vocanti, eiusque beatitudinem experiri cupienti, eam tribuit ad tempus. Iussit enim illum in strato aureo collocari, textili stragulo sumptuosis emblematis picto, tum ad mensam præstanti pulchritudine pueros delectos præcepit consistere, ad seruiendum illi promptos ac paratos. Afferebantur pretiosa vnguenta, cremabantur odoriferi pastilli, mẽsæ delicatissimis dapibus replebantur. Sed in hac regia pompa constitutus Damocles, beatumque se existimans, vidit fulgentem gladium, quem rex Dionysius è lacunari setis equinis appensum iussetat demitti, vt eius capiti immineret. Et tantò fuit metu perterritus vt nec in elegantes ministratores oculos conijceret, nec ad exquisitas epulas manum porrigeret, quin potius regem obtestabatur, vt ei permitteret discedere, erat enim iam ei huius illo tempore satis perspectũ & exploratum, esse regiam dignitatem periculis obnoxiam, molestijs expositam, & laboribus ac anxietatibus vndique cinctam.

Et ostia eorum. Hoc est, ostia gazophylaciorum erant versus australẽ partem, super his gazophilacijs erant etiam alia gazophilacia habentia arctiores parietes. Tres erant ordines gazophylaciorum, quædam erant infima, quædam media, quædam suprema, & quanto superius ascendebant, tanto erant humiliora ex parte exteriore. Nam paries primæ mansionis erat crassior pariete mansionis secundæ, paries autem mansionis secundæ, crassior pariete mansionis tertiæ, & ita suprema gazophylacia parietem habebant angustiorem. Erat hic paries ex parte interiore ad perpendiculum rectus, sed ex parte exteriore erat sursum angustior, & retractior. Quam ob causam suprema gazophilacia humiliora & arctiora erant ex parte exteriore. At ex parte interiore æqualia erant, si parietes erant æquales ad perpendiculum directi, vel capaciora, si parietes ex parte interiore sursum ascendẽtes se etiam astringebant. Præterea in gazophylacijs infimis & medijs erant porticus eminentes ex ædificio, quæ illud crassiùs efficiebant, quod in suprema mãsione non erat. Hoc vult propheta significare, dicens, quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificij. Sequitur: Tres stega enim erant. Id est, tres habebant mansiones, infimam, mediam, & superam. Ea autem gazophylacia, quæ in summo erant ordine, humiliora erant. Nam in ecclesia Christi quãtò quis altior est dignitate & amplitudine, tãto debet esse submissior humilitate & animi abie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

abiectione. Id docuit Christus deus noster, qui aduocato paruulo dixit discipulis suis de dignitate contendentibus: Quicunque se humiliauerit sicut paruulus hic, hic est maior in regno cælorum. Et iterum: Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et rursum: Qui se humiliat, exaltabitur. Et de ipso Christo ait ita D. Paulus: Humiliauit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis, propter quod deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Quantò maior es, inquit Ecclesiasticus, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et diuus Petrus in prima epistola sua: Humiliamini sub potēti manu dei, vt vos exalter in tempore visitationis. Granū frumenti si terram delectum cæspites frangit, & deorsum tendit, & quo profundius descendit eius radix, eò excelsius eius culmus crebris geniculis intersectus sursum erigitur. Naturæ propositum est ex semine illo fructum producere, illudque sursum extollere, vt autem hoc faciat, opus est, vt radix profundius defigatur, cùm verò sursum extollitur, solem quærit, absque quo non vegetatur. Eodem modo qui altius volunt efferri, in Dei contēplationem rapi, & veram dignitatem adipisci, debent per animi humilitatem descendere, imbecillitatem suam intueri, seque omni honore penitus indignos iudicare. Et ita erigentur, solem iustitiæ quærentes, in eo totam spē suam, totam curam & cogitationem collocantes. Aristoteles, qui cæteris philosophis, excipio semper Platonem, eruditione præstitit, hominem definiens ait esse animal rationis particeps, mortale. Has duas differentias formæ procreatrices posuit in definitione, vocans eum morti obnoxium, non solùm vt à diis suis commentitijs separaret, sed vt illū suæ fragilitatis admoneret. Si se extolleret aspiciens se competentium rationis, & bonorum immortalium capacē, statim se intueretur esse caducū & mortalē, quò superbiam deponeret, & imbecillitatem suam perspiceret. Hac consideratione ducti magni viri, in sublimi dignitate constituti, & mentis opibus muniti profundam humilitatem amplectuntur. Id significare volens diuinus noster vates ait, super ea gazophilacia humiliora esse inferioribus, quia viri iusti, qui sunt gazophylacia & thesauri gazarum Dei, quanto superiorem obtinent locum, tanto humiliores sunt. Vt enim vasa, cùm replentur liquore, aerem expellūt, sic qui in virtute proficiunt, deijciunt vanitatē, omnēq; superbiæ genus detestātur. Cōtrà verò quemadmodum vasa, cùm euacuantur liquore, implentur aere: sic multi destituti virtute implentur superbia. de ea ait Ecclesiasticus: Initium omnis peccati est superbia. Hęc de cælo præcipitauit Luciferum, hæc de paradiso ejecit Adam. Hæc hæreses inuenit, & hæreticos efficit, & separat ab ecclesia. Lucifer voluit esse similis altissimo: Adā & Heua voluerunt esse sicut dij scientes bonum & malū, hæretici volunt esse super magnos ecclesiæ episcopos ac pastores, super omnes doctores, super summum pontificem Christi vicariū, super concilia œcumenica. Talis fuit Lutherus ordinis desertor, suæ religionis apostata, homo libidini traditus, commessationibus & ebrietatibus deditus, impius, & seditiosus, qui pestilentibus hæresibus suis veluti incantamentis quibusdam quāplurimos infatuauit: quorum nonnulli in illam Circem incidēntes, hausto venenato poculo libertatis carnalis, versi sunt in bruta ipsa pestilente Circe pestilentiora.

Matt. 18 Luc. 19. Matt. 20 Matt. 24 Phil. 2. Eccle. 3. 1. Pet. 5. Simile. Ecclu. 10 Esa. 14. Gene. 3. Esa. 14. Gene. 3.

Et pertibolus exterior. Describit murum ædificium aquilonare claudentem. Deriuatur pertibulus à verbo pertibullo græco, quod significat cingere & amplecti. hic igitur murus, qui porticum ædificij aquilonaris circundabat, habebat quinquaginta cubitos longitudinis. Ex quo sequitur habere ipsam porticum eosdem septuaginta cubitos in longitudine. Et eandem longitudinem habebant decē illa gazophylacia, quę cum porticu aquilonari muri secundi cohærebant.

Et longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Hoc est, longitudo huius ædificij aquilonaris erat ante faciem templi, id est, iuxta lōgitudinem templi. Eadem etiam erat mensura ædificij australis.

Et erant ante ædificium gazophylacia. Prætet templum erant in hoc ambitu tria ædificia similia, vnum appellabatur separatum, alterum aquilonare, aliud australe. Et habebant hæc tria ædificia sua gazophilacia similia & æqualia. Aut verò nunc. Et erant ante ædificium, ni mirum separatum gazophylacia, eratque via ante ostia eorum instar gazophylaciorum viæ aquilonis. Ac si diceret: Gazophylacia ædificij separati erant similima gazophylacijs aquilonaris ædificij, & eandem similitudinem habebant gazophylacia ædificij australis.

Respiciente ad austrum. Quidam codices habent: Respiciente ad Notum, sed pro eodem accipitur.

Oſtium in capite viæ, quæ via erat ante veſtibulum ſeparatum per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis & gazophylacia auſtri, quæ ſunt

C

Simile.

ante

ædificium ſeparatum, hæc ſunt gazophilacia ſancta, in quibus veſcuntur ſacerdotes, qui appropinquant ad dominum in ſancta ſanctorum. Ibi ponent ſancta ſanctorum, & oblationē pro peccato, & pro delicto: locus enim ſanctus eſt. Cùm autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egredientur de ſanctis in atrium exterius: & ibi reponent veſtimenta ſua, in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt: veſtientúrque veſtimentis alijs, & ſic procedent ad populum. Cumque compleſſet meſuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ reſpiciebat ad viam orientalem: & menſus eſt eam vndique per circuitum. Menſus eſt autem contra ventum orientalem calamo menſuræ: quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitum. Et menſus eſt contra ventum aquilonis quingentos calamos in calamo menſuræ per gyrum. Et ad ventum auſtralē menſus eſt quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitum. Et ad ventum occidentalem menſus eſt quingentos calamos in calamo menſuræ. Per quatuor ventos menſus eſt murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum diuidentem inter ſanctuarium & vulgi locum.

D

Oſtium in capite viæ. Id eſt, ſecundum oſtia gazophylaciorum, quæ ſpectabant ad meridiem, erat oſtium initio viæ, quæ erat ante veſtibulum ſeparatum: vel vt poteſt verti ex hebræo: quæ erat ante parietem elegantem verſus orientem, cum homines ingrediebantur templū. Hæc gazophylacia auſtralia habebāt oſtium verſum ad orientem. Appellatur autē hic paries elegans, quòd eſſet aptiſſimus, & conſtaret lapidibus cæſis. Rectè tamen tranſtulit interpres noſter, quia idem nomen ſignificat parietem, ſepem, & veſtibulum. Erat autem veſtibulum hoc pulchrius alijs, quam ob cauſam dicitur ſeparatum.

Et dixit ad me. Subauditur, ductor meus, ædificij menſurator.

Gazophylacia aquilonis. Deſcripſit gazophylaciatnunc oſtendit eorum vſum.

In quibus veſcuntur ſacerdotes. Ibi comedebant ſacerdotes oblationes, quæ offerebantur in templo.

Ibi ponent ſancta ſanctorum. Hoc eſt, in his gazophylacijs ponent ſacerdotes carnes immolatas deo. Victimas deo oblatas appellat ſancta ſanctorū vel vt poteſt verti ex hebræo, ſanctitates ſanctitatum. Huiuſmodi oblationes erant in loco ſancto comedendæ iuxta legis decretum. Deut. 12. Deut. 14.

Pro peccato & pro delicto. Per peccatum intelligitur culpa venialis, per delictum mortifera. Vel per peccatum intelligitur flagitium per cōmiſſionem, per delictum flagitium per omiſſionem. Fortaſſe per peccata intelliguntur ſcelera ex induſtria perpetrata, per delicta verò ea, quæ ſunt ignoranter admiſſa: de quibus ait pſalmographus: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Pſal. 18.

Cumque ingreſſi fuerint ſacerdotes. Cùm ſacerdotes veſtibus ſanctis induti diuino cultui dedicatis ingreſſi fuerint hæc gazophylacia, non inde cum illis exibunt ad populum. Exuent veſtes ſanctas, eaſque in gazophylacijs deponent: & alijs induti ad populū accedēt. Vult hoc loco dominus ſignificare, non eſſe rudi populo alta dei myſteria manifeſtanda. Qui non poſſunt templi abdita penetrare, nec ſublimia diuinæ ſapientiæ arcana intelligere, lacte ficili ſimplicis cuiuſdam doctrinæ nutriendi ſunt, non ſolido excelſorū myſteriorum cibo. Id intelligens diuus Paulus aiebat Corinthijs: Tanquā paruulis in Chriſto lac vobis potū dedi, nō eſcam: nondū enim poteratis. Non ſunt paſſim quilibet ad ſublimium arcanorum interpretationem admittendi. Id dixerat ijs verbis Eſaias: Secretum meū mihi, ſecretum meum mihi. Et rurſum: Quem docebit dominus ſcientiam, & quem faciet intelligere auditū? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus. Paruulis ac lactentibus non ſolū nō prodeſt ſolidus cibus, ſed etiam ſuffocat eos, & occidit, qui integræ gratis hominibus conuenit. Incipientes non cōfeſtim cogēdi ſunt, vt in eximiam diuinorum myſteriorum claritatem mentis aciem imbecillam intendant: ne forte ingenti ſplendore offenſi oculos in terram conniciant, cœleſtem doctrinam intueri nolentes. Sed aſſueſcant imaginem veritatis ſimplicis intueri, & ita animum purgantes aditum ſenſim aperiant ad alta ac fulgentia myſteria contemplanda. Qui ſunt ſceleribus aſtricti, & peſtilentibus flagitiorum labibus contaminati, cœleſtem ac ſublimem

1. Cor. 3. Eſa. 24. Eſa. 28.

doctri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrinam contemnunt, & pro nihilo putãt.
Matth. 7 Eam ob causam dicebat Christus Deus noster: Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Et sapientes Hebræorum præcipiebant, ne quis nisi ætate matura primum caput Geneseos, & Cantica canticorum, & primam ac vltimam Ezechielis visionem attingeret, quoniam hæc difficilima erant intellectu, & excelsa dei arcana continebant. Nec solùm fideles, sed ij etiam, qui fuerunt expertes fidei, solo naturæ & humanæ philosophiæ lumine illustrati intellexerunt, non debere alta dei arcana omnibus indifferenter explicari. Imò non esse mysteria censebant, quæ non essent occulta. Hinc effectum est, vt in templis suis Sphinges depingerent occulta ænigmata proponentes.
Quæ in re occulta esse dei mysteria significabant, quæ solùm illi possent contemplari, qui demisso lacte, cœlesti alerentur ambrosia. Eam ob causam magnus ille Pythagoras illustri sapientiæ laude celebratus factus est magister silentij, nec arcana, de quibus totes paucos disserebat, mandare literis voluit, quibusdã exceptis, quæ cũ ad vitæ exitum vocaretur, morientibus vocibus filiæ suæ Damæ commentauit. Hoc eius institutum ij secuti sunt, qui fuerunt Pythagorici vocati. Illud Lysis ab Hippatcho violatũ queritur: in illud deniq; ruratos Ammonij discipulos Plotinũ & Herennium testatur Porphyrius. Id quod elegãter ostendit Bessarion in opere suo pro defensione Platonis. Epictetus philosophus aiebat: Ne loquaris multum inter ineruditos de speculationibus, sed fac aliquid ex ipsis speculationibus: veluti in conuiuio ne dicas, quo pacto oporteat comedere, sed comede, vt oportet. Et alibi multis verbis prohibet difficilia arcana rudi populo ostentare. Sed ex
1.Cor. 3. nostris diuus Paulus Corinthijs imperfectis solidum cibum negauit, quod Dionysio Areopagitæ, aliisque excellenti ingenio & doctrina viris cõcedebat: de quibus ipse aiebat:
1.Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et ipse Dionysius discipulus eius institutum esse ait, ecclesiæ firmiter obseruatum, ne secretiora dogmata apertis literis, sed voce tantum ijs, qui ritè essent initiati, communicarentur. Id volens diuina scriptura ostendere hoc loco, ait sacerdotes velles sacras domi abscondere, ne illas populus tractaret, & contemneret.

Cumque complesset mensuras domus interioris.

Expletis mensuris interiorum, transiit se ad exteriora mensuranda. Loquitur nunc propheta de mensura muri primi totum ædificiũ ambientis, Et ait: Eduxit me, nimirum ductor meus, per viam portæ, quæ respiciebat ad viã orientalem, quæ est prima porta huius ædificij, illis se primò offerens in primo muro, qui ex orientali parte ad templũ procedunt. Tres, vti diximus, erant in quolibet muro portæ: cum autem tres essent muri, nouem erant portæ, tres ad orientem, tres ad aquilonẽm, tres ad austrum. Cùm autem omnes hæ portæ apertæ essent, ita se inuicem respiciebant, vt qui esset in prima, videret secundam & tertiam, & portam templi, atque ipsum templum: nam templum tres habebat portas murorum portis respondentes. Duodecim igitur erãt portæ quæ ad ipsum templum ingrediendum aditũ præbebant, nouem in muris, & tres in ipso tẽplo: præter portas thalamorum, cellularum, & reliquarum ædium. Hæ duodecim portæ præcipuæ duodecim apostolorum imaginem gerebãt, per ipsorum enim fidem, & vitam, & prædicationem ingressi sunt homines in ecclesiam Christi. Hi sunt duodecim Christi discipuli præcipui, & duodecim illæ portæ spiritualis Hierosolymæ in terra militantis, de quibus ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Et habebat, nimirum ecclesia, murum magnum & altum habentem portas duodecim, & angelos duodecim. Murum habet ecclesia catholica ingentem & excelsum, quia ad cœlum tendit, & omnes infidelium congregationes superat dignitatis altitudine, & virtutum celsitate: & omnia eius dogmata sublimia sunt, & ad cœlum respicientia. Duodecim habet portas, quia duodecim fuerunt tribus Israel, genus suum ducentes à duodecim patriarchis figuram duodecim apostolorum gerentibus. Erant in his duodecim portis angeli duodecim apostolorum coadiutores, ad electos in sanctam ciuitatem inducendos. Pro angelis legunt nonnulli angulos, sed malè, cũ in græco sit ἀγγέλους. Et paulò pòst: Et duodecim, inquit, portæ duodecim margaritæ sunt. Margaritas & vniones vocat apostolos ob eximiã illorum claritatem, & admirabilem virtutũ splendorem. Adumbratus etiam fuit numerus hic duodecim apostolorum in duodecim prophatis: & in duodecim fontibus aquarũ in Helim repertis, vbi erant & palmæ septuaginta alios septuaginta Christi discipulos adumbrantes. Et in duodecim lapidibus pretiosis rationalis sacerdotis. In duodecim exploratoribus terræ promissionis. In duodecim lapidibus altaris, quod Elias diuino amore inflãmatus construxit. In duodecim viris, quos elegit Iosue, vt duodecim lapides ex Iordane fluuio in terram promissionis asportarent, aliosque duodecim ex terra forrent ad fluuium, eum Iordanem se retrorsum cõuertentem. Hebræi mirabiliter transierunt: Iosue elegit duode-

Apoc. 21
Exod. 15
Exod. 28
Num. 13.
Ioshu 4.
psal. 18

duodecim viros, qui non solùm nomine, sed etiam facto fuit Iesu Christi figura, qui duodecim discipulos elegit, quemadmodũ ipse
Ioan. 6. eis dicebat: Nonne ego vos duodecim elegi?
Ioan. 13. Et iterum: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Hi duodecim apostoli euecerunt duodecim lapides Iordanis in terrã promissionis, & duodecim terræ promissionis in Iordanẽ: quia ex hoc mundo, qui fluuius est perpetuò fluẽs, & ad mare mortis tendẽs, res aliquas prophanas in sacras trãstulerũt: terrenas in cœlestes, & humanas in diuinas commutarunt: contrà verò res sacras, cœlestes, & diuinas, ad prophanas, terrenas, & humanas attulerunt, vt terræ cœliq; consortium in lege gratiæ factum esse ostenderẽt, quãdo mortuo Moyse, mortua synagoga bonus Iesus viros Israelitas ad terrã promissam, hoc est ad beatitudinem duceret immortalem. Elegit Iosue duodecim, qui eorum gerent imaginem, de quibus ait diuus
Luc. 6. Lucas: Elegit Iesus duodecim, quos apostolos nominauit. Fuerunt autem duodecim apostoli in duodecim pueris Dauidis adumbrati, qui
2. Reg. 2. fortiter occubuerunt in prælio, sed Dauid victoriam reportauit. Nam etsi duodecim apostoli mortui sunt aduersus mundi dolos pro Christi veritate certantes, vicit tamen Chri-
Simile. stus apostolorum dominus, & per ipsos de mundo glorioſe triumphauit. Vt in mundo naturali per duodecim signa Zodiaci sol cõficit cursum suum admirabili ordine & celeritate: sic in mundo spirituali Christus sol iustitiæ per duodecim apostolos deducitur, qui eius fidem prædicauerunt, & sanctum nomen eius per cunctas nationes celebrarunt: & per eos ipse aspertimam dæmonit tyrannidẽ euertit: & expulsis tenebris ingẽti splẽdore mundum illustrauit. Est autem Zodiacus circulus in sphæra cœlesti duodecim continens signa, dictus à nomine græco Zoi, quod significat vitam & substantiam, quoniam à vero sole iustitiæ vitam habemus, & per illum subsistimus: & vt ait diuus Paulus in Actis apostolorum, In
Act. 17. ipso, nimirũ deo, viuimus, mouemur, & sumus. Vt dies artificialis fuit in duodecim horas distributus: sic oportebat, vt dies gratiæ, & Simile. tempus lucis euangelicæ duodecim haberet apostolos, qui cœlestis luminis claritatẽ per omnes orbis regiones propagarent, & falsorũ deorum cultum delerent. Et ne mundus apostolorum victoriam humanis viribus tribueret, eos elegit Deus, qui essent in mundo pau-
1. Cor. 1. peres, infirmi, & abiecti. Hoc quidem est, quod ait apostolus: Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret. Accedit ad hoc, quòd ea, ad quæ mittebantur apostoli, cœlestia erant, nõ terrena, quam ob causam oportebat, missos ad illa ad cœlum aspirare, non autem ad terram. Cùm autem pauperes spiritu in cœlum libentiùs & frequentiùs mentis oculos cõiiciant, quàm ij, qui ad mundi diuitias auiditate incensi rapiuntur, apertè ostenditur, fuisse pauperes conuenienter missos ad euangeliũ prædicandũ, non autem eos, qui diuitijs affluebant. Præterea quomodo erant pauperratem prædicaturi, qui mundi opibus abundabant? Non satis est intelligere vtilem esse virtutem & salutarem, eamque verbis elegantibus, & rationibus subtilibus, & sententijs scripturarum suadere, si ille, qui eã vocibus prædicat, ab ea factis abhorret. Melius eam prædicat, qui eam seruat, quàm qui eam seruandam esse ostendit, si illa prædicatur Simile. non est. Vt oues non herbam euomentes pastoribus vtiliter ostendunt, quantũ comederint, sed cibum intus coquentes, & lactis copiam, ac lanam molliorẽ & ponderosiorẽ producentes, & pinguedinẽ demonstrantes: his enim rebus optimũ esse pastum suum apertè ostenditur: sic concionatores non euomentes verba, & speculationes subtiles ostentãtes, populo fructuosè penitus ostendunt, præclarum esse virtutum pastum, & salutarem, & amplectendum, sed intus virtutem coquentes & observantes, cùm in ipsis virtutis actiones incũbunt, cùm lacte misericordiæ affluunt, & velleribus charitatis & se, & alios induunt, tunc planè ostendunt, quantum in Christi lege profecerint, & quantum alij in ea debeant proficere: & ita auditorum animos factis potius, quàm verbis ad virtutem incitant & impellunt, nec solum eam amplectendã esse populo suadẽt, sed persuadẽt. Vtilia sunt verba, sed opera vtiliora. Timotheum hortatur diuus Paulus ad concionandum, sed dicebat illi: Tu verò vigilia, in omnibus labora, opus
2. Tim. 4 fac euangelistæ. Et postquam Titum ad mu-
Tit. 2. nus concionandi excitauit, ait illi: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorũ operum. Et Christus Deus noster: Qui fecerit,
Matth. 5. inquit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Cùm igitur apostoli essent paupertatem spiritus prædicaturi, decebat eos pauperes spiritu esse. Sed hæc eorum paupertas mundum superauit. Dedit illis Deus potestatem super naturam, vt illam curarent, superdæmones, vt eos expellerẽt, super elemẽta, vt ipsa immutarent, super mortem, vt eam contemnerent, & mortuos ad vitam reducerent, super angelos, vt sanctum corpus domini consecrarent. Misit Christus apostolos suos quasi ignis scintillas sunt, vt sicut ignis
Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in scintillit fuit aspicitur, sic in eorum miraculis, & virtutibus, & sapientia, diuina potentia agnosceretur. Piscatores erant, sed animas piscabantur. De illis dixerat Deus per
Ierem. 16. Ieremiam: Ecce ego mitto piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos. Ideo illis
Mat. 4. Christus aiebat: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Hi innumerabilem hominum multitudinem adduxerunt ad ecclesiam: quare portæ ecclesiæ dicuntur, & cùm sint duodecim, per duodecim præcipuas huius ædificij ostensi Ezechieli portas meritò significantur.

Et mensus est eam. Subaudi domum: de qua dixerat: Cumque complesset mẽsuras domus interioris. Per domum intelligit totum ædificium, quod iam fuerat ex parte interiore mensuratum, vt visum est, nunc verò mensuratur ex parte exteriore.

Mensus est contra ventum orientalem. Totũ hoc ædificium erat muro circundatũ, qui nũc mensuratur. Hic murus erat quadratus, habẽs ex parte orientis in longitudine quingentos calamos, totidem ex parte occidentis, æqualiter ex parte aquilonis, & austri, vt hoc loco ait prophetæ. Quatuor præcipui venti pro quatuor præcipuis orbis plagis accipiuntur. Calamus, vt capite quadragesimo ostẽdimus, continet sex cubitos, atqui quælibet ex quatuor muri quadrati partibus cõplectitur quingentos calamos, ergo complectitur tria millia cubitorũ: si enim quingentos sexies numeraueris, inuenies tres mille. Cùm autẽ sint quatuor partes muri, apertè relinquitur conclusum, totum ædificiũ in toto suo ambitu duodecim millia cubitorũ continere: quater enim tria millia duodecim millia conficiunt. Tot enim sunt signati ex vnaquaq; tribu Israelis.
Apoc. 7. Ex tribu Iuda duodecim millia signati, ex tribu Ruben duodecim millia signati, & sic de exteris tribubus à diuo Ioanne in Apocalypsi nominatis.

Per quatuor ventos mensus est murum. Recapitulatio est eorum, quæ dixerat: & est sensus: Ex omnibus quatuor partibus mensus est murum exteriorem totum ædificium cingentem: & quodlibet quadrum habebat quingentos calamos mensuræ in longitudine. Et quia ædificiũ erat ex omni parte quadratũ, subdit: Longitudinem quingentorum, & latitudinẽ quingentorũ. Particula, cubitorũ, quæ est in nonnullis codicibus, delenda est, quoniã nõ est in hebraico, nec in græco, nec in translatione Pagnini, nec aliorum. Et diuus Hieronymus asserit non esse hic ponendam: imo loco cubitorum, debet esse, calamorum. Et ita habent nonnulli codices correcti.

Diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum. Id est, qui murus ex vtrisque diuidebat ædificiũ sanctum à loco prophano. Cingebat murus hic totum ædificiũ, quod hic sanctuariũ siue sanctũ appellatur. Locus vulgi hoc loco non accipitur pro atrio primo inter primũ & secũdum murum, sed pro loco prophano extra ædificiũ. Murus hic, qui nunc inuentus est habere duodecim millia cubitorum in circuitu, erat primus, sed fuit postremo mensuratus.
Matth. 20 Multi enim sunt & nouissimi primi, & primi nouissimi. Postquã diuinus vates penetrauit sacrariũ, reuersus est ad exteriorẽ murum, vt eius mensurã perfectè contẽplaretur. Oportet enim ad rerum exterarum scientiam vtiliter & salubriter comparandã, accedere priùs ad dei sacrariũ, & mentis aciem perpurgatam ad deum tollere, diuinique numinis amore inflammari. Nã qui fuerit impurus, flagitiorum maculis cõtaminatus, scelerũq; vinculis astrictus, erit vera & salutari scientia destitutus. Est
Sap. 1. enim libro Sapientiæ mandatũ: In maleuolã animã non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et Dauid cecinit: Mandatis tuis intellexi. Et quãuis homo
Psal. 118 in nõnullas virtutum actiones incũbat, tamẽ si vel solo vno peccato mortifero astringitur, ad alta mysteria intuenda non facilè surgit. *Simile.*
Vt auis & si pedem vnũ solutũ habeat, & alas expãdat, si tamen vel solo vno pede ligata est, tota est ligata, & volare non potest: sic homo licèt ad eleemosynam largiendam, & ad preces fundendas, & ad alia nonnulla bona faciendã libet esse videatur, totus tamen ligatus est, & penitus astrictus, si solo vno scelere lethali ligatur, eiusq; vinculo astringitur. Potest quidẽ multa ex se bona operari, sed ei ad vitã æternã non proficientia, vt illis eam mereatur, cùm sit in peccato mortifero, & dæmonis funibus ligatur. Oportet solutionẽ quærere, eáque impetrata alas pandere, & per cõtemplationem, & amotem diuinum euolare in sublime. Vera sapientia est cum virtute cõiuncta: si verò absque virtute est, scientia mũdi vocatur, & vt ait apostolus, stultitia est apud Deum. Nihil est homine tetro, scelerũq;
1. Cor. 3 labibus coinquinato infãnius, nihil eo mentis tenebris circumfuso stultius, nihil illo impiæ cupiditatis stimulis concitato dementius, etiamsi mundi scientia sit magnopere instructus. Qui fieri potest, vt sapiens sit, qui seipsum perdit, qui nescit veram quærere salutem, nec hoc pusillum temporis vitæ, quod illi datum est, placidè & tranquillè traducere: sed semper turbulentis animi cõmotionibus agitatur, & aut inani formidine, aut pestilenti solicitudine, aut effrenata cupiditate torquẽtur?

quetur? Vnde ait D. Ambrosius in epistola quadam: Vbi sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia & fortitudo. Et Lactantius Firmianus libro primo diuinarum institutionum: Omnis sapientia hominis in hoc vno est, vt deum cognoscat, & colat. Sapiens est ille, qui non à populi temerarij pendet iudicio, sed in se omnia sua posita esse ducit, humanosque casus virtute inferiores esse existimat. Notum est illud Biantis Prienensis, insignis philosophi, qui cùm se fugæ mãdaret cũ ciuibus suis captæ patriæ, cæteriq; rerum pretiosarum fæcinulis omnibus afflictis discederent, admonitus à quodã vt idẽ ipse faceret. Ego verò, inquit, facio, nam omnia bona mea mecũ porto. In hac sententia erat Antisthenes, qui aiebat, vt refert Largius, ea parandã esse bona, quæ facto naufragio cum domino natarent. Sed hi non erant vere sapientes, cum essent fide destituti, & licet multa dicerent digna cognitu, & sapientiam laudibus efferent, non tamen veram sapientiam mentis oculis intuebantur: Si enim eius forma oculis cerneretur, mirabiles sui amores excitaret. Et multos arbitror ad eã perventuros esse, nisi arbitrarentur se ad eã iã pervenisse. Nos demus operam, vt ad eam perueniamus: Contemnamus humana, aspiremus ad diuina, vt summum illud bonum, ad quod creati sumus, possimus adipisci. Vt autem rerum conditarum salutarem obtineamus scientiam, accedamus prius supplices ad Dei sacrarium, ad propitiatorium, ad Christum no
1. Ioan. 2 & 4. strum verum pcum, qui est propitiatio nostra, eum ardenter amemus, ad eum confugiamus, eum suauiter amplectamur, & immortalitatis amore inflammemur.

Annotationes ex Hebræo in caput XLII.

Et eduxit me in atrium exterius per viam ad orientem ad aquilonem. Septuaginta habẽt: Et eduxit me in atrium exterius ad orientem, contra portam, quæ est ad aquilonem. Aduerte. Qui eum ducebat, oriens est, eumque ducebat ad orientem. Semper Christus nos ducit ad seipsum. Ipse est dux, & oriens. De
Mich. 5. eo dixit Michæas alloquens Bethlehem: Ex
Matt. 2. te enim exibit dux, qui regat populum meum Israel. Et Zacharias propheta: Ecce vir,
Zach. 6. Oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. Et alter Zacharias: Visitauit nos Oriens ex alto. Per viam
Luc. 1. aquilonis calamitas significatur. Aspicis igitur, Christum nos ad seipsum ducere, etiam quãdo nos incidere sinit in ærumnas, & permittit, vt mœroribus premamur. Vult enim, vt cum nos molestijs viderimus laceratos, & ærumnarum fluctibus concussos, & molestiarum copijs vndique obsessos, confugiamus ad ipsum tanquam ad verum protectorem, ipsum inuocemus, in eius misericordia omnẽ spem nostram, omnem curam & cogitationem
Psal. 49. constituamus. Ipse enim ait: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Nos igitur ingrauescente rerum aduersarum mole, non debilitemur, & frangamur, existimantes esse nos à deo penitus derelictos, sed spes cum desperatione confligat, eamque potenter superet, & ad Deum se erigat, ad orientem respiciat, qui nos ducit ad orientẽ, hoc est ad Christũ, qui nos ducit ad seipsum per viam aquilonis, hoc est, per varias & acerbas calamitates. Ipse enim viros pietatem & iustitiam colẽtes per ærumnarum angustias ad se ducit aliquando, vt illis gloriã immortalem largiatur.

Porticus iuncta porticui triplici. Pagninus habet: Cubiculum contra faciem cubiculi in tertijs cubiculis, inferiori, medio, & superiore. Pro porticu, seu vt Pagninus vertit, cubiculo est in Hebraico לִשְׁכָּה attic, quæ dictio præter alias significationes angulũ significat. Eam ob causam Thargum habet: Angulus ante angulum. Deriuatur à verbo נָתַךְ nathac, quod
Iob. 17. significat dissipare & euellere, vt apud Iob: Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Ac si diceret: Cùm dulces meæ cogitationes essent in corde meo infixæ, & vis calamitatum eas euelleret, ipsæ dum euellerentur, cor meum etiam euellebant. Felix ille, à quo non possunt piæ cogitationes cõuelli, nisi ipsum cor, in quo illæ infixæ sunt, cõuellatur. Potest etiam ex Hebræo verti ita locus ille: Cogitationes meæ eradicatæ sunt, possessiones siue hereditates cordis mei. Iarax enim, à quo dictio hæc deriuatur, torquere significat & possidere, & hæreditare: ex quo efficitur, vt pro eo quod noster interpres dixit, torquentes cor meum, possit transferri, possessiones siue hæreditates cordis mei. Cogitationes rerũ diuinarũ, quibus eius animus oblectabatur, & in quibus diu versatus fuerat, appellat cordis sui possessiones, & velati patrimonium & substantiam.

Et peribolus exterior secundum gazophylacia. Peribolus est ambitus & lorica murorum: pro quo in hebraico est גָּדֵר gadher, pro quo Pagninus vertit parietem. Verbum hebraicũ gadhar significat sepire, circundare, & parietẽ construere. Vnde nomen hoc sepem significat, & parietem, & clausuram, & maceriam, vt in Prouerbijs: Et maceria lapidum
Pro. 24. destructa erat. Igitur peribolus hoc loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

paries erat & claustrum. Septuaginta tamen transtulerunt φλιὰς, quod nomen limen significat seu postem. Et Paulò pòst pro peribolo habent τὸ φῶς, quod nomen lucem significat & lumen, quoniam huius sancti ædificij paries est diuinæ gratiæ lumen, & ipse gratiæ largitor, qui est lumen de lumine, splendor
Hebr. 1. gloriæ, & figura substantiæ eius. Et luxilla ve-
Ioan. 1. ra, quæ illuminat omnem hominem venientẽ
Ioan. 8. in hunc mundum, quæ de se ait: Ego sum lux mundi.

Et omnes introitus eorum, & similitudines. Pro similitudinibus est in Hebraico dictio משפט mixppat, à verbo שפט quod significat iudicare, vt apud Esaiam. quinquagesi-
Esa. 59. mo nono. Nõ est qui iudicet verè, vel vt quidam est hebraico vertendum ait: Non est, qui se iudicet in veritate. Vnde nomen mixppat significat iudicium, vt capite decimo octauo Deuteronomij: Hoc erit iudicium sacerdotũ
Dent. 18 à populo, & ab his, qui offerunt victimas. Significat etiam ius, legem, mensuram, normam, dispositionem, similitudinem. Ideo poterat locus ille Deuteronomij verti: Hoc erit ius sacerdotum, vt capiant à populo, & ab immolantibus victimas armum & ventriculum. Quasi dicat: Hoc poterunt sacerdotes capere
Iere. 10. à populo iure suo. Id quod est apud Ieremiã. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore, verti potest: Castiga me domine, veruntamen in mensura, non autem in furore. Pro iudicio enim est in hebraico hoc idem nomen. Ac si dicat. Cognosco domine me acerbissima supplicia mereri, sed tu non pro meritis, sed iuxta misericordiam tuam
Psal. 11. me punias, placatè & moderatè in me animad uerte. Id etiam quod est in psalmo: disponit sermones suos in iudicio, verti poterat: Disponit verba sua in mensura. Vel perpendit verba sua ad normam. Vel mensurat verba sua iuxta legẽ. Vel metitur impẽsas suas in mẽsura. Ac si dicat, mensurat expensas suas iuxta id quod habet, secundum facultates suas ita facit sumptus. Disponit substantiã suam in mẽsura, vel in similitudine quoad qualitatem, & in æqualitate quoad quantitatem. Cùm autẽ dictio hæc tot habeat significationes, potest hic Ezechielis locus varie transferri. Pagninus habet: Et omnes exitus eorum, & secundum modos eorum. Alij pro similitudinibus transferunt symmetrias. Potest verti. Omnes introitus eorum erant iuxta mensuras, & iuxta ostia eorum, quæ erant in via respicientes ad austrum. Comparat gazophylacia, quæ erant ad orientem in ingressibus suis cum gazophylacijs, quæ erant ad meridiem. Eandem enim habebant mẽsuram, siue similitudinem, siue symmetriam, siue dispositionem, & eadẽ ostia. Itaque magna erat in hazophylacijs æqualitas, quia in ecclesia debet esse recta iustitia, quæ in æqualitate consistit.

ARGVMENTVM CAPITIS XLIII.

Vidit gloriam Dei in templum ingredientem, terramque illustrantem. Perfidiam Israelitarum commemorat, qui repudiato verbi Dei cultu Gentium idola coluerunt. Reuocat eos ad pœnitentiam, & vitium sacrificandi describit.

CAPVT XLIII.

ET duxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam orientalem. A
Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & vox erat ei, quasi vox aquarum multarũ, & terra splendebat à maiestate eius.
Et vidi visionem secũdum speciem, *Sup. 8.*
quam videram, quando venit, vt disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum, quem videram
Sup. 1. iuxta fluuium Chobar. Et cecidi super faciem meam. Et maiestas domini ingressa est templum per viam portæ, quæ respiciebat ad Orientem. Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: B
& ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquentem ad me de domo: & vir stabat iuxta me. Et dixit ad me, fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum.
Et non polluent vltra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus, quas fecerunt: propter quod con-

consumpsi eos in ira mea.

EXPLANATIO.

Et duxit me ad portam. Tribus superioribus capitibus mandauit diuinus noster vates literis ædificij mensuras, ordinẽ, & structurã. Nunc narrat vidisse quippiam illustrissimum & amplissimum, quod Dei gloriam repræsentabat, in idem ædificium per viã ingredientis orientalem. Hanc Dei gloriam vidit capite primo, & nono, & decimo, in visione quatuor animalium, de qua illis capitibus diserui
Sup. 10. mus. Capite. 10. in signum incendij Hierosolymæ dixit se vidisse virum è medio rotarum & animalium prunas accipientem, quibus erat vrbs à Babylonijs, penitus comburenda. Et paulò pòst ait gloriã domini stetisse in introitu domus domini orientalis, & infine capitis vndecimi eãdem abscessisse de medio ciuitatis. Voluit Deus visione illa significare subtractionem protectionis suæ à templo illo Hierosolymæ terrenæ, quod erat ob Hebræorũ scelera igni tradendum. Gloria illa Dei, quæ ex illo templo egressa est per portam orientalem, in hoc templum ingreditur modò per eandem portam, templum enim hoc diuersum erat, vt diximus, ab illo. Exiuit in euersione templi veteris, & rediuit in ædificatione rẽpli noui. Egressa est à synagoga, & ingressa est in Ecclesiam: egressa est cum cæremoniarum vetustate, & ingressa est cum spiritus nouitate. Discessit de perfidis Iudæis, cùm vetera trãsierunt, & illustrauit fideles Christianos, cùm noua facta sunt omnia. Per quam portam egressa est, per eandem rediuit. Quare nemo debet de diuina misericordia desperare. Si abs te ablata est Dei gratia, confuge ad ipsum Deum, vim lachrymarum pœnitẽtiæ profunde, dic cum prophe-
Psal. 50. ta. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Nullum locum prætermittas ad diuinã clementiam excitandam. Cognosce labes & maculas tuas ex te inexpiabiles, deinde detestare illas, tum præterea spẽ omnem illas delendi in diuina pietate constitue, & ad sanctum confessionis sacramentum accede, & ita gratiam, quam amiseras, consequeris, & gloria domini, quæ abs te abscesserat, redibit. Sed oportet animam expiare, nam cùm gratia sit purum balsamum, purum etiam vas requirit. Et quia huiusmodi erat Ezechiel, nullis mortiferis vitiorum labibus infectus, sed animæ puritate decoratus, virtutumque præsidio munitus, duxit illum vir ille, qui templum mensurabat, ad portam, quæ respiciebat ad viam orientalem, hoc est, quę erat versus orientem, vbi Dei gloriã mentis oculis aspiceret. Hæc Dei gloria Christus est, de quo dixerat Esaias: Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro salutare Dei nostri. Nam *Esai. 40.*
cùm iuxta Salomonis sententiam filius sapiẽs *Prou. 12.*
sit gloria patris, quãtò magis filius Dei, qui est ipsa sapientia, erit gloria Dei?

Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur. Id est, præclara quædam effigies, quæ Deũ repræsentabat. Gloria Dei, quæ discesserat reuertitur: nam Christus mortuus est, sed resurrexit. Discessit per migrationem à vita, reuertitur per reditum ad vitam. Exijt per portam Hierosolymæ, & vt ait Diuus Paulus in epistola ad He-
Hebr. 13. bræos, vt sanctificaret per suum sanguinẽ populum, extra portam passus est, at ædificat nouam ciuitatem, nouã Hierosolymam, constituit nouum templum, instituit catholicam Ecclesiam, ad quam ingreditur, in qua permanet, ex qua nunquam exibit, iuxta id quod ipse ait:
Matt. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Non ait: Ero vobiscum, vt cum Lucifero in cœlo, cum Adam in paradiso, cum Moyse in synagoga, cum his enim & si fuit, non fuit tamen vsque ad cõsummationem seculi. At humanitate assumpta cũ Ecclesia sua erit perpetuò. Vt enim id quod assumpsit, nunquam dimisit, nunquam enim diuinitas dimisit corpus, nec animam, etiamsi anima fuerit à corpore separata, ita nunquam Ecclesiam suam dimittet, quæ est corpus, cuius
1. Cor. 1. ipse teste Apostolo caput est. Eam ob causam voluit vocari Emanuel, hoc est nobiscũ Deus,
Ephes. 4. quia semper nobiscum erit. Non solùm ipse
Esai. 7. semper durabit, sed etiam nomen eius, cuius significatio & veritas nũquam peribit. Ideo ait Ezechiel gloriam Dei in templum hoc sibi ostensum introisse, sed non ait inde exiuisse, & Ecclesiam suam repudiasse.

Et vox erat ei quasi vox aquarum multarum. Hoc est, sonora erat valde, veluti cùm aquæ multæ cum impetu illidunt rupibus. Vult significare diuinæ potentiæ magnitudinem. Ca-
Supr. pite etiam primo dixerat: Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei. Videbantur enim Ezechieli animalia volare, alisque sonitũ magnũ efficere. Hæc Dei vox significabat vocem illam euangelicam, quæ in vniuerso orbe terrarum intonuit, cùm Christus priùs per semetipsum, deinde per Apostolos suos euãgelium prædicauit. De ea vaticinatus est in hunc mo-
Psal. 18. dum regius vates. In omnem terram exiuit so-
Rom. 10 nus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et iterum: Vox domini super aquas,
Psal. 28 Deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas. Hæ aquę multę, in quibus audita

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit doctrina cœlestis, sunt populi multi, iuxta
Apoc. 17 id quod ait Diuus Ioannes in Apocalypsi: Aquæ, quas vidisti, populi sunt, & Gentes, & linguæ. Intonuit enim Christus, quem Deum maiestatis vocat hoc loco propheta, & habuit eius vox tantam vim, vt dæmonia ejiceret, mortuos ad vitam reduceret, dura hominum corda ad fidem conuerteret, & veritatem magnificis miraculis confirmaret. Eam, ob causam subdit regius psaltes: Vox domini in vir-
Psal. 28. tute, vox domini in magnificentia. Hæc vox super aquas multas eas ex amaritudine idololatriæ, ad suauitatem veri Dei cultus conuer-
Exod. 15. tit. Hæc in deserto Mara conuertit aquas amaras in dulces, aquæ enim populi sunt, & gentes. Hæ sunt aquæ, quæ de petra ortæ
Exod. 17. sunt: Petra autem erat Christus, qui verbo &
1. Cor. 10 sanguine suo infinitam genuit hominum multitudinem, de quibus ait Diuus Ioannes: De-
Ioan. 1. dit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati
Esai. 32. sunt. Hæ sunt aquæ, de quibus ait Esaias: Beati qui seminant super aquas. Hoc est, qui verbum Dei gentibus prædicant, eiusque doctrinam populo annuntiant. Super has aquas Deus maiestatis intonuit, cum gentes conuocauit ad fidem, ad solennem panegyrim, ad
2. Re. 6. 7 translationem arcæ fœderis, hoc est, ad tri-
3. Reg. 8. umphalem ingressum Ecclesiæ Dei in tabernaculum domini, quod est cœlum. De hac Dei
Psal. 45. voce cecinerat diuinus psaltes: Contubatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, mota est terra. Vniuersæ enim nationes obstupuerunt, & succubuerunt, cùm intonuit vox euangelij, & Apostoli Christo fidem vbique prædicauerunt. Tunc succubuerunt principes, & humiliata sunt regna, & mũdus fuit superatus, non machinis pilas sulphureas iaculantibus, non armis humanis, & bellicis munitionibus. Hæc enim hominum sunt barbarorum & immanium, nihil propugnatori nostro tabbus opus erat. Simplici voce sua mundi tyrãnos prostrauit. Arma, inquit Apo-
2. Cor. 10 stolus, militiæ nostræ, nõ carnalia sunt, sed potentia Deo. Hæc Dei vox erat quasi vox aquarum multarum, quia aquæ multæ, hoc est populi multi eundem Christũ consona voce laudibus exaltarunt. Huic interpretationi fauet septuaginta translatio ita habens: Vox quasi geminantium multorum. Si diuinas literas diligenter perspexeris, & vtriusque testamẽti volueris memoriam repetere, videbis in Dei apparationibus sonitum eius auditi. Descendente Deo in montem Sinai sonitus buccinæ pau-
Exo. 19. latim crescebat. Et cunctus populus videbat
Exo. 20. voces, & lampades, & sonitum tubæ. Dum complerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco, & factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domũ, vbi erãt sedẽtes. Et hoc loco apud Ezechielẽ: Et vox erat ei, quasi vox aquarũ multarũ. Act. 2

Et terra splendebat à maiestate eius. Hoc est, tanta erat eius lux, vt totam terram illustraret. Videbãtur animalia illa propheræ tanto sonitu tonare, tantaq; claritate fulgere, vt terra ipsa resonare, & micare videretur. Gerebat hic splendor imaginem splendoris illius, quo fulgebant tuffi tanquam scintillæ in arundineto discurrentes, euangelicamque doctrinã mũdo nuntiantes. Edebant enim admiranda facinora, omnem naturæ vim longè superantia. Homines nullis literis, humanis instructi magnos mundi philosophos vincebant, pauci numero natiões multitudine innumerabiles, locis infimis, oris disiũctas, homines humili loco nati magnos terræ principes, in illustri mundi gloria & dignitate constitutos. Omnes orbis terrarũ regiones se voci euangelicæ vitrõ submittunt, & miraculorum fulgoribus coruscatũt. Hoc intuens animo regius vates canebat: Venite, & videte opera domini, quę posuit prodigia super terram. Cùm homines essent errorũ tenebris circunfusi, viderunt lucem euangelicam, qua terra resplenduit. De illa vaticinatus est ijs verbis Esaias: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Et alibi cùm admirabilẽ illã visionem domini super foliũ fedẽtis, per quẽ Christũ intelligebat, vt ex Diuo Ioãne colligitur, literis mandaret, dixit: Plena est omnis terra gloria eius. Et Ezechiel hoc loco, Et terra splendebat à maiestate eius. Ac si diceret: Tota terra splẽdore Christi illustrabatur. Imò Christus erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Poteris per terram hominem intelligere, qui cùm absque fide Christi essent tenebræ, fuerunt eius fide illuminati, & in lucem conuersi. Id intelligens Apostolus aiebat in epistola ad Ephesios: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Et quoniam diabolus princeps est impiorum, appellatur ab eodem Apostolo rector tenebrarum. Psal. 97 Esai. 9 Ioan. 1 Ioan. 8 Ephes. 5 Ephes. 5

Et vidi visionem secundum speciẽ, quam videram, quando venit, vt disperderet. Hoc est, vidi visionem similem visioni illi, quã vidi, quãdo vir indutus lineis venit, vt disperderet Hierosolymam. Visio illa incipit à capite octauo, & protenditur vsque ad hanc vndecimi, nam capite octauo ostenditur causa euersionis Hierosolymę, nono describitur ipsa euersio, decimo &

& vndecimo ostenditur discessio gloriæ Domini à templo & ciuitate. Nonnulli vertunt: Quando veni, vt disperderem ciuitatem, hoc est, vt eam euertendam prædicerem. Pro quo septuaginta verterunt. Quando ingrediebar, vt vngerem ciuitatem. Loquitur de designatione tau, de qua capite nono fusè disseruimus. Vel loquitur de vnctione & respersione sanguinis occisorum in ciuitatis euersione.

Iuxta fluuium Chobar. Id est, & erat similis visioni, quam vidi iuxta fluuium Chobar, quam primo capite descripsi: Chobar fluuius est Babylonię, & vt ait diuus Hieronymus pondus significat: Babel verò confusionem, per quam mundus significatur. Qui Babylonis ciues sunt, & cultores, pondere peccati premuntur: qui verò ibi peregrinantur, & in cœlestem patriam oculos conijciunt, nõ sub põdere sunt, sed iuxta pondus: nam etsi labantur aliquando, citò tamen resurgũt: & videntes se ab observatione diuinæ legis declinare, peccatum suum confestim deplorant, ad confessionem confugiunt, & illud sibi remitti ac condonari deprecantur. Eam ob causam ait Ezechiel: Cùm essem in fluuio, vel sub fluuio ponderis, sed iuxta fluuium Chobar. Præterea quid grauius fluuio Babylonis? Quid grauius mundi fluminibus, de quibus dicitur in psalmo: Super flumina Babylonis, illic sedimus & flemus, dum recordaremur tui Sion. Si super flumina sedentes lugent, vel iuxta flumina, vt potest verti ex hebræo, quid est illis faciendum, qui sub fluminibus demersi iacent? Hebræi in Babyloniam addocti vehebantur in luctu, & perpetuis lamentis, & præ dulcis patriæ desiderio ex oculis suis super fluminum aquas vim aquarum profundebant, vt flumina illa tributum lachrymarum suarum ad mare deferrent. Omnia, quæ in mundo sunt, flumina sunt, omnia fluunt & pertranseunt, & ad mare mortis percurrunt: & vt ait diuus Paulus in prima ad Corinthios: præterit figura huius mundi. Nos etiam exules à Sione illa, de qua ait regius vates: Te decet hymnus deus in Sion, pio animi affectu, æternæque ciuitatis desiderio super flumina Babylonis sedentes ingẽtem lachrymatum multitudinem fundamus. Non in flumina præcipitemur, nõ illis obruamur, sed sedeamus super illa, seu iuxta illa, & lugentes, cœlestem Sionem in memoria versemus. O sancta Sion, vbi totum fiat, & nihil fluat, vbi omnia sunt immortalia & æterna! Quis nos in Babyloniam deiecit, vt super eius flumina vitam nostram lamina erat Ezechiel, cùm visionem aspexit animalium, ad quam se retulit hoc loco, iuxta fluPsa. 136 1. Cor. 7. Psal. 64.

uium Chobar. Chobar significat etiam fortitudinem & potentiam, & quasi filium, & quasi frumentum. Fluuius est in terra Chaldæorum, quem nonnulli aiunt esse Euphratem, alij Aborram, de quo Ptolemæus & Strabo.

Et cecidi super faciem meam. Non valens ferre tam eximiũ diuini maiestatis splendorem. Sed non retrorsum cadit, sed super faciem suam, vt videat quò cadat. Vel ideo cecidit super faciem suam, vt Deum, quem in effigie illa gloriosa intelligebat, adoraret. Vel quia iustus quantò amplius de Deo intelligit, tantò profundiùs se humiliat & abijcit.

Et maiestas Domini ingressa est templum per viam portæ, quæ respiciebat. Quemadmodum priùs egressa est per portam orientalẽ, sic nunc per eandem portam ingreditur. Sup. 10. & 11.

Et leuauit me spiritus. Ceciderat super faciem suam, & indigebat subleuante: qui autem eum subleuauit, spiritus fuit. Per spiritum intelligit spiritum sanctum: vel hunc virum, qui eum ducebat, & ædificium mensurabat, qui erat Christus, vt capite 40. ostendimus. Qui cadit, indiget Christo erectore. Ipse Ioan. 15. enim ait: Sine me nihil potestis facere. Sed quia diuinat vates ceciderat per humilitatem, Luc. 14. fuit à Deo sursum erectus. Nam qui se humiliat, exaltabitur.

Et introduxit me in atrium interius. Vt me facerem intueri gloriam Domini, quæ illuc fuerat ingressa. Ducit nos Christus ad interiora, vt deditis spiritui mentem reuocemus à sensibus, cogitationem à mundi cõsuetudine separemus, & centrum nostrum in nobis ipsis, hoc est, deũ intra cor nostrũ inquiramus. Vt diuinũ lumen infundatur animæ nostræ, oportet vt ipsa vt luna ad solem sempiternum conuertatur, & propriè mens sublimis fiat: mens autẽ propriè sublimis fiet, si diuinam mentem quæfierit centrum sui, sensuum autem deceptiones reliquerit. Si deum quæsierit, pulchritudinem ipsam quæret, si Deum inuenerit, ipsam inueniet sapientiam, si deum habuerit, ipsam secum habebit sempiternam bonitatem. Recurrat ad fontem vitæ, & habebit vitam. Sed oportet reliquere quodammodò corpus, & in atriũ interius introduci. Hæc est vera philosophia etiã ex mente Platonis, solutio animæ à corpore, & cõuersio quædã ad interiora illa, quæ verè sunt immortalia, & diuina: vt refert Alcinous in libro de doctrina Platonis.

Et ecce repleta erat gloria domini domus. Totum illud ædificiũ erat gloria domini illustratũ. Hæc domus est ecclesia catholica, de qua ait apostolus: Vt scias, quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia

Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei viui, columna & firmamentum veritatis.
Hoc templum sumus nos, iuxta id quod ait di
2. Cor. 6. uus Paulus: Vos estis templum Dei viui. De
hac Dei gloria Ecclesiam adimplente dixerat
Psal. 71. regius ac diuinus vates: Benedictum nomen
maiestatis eius in æternum: & replebitur maie
state eius omnis terra. Cùm scilicet Christus
apparuerit in carne, & per se ac Apostolos suos cunctas nationes ad veri Dei cultum perduxerit. Erat templum hoc repletũ gloria dominiquia solus dominus nos replet. Mundi omnia occupare animum nostrum possunt, replere autem non possunt. Vnde etsi homo mũdi diuitijs, rerumque omnium affluentibus copijs abundet, nunquam tamen illis erit impletus & quietus, donec in Christo satietur,
Psal. 16. & quiescat. Id sentiẽs Dauid aiebat: Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Ac si diceret: Cùm te Domine fruar, cùm numen tuum sanctissimum intuear, tũc omnibus gaudijs implebor, tunc verè satiabor, tũc ero omnibus bonis cumulatus, & in dulcissima & inexplicabili tuæ diuinitatis visione conquiescam. Mundi voluptates & opes fallaces sunt, finitæ, & celeriter futurituræ, ideo animam immortalem, bonorum infinitorum capacem saturare & implere nequaquam possunt. At hoc intelligere illi nolunt, qui tenebras luci anteponunt, & inanibus honorum simulachris delusi vera & diuina bona despiciunt, & propter veræ pulchritudinis ignorantiam illi vanam ei speciem præferunt, corporeas formas fluxas & caducas admirantur, atque ardente amore prosequuntur. Sed aduerte. Aedificato hoc templo, de quo ait Ezechiel, apparuit gloria Domini replens totum ædificium, quemadmodum completum tabernaculum Moysi fuit repletum gloria domini. Ita enim ait diuina scriptura in Exodo:
Exo. 40. Operuit nubes tabernaculum, & gloria domini impleuit illud. Hoc ideo factum esse existimo, vt ostenderet diuina scriptura omnia Moysi & verba & facta intus quidem gloria Dei plena esse, exterius verò nube adoperta. De qua nube ibidem subiungitur: Non poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Dei coruscante. Erat tabernaculũ illud Ecclesiæ figura, quæ erat gloria Dei illustranda. Sed erat hoc mysterium nube coopertum, & in lege gratiæ reuelandũ. Sed ideo hoc Iudæi hodie non intelligũt, quia cùm in spiritu legis eximius sit fulgor & splẽdor, in litera verò magna caligo & obscuritas, non ferunt eorum lippientes oculi legis claritatem, nec penetrãt eius caliginem. Christiani verò, quorũ oculis verũ lumen effulsit, vt reuelata facie gloriã Dei speculari possint, in legis litera spiritum inuestigare conentur.

Et audiui loquentem ad me de domo. Sed non dicit, quid audierit. Forsasse fuit sermo ille vt quæadeo admirabilis, vt humanum superaret intellectum: & ideo illum propheta non recẽset, vt eius indicet amplitudinem & admirabilitatem. Nonnulla sunt, quæ maioribus laudibus efferimus, si ea silentio transeamus, q̃ si laudemus, eorum magnitudinem magis exprimimus, eam non exprimentes, quoniã eam inexplicabilem ostendimus, quàm si eam explicaremus. Qua de re ex poteris videre, quæ diximus in nostris in Esaiam commentarijs, Esa. 6. verba illa capitis sexti explanantes: Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, &c. Exechiel erat in atrio interiore, deus autem loquebatur illi de domo, sed eius verba silentio præterit: ea solùm exprimit, quæ ei dixit ductor eius, qui illi templum illud ostendebat, qui cum eo tunc erãt in atrio. Vel ille, qui locutus est prophetæ de domo, erat ipse eius ductor, qui cũ eo erat in atrio: & loquebatur de domo, non quòd esset intus domi, sed quòd sermo eius esset de illius domus structura, mensuris, ordine, & mysterijs. Ac si diceret: Audiui loquentem mihi virum, qui mecum erat, & tractabat de ijs, quæ ad domum illam attinerent. Volens autem Ezechiel hoc clariùs significare, subdit: Et vir, qui stabat iuxta me, dixit mihi, &c.

Locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum. Id est, templum hoc est locus throni mei, & hic habito in æternum. Hæc sunt verba viri illius, qui Ezechielem ducebat, quæ planè ostendunt eum esse Deum, nec mirum, cùm ille Christus esset, qui verus est deus. Diximus per templum hoc Ecclesiam significari. Hic est locus solij Dei, de quo cecinit diuinus vates: Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Et iterum. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis Psal. 25 gloriæ tuæ. Vbi diuus Augustinus per hãc domum Ecclesiam Dei intelligit, cuius decorem in viris iustis ait esse. Hæc domus est vbi Christus est, & erit semper, de qua hic ait: Vbi habito in æternum: de qua ait diuus Ioannes in Apocal. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Non intelligi hoc de terrena Hierosolyma, nemo est, qui non videat, nisi sit tenebris penitus coopertus, cùm de ea dixerit ipse Christus: Relinquetur vobis domus vestra deserta. Et iterũ. Surgite, eamus hinc, & sciamus eã fuisse à Romanis euersam, & incendio cõmissam, & in cineres redactã, & totam illam regionẽ nunc à Turcis possessam. Quod autem ait hoc loco deus se habitaturum in medio filiorum Israelis, intelligitur de Christianis: hi enim sunt, verè Israelitæ secũdum spiritum, vt alibi ostendimus.

Et non polluent vltra. Polluere nomen Dei hoc loco, est illud idolis tribuere, & verũ cultum soli deo debitum ad falsorum deorum vanitates transferre.

In fornicationibus suis. Hoc est, in suis idololatrijs. Sequitur: Et in ruinis Regum suorum, & in excelsis. Hoc est, in peccatis regum, quæ fuerũt eis causa ruinæ: & in locis sublimibus, vbi idola collocabant, & superstitiones suas exercebant.

Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum. Hoc est, qui iuxta templum meum domos suas ædificabant, polluentes locum sanctum. Vel sic: Coluerunt idola, & limen suum, hoc
4. Re. 21 est, limen idolorum iuxta limen templi posuerunt. Manasses enim in atrijs templi collocauer. 2. Par. 33. rat idola, vt libro quarto Regum licet videre. Et suprà dixit Ezechiel cap. octauo, idolum zeli in templo esse. Vel sic, & melius meo quidem iudicio. Qui cùm iuxta templum meum habitarent, posteaque suos haberent iuxta postes meos, & murus duntaxat aulas suas à templo meo diuideret, mei tamen obliuiscebantur: & nomen meum polluentes verum fidẽ repudiabant. Eos Hierosolymæ reges reprehendit, qui fuerunt idolorum cultores: non quòd iuxta templum habitarẽt, sed quòd cùm iuxta illud habitarent, illud nõ intuebãtur, quin potius falsis diis aras cõstituebant, quibus victimas immolabãt. Hinc colliges cæteris paribus grauius peccare monachũ, qui in monasterio crimẽ admittit, quàm laicũ in seculo. Et si sint nõnulli monachi tetris maculis contaminati, non ideo tamẽ vituperanda est religio, in qua viri iusti pietatem & charitatem colentes vitã degant, qui non in præmijs humanis spem posuerunt rerum suarum, sed Deo se in holocaustum obtulerũt, & mũdi opes & vanitates pro nihilo putarunt. Vt frugifer & amœnus hortus, plantis vtilibus & salutaribus consitus nõ ideo est repudiandus & excidendus, quòd in illo vnica quædam inter salutaria olera oriatur sic nec damnanda est religio, si inter viros sapientia & virtute præstantes quidam inueniatur voluptatibus deditus, aut ambitione cõtaminatur. In aula magnifica & sumptuosa est aliquando regula quædam fracta, aut pinna derecta, & nihilominus ædificium non relinquitur, nec ideo vituperatur, quia potius ob eius amplitudinem & magnificentiam laudibus efferetur sic in monachali religione, quamuis quidam sit fractus, & vitijs imbutus, ipsa tamen dei aula est eximia & admirabilis, nec deber ob imbricem contractam relinqui, sed eor

tãe in medio filiorum Israelis, intelligitur de Christianis: hi enim sunt, verè Israelitæ secũdum spiritum, vt alibi ostendimus.

Et non polluent vltra. Polluere nomen Dei hoc loco, est illud idolis tribuere, & verũ cultum soli deo debitum ad falsorum deorum vanitates transferre.

In fornicationibus suis. Hoc est, in suis idololatrijs. Sequitur: Et in ruinis Regum suorum, & in excelsis. Hoc est, in peccatis regum, quæ fuerũt eis causa ruinæ: & in locis sublimibus, vbi idola collocabant, & superstitiones suas exercebant.

Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum. Hoc est, qui iuxta templum meum domos suas ædificabant, polluentes locum sanctum. Vel sic: Coluerunt idola, & limen suum, hoc
4. Re. 21 est, limen idolorum iuxta limen templi posuerunt. Manasses enim in atrijs templi collocauer. 2. Par. 33. rat idola, vt libro quarto Regum licet videre. Et suprà dixit Ezechiel cap. octauo, idolum zeli in templo esse. Vel sic, & melius meo quidem iudicio. Qui cùm iuxta templum meum habitarent, posteaque suos haberent iuxta postes meos, & murus duntaxat aulas suas à templo meo diuideret, mei tamen obliuiscebantur: & nomen meum polluentes verum fidẽ repudiabant. Eos Hierosolymæ reges reprehendit, qui fuerunt idolorum cultores: non quòd iuxta templum habitarẽt, sed quòd cùm iuxta illud habitarent, illud nõ intuebãtur, quin potius falsis diis aras cõstituebant, quibus victimas immolabãt. Hinc colliges cæteris paribus grauius peccare monachũ, qui in monasterio crimẽ admittit, quàm laicũ in seculo. Et si sint nõnulli monachi tetris maculis contaminati, non ideo tamẽ vituperanda est religio, in qua viri iusti pietatem & charitatem colentes vitã degant, qui non in præmijs humanis spem posuerunt rerum suarum, sed Deo se in holocaustum obtulerũt, & mũdi opes & vanitates pro nihilo putarunt. Vt frugifer & amœnus hortus, plantis vtilibus & salutaribus consitus nõ ideo est repudiandus & excidendus, quòd in illo vnica quædam inter salutaria olera oriatur sic nec damnanda est religio, si inter viros sapientia & virtute præstantes quidam inueniatur voluptatibus deditus, aut ambitione cõtaminatur. In aula magnifica & sumptuosa est aliquando regula quædam fracta, aut pinna derecta, & nihilominus ædificium non relinquitur, nec ideo vituperatur, quia potius ob eius amplitudinem & magnificentiam laudibus efferetur sic in monachali religione, quamuis quidam sit fractus, & vitijs imbutus, ipsa tamen dei aula est eximia & admirabilis, nec deber ob imbricem contractam relinqui, sed eor

ñgruui imbrex, aut alia loco eius ponatur, & eo ejus virtutes & motus pietatis laudentur. In aula illa gloriosa collegij Christi, fracte Matt. 26 sunt duæ regulæ delicatæ, nimirum Petrus Mar. 14. Christum negando, & Iudas eum vendẽdo: at Petrus correctus est, Iudas autem cecidit penitus, sed pro hac regula fuit alta collata, nempe Mathias, vt in Actis Apostolorum refert D. Act. 1. Lucas. Excidit vnus, & fuit loco eius constitutus alius. Nec quia Iudas fuit impius, débet Christi collegium vituperari, similiter nec paradisus terrenus, quòd in eo fuerit arbor scientiæ boni & mali, cuius pomo dei præcep- Genes. 2. tum violarũt primi nostri parentes: erat enim in illo arbor vitæ, & ipse amœnus erat & admirabilis, consitus plantis salutaribus, pulchris, & excellentibus.

Propter quod consumpsi eos. Nempe in obsidione & eversione Hierosolymæ per Babylonios: vbi Iudæi fuerunt partim interfecti, partim captiui in Babyloniam abducti, vbi fuerunt calamitatibus oppressi.

C Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorum semper. Tu autem fili hominis: ostende domui Israel templum, & cõfundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam. Et erubescat ex omnibus, quæ fecerunt: figuram domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis. Et scribes in oculis eorum, vt custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Ista est lex domus, in summitate montis omnes fines eius, in circuitu sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus. Istæ autem mensuræ alta D ris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & definitio eius vsque ad labium eius: & in circuitu palmus vnus. Hæc quoque erat fossa altaris: & de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimã duo cubiti, & latitudo cubiti vnius. Et à crepidine minore vsque ad crepidi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius, Ipse autem ariel quatuor cubitorum: & ab ariel vsq; ad sursum cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum lõgitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circuitum: gradus autem eius versus ad orientem.

Nunc ergo repellant procul. Iuuere Dei misericordiam, qui eos, qui eo relicto idola coluerunt, & fraudes teterrimas conceperant, vocat ad pœnitentiam, vt illis peccata omnia condonet, & vitam æternam largiatur. Id voluit diuina scriptura significare lib. 2. Paralip. dicēs: 2. Par. 30
Pius & clemens est Dominus Deus vester: & non auertet faciem suã à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Et per hunc nostrum Ezechielem
Sup. 18. dixit Deus cap. decimooctauo. Nolo mortem morientis: dicit dominus deus, reuertimini, & viuite.

Ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis. Sensus est: Ostẽde Hebræis tẽplum hoc, quod tibi ostendo, illudq; eis describe, vt animo perspiciant, & memoria repetant, fuisse Salomonium tẽplum ob eorũ scelera deletũ, mcq; quem illi ob varia idola reliquerunt, eũ esse, qui illis possum templum hoc, quod tibi ostendo, largiri. Hoc facies, vt illi viso hoc templo à te descripto intelligãt, sua flagitia in causa esse, vt tam magnifico & sumptuoso templo sint destituti. Nõ erit parum huius ædificij præmium, intelligere Iudæos scelera sua, & flagrare huius tẽpli videndi desiderio: vt ad hoc animũ purgent, & Ecclesiæ Christi amplitudinem & maiestatem cognoscere & colant.

Et metiantur fabricam. Vt eius magnitudo, & amplitudo, & magnificentia sint illis perspectæ & exploratæ. Sed hoc potius referendum esse existimo ad Ecclesiam, vt sit sensus. Deus operem, vt templi futuri per hoc intellecti significationẽ animo percipiãt: studeãt illustria Ecclesiæ Catholicæ mysteria cõtemplari: quæ mentis oculis intuebuntur, si animos suos expiauerint: si enim peccati vetustatẽ exuerint, huius noui tẽpli intelligent te prædicente, rationẽ. Vt ipsi nouũ sint tẽplũ, oportet veterẽ Coloss. 3. Ephes. 4. hominem spoliare cum actibus suis, & induere nouum, iuxta diui Pauli sententiam. Nõ intelligent huius templi arcana, non poterũt fabricam eius metiri, nec animo diuina Ecclesiæ sacramenta complecti, si in suæ perfidiæ perseuerauerint, & mortiferis impiorum facinorum labibus fuerint omnino corrupti, & deprauati.

Et vniuersa præcepta eius. Hoc est, quid debeant facere, & quando, & quomodo sint victimas immolaturi. Sæpe tempore sit, vt quod plerũque honestum haberi soleat, inueniatur non esse honestum. Est enim considerandum in omni re quid aptum sit, & consentaneũ tẽpori & personæ, tũ quid in dictis factisq; decerat. Cùm Timanthes immolatã Iphigeniã depingeret, & triste expressisset Calchantem, mœstiorem Vlyssem, mœstissimũ Menelaũ, & oporteret tristitiæ esse eius patrem Agamemnonem, videns non posse summum illũ luctũ penicillo imitari, caput mœstissimi patris Agamemnonis velo obtexit. Nõ enim decebat esse in tabula aliquem, quẽ luctu & dolore patet mortuæ Iphigeniæ non superaret. Etsi tabula illa magna esset industria elaborata in ostensione luctus Græcorũ, tamen vitium esse existimauit insignis pictor Timanthes, pingere amicos summo quolore affectos maximoque dolore laceratos, vbi patrem non posset tristitiæ depingere. Si id, quod alioquin artificiũ & ingenium pictura præ se fert, vitium est ob tẽporis ac loci circunstantiã, quãto magis in vita, in moribus & factis? Si pictor quid deceat, quærit, si quid tempora petant, quid personis dignum sit, considerat, quid faciendũ est homini in rebus faciendis, in quibus debet decorum seruare, & delectũ perquirere? ex quibus eius pendet vita aut mors, gloria aut infamia? Per vniuersa præcepta intelliguntur hoc loco rerum faciendarum circunstantiæ, & modus, & discretio, quam D. Bernardus in Cãtica auriga virtutum vocat: vbi etiam ait: Tolle discretionem, & virtus vitium erit.

Et omnes leges eius. Id est, omnia eius statuta. Nonnulli per leges templi intelligunt eius descriptiones: alij eius cæremonias.

Et faciant ea. Ideo illis templũ diuinũ cultũ, præcepta & circunstantias, & statuta, & cæremonias ostendes, vt hæc, omnia opere adimpleãt. Finis moralis philosophiæ potiùs est facere, quàm scire. Quid tibi prodest definitionem virtutis percipere, si ipsam non habeas virtutem? Non in sermone regnum Dei est, 1. Cor. 4
inquit Apostolus, sed in virtute. Et Aristoteles, Non de virtute, inquit, scire sat est, sed enitendum est, ipsam habere. Hi, qui in virtutis actiones incubuerint, dicet Dominus: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, Matt. 25
quia

quia opera misericordiæ impleuistis. Non dicet: Percipite regnum, quia scientia fuistis instructi, sed quia in bonis operibus fuistis Luc. 19.
versati. Ideo nõ alij: Discite, dũ venio, sed negotiamini, dũ venio. Bona est scientia, sed debet esse cum virtute copulata. Vt malum lime Simile.
non solum non comeditur, sed cum perdice, aut alio eiusmodi cibo, sic scientia per se sola absque virtute esca est inutilis, at cum virtute mista magnam affert vtilitatẽ, & virtutẽ reddit suauiorem & illustriorẽ. Negotia, ad quæ nos Deus inuitat, dicens: Negotiamini, dũ venio, opera sunt honesta, & actiones virtutum. Cõtemplatio actio etiam est, sed mentis & intellectus. Quædam sunt animæ, quædam corporis actiones, & ad vtrasque nos dominus inuitat. Ex his duobus generibus actionum tessulrant duæ vitæ, actiua & cõtẽplatiua, ex quarum mistione efficitur & conflatur mirabilis quædam compositio, vita quædam euangelica, & Christiana ac sublimis philosophia. Ad has duas Luc. 12.
vitas nos hortatur dominus, dicens: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus vestris. Per lumborum præcinctionem, & præparationẽ ad labores intelligitur vita actiua: per lumen verò intellectus, & lucernas ardẽtes vita contemplatiua. Quæ duæ vitæ nomine Liæ & Rachelis significantur. Lia enim ideo fuit, quod vidēs Deũ. Tertia vita ab his duabus distincta & separata, quæ est posita in deliciis, & voluptatibus, & flagitijs, non hominis est, sed bruti. Non enim dicendus est homo, qui ducitur appetitu, qui est verecũdiæ expers, qui dissidet illecebris, qui perturbationibus animi succũbit, qui virtutẽ spernit, & vitiũ sectatur, qui cùm animum habeat, quo nihil est in vita præstantius, nihil excelsius, sic se abijcit & prosternit, vt nihil inter se ac inter quadrupedem aliquem putet interesse.

Ista est domus in summitate montis. Hoc est, hæc est descriptio huius ædificij super monte Sup. 10.
fundati, vt visum fuit capite quadragesimo. Hoc ædificium super montem situm, est Ecclesia catholica super Christum ædificata, quæ ædificium, & templum, & ciuitas appellatur. Matt. 5.
De ea ait apud Matthæum dominus: Non potest ciuitas abscondi supra montẽ posita. Mõs Danie. 2.
est Christus, de quo ait Daniel: Lapis, qui percussit statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Eum appellat Esaias Esai. 2.
montem præparatum domus domini in vertice montium. Similiter & Michæas, ad quem confluunt omnes gentes. Hic est primũ & præ Mich. 4.
cipuũ huius ciuitatis fundamentum, de quo 1. Cor. 3.
ait Apostolus: Fundamẽtũ aliud nemo potest ponere, nisi id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Ait igitur Deus Ezechieli. Hæc est

descriptio, lex, & ratio huius ædificij, quod tibi in vertice montis situm ostendo, vt totũ sit sacrosanctum, nam omnes fines eius in circuitu sunt sanctæ, imò sancta sanctorũ. Tanta sanctitate est hoc templum refertum, vt totũ cum suis terminis sit sanctum sanctorũ. In ta- Exo. 16.
bernaculo Moysi, & in templo Salomonis illa 3. Reg. 6.
duntaxat pars sancta sanctorum vocabatur, in qua erat arca & propitiatorium, at in hoc templo nulla est pars, quæ non potius sanctũ sanctorũ appellari. Intuere huius templi sanctitatem & excellentiã. Poteris per templum hoc virginẽ sacratissimam Dei genitricem intelligere, totã sanctam, totã pulchram, totam immaculatã, cui dixit in Canticis sponsus: Tota pulchra Cant. 4.
es amica mea, & macula non est in te. Hæc est templũ domini, sacrarium spiritus sancti, ædificium illud celeberrimũ, de quo suprà dixerat Ezechiel: Dimisit me super montẽ excelsum ni- Sup. 40.
mis, super quẽ erat quasi ædificium ciuitatis. Cùm ciuitates omnes soluerẽt tributũ, magna esset libertas, & eximium priuilegiũ, esse vnã, quæ illud nunquã redderet, sed esset libera, & ab illo penitus immunis. Esset hoc profectò signũ magnæ nobilitatis, & amplitudinis, & gloriæ, præsertim si hæc lege condita esset, vt esset in perpetuũ libera. Omne genus humanũ est solũmodo tributo obnoxium, est autẽ tributũ hoc peccatum, in quo omnes generãtur. Adæ prævaricatio non solũm illi nocuit, sed propagini, nec solũm sibi acceptã à Deo sanctitatem & iustitiã perdidit, sed etiam nobis. Et inquinatus ille per inobedientiæ peccatũ, mortẽ & peccatũ in omne genus humanum transfudit, Rom. 5.
dicente Apostolo: Per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mũdũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hoc Adæ peccatũ, quod origine vnũ est, & propagatione, nõ imitatione trãsfusum omnibus, inest vnicuiq; proprium, per meritũ vnius mediatoris domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine 1. Cor. 1.
suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redẽptio, tollitur in baptismi lauacrõ, vbi Christum induimus, iuxta id quod ait Apostolus: Gala. 3.
Quicũq; baptizati estis, Christũ induistis. Et quoniã omnes in peccato originali cõcipiuntur, dicebat diuinus psal: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit Psal. 50
me mater mea. Et D. Paulus: Eramus natura filij iræ. At admirabilis virgo Maria Dei genitrix tributi hoc nunquã tulit. Fuit hoc singulare quoddã priuilegiũ, quod ei cõstitit fuisse ex quoniã fuit genita, vt Deũ ipsum generaret, & creata à Deo in tẽpore, vt eũ, qui est absq; tempore conciperet. Ideo fuit absque peccato concepta, quia cum erat conceptura, Ephes. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui hominum peccata deleret, de quo dicebat
Ioan. 1. sanctificatus Baptista: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hæc est immaculata Dei genetrix, hæc est ciuitas illa immunitate ornata, quæ tale tributum pendere nó agnouit, de qua ita veluti stupefactus diuinus psal-
Psal. 86. tes canebat: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas
Psal. 84. Dei. Et iterum: Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Peccatum originale vocat captiuitatem Iacob. Hæc est terra illa sacerdotalis, quæ nullo erat obnoxia
Genes. 47 tributo: Est in Genesi diuinis literis mandatũ totam terram Aegypti tributariam fuisse Pharaoni præter terram sacerdotalem. Ita permisit deus, vt terris alijs tributo obnoxijs, sola sacerdotis terra libera esset omnino. Christus est
Psa. 109 æternus ille sacerdos, de quo ait Dauid: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Mel
Hebr. 7. chisedech: virgo autem sanctissima Dei genetrix est eius terra, quæ fructum tulit ipsum dominum æternum sacerdotem, qui admirabilia rerum sanctissimarum mysteria nobis aperuit, & fidem ac veram religionem per omnes terrarum regiones longè lateque propagauit, nostraque scelera sacrificio sui corporis sacratissimi, & effusione sui sanguinis prætiosissimi expiauit, vt nos ad gloriam perduceret sempiternam. Huius sacerdotis terra est illa, quæ nullum vnquã penitus habuit peccatum, nec originale, nec actuale. De illa ait Ecclesiasti-
Eccle. 51. cus: Liberasti me domine secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Fuit enim ab omni culpa præseruata. Hæc est virga egressa de radice Iesse, de qua flos ille ascendit, qui ait: Ego flos campi, & lilium conuallium. Ad hunc
Esai. 11. Esaiæ locum alludens Diuus Ambrosius, loquens de virgine Maria, ait: Hæc est virga, in
Cantic. 2. qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. Et gloriosus martyr Cyprianus: O virgo iusta & omni iustitia plenissima, cuius conceptio singularis. Et beatus Hilarius: O virgo benedicta super omnes fœminas, quæ angelos vincis puritate, quæ omnes sanctos superas pietate. In sacro concilio Tridentino in quinta sessione, vbi dicitur & assentitur omnes esse in peccato originali conceptos, in fine decreti sunt hæc verba literis mandata: Declarat tamen hæc ipsa sancta synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatã & immaculatam virginem Mariam, Dei genitricem. Hæc ibi. Hæc sacratissima semper virgo est quasi ædificium ciuitatis supra montem sita, hoc est, supra genealogiam fundata patriarcharum & regum, & prophetarum, & cæterorum, quos numerat Diuus Matthæus, dicẽs:
Matt. 1. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham: Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudã, &c. De quibus omnibus orta est sacrosancta virgo Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Ex multis lapidibus, & corbibus terræ efficitur mõs, & ex multis patriarchis, & regibus, & prophetis, & alijs fit genealogia. Tota huius generis congeries mõs est admodũ excelsus, super quem est gloriosa Dei genitrix, illos omnes, à quibus originem ducit longè superans altitudine, puritate, sanctitate, gloria, & excellentia. Quare ab Ezechiele meritò appellatur domus Dei, tota sancta, imò tota sancta sanctorum in summitate montis constituta. Heua duxit tenebras, Maria lucem: Heua mortem, Maria vitam: Heua culpã, Maria gratiam. In Maria fuit instauratum, quod in Heua fuerat amissum. Qua in re voluit Deus sapientiã suam ostendere. Si aurifex cõflauit & effecit vas quoddam pulchrum, ingentique industria elaboratum, censetur ingeniosus artifex. Sed si fracto eo, aliud fecerit ex eadẽ materia, ex eodem auro multò elegantius & illustrius, nunc illum solertissimũ artificẽ dicimus, summisque laudibus efferimus. Sapientissimus ille opifex, ille aurifex cœlestis in mundi principio vas conflauit pulchrum & eximium, mirarum Hevam, sed vas hoc concussione tentationis serpentis fuit vsqueadeo ruptum & attritum ob scelus perpetratum, vt ne vnã quidẽ gratiæ guttam caperet. At diuinus cælator & anaglyptes ex eadem massa, ex eadem carne humana, ex ipsius Hevæ progenie fecit vas aliud multò excellentius & præstantius absque vlla comparatione, nempe virginem sanctissimam Mariam, vas diuinum & admirabile, vas vitæ, plenum gratia & sanctitate, per quod genus instauravit humanum. De ea ait Ecclesiasticus: Vas admirabile opus excelsi. Ex quo colligimus summam esse huius cœlestis artificis sapientiam, qui virginem sacratissimam cõdidit, vt ex illa ipse nasceretur, qui peccata deleret, & hominibus errãtibus viam æternæ beatitudinis consequendæ aperiret. Poteris literam hanc ita disponere: Ista est lex domus: In summitate montis omnes fines eius, in circuitu sanctum sanctorũ est. Ac si diceret: Hæc est ratio huius ædificij. Omnes eius termini erunt in montis fastigio, & sanctum sanctorum erit intus sicut in circuitu. Et hoc dixerit filijs Israelis, vt intelligãt ad huius ædificij exẽplar cõstruẽdũ esse futurũ ædificium. Tale ædificiũ filij Israelis nunquã confecerunt, nã secundũ templum fuit multò minus: imò ipsum templum Salomonium ad huius templi magnificentiam non peruenit. Sed confecit illud Christus deus noster, diuinus architectus, qui

Exod. 25 qui illud Ezechieli ostendebat. Quemadmodum deus ostendit Moysi exemplar tabernaculi, quod erat in lege illa vetere cõficiendũ, ita ostendit Ezechieli templum admirabile, ecclesiæ catholicæ, quod ipse Deus erat in lege noua constructurus.

Ista sunt mensuræ altaris. Descripto templo describit altare holocausti, quod erat in templo: cuius altaris mensura erat cubiti veristimi habentis palmum supra cubitum vulgatem. Duplex erat cubitus, vnus prophanus, alter sacer, quo vtebantur sacerdotes in templo, & hic erat maior prophano, illumque palmo vno excedebat. Qua de re capite quadragesimo differuimus.

In sinu eius erat cubitus. Nimirum altaris. Sinum appellat fundamentum, quod erat eleuatum super terram, & huius eleuationis mẽsura erat cubiti vnius. Appellabatur sinus, quia curuitatẽ habebat: & quia quemadmodũ sinus, quæ in ea ponuntur, recipit, ita hęc basis ea, quæ super illa sita erant. Hoc altare incipiebat à terra: & pars illa prima, quæ sinus dicebatur, erat altitudinis cubiti vnius. Super eam erat altera pars, quæ appellatur crepido minor, est autẽ crepido cuiusque rei extremitas. Erat autem hæc crepido altitudinis duorum cubitorũ. Super crepidinẽ hanc erat altera crepido altitudinis quatuor cubitorum, crepido maior appellata. Super eã erat altare, quod appellatur ariel, ascendens sursum quatuor cubitor. Aliæ partes erant veluti bases huius altaris, in cuius superficie superiore cremabatur holocaustum. Et hoc altare terminabatur in quadã erectura, sursum eleuata, quæ appellatur labiũ, & erat vnius palmi. Et in quolibet altaris angulo erat cornu vnũ. His præmissis accedamus ad literæ explanationẽ. In sinu eius erat cubitus. Hoc est, altaris basis eleuabatur à terra sursum, eratq; eleuationis altitudo cubiti vnius. Sequitur: Et cubitus in latitudine. Id est, hoc fundamentum erat latius crepidine cubitum vnum; erat enim crepido angustior fundamento: & quo magis eleuabatur hoc opus, eò erat arctius, in tar pyræ. Nam cũ per altare hoc intelligatur mens nostra, in qua debet esse perpetuus ignis diuinæ charitatis, in quo nos ipsos deo immolemus in perpetuum holocaustum, anima autem nostra quanto altius tendit, tanto se magis vnit, eũ quærens, qui est ipsa vnitas, ideo hoc altare, quãto excellius extollitur, tanto se magis vnit & astringit. Et quemadmodũ ignis sursum tendens quærens suum centrũ & locum, se astringit, & pyramidalem efficit figuram, sic anima nostra sursum se efferens, quærens deũ centrũ suum, se vnit & coadunat: & veluti ignis crescit, atus quærit ignẽ illum increatum, de quo ait diuus Paulus, & fuerat in Deuteronomio literis mandatum: Deus noster ignis consumẽs est. Huius altaris mensuræ sunt ornamenta virtutum, quæ accipiuntur in cubito verissimo, hoc est in fide catholica, per quam omniũ virturũ opera quodãmodo mensurantur, sine qua fide teste apostolo impossibile est placere deo.

Et definitio eius vsq; ad labiũ. Id est, hoc altare incipiebat à pauimento, & sursum ascendẽs se astringebat, & terminabatur eius altitudo in labio altaris, quod labiũ erat vnius palmi: & superiorem superficiem vndique cingebat.

Hæc quoque erat fossa altaris. Hoc est, in superficie superiore altaris erat quædam fossa, vbi cremabatur holocaustum. Esse autem fossam hanc in altitudine altaris, non autem in terra indicat translatio septuaginta habens: Altaris altitudo. Quantò anima nostra se altiùs ad deũ extulerit, tãtò profundiorẽ humilitatis fossam habebit in seipsa. Est enim fossa hæc in altari humilitas in anima, & propriè fragilitatis cognitio, quæ hominẽ deo gratum facit, sicut superbia infectum. Ideo ait Ecclesi-
Eccle. 10 asticus: Odibilis coram deo & hominibus est superbia.

Ipse autem ariel. Ariel sonat lucem dei, seu leonem dei, siue leonem fortem. Capite 29.
Esaiæ 29. Esaiæ accipitur pro ciuitate Hierosolyma, vbi erat altare holocausti, hic autem accipitur pro ipso altari. Vocatur autẽ altare holocausti ariel, quia veluti fortis leo carnes consumit, ita altare hoc victimas & holocausta. Poteris per altare hoc in terra fixo, & sursum erecto crucẽ sanctam intelligere, vbi pro nobis immolatus est Christus, se hostiam deuouens ac cõstituens. Hoc est summum nostrum holocaustũ, quod igna diuini amoris flagrauit. In lignis illis combusta est vnica phœnix flammis suæ charitatis incensa. Quando discipulis suis pedes lauit, & in vltima cœna admirabile eucha-
Ioan. 13. ristiæ sacramentum instituit, & apud eos sermonem illum habuit amoris plenissimũ, quẽ diuus Ioannes copiosè literis mandauit, quid aliud faciebat diuina illa phœnix, quàm alas mouere, ignisque ardentes flammas erigere, quibus erat in crucis ara cremanda? Illic mortuus est dator vitæ, vt morte sua mortem occideret: illic pependit ipsa vita, vt nobis tribueret viram: de qua fuerat in libro Deutero-
Deut. 28 nomij prædictum: Erit vita tua pendens ante te. Illic summus sacerdos expirauit, vt vbi terminabatur ei⁹ labor, inciperet nostra requies. Quid voluit diuina scriptura in libro Iosue
Iosu. 10. significare, dicens, homicidã post mortẽ summi pontificis absolutum ad patriam propriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

redite, nisi fore vt genus humanum, quod sibi ob peccatum intulerat mortem, post Christi summi sacerdotis mortem à scelerum vinculis absolutum ad paradisi possessionem perueniret? Crux illa sacratissima est arbor vitæ:
Genes. 2. est scala Iacob, quæ cœlos attingebat, cui do-
Genes. 28 minus crat affixus, per quam ad regnũ cœleste possumus ascendere. Hæc est virga Aaronis,
Exod. 14. quæ mare diuisit, & viam ostendit ad veræ patriam promissionis, quæ traducto dei populo Ægyptios subuertit. Hæc est cithara Dauidis,
1. Reg. 16 quæ dæmones effugabat. Hæc est clauis illa paradisi, quæ cœlum aperuit. Nam cùm antea clausum esset, fuit ita diuinitus per-
Act. 7. cem reseratũ, vt diceret diuus Stephanus: Video cœlos apertos. Id intelligẽs eximius ille vates Esaias intuens mentis oculis innocentissimum agnum, dominum Iesum esse super humerum crucem baiulaturum, inducit patrẽ cœlestem has voces emittentẽ: Dabo clauẽ
Esa. 22. domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat. Hæc domus regis Dauidis est gloria cœlestis, aula regis sempiterni: clauis, qua aperitur, crux Christi est, quã
Gene. 22 pius Iesus, verus Isaac per cluium montis Moriæ, ad locum rendens Caluariæ fuis humeris asportauit. Illa fuit in montis vertice constitura, & Christi corpore sacrata & gloriosa:
Matt. 27 *Mar. 15.* *Luc. 23.* *Ioan. 19.* ibique remansit erecta tanquam singulare trophæum, & clarissimum diuinæ pietatis monumentum. In ea oblatus est filius Dei, quia ipse voluit. illa est altare exaltatis holocaustis, quod
Esa. 53. fuit adumbratum in altari hoc, de quo hic loquitur Ezechiel. Altare hoc quatuor cornua habebat, & crux alia similiter quatuor: quorum duo transuersa etsi viderentur manus Christi tenere, ab ipsis tamen manibus tene-
Habac. 3. bantur. Ita enim ait Habacuc: Et cornua in manibus eius. Ipse sustentabat crucem, in qua pro nobis immolabatur. Appellatur hoc altare ariel, & ipsa crux ariel fuit, hoc est leo fortis, quia ipsa vicit mundum. Ea aduersus hostes tam animæ, quàm corporis munimur. Ea est signum nostrorum spiritualium & temporalium victoriarũ. Ea est fortitudo nostra: ea est Christianæ dignitatis pulcherrimum ornamentum, nostræque salutis firmissimum præ-
4. Reg. 6. sidium. Cùm filij prophetarum prope Iordanem cæderent ligna secturibus, exilijt ferrum secoris, & merſum est in flumine: sed Eliseus lignum secutis accepit, & misit in flumen, & ferrum mersum statim super natauit: & receperunt illud filij prophetarum. Non poterat erui per se, venit Eliseus, & accepto ligno illud eruit. Nonne aspicis crucis mysterium. Erat mundi duritiei in profundo errorũ submersa, iacebat grauis natura nostra peccato corrupta in ignorantiæ profunditate: hærebat genus humanum in hoc fluuij pondere peccati granatum propter lignum, in quo peccauit Adam, propter primorum parentum trãsgressionem, & propter infinitatem scelerum: venit cœlestis Eliseus, Christus Deus noster, & per lignum crucis eiecit ferrum, extulit hominum genus, quod simile duro & graui ferro in errorum profundo iacebat. Ita Tertullianus, & post illum Cyrillus figuram hanc interpretantur.

Et ariel duodecim cubitorum. Erat hoc altare quadratum æquis lateribus. Locus cremationis, qui erat in superiore superficie, erat duodecim cubitorum, sed tota superficies erat quatuordecim: pars autẽ superficiei circuens locum cremationis appellatur corona, quòd instar coronæ caput altaris redimeret: eratq; dimidij cubiti crassitudo eius. Diximus per altare hoc intelligi mentẽ nostram, quæ debet esse quadrata, hoc est constans ac firma in virtute. Per duodecim cubitos in loco crematio nis intelligitur institutio duodecim apostolorũ: & per quatuordecim cubitos in tota superficie quatuordecim articuli fidei. Et per coronã intelligitur victoria, quam anima de hostibus suis reportat, eorũ tentationibus resistens: & præmiũ, quo afficitur à deo eius certaminis inspectore. In hoc altari debemus propriè cõburere voluntatẽ igne illo, de quo ait Christus. Ignẽ veni mittere in terrã, & quid
Luc. 12. volo, nisi vt accẽdatur? In huius animæ fossa est magna cogitationum multitudo, quæ vix possunt cohiberi. Vt enim fluuius aquarũ rapidus & vehemens magna cũ difficultate de-
Similit. tinetur & impeditur: sic fluuius cogitationũ à fonte cordis manantium vix potest coerceri, ne aliqua fluat ex parte, nam obturata vna exit per alteram. At si vir est animi fortitudine munitus, impetum inutilium cogitationum continet & coercet, & ita ariel, hoc est leo fortis eius animus vocatur. In hoc altari pro vitulo debemus immolare superbiæ tumorem, pro ariete irã feruescẽtẽ extinguere, pro hirco sensualitatis motum exurere, pro columbis & turturibus cunctas cordis vanitates concidere. Hæ sunt veræ victimæ igne charitatis exustæ, & gladio obedientiæ occisæ. Præcepit Deus Abrahamo, vt filium suum Isaac immolaret, ille autem eum occidere volens occidit
Genes. 22 arietem, Isaac incolume permanente. Ifaac gaudium & risum significat. Vult Deus, vt carnis voluptates occidamus, easque tanquã filios immolemus. Cùm autem gaudia & oblectationes sacrificamus deo, nõ illa amittimus, nam amittentes gaudia corporis, inuenimus gaudia spiritus, iugulamus arietem falsæ volu-

voluptatis, & inuenimus Isaac diuinæ consolationis. Aspicis igitur per hoc altare holocausti animam nostrã significari, in qua debet esse charitatis ignis, vbi nos ipsos immolemus, & significari sanctam Christi crucem, in qua ipse se obtulit in holocaustum, & diuinum sacrificium. Fossa altaris est humilitas Christi, quæ magnoperè apparuit in cruce, vel est humilitas in anima verè Christiani, vel est cogitationum receptaculum.

Et fossa eius vnius cubiti. Id est, fundamentum altaris erat vnius cubiti super terram, per quatuor latera.

Gradus autẽ eius versi ad orientẽ. Ita vt qui ascenderent ad immolandum, haberent oculos aduersus templum. Aduerte. Nõ explicat, quot sint gradus, quibus ascẽditur ad holocaustũ. Nam ad Christũ crucifixum variè tendũt homines, vt se cum illo crucifigant, alij per plures gradus, alij per pauciores. Ideo graduum numerus relinquitur incertus, vt etiã alt iores ascendamus, semper tamen in inferioribus nos esse existimemus, eamusque iuxta
Psal. 83. prophetæ sententiam de virtute in virtutem, donec videatur Deus in Sion. Hoc est in æterna felicitate.

Et dixit ad me, fili hominis hæc dicit dominus Deus: Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, vt offeratur super illud holo
F causstum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus & Leuitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus Deus: vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super corona in circuitu: & mundabis illud, & expiabis. Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato, & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, & expiabunt altare, sicut
G expiauerunt in vitulo. Cumque compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino. Septem diebus facies hircum pro peccato cotidie, & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerẽt. Septem diebus expiabunt altare, mundabunt illud: & implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus in die octaua, & ylträ facient sacerdotes super altare holocausta vestra: & quæ pro pace offerunt. Et placatus ero vobis: ait dominus Deus.

Et dixit ad me. Egit de altari sacrificij, nunc agit de ritibus sacrificandi. Sequitur. Hi sunt ritus altaris. Id est, hæ sunt observationes circa altare hoc custodiendæ.

Qui sunt de semine Sadoc. Sadoc idẽ est quod iustus, sacerdos fuit in lege vetere, de quo supra locuti sumus, cap. 40.

Vt offerant mihi vitulũ de armento pro peccato. Idem dixerat his verbis dominus in Leuitico: Immolabit vitulum coram domino: & offerent filij Aaronis sacerdotes sanguinem eius fundentes per altaris circuitum. Hic vitulus pro populi peccato oblatus Christi imaginẽ gerebat: de quo dixerat Esaias: Oblatus est, *Leui. 1.* *Esa. 53.* quia ipse voluit. Ad illum locum Leuitici videtur alludere regius vates, quãdo in psalmo inducit Christum cum patre in hunc modum loquentẽ: Holocaustomata & pro peccato nõ *Psa. 39.* tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui. Agebatur de sacrificio, & quoniam liber Leuiticus plenus est sacrificiorum, cælestia sacramenta spirantium, per caput libri intelligitur principiũ Leuitici, & ipsum primũ caput, vbi tractatur de vitulo pro mundi peccato immolãdo. Statim in libri frõtispicio agitur de Christo pro hominum sceleribus sacrificãdo. Intelligi autem psalmũ illum de Christo, indicat D. Paulus in epistola ad Hebræos. Sunt tamen, qui *Heb. 10.* per caput libri summam intelligãt totius scripturæ, vt sit sensus: Si totã legis substãtiam in epitomen & compendium redegeris, totã eam inuenies locutam esse de me.

Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius. Hoc est, accipiẽs de sanguine vituli immolati pones illud super quatuor cornua altaris. Hic est sanguis Christi, qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mũdi partes liberauit, & à dæmonis tyrannide redemit. Nõ corruptibilib⁹ auro & argẽto, inquit Apo

Holo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

solorum princeps, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Empti enim estis pretio magno. Et D. Ioannes in prima epistola suat Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Hic Christi sanguis quatuor altaris cornua decorans, quatuorque orbis terrarum oras eripiens, fuit per duodecim apostolos prædicatus, qui sunt duodecim cubiti huius altaris in longitudine, & in latitudine, quoniam mundum vniuersum in longitudine & latitudine peragrarūt, & vt diuinus cecinerat vates: In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Verūm vbi ædificio nostra habet: Et assumēs de sanguine eius, & ponent, &c. habent septuaginta: Et assumēt de sanguine eius, nempe sacerdotes, & ponēt. Eam ob causam potest hoc ita explanari: Assumens de sanguine eius pones superquatuor cornua eius, hoc est, assumendum à sacerdotibus dices, & ab illis super quatuor cornua altaris ponendum. Vel ideo hoc sanguine vngebatur altare, vt intelligeremus, debere nos animam nostram vngere memoria sanguinis Iesu Christi per piam & deuotam meditationem & compassionem, & ad ipsam animam meritum sanguinis passionis, & mortis redemptoris nostri per sancta sacramenta applicare.

1. Pet. 1.
1. Cor. 6.
1. Ioan. 1
Psa. 18.

Et combures illū in separato loco domus extra sanctuarium. Hoc est, non comburetur hic vitulus domi, sed in loco separato à domo extra sanctuarium. Eodem modo in libro Leuitici & numerorum præcepisse deum legimus, vitulum pro peccato immolatū extra castra asporari. Hæc loca interpretans de Christo D. Paulus in epistola ad Hebræos, Quorum animalium, inquit, infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremabantur extra castra. Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus. Exeamus igitur ad eum extra castra impropetium eius portantes: Hæc ille. Idem voluit ipse Christus Iudæis significare, quādo narrauit illis parabolā de patre familias, qui vineam plantauerat, misitque filiū suum ad colonos, qui eum apprehensum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Fuit enim à ciuitate Hierosolyma deiectus, & in monte Caluariæ crucifixus, vbi diuini amoris incendio flagrans, fuit vitulus cælestis in crucis altari pro nobis immolatus. Sed & vnusquisq; nostrum vitulus esse debet totus immolatus in cruce pœnitentiæ, extra ciuitatem mundi, extra castra vanitatū, & deliciarum, extra inanes hominum opiniones, & dimicationes, & cupiditates. Ad hoc nos hortatur Apostolus in epistola ad Romanos, dicens: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiū vestrū. Rationabile obsequium appellat humanum sacrificium, cum homo seipsum immolat deo, ei seruiens & obtemperans. Græcè enim est, latrian logicin. Hoc est, non carnale sacrificium vitulorum mortuorum, & animalium irrationabilium, quemadmodum Iudæi olim offerebant, sed rationale & spirituale nouæ in Christo vitæ sacrificium, sacrificate vos ipsos viuentes & rationales. Id appellat hostiam viuentem, & obsequium rationale. Ac si diceret: non est necesse, vt occidatis vos ipsos, est enim omnibus anima in custodia corporis retinenda, nec iniussu Dei eius creatore ex hac vita discedendum, & vincula carceris frangenda, ne munus assignatum à Deo defugisse videamini, sed occidite impios appetitus, & concupiscentias deprauatas, contemnite voluptates, coercete vanas cogitationes, offerte Deo animā & cor vestrum, & ita mortui quo ad carnem, & viui quo ad spiritum, eritis viuum & rationale holocaustū. Hoc autem obsecrabat Romanor Diuus Paulus dicens: Obsecro vos fratres, quibus verbis fraternam eius charitatem, & profundam animi submissionem ostendebat. Et ne aliquis existimaret satis esse præbere Deo voluntatem, non autem corpus, incipit à corporibus, indicans non satis esse deum colere intus per voluntatem, sed oportere corpora etiā illi immolare per bonorū operum sacrificia, per pœnitentiā & carnis mortificationem. Quibus verbis obiter ostēdit antiquata esse & finita legis sacrificia animalium mortuorum, quę vmbra fuerant Christi occidendi, qui morte sua erat mortem occisurus. Nūc verò mortuo iam Christo, & ecclesia constituta, & humana redemptione celebrata, cessasse iam vetera sacrificia, quoniam apparente veritate necesse est vmbras & figuras disparere. Oportet autem rationabile obsequium, & sacrificium, hoc est, nos ipsos deo immolare. Ità hunc diui Pauli locum Origenes, & Photius, & alij nonnulli exponunt.

Leui. 16.
Num. 19
Heb. 13.
Matt. 21
Rom. 12.

Poterit nihilominus per obsequium rationabile illud intelligere, quod est ad rationis normam directum, & rationabiliter factum. Ita illud interpretatur Augustinus libro decimo de ciuitate Dei, & D. Hieronymus in scholijs: & Theophylactus in commentarijs in illum locum: & post eos diuus Thomas. Nam non satis est bonum opus efficere, nisi illud prudenter & rationabiliter efficias, & personæ, tēporis, ac loci, ordinem & circunstantias obser-

uet iuxta id quod ait in prima ad Corinthios Apostolo. Omnia honestè, & secundum ordinem: fiant in vobis. Hoc est, decenter, & ordinatè, & cum debitis circunstantijs.

1. Cor. 4.

Et mittent sacerdotes super eos sal. In Leuitico sunt hæc verba literis mandata: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies: Et apud Marcum ait dominus: Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur. Et paulò pòst: Habete in vobis salē. Per salē sapientia intelligitur, & prudentia. Nebemus nos deo in holocaustū offerre & perpetuū sacrificiū, sed sapienter & prudenter, vt paulò antè dicebam, iuxta id quod citabā ex Apostolo: Rationabile sit obsequium vestrum. Omnes virtutum actiones debent esse, cum prudentia cōiunctæ. Conquerentibus ciuibus Iericho, & apud prophetam Elisæum sterilitatem aquarum regionis illius lamentantibus dixit diuinus vates: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud salem. Et sale illo aquas reddidit dulces. Aquæ illæ steriles, sunt quædā Mosaicæ sanctiones, quarum superficies, si literam tantùm spectes, nihil habere videtur, quod legētem ædificet, nihil, quod illum oblectet. At si cùm ad legis lectionem accesseris, cor nouum attuleris, sale sapientiæ refertum, in litera occidente spiritū inuenies viuificantem: & id quod sterile tibi & amarum videbatur, in suauitatem & dulcedinem conuertetur. Videbis enim verba illa spirare diuina nouæ legis sacramenta, & bonorum, quæ erant ventura, imaginem gessisse.

Mar. 9.
Rom. 12
4. Reg. 2.
Esa. 11.
Exo. 15.
Matt. 13.

Septem diebus faciet hircum. Hoc est, sacrificabis hircum. Sequitur: Et vitulum de armento. Ex Hebraico potest verti: Et vitulum filiū bouis. Sequitur: Et arietem de pecoribus immaculatos. Dictio, immaculatos refertur ad hircum & vitulum & arietem. Vitulus est corpus proprium, hircus portio sensitiua, aries ratio, quę ductrix est operum animæ, sicut ouium ductor est aries. Omnia hæc debemus deo immolare septē diebus, hoc est, toto vitæ spatio, numerus enim septenarius totū tempus pœnitētiæ designat. Hi sunt septem dies, quibus ad spiritualem circūcisionem perueniturus. Et quibus septem illis donis spiritus sancti ab Esaia capite vndecimo numeratis ornati, perueniemus ad diem octauum, ad resurrectionem vitæ, ad montem æternæ hæreditatis, de quo dicitur in lib. Exodi: Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine. Ibi requiescent, qui hic tempore septenario seipsos deo obtulerint & immolauerint, & vt ait Christus apud Matthæum: Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.

Et implebunt manum eius. Nimirum altaris. Vt manu capimus oblata, in altare capiebat ea, quę in eo immolanda ponebantur. Vel sic: Filij Israelis implebunt manū sacerdotis immolantis. Nam populus animalia sacerdoti ministrabat. Vel sic: Sacerdotes implebunt manum suam carnibus sacrificiorum. In nonnullis enim codicibus pro implebunt manū eius, est ad marginem, implebunt manum suam. Et Septuaginta habent: Et implebunt manus eorum, siue suas.

Et quæ pro pace offerunt. Precantes vt pacem obtineant. Vel gratias agētes pro pace obtenta. Ex hebraico verti potest: pacificas hostias vestras. Solebant quondā veteres, cùm pacem & tranquillitatē consequebantur, hostias deo offerre, quæ dicebantur pacificæ, ad animi gratitudinem pro tam eximio beneficio ostendendam. De ijs ostijs pacificis loquitur diuina scriptura capite vigesimo quarto, & trigesimo secundo Exodi. Et capite tertio, & septimo Leuitici. Et capite 35. libri secundi Paralipomenon. Et alijs in locis.

Exo. 24.
& 32.
Leui. 3.
& 17.
2. Pa. 35

Annotationes ex Hebræo in caput XLIII.

Et in ruinis regum suorum. Non contaminabitur nomen meū, ait deus, in peccatis Hebræorum, & regū ipsorū. Eorū peccata ruinas appellat. In Hebraico pro ruinis est בגרם pighre, à verbo נבר, quod significat ruere, defatigari, & lassum esse, vt primo Regū 20. Subsiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor. Inde deriuatur nomē hoc peglier, quod lassitudinem significat & ruinam, quam significationem secutus est noster interpres. Significat etiā hoc nomen cadauer, vt apud Esaiam: Quasi cadauer putridum. Et Numerorū quatrodecimo: Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Hac ratione ducti Pagninus & Brixianus vertūt: In cadaueribus regum suorū. Videtur alludere diuinus vates ad reges Amon & Manassem, qui fuerunt iuxta templum sepulti in hortis suis: & cadaueribus suis sacra polluerūt. Quicquid enim tūc attingebat cadauer, pollutū manere dicebatur iuxta legis cæremonias, vt constat ex Leuitico & Deuteronomio. Poteris per ruinas intelligere cædes, quas principes & magnates Iudæorum inferebant innocentibus.

1. Reg. 20
Esa. 14.
Num. 14
4. Re. 21
2. Pa. 33
Leui. 11.
Deut. 14.

Huic interpretationi fauet versio septuaginta, ita habens: Non contaminabit vltrà domus Israelis nomen meum sanctū, ipsi & duces eorum in fornicatione sua, & in homicidijs ducum suorum. Pro in ruinis vertunt ἐν τοῖς φονεῦσι, hoc est, in homicidijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et comburet eum in separato loco domus. Pro in separato loco est in hebraico vnica dictio cum præpositione, nempe בְּמִפְקַד be miphcadh, à verbo pacadh, quod significat visitare, vt in psalmo: Visita vineam istam. Significat etiam præcipere, vt apud Esaiã: Dominus exercituum præcipit militiæ belli. Significat etiam recensere. Ideo poterat verti locus ille Esaiæ: Dominus exercituum recenset exercitũ bellicum. Et constituere, vt in libro Numerorũ. 1. Constitues eos super tabernaculum. Eam ob causam locus ille Iob: Visitatio tua custodiuit spiritum meum, potest transferri: Præceptum tuum, vel constitutio tua custodiuit spiritum meum. Idem enim vocabulũ significat visitationem, præceptum, & constitutionem. Illud quoque Ezechielis: Appropinquauerũt visitationes vrbis, verti potest: Appropinquauerunt cõstituti super vrbem. Illud etiam psalmographi: Iustitiæ domini rectæ, transferri potest. Constitutiones domini rectæ. Quare locut hic Ezechielis potest ita cõuerti. Et comburet eum ex præcepto, vel constitutione domus, extra sanctuarium. Ac si dicat, Cõburet eum extra sanctuarium iuxta templi constitutionem. Ita enim erat statutum, vt sacerdotes animalia hæc extra sanctuarium comburerent. Hac ratione ductus Pagninus transtulit: Et comburet eum comburens secundũ præceptum domus extra sanctuarium. Nihilominus tamen dictio hæc locum separatũ significat. Vnde septuaginta habent: Et comburet in loco separato domus extra sancta. Quos hoc loco secutus est Latinus noster interpres. Et meritò quidem, actiones enim virtutũ non in loco publico ad hominum laudem & populi rumusculos aucupandum fieri debẽt, sed in loco separato, iuxta id quod ait dominus: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem vestrũ. Et paulò pòst: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Et paulò pòst: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Non prohibet deus fieri bona opera publicè, quando oportet, oportet autem sæpe, sed ne intentio sit ob gloriam inanem, ad vanam hominum opinionem quærendã, sed ad deum ipsum dirigatur. Ideo ait Apostolus: Siue mãducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite. Vt homo cooperit domi suppellectilia, ne inquinentur, sic cooperire debet bona opera, quæ agit, ne corrumpantur. Mirum est profecto, sed lugendum quidẽ, habere hominẽ domi suæ vestes in apodiscrio rectas, parmam rectam lineo operimento, gladiũ opertum vagina, sagittas pharetra, & sic de cæteris, solùm autem virtutem, si quam habet, detectam. Omnia vult habere cooperta, præter bona opera, in quæ aliquando incumbit, quæ vult omnibus diuulgari. Quo fit, vt pro illis à Deo non recipiat beatitudinis præmium. Ipse enim ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, nimirũ inanem hominum laudem. Vt autem virtutum actiones meritoriæ sint apud deum, debent ad ipsum dirigi, & vanos populi rumusculos vitare. Ideo aut Deus hoc Ezechielis loco, vt sacrificia nostra fiant in loco separato.

Psal. 79. Esa. 13. Num. 1. Iob. 10. Sup. 9. Psal. 18. Matt. 6. 1. Cor. 10 Simile.

Expiabunt altare. In hebraico est pro expiabunt יְכַפְּרוּ recapperu, à verbo chaphar, quæ significat linire bitumine, vt Genesis sexto: Bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Significat etiã placare, & expiare. Id quod habet communis editio in Exodo: Et deprecabitur Aaron super cornua altaris semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato, reddi poterat Latinè in hunc modũ: Expiabit Aarõ, cùm põluerit sanguinem oblatũ pro peccato super cornua altaris semel in anno. Summus enim sacerdos Christus Deus noster scelera nostra expiauit, cùm sanguinem suum oblatum pro mundi peccatis super cornua crucis profudit. A verbo hoc deriuatur nomen chapreth, quod placationem significat, vt in psalmo: Frater non redimet, redimet homo, & non dabit Deo placationem suam. Ac si dicat: Multi erunt tanta imbuti impietate, vt nolint Christi sanguine liberari, & hi à nemine vnquam liberabũtur, nam si Christus, qui ob assumptam humanitatem frater noster est, verus homo, & verus Deus, eos non est redempturus ex parte ipsorum, qui fieri potest, vt purus homo aliquis eos possit redimere? Nemo igitur est, qui perfidos, & impios in sua impietate manentes eripiat, nemo qui aliquid pro illis tribuat Deo, quo illum placare possit. Possunt hæc verba ita ex Hebræo transferri: Fratrem redimendo redimere nõ potest aliquis, nec dare Deo pro vita eius redemptionem, vt sit sensus: Nemo speret se diuitiarum magnitudine cõparaturum alicui, quem amore prosequatur, huius vitæ perpetuitatẽ, non est, qui aliquem possit à morte liberare, nec pretium redemptionis eius deo persoluere, cùm deus ad vitam alicui dilatandam nullis opibus moueatur. Cùm igitur verbum hoc bitumine linire significet, & placare, & expiare, hæc autem vltima significatio sit huic loco congruentior, meritò eam secutus est noster interpres.

Gene. 6. Exo. 30. Psa. 48.

Argu-

ARGVMENTVM CAPITIS XLIIII.

Ostendit diuinus vates, quæ templi porta sit clausa. Iubetur populi flagitia reprehendere. Explicat, qui sint ad templi ministerium admittendi, qui verò reprobandi. Describit sacerdotum officium, qui tanta debent esse animi puritate & magnitudine munici, tam firma rerum humanarum tolerantia roborati, tam validis virtutum mœnibus vndique sepi, vt nullis tentationum oppugnationibus vincantur, nullis hostium machinis expugnentur.

CAPVT XLIIII.

A ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem: & erat clausa. Et dixit dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur: & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam: erit que clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram domino. Per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portæ aquilonis in conspectu domus: & vidi: & ecce impleuit gloria domini domum domini. Et cecidi in faciem meam: & dixit ad me dominus: Fili hominis pone cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de vniuersis cæremoniis domus domini, & de cunctis legibus eius. Et pones cor tuum in vis templi, per omnes exitus sanctuarii: & dices ad exasperantem me domum Israel: Hæc dicit dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eò quòd inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem & sanguinem, & dissoluistis pactum meum in omnibus sceleribus vestris; & non seruastis præcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobis metipsis. Hæc dicit dominus Deus: Omnis alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel.

B

EXPLANATIO.

Et conuertit me. Nimirum ductor meus. Locutus fuit de templo, & de altari holocausti: nunc loquitur de eius oblationibus. Templum & atriũ intra tertium muũ, quod erat intimum, in quo erat ipsum templum: totum hoc appellabatur sanctuarium, sed templũ dicebatur sanctuariũ interius, atriũ verò sanctuarium exterius, quia erat extra templũ. Ait igitur se fuisse conuersum ad viam portæ orientalis atrij interioris, quod atrium appellabatur sanctuarium exterius: quæ quidem porta clausa erat.

Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Capite superiore dictum fuit, ingressum fuisse dominum per portam hanc. Et quoniam gloria domini per eam introierat, nemo poterat ingredi per illam. Oportebat esse portam illam magno affectam honore, & ingente veneratione, quæ tanta dignitate & excellẽtia erat ornata, vt Deus dignaretur per illã introire. Et licèt porta hæc omnibus esset clausa, poterat tamẽ princeps ingredi per eã, & in ea sedere: ideo ait: Erit ipsi clausa principi. Acsi dicat: Erit clausa ad vsum principis: omnibus alijs clausa erit, præterquã ipsi. illo enim eam clausam habebit. Sed quis non videt, portam hãc in domo dei perpetuò clausam, per quam solus Deus ingressus & egressus est, esse sacratissimã dei genitricẽ Mariam, perpetua virginitate præditam, in cuius vtero virgineo Deus humanam carnem ex purissimis eius sanguinibus assumpsit: per quam egressus est Christus nascens in mundo, illa in virginitate sua permanente? Diuus Hieronymus explicans hunc locum per hanc portam semper clausam, hanc sacratissimam semper virginem Mariam intelligit. In eadem sententia est diuus Ioannes Chrysostomus in homilia de Ioanne Baptista, & beatus Ambrosius epistola 81. & sanctus Cyprianus de symbolo apostolorum: & diuus Augustinus tomo decimo sermone secundo natiuitatis domini, & sermone quartodecimo eiusdẽ festi: & Damascenus libro quarto, capite quintodecimo: & Eusebius Emisscenus de natiuitate domini homilia prima: & multi alij doctores. Est igitur hæc porta

Universidad de Deusto
Biblioteca

absque dubio Dei genitrix virgo, ex qua natus est Iesus, qui se hominibus ostendit, & cõmunicauit, & cum illis conuersatus est. Ita
Baruc. 3. de illo prædixerat Baruc propheta: Hic est deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hæc ille. Porta hæc clausa, per quam ille ingressus est, Maria est semper virgo, princeps autem hic, qui per eam ingressus & egressus est, ipse Christus est
Esa. 9. Deus noster, quẽ Esaias principẽ pacis appel-
Apoc. 1. lat, & diuus Ioãnes in Apocalypsi principem regum terræ. Hæc est porta illa orientalis, in
Zacha. 6 quã ingressus est oriẽs ille, de quo dixerat Za-
Iean. 8. charias propheta: Ecce vir: Oriẽs nomen eius: per quã egressa est lux illa, quæ de se ait: Ego sum lux mũdi. In arca Noe erat quædã ianua,
Genes. 6. qua ingrederetur lux, quæ splenderet, non autem aqua, quæ obrueret. Hæc arca imago fuit ecclesiæ catholicæ iuxta Origenis sententiam, quem hac in re secutus est diuus Hieronymus, & viri alij sapientia præstantes. Ianua huius arcæ virgo est Dei genitrix, per quã in ecclesiam ingreditur claritas gratiæ, qua salui sumus, sed nõ aqua culpæ, qua submergamur. Hanc habet naturam vitrea fenestra ob materiam translucidam, vt lucem recipiat, non autem aquam, nec puluerem, ob diaphanitatem
Simile. capax est claritatis, ob soliditatem impenetrabilis, & aquarum expultrix. Et quemadmodum sol per vitream fenestram ingreditur, & egreditur sine ipsius vitri corruptione, sic sol iustitiæ Christus Deus noster in sacratissimo virginis vtero fuit admirabiliter conceptus, & ex ea natus absq; ipsius virginis fractione, mansit enim virgo in partu, & post partum, quemadmodum ante partum. Hæc est, de qua dixerat Esaias: Ecce virgo concipiet, & pa-
Esa. 7. tiet filium, & vocabitur nomen eius Emma-
Matth. 1. nuel: hoc est nobiscum Deus. Hæc porta clausa est in æternum secũdum virginitatem, sed aperta secundum charitatem: illa est enim, per cuius merita & intercessionem viri iusti æternum gloriæ templum ingrediuntur. De ea cecinit diuinus psaltes: Hæc porta domi-
Psal. 117 ni, iusti intrabunt per eam: hoc est per eius meritum & intercessionem. Hæc est porta,
Ruth. 4. in qua factum est matrimonium inter Booz & Ruth, hoc est inter Christum & ecclesiam.
2. Reg. 18 Iuxta hanc portam sedens Dauid audiuit salutem esse exercitum suum, & mortuum hostẽ suum Absolonem. Eam ob causam Ieremias
Ierem. 7. has voces emisit: Stã in porta domus domini. Hæc est porta, cui appropinquans
Luce 2. filius Dei mortuum suscitauit. Nam ideo genus humanum, quod per peccatum mortuũ erat, & ad vitam redijt, quia filius dei humanam assumpsit naturam, ex vtero virginis tan-
Psal. 18. quam sponsus de thalamo suo processit, & exultauit vt gigas ad currendam viam à summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Hæc est porta, de qua ait diuus
Apoc. 4. Ioannes in Apocalypsi: Vidi, & ecce ostium apertum in cœlo. Aperta est porta hæc per charitatem, vt eius precibus & meritis nos introimitteret ad cœlum: sed clausa per virginitatem, vt esset omni puritate prædita, & ab omni corruptione penitus reseruata. Si Habacuc in lacum leonũ deferens Danieli prandiũ ingressus & egressus est, nõ apertis ostijs,
Danie. 13 sed clausis, quo modo beatissima dei genitrix non potuit salutis claustris pudoris concipere, & parere, cum eius filius sit ipse Deus, factus homo? Natus est sol de stella, sol qui occasum nescit, stella, quæ semper tutatur & micat.
Simile. Quemadmodum sydus radiũ profert absque sui corruptione, sic beata Maria filium peperit
Simile. absque virginalis pudicitiæ amissione. Vt adueniente nocte multa sydera apparẽt in cœlo ab oriente ad occasum tẽdentia, sed paruo lumine rutilantia, in aurora verò sole aduẽtante apparet stella fulgentissima, quæ Lucifer, & stella matutina, & sydus auroræ solem præcedens appellatur: sic post peccatum Adæ aduẽniente nocte culpæ astra multa apparuerũt mirum Abel, Enoch, Noe, Abraham, & cæteri patriarchæ & prophetæ, sed omnia hæc astra paruo gratiæ lumine micabant. At temporis plenitudine aduentante, quo erat pater filium suum missurus vt mundum vniuersum diuino splendore illustraret, solem illum iustitiæ Christum deum nostrum, apparuit virgo sacratissima, stella illa matutina, pulcherrima, aurora illa fulgentissima, quæ attulit diuinum solẽ, quæ noctis dispulit tenebras, & admirabilem lucem gratiæ secũ asportauit. Hæc est mater & virgo, quæ verbum peperit intacta,
Cant. aurora illa, de qua est in Canticis literis mandatũ. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens. Extulit eam Deus, quia ipsa se humiliauerat: iuxta id quod ipsa cecinit: De-
Luc. 1. posuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Virgo est & humilis. Audis virginẽ, audis humilem. Si non potes virginitatem humilis imitari, imitare humilitatem virginis: nec dubites de eius virginitate, qui de eius humilitate nõ
Exo. 3. Simile. dubitas. Rubus est ardens, sed sepium non cõburens. Vt verbũ absq; corruptione carnis cõcipitur, & procedit, quin potius cordis corruptio perfecti verbi conceptionẽ non patitur: sic Christus, qui verbum est patris, de quo ait diuus Ioannes: In principio erat verbum, & ver-

& verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum: sine matris corruptione conceptus, & in lucem editus fuit. Cùm caro ita fuerit à verbo sumpta, vt esset caro verbi Dei, æquum erat, vt absq; matris corruptione conciperetur. Vnde in quodam Ephesini cõcilij sermone legitur: Quæ parit carnem puram, à virginitate cessat: sed quia natum est in carne verbum, Deus custodiuit virginitatem, seipsum ostendens per hoc verbum: nec enim nostrũ verbum cùm parit, corrumpit mentem, nec Deus verbũ sub stantialem patrem eligens peremit virginitatem. Et D. Augustinus, Fas, inquit, non erat, vt per eius aduentũ violaretur integritas, qui venerat sanatum corpus. Ait Innocẽtius tertius vir omni sapientia & nobilitate præditi, pontifex maximus, & refert diuus Antonius quarta parte theologali, fuisse quondam Romæ templum pici dedicatum, quod Gentes illæ à fide alienatæ æternum esse existimabant, quòd dixisset Apollo fore, vt nunquam rueret, nisi cùm virgo quædam pareret inuiolata virginitate permanente. Cùm autem illæ hoc fieri posse non crederent, ædificium illud templum perpetuitatis appellarunt. Ac nocte illa, qua Christus natus est, corruit templũ illud, & fuit funditus euersum, quia scilicet virgo Dei genitrix filium tunc peperit permanens intacta. Refert etiam eodem loco diuus Antonius citans diuum Thomam, in sepulchro cuiusdam Gentilis, qui ante aduentum Christi migrauerat è vita, fuisse sub capite defuncti inuentam laminam, in qua erant hæc verba literis exarata: Christus nascetur de virgine Maria, & credo in eum: O sol iterum me videbis Constantini & Hyrenæ temporibus. Et ita euenit: nam imperium obtinente Constantino quodam filio Hyrenæ, qui multos post annos à Constantino Maximo imperauit, fuit sepulchrum illud reseratũ, & lamina hæc reperta. In psalmo, vbi nos habemus iuxta versio-
Psal. 109. nem septuaginta: Ex vtero ante luciferum genui te: potest esse, si verba verbis ex hebraico in latinum sermonem reddideris: Ab vtero au-
Mat. 22. toræ tibi ros generationis tuæ. Loquitur cœ-
Mar. 12. lestis pater cum filio suo vnigenito Christo
Luc. 20. Deo nostro, vt ipse Christus apud euangelis-
Hebr. 1. tas testatur: & diuus Paulus in epist. ad He-
1. Cor. 15. bræos: & in prima ad Corinth. Et diuus Pe-
Act. 2. trus in Actis Apost. Ait igitur filio: Ab vtero auroræ, hoc est, à ventre virginis sanctissimæ
Simile. tibi ô Christe est corpus generatum. Vt enim rerum vapor vi solis fertur in sublime, atque ibi sub aurora concretus conuertitur in rore, qui decidens terram reddit fertilem & lætã: sic purissimus sanguis virginis gloriosæ Mariæ virtute spiritus sancti vterum influens sine vlla virilis seminis commistione concreuit in corpus Domini nostri Iesu Christi, qui editus in lucem terram gaudio affecit, & generi humano spiritualem fœcunditatem tribuit, vt vberes virtutum fructus produceret. Id mentis oculis intuens Esaias Christi conceptum & ortum ex vtero virgineo cum rore ijs verbis comparauit: Rorate cœli desuper, & nubes *Esai. 45.* pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Aspicis igitur Christum Deum nostrum paritatis amatorem ex purissima virgine natum fuisse. Ille, qui potuit ad discipulos ingredi, ab illisq; egredi ianuis clausis, vt sa-
Ioã. 20. crum testatur Euangelium, potuit ex virginis vtero exire pura virginitate permanente. Et licet euangelium silentio pertranseat, est tamen piè credendum illum prius matri, quàm discipulis apparuisse, ad eamq; fuisse foribus clausis ingressum. Sol cùm primum oritur, apparet in monte altiore, eundemque radijs illustrat, postea alijs locis claritatem suam ostendit: ita sol iustitiæ Christus deus noster, ex cuius splẽdore procedit alius splẽdor, de quo ait per diuinum suum vatẽ cœlestis pater. Vobis timẽ-
Mala. 4. tibus nomen meum orietur sol iustitiæ: ita resurrectione sua prius apparuit sacratissimæ virgini Mariæ, quam affecit gaudio inenarrabili, montemq; illũ illustrauit, omnes alios mõtes celsitudine, virtute & charitate vincẽtem, ipsosq; angelos puritate superantẽ. Ea est mõs ille sublimis, ex quo iuxta Danielis oraculum *Dani. 2.* abscisus est lapis sine manibus, qui vniuersum orbẽ terrarũ adimpleuit: quoniam ex ea genitus est Christus absq; virili opere, sed spiritus sancti virtute, qui est lapis ille, quẽ reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli, *Psa. 117.* qui ideo dicitur totam terram adimplouisse, *Mala. 2.* quia fuit eius sanctissimũ nomen per cunctas nationes fama celebratũ. Cùm igitur sanctissima Dei genitrix virgo sit ob eximiã sanctitatẽ mons omnium altissimus, illi prius sol iustitiæ summus & sempiternus in die reditus sui ad vitam pulcherrimus apparuit, & postea multis alijs, quemadmodũ diuinæ literæ contestãtur. Et vt verbis vtar diuinæ scripturæ, refulsit *1. Mal. 6.* sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerũt mõtes ab eis. Sed prius Oriens illustrauit portam hanc orientalem clausam in æternum: hoc est, Mariã semper virginẽ, de qua hoc loco loquitur Ezech. Poteris per hanc portam clausam ante Christi aduentũ sacram intellige re scripturam, quam Esaias librum signatã vocat, sed eam Christus reseranit, vt D. Ioannes *Esai. 29.* in Apocaly. multis verbis testatur. Ipse est enim agnus ille, qui librũ septem sigillis signatũ, quẽ nemo aperire poterat, aperuit: de quo *Apoc. 5.* aiebant duo discipuli. Nonne cor nostrũ ar-
Luc. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens etat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? De eo ait eodem capite diuus Lucas: Tunc aperuit illis sensum, nempe discipulis suis, vt intelligerent scripturas. Præterea poteris per portam hanc intelligere cœli ianuam vsque ad Christum clausam, quam ipse Christus claue crucis suæ aperuit: quam ob causam dixit in Actis diuus Stephanus: Video cœlos apertos. Et de diuo Petro ait in ijsdem Actis diuus Lucas: Vidit cœ-
Act. 7. Act. 10. lum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum. Et quãuis locus hic Ezechielis omnes has interpretationes recipiat, existimo tamen illarum primam præstantiorem esse, aliasque nõ esse cum ea conferendas: continet enim sententiam pietatis plenissimã, & diuini vatis instituto congruentissimam, & quamplurimis sanctorum patrum testimonijs confirmatam. Voluit absq; dubio diuinus vates per hanc portam perpetuò clausam Dei genitricis Mariæ virginitatem perpetuam prædicere, eamque monimentis nunquam interituris consignare.

Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. Princeps poterit in templo comedere partem suam sacrificij & oblationis, quam hic diuinus vates intelligit per panem: siue sit panis, siue quis alius cibus. Ita intelli-
Leu. 21. gitur locus ille Leuitici: Sacerdotes sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt. Sed quoniam per hunc principẽ Christus intelligitur, poteris per panem hunc euangelicam intelligere doctrinam, quã ipse Christus comedit, & alijs tradidit comedendam, docens alios, & id, quod docebat, efficiẽs. Ad
Luc. 14. huius panis conuiuium nos inuitat ipse Dominus, dicens: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent. At si nos ad eam accedere recusamus, ille ad
Apoc. 3. nos venit, dicens in Apocal. apud Ioannem: Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo. Intuere obsecro Dei nostri bonitatem: inuitat nos ad se, cùm autem eius cœnam contemnimus, ipse nos quærit, & cordis nostri fores pulsat, vt nobiscum cœnet: Ipse autẽ secum fert dulcem epulas, & excellentes dapes. O admirabilem Dei nostri pietatem, ô singularem salutaris nostri clementiam! De hoc admirabili conuiuio ea poteris videre, quæ capite quadragesimoprimo diximus, verba illa explanan-
Sup. 14. tes: Hæc est mensa coram Domino.

Per viam vestibuli portæ ingrediebatur, & per viam eius egrediebatur. Quicũque in templũ ingrediebantur per vnam portam, debebãt egredi per aliam, præter principem, qui vna & eadẽ porta ingrediebatur, & egrediebatur. Quã de re infrà differemus capit. 46. Christus ingreditur in tẽplum, vt eos illuc ducat, qui per se introire non possunt: & egreditur ad quærendos alios, quos illuc etiam adducat. Eodẽ mo-
Gene. 28. do per scalam Iacob angeli ascẽdebant & descendebant: ascendebant ad ducendos quosdam, descendebant ad quærendos alios.

Et ecce impleuit gloria Domini domũ Domini. Hoc est, res illa admirabilis, fulgẽtissima & illustrissima, quæ Dei gloriã repræsentabat impleuerat totum templũ. Voluit significare fore, vt Christi splẽdor totã Ecclesiã illustraret. Tempore synagogæ fuit aliqua ostẽsio gloriæ domini, sed adueniẽte Christo omnis illa gloria disparuit: non quòd esset in nihilum redacta, sed quia tanta fuit Christi charitas, vt cõparatione eius illa alia non appareret. Quem-
simile. admodũ adueniente claro & splendido sole lux stellarũ non apparentific adueniente Christo, & coruscante euangelio, cessauit legis veteris splendor. Cùm enim accedit perfectum, destruitur quod est imperfectum.

Et cecidi in faciem meam. Nẽpe ex humilitate & animi demissione: non enim se dignum esse existimabat, qui tamã gloriam intueretur. Vel cecidit perterritus visa tãta maiestate. Sẽper cadit in faciem suam, nũquam retrorsum. Quæ de re alibi diximus.

Et dixit ad me Dominus. Pro Domino est in hebraico iehouach, nomen Dei tetragrammaton, quod soli conuenit deo. Deum vocat virum illum, qui templum illud construxit, illudque ostendebat: nec mirum, cùm vir ille Christus esset, vt cap. quadragesimo copiosè ostendimus.

Pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Priusquã ei dicat, vt videat, & audiat, eum hortatur, vt cor apponat: parũ enim ei prodesset videre & audire, nisi cor apponeret. Cor apponere, est oculos mentis aperire, eiusque aures præbere, diligenter aduertere, & animũ ad harum rerum contẽplationem cũ bona intentione dirigere. Ideo Christus ait: Qui ha-
Luc. 8. bet aures audiendi, audiat. Aures animi, & cordis oculos quærebat, sine quibus parũ prodest oculos & aures corporis habere. Impij Iudæi Christum videbant, & audiebant, sed quia nõ apponebãt cor ad illum, minimè cõuersi sunt: quin potius nefandæ ei intulerunt manus, eumque in discrimen capitis impiè vocarunt.

De vniuersis cæremonijs domus Domini, & de cunctis legibus eius. Non solùm volo, vt cæremonias intelligas & serues, sed quod maius est, leges bene viuendi, quæ sunt diuina præcepta. Perfectio est præcepta dei, & bonas cæremonias

monias custodire, sed contemnere præcepta & euangelica consilia, totam autem religionẽ velle constituere in cæremonias, impium est, & hominum parum considerate cogitantium, ipsaque religionis intemperanter abutentium.

Simile. Vt virga recta in manu iudicis signum est iustitiæ rectæ, sic rectæ cæremoniæ signa sunt rectæ religionis, & quemadmodum vituperãdus est iudex, qui cùm sit iniustus, totam dignitatẽ suam in rectitudine virgæ constituit, ferés manu virgam rectam, intus autem conscientiam obliquam, sic ille improbandus est, qui cæremoniarum specie gloriatur, ab earum rectitudine non discedens, in illisque totam religionis substantiam ponens, cùm tamẽ intus sit sceleribus inquinatus, omnique religione destitutus. Huiusmodi hominẽs vocat Christus sepul-
Mat. 23. chra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorũ, & omni spurcitia, quoniam hi nullam veræ religionis, germanæque iustitiæ solidam ex præsamque substantiam tenent, vmbra solùm & signis quibusdam exterioribus vruntur. Tota eorum vita nihil aliud est, quàm externa dealbatio, intus autem tetra ac fœda vitiositas. Oportet virtutem colere, & veram religionem
Simile. custodire, & præterea vti vitijs, & honestis, & pulchris cæremonijs. Vt enim arboris cortex etsi fructum non proferat, illum tamen ornat & sustentat, sic cæremoniæ, licẽt non in illis substantia consistet religionis, eam tamen decorant & conseruant. Quam ob causam qui
Simile. religionem profitemur, non debemus cæremonias spernari. Vt mali persici exterius comedimus, interiorem verò nucleum duro cortice coopertũ foras proijcimus, sic laici nostra comedunt exteriora, interiora verò non curant, quia nec ea vident, nec intelligunt, sed cæremonijs nostris rectè dispositis ædificãtur. Nos verò etsi vtrunque colere debeamus, interius tamen pluris æstimemus, quoniã etsi dura mali persici nux foris proijciatur, illa tamen præstantior est & excellentior carnoso pomo, quoniam semen est, vnde procedit planta, quæ persica mala producit. Cùm enim arbor caduca sit, producit ex se semen, quo arborem generet sui similem, vt quæ se non potest perpetuò seruare individuo, se saltem conseruet in specie. Et hoc modo ita efficiente natura sui perpetuitatem promittit. Ex quo efficitur, vt si quis semen aliquod integrum comedat, non illud dentibus terens, nunquam illud digerat in stomacho, nõ vult enim natura, vt semen illud integrum digerat, quod ipsa ad perpetuitatem speciei produxit.

Et pones cor tuum in vijs templi. Id est, omnes vias templi, quas tibi ostẽdi, considera, in animo versa, & memoria repete, quoniam Ecclesiæ spirant sacramenta. Fortasse ponere cor in vijs templi, est obseruare, ne aliquis per hæresim egrediatur ab Ecclesia, neve hæreticus aliquis se inter catholicos intromittat, vt eos corrumpat dogmate aliquo pestilente. Vel est diligenter attendere, ne indigni ad sacerdotium admittantur. Id autem ad præsules pertinet Ecclesiasticos. Vel sic: Intuere omnes vias templi per omnes exitus illius, & videbis multos Gentiles à fide alienos, & sceleribus imbutos ingredi in loca sancta, in quę non licet nisi sacerdotibus introire. Reprehendit Deus Iudæos, quòd cum Gentilibus haberent communicationem contra id quod illis præceperat in lege, vt constat ex .34. capite Exodi: &
Exo. 34. quòd eos ad intimum templi sui admisissent, cùm ingredi non possent nisi in primum atrium. Hanc existimo esse germanam huius loci
3. Reg. 8. interpretationem.

Sufficiant vobis omnia scelera vestra. Id est, hactenus ô Israelitæ nefanda scelera perpetrastis, cum alienigenas introduxeritis in templũ, qui illud irridrent, & permittentibus vobis idolis suis pollucrent, ibique detestanda flagitia committerent. Nolite amplius vos ipsos vt tijs cõtaminare, cessate à crimẽnibus, nolite materiam præparare incendio futuro. Sunt enim, qui scelera cumulant sceleribus propter spem impunitatis, quæ est maxima illecebra peccãdi. Eã ob causam quos ipsa virtus in officio retinere nõ potest, ij magnitudine pœnæ à scelere separari debent. Nihil periculosius impunitate, quoniã ad deteriora inuitat. Ideo aiebat
Eccle. 5. Ecclesiasticus: Non adijcias peccatũ super peccatum, & ne dicas: Miseratio Dei magna est. Et
Esai. 5. Esaias: Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatũ.

In circuncisos corde, & incircuncisos carne. Aspicis hic apertè duplicem esse circuncisionẽ, alteram corporis, alteram animi.

Et offertis panes meos. Loquitur de panibus propositionis, quos sacerdotes in templo offerebant. De illis ait ita Deus in Exodo: Ponesque
Exod. 25 super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Vel per panes intelligit omne oblationũ genus, siue carnes essent, siue panes, siue fructus. Solet enim diuina scriptura nomine panis cibos omnes significare, vt alibi ostẽdimus. Nõ eò Deus reprehendit Hebræos sacerdotes, quòd ei offerrẽt panes, sed quòd illos in mortifero peccato offerrẽt. Polluentes Dei tẽplũ, in illudque admittẽtes Gẽtes à fide alienas, atque diuina iura violãtes Deo ex more panes offerebãt. Eodẽ modo non prohibet Deus Christianis sacerdotibus sacrũ facere, & missam celebrare, cùm ei sit sacrificiũ hoc gratissimum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimum, sed illis prohibet ne ad altare accedant cum mortiferi criminis cõscientia. Ideo
1.Cor.11. ait Apostolus. Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Si Deus legis veteris sacerdotes reprehẽdit, quod cõtaminati nefario scelere panẽ propositionis offerebant, qui erat vmbra quædã sancti eucharistiæ sacramenti, quanto maiora reprehensione digni erunt nouæ legis sacerdotes, si flagitijs pestilentibus attricti missam celebrauerint & sacramentum corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi cõfecerint? Non enim panem propositionis offerunt, sed panem viuũ,
Iosu. 6. qui de cœlo descendit, non vmbram, sed veritatem, non falsam imaginem cibi, sed eum, qui ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis
Ioan. 6. meus verè est potus. Facta autem consecratione non remanet in sacramento hoc forma substantialis panis, sed in corpus Christi conuertitur, fitque admirabilis trãssubstantiatio, & sub qualibet parte hostiæ cõsecratæ est totus Christus verus Deus & verus homo. Hoc sanctissimũ sacramẽtum, quatenus in eo Christi passio
Ephes. 5. representatur, qua se, vt ait in epistola ad Ephesios D. Paulus, obtulit hostiam Deo, rationem habet sacrificij, & verum est sacrificium, quatenus verò traditur gratia inuisibilis, habet rationem sacramenti, & verum est sacramentũ, ad quod nec sacerdotes, nec laici cum conscientia lethalis flagitij accedere debent.

Et posuistis custodes obseruationum mearũ in sanctuario meo vobis metipsis. Hoc est, constituistis custodes & ministros obseruationũ mearum in templo, homines Gentiles ob vtilitatem vestram. Non aduertitis sint ne mundi an immundi, dummodo vobis seruiant, & ad cõmodum vestrum respiciãt. Anteponebant propriam vtilitatem Dei obsequio & honori, vt valerent, cùm dicat Salomõ in Prouerbijs: Fili
Prou. 7 honora dominum, & valebis. Aliud existimabant esse commodum, aliud virtutẽ, existimãtes posse commodum esse absque virtute, qua in re grauiter errabant. Peruertũt mortales ea, quæ sunt fundamenta naturæ, cùm vtilitatem ab honestate seiungũt. Qui enim fieri potest, vt sit vtile, quod perniciem secum affert sempiternam? Quod honestum est, id certè vtile, quod autem honestum non est, id vtile, vt sit, effici non potest, aduersante & repugnante natura. Sed ex vtilibus illud est præstãtius, quod
2.Mac. 4 est communius. Vnde in libro Machabæorum secundo, capite quarto scriptum legimus: Cõmunem vtilitatem apud te vniuersæ multitudinis considera. Vel sic: Posuistis in templo homines, qui viderent, vtrum mea præcepta custodirentur, vobis metipsis, hoc est ob vtilitatem vestram, vt ex illis, qui præcepta mea nõ seruarent, pecunias extraheretis.

Omnis filius alienus. Hoc est, idolorum cultor.

Sed & Ieuitæ, qui longè receſſe- C
runt à me in errore filiorum Israel, & errauerunt à me post idola sua, & portauerunt iniquitatem suam, erunt in sanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus, & ministri domus. Ipsi mactabunt holocausta & victimas populi, & ipsi stabunt in conspectu eorum, vt ministrent eis. Pro eo quòd ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculũ iniquitatis. Idcirco leuaui manum meam super eos, ait dominus Deus: & portauerunt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me, vt D
sacerdotio fungantur mihi, nec accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua, quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & vniuersis, quæ fient in ea. Sacerdotes autem & leuitæ filij Sadoc, qui custodierunt cæremonias sanctuarij mei, cùm errarent filij Israel à me, ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait dominus meus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrẽt mihi, & custodiant cæremonias. Cumque E
ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur, nec ascender super eos quicquam laneum, quãdo ministrant in portis atrij interioris, & intrinsecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & fœminalia linea erunt in lumbis eorum, & nõ accingentur in sudore.

Sed & leuitæ qui longè recesserunt à me. Omnes sacerdotes erant leuitæ, hoc est de tribu Leui, sed non omnes leuitæ aucti erant sacerdotio,

dotio. Nunc loquitur de leuitis sacerdotibus, qui cùm populus incideret in idololatriã, ettam corruerunt, & idola coluerunt. Et ob causam ait Deus, eos ampliùs nõ esse sacerdotio functuros, sed futuros esse custodes & ianitores, non enim metebantur munus sacerdotale exercere, sed officia infima, qualia erant custodum & ianitorum. Debent enim sacerdotes
Psal. 131 indui iustitia, & puritate, iuxta id quod ait scriEsai. 52. ptura: Sacerdotes tui induantur iustitia. Et illud: Mundamini, qui fertis vasa domini. At hi sacerdotes legem Dei neglexerant, seque vitijs contaminauerant, de quibus dixerat Deus per
Sup. 22. Ezechielem cap. 22. Sacerdotes eius contẽpserunt legem meã, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam.

Et portauerunt iniquitatem suam. Hoc est, fuerunt ob flagitia sua puniti. Portare iniquitatẽ est luere pœnas sceleris. Hebraismus est in diuinis literis satis frequens.

Ipsi mactabunt holocausta & victimas populi. Hi sacerdotes sceleribus imbuti, quãdo populus à me defecit, & vanè coluit idola, ministrabant ei sacrificantes falsis dijs holocausta & victimas, quas populus dæmonijs offerebat. Nõ solùm populi idololatriam non vituperarunt, sed illi adhæserunt: Quidam codices habent: Mactabunt. Et tunc erit sensus: Non exercebunt munus orandi, & sacrificandi, sed solùm occidendi victimas, quod est inter omnia infimum.

Idcirco leuaui manum meam super eos. Hoc est, cã ob causam eos graviter puniui. De hoc hebraismo alibi diximus.

Sacerdotes autem leuitæ filij Sadoc. Sadoc idẽ est quod iustus, & re vera fuit Sadoc nomine & factis. Hic fuit in summo sacerdotio constitutus abiecto Abiathare, cùm regnum obtineret Salomon, vt licet videre tertio libro Regum. Aspicis hoc loco in templo Ezechielis re-
3.Reg. 3. probatos fuisse sacerdotis filios Leui, & approbatos filios Sadoc, quoniam futurũ erat, vt in Ecclesia catholica reprobatis legis veteris sacerdotibus, eligerentur sacerdotes euangelici, filij Sadoc, hoc est filij Christi, qui fuit verus Sadoc, verus iustus, cuius ille antiquus imaginem gerebat. Hic est iustus ille, de quo dixit
Zach. 9. Zacharias propheta: Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Fuit enim Christus rex & sacerdos, quam ob causam fuit in Melchisedec rege Salem & sacerdote altissimi adumbratus.
Psal. 109 De quo cecinit diuinus psalter: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Sacerdotis officium est diuinis sanctæ religionis mysterijs, terumque salutarij scientia homines instruere, eorumque scelera sacrificio expiare, ac ad Deum pro illis pias fundere precationes. Regis autem officium est rempubliceam rectè gubernare, eamque iustitia & pace conseruare, & ab hostibus tueri. Hæc munera in solo Christo perfecta, & omnibus numeris absoluta reperiũtur. Hoc intuẽs D. Paulus in epistola ad Hebræos hunc psalmi gra- Hebr. 7.
phi locum de Christo interpretatur. Huius diuini sacerdotis filij appellantur verè Christia- Ioan. 1.
ni, iuxta id quod ait D. Ioãnes: Quotquot autem eum receperũt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. In morte Heli & Abiatharis, & constitutiõe Samuelis & Sadoc voluit Deus ostẽdere antiquandum esse & penitus euiendum legis veteris sacerdotium, & euangelicum cõstituendum, quod eodẽ modo de regno fuit in reprobatione Saulis, & electione Dauidis adũbratum. Cùm enim mutaretur testamentum, oportebat mutari sacerdotium, vt iã non esset sacerdotium temporale, sed æternum. Id significare volẽs diuina scriptura, ait, Christi sacerdotium fuisse iuramento confirmatum, vt indicaret æternum fore, dicens in psalmo: Iura- Psal. 109
uit dominus, & non pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Aaronis autem sacerdotium, quoniã erat commutandum, non fuit iureiurando constitutum.

Ipsi accedent ad mensam meam. Hæc est mensa illa, de qua dictum fuit cap. 41. Hæc est mensa coram domino. Sup. 41.

Vestibus lineis induentur. Signum, vt desiniũt philosophi, est quod aliud sensui, aliud intellectui repræsentat. Vestis illa sacerdotalis repræsentabat sensui esse lineã & candidam, sed intellectus iudicabat eam animi candorem significare. Eodem modo Christiani sacerdotes in Ecclesijs lineis vestibus superinduuntur, animi puritatem, quæ in sacerdotibus requiri- 1.Pet. 2.
tur, significãtibus. Et quoniam Christianus populus est, vt ait Diuus Petrus, genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis, oportet Christianos omnes vestibus Coloss. 3.
candidis indui, expolientes, iuxta Diui Pauli sententiam, veterem hominem cũ actibus suis & induentes nouum. Audiamus eundem Apostolum dicentem: Induimini dominum Ie- Rom. 6.
sum Christum. Et alibi: Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ Coloss. 3.
humilitatem, modestiam, patientiam. Id dixerat ijs verbis Esaias: Induere vestimẽtis gloriæ Esai. 52.
tuæ Ierusalem. Vt in cœlestem patriam ingrediamur, ijs vestibus albis indui debemus. Vi- Apoc. 4.
ginti quatuor seniores, quos vidit Diuus Ioannes in cœlo in thronis sedentes, erant, vestimentis albis circumamicti, & illi similiter, qui Apoc. 7.
stabant ante thronum in conspectu agni, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

palmas manu tenentes diuinum numen pleno ore laudabãt.

Vittæ lineæ. Id est mitræ, siue thyaræ. Per has vittas albas habendas in capite significatur cãdor sapientiæ in intellectu, vel gratiarum corona iuxta Diuum Hieronymum. Vnde dicitur in libro Sapientiæ. Iusti accipient diadema speciei de manu domini. Sap. 5.

Et fœminalia lineа. Per quæ significatur cõtinentiæ virtus. Hæc tria, nempe vestes lineæ, vittæ lineæ, & fœminalia, iussa sunt fieri sacerdotibus, vt constat ex capite vigesimooctauo libri Exodi. Exo. 28.

Et non accingentur in sudore. Id est, non accingentur adeo arctè & strictè, vt grauentur labore & sudore. Vel sic, accingant se sacerdotes, sed non cùm sudauerint, ne vestes sacerdotales coinquinentur sudore. Volebat Deus, vt vestes illæ, quibus animi puritas significabatur, puræ essent, & ab omni macula seruatæ.

Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimentis alijs: & non sanctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non rãdent, nec comam nutrient, sed tondentes attondent capita sua. Et vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Et viduam & repudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine domus Israel. Sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient: & populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum: & inter mundum & immundum ostendent eis. Et cùm fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt. Leges meas & præcepta mea omnibus solennitatibus meis custodient, & sabbata mea sanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, filium & filiam, fratrem & sororem, quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei, & in die introitus sui in sanctuarium ad atriũ interius, & ministrent mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait dominus Deus. Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel: ego enim possessio eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus, quæ offeruntur, sacerdotum erunt. Et primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ. Omne morticinum & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes. Leuit. 21 F G Deut. 18. Num. 18 Exod. 22 Leui. 22

Cumque egredientur atrium exterius. Subaudi, ex atrio interiore. Totum hoc fuit suprà expositum, cap. 42. Sup. 42.

Non sanctificabunt populum in vestibus suis. Id est, non exibunt in vestibus sacerdotalibus ad benedicendum populo, sed in vestibus cõmunibus.

Caput autem suum non radent, nec comam nutrient. Hoc est, habebunt capillos, sed rosos & mutilatos. Non erunt compti capilli, nec madentes cincinnorũ fimbrię. Id autem, quod est capite octauo Numerorum scriptum, vbi Deus præcepit sacerdotibus radere pilos, intelligitur de pilis corporis, non autem de pilis capitis. Per capillos capitis intelliguntur opes. Vult Deus significare, posse sacerdotes habere necessaria, sed non superflua. Opus est superuacanea resecare. Audiant Diuum Paulum dicentem: Habentes alimenta, & quibus tegimur, ijs contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. In libro Numerorum sunt hæc verba literis mãdata, quæ Deus dixit sacerdotibus: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Et paulò pòst: Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Et in hoc eodem capite apud nostrum Ezechielem: Non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum. Non nego posse sacerdotes Christianos diuitias habere, sed ita eas habere debẽt, vt solum necessaria sumant: cætera debent inter pauperes, & Christianæ pietatis atque religionis opera distribuere. Hoc est enim præsulum officium, vt & spiritualiter, & corporaliter omnibus prouideant. Sed væ illis, qui clauem arcularum thesauri nemini audent tradere, sed in brachio portant, clauses autem animarum alijs sacerdotibus committẽt indoctis & flagitiosis. Nõ tamen me fugit, multos esse sacerdotes & antistites in ecclesia catholica, præcipuè in nostra hac Lusitania, qui mundi vanitatibus neglectis veram colũt pietatem, diuini cultus amatores, visceribus misericordiæ erga pauperes induti, religionum patroni, humilitate cõspicui, sapientia insignes, sancto fidei zelo ardentes, & diuina charitate flagrantes. Num. 18. 1. Tim. 6. Num. 18.

Virum non habet omnis sacerdos, quando ingressurus est in atrium interius. Hoc habetur Leuitici capite decimo. Si tanta sobrietas & abstinentia requirebatur in sacerdotibus legis veteris, quantò maior requiretur in sacerdotibus nouæ legis, vbi maior est puritas & excellentia? Leui. 10.

Et viduã, & repudiatam. Id est, non ducent vxorem, nisi virginẽ. Hoc habetur capite 21. Leuitici. Sacerdotes nouæ legis non accipiẽt synagogam, quæ à Christo recessit, & fuit ab illo repudiata. Leui. 21.

Et cùm fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis. Sacerdotes sententiam ferebant de rebus ad legem dei pertinentibus. Vnde ait Aggæus propheta: Interroga sacerdotes legem. Et Malachias: Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Cùm inter Iudæos erat aliqua controuersia, veniebant ad summum sacerdotem, qui vocatis alijs sacerdotibus dissensionem diremebat. Illud autem, quod ille iudicabat, firmiter tenebatur. In libro Deuteronomij sunt hæc verba literis testata. Si difficilẽ & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, leprã & lepram, & iudicum inter portas tuas videris iudicium variare, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tẽpore, quæsesque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies, quod dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: sequerisque sententiã eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille. Hæcibi. Aspicis apertè in synagoga non omnes causas, sed difficiliores fuisse ad summũ sacerdotem relatas, & supremũ illud iudicium senatum sacerdotum habuisse, sed vnum esse summum iudicem, vnum summum sacerdotem, qui authoritate sua sententiam ferebat: à quo nulla penitus erat appellatio. Nam alioquin nulla esset in republica illa pax, nulla tranquillitas, nulla firmitudo, nulla concordia. Ex quo sequeretur, vt citò rueret, & in se diuisa subitò desolaretur: iuxta Dei nostri sententiam: Omne regnum in se diuisum desolabitur. Necesse fuit ad illius reipublicæ conseruationem esse vnum caput, vnum iudicem supremum, vnum summũ pontificem, qui difficiles causas iudicaret, à quo nemo posset appellare. Si Deus synagogę prouidit, tribuens ei vnum pontificem maximum, qui vltimam ferret sententiam, ne tota corrueret respublica illa, qui fieri poterat, vt Ecclesiæ non prouideret, quam suo sanguine acquisiuit, quam admirabili amore prosequitur, pro qua vitam in crucis ara profudit? Thronus ille antiquus cathedræ Apostolicæ imaginem gerebat, & supremus ille sacerdos & iudex summum nostrum pontificem adumbrabat vniuersalem totius Ecclesiæ pastorem & magistrum, ad quem pertinet controuersias de fide & religione componere & definire. Si nauis absque nauclero gubernari nõ potest, si humanum corpus absque capite non existit, si ouile absque pastore direptioni cõmittitur, si ciuitas absque gubernatore euertitur, & ad excidium & vastitatem vocatur, qui fieri potest, vt Ecclesia catholica sit nauclero, capite, pastore, & gubernatore destituta: cùm sit nauis, & corpus, & ouile, & ciuitas super montem sita, vt literæ diuinæ testantur? Est igitur confitendum & profitendum, Romanum pontificem, qui re vera est immediatus Christi vicarius, & Petri Apostolorum principis successor, & totius Ecclesiæ caput, habere supremam in Dei Ecclesia potestatem & authoritatem: ad ipsumque esse maiores & difficiliores causas deferendas, vt ipse eas definiat, & quæstiones dirimat, & absoluat. Hoc asserit apertè Anacletus epistola prima de oppressione Episcoporum. Tertia autem epistola de patriarchis & primatibus hæc verba literis mandauit: Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est. Euaristus, Ad sedem, inquit, Apostolicam tanquam ad caput sunt dubia referenda. Idem asserunt Sixtus primus & Eleutherius ad ecclesias scribẽtes Gallicanas. Pius primus in epist. ad omnes Ecclesias, Victor in epistola ad Theophilũ, Zepherinus in Matt. 12. Luc. 11. Similia Mar. 4. & 6. Ephes. 1. Coloss. 1. Ioan. 1. Matt. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

epistola ad episcopos Sicilianos, Marcellus in epistola ad episcopos Antiochiæ, Eusebius ad episcopos Campaniæ & Tusciæ, Melciades ad Hispaniarum episcopos, Iulius primus ad episcopos orientales. Sed ne aliquis dicere possit me in summorum pontificum authoritatem ipsos summos pontifices citare, referã nonnullas antiquorum doctorum authoritates. Idem tenet Irenæus libro tertio aduersus hæreses capite tertio, Hieronymus in epistola ad Damasum. Augustinus contra epistolam Manichæi capite quarto, & in epistola 162, ad Glorium & Eleusinum: & in Ioannem tractatu quinquagesimo sexto. Cyprianus in epistola prima ad Cornelium: & tractatu de simplicitate prælatorum. Ambrosius in libro de excessu fratris sui capite septimo, & sermone quadragesimo septimo, de fide Petri. Cyrillus in Thesauro à diuo Thoma citatur. Et alij propè infiniti. Sed ne hæretici dicant, me hoc authoritatibus hominum singularium probare, qui in errores incidere potuerint, concilia & totius vniuersalis Ecclesiæ sanctiones citabo. Capite decimooctauo cõcilij Nicæni sunt hæc verba literis mandata: Omnes Episcopi in causis grauioribus liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas antiqua Apostolorum authoritas reseruauit. In Concilio Chalcedonensi: Venerantur secundum scripturas, & canonum definitionem sanctissimum antiquæ Romanæ Episcopum primum esse & maximũ episcoporum. Et infra: Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimum Episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipsi soli libera potestate loco Dei sit ius discernendi secundum claues à Domino sibi datas, & omnia ab eo definita teneantur tãquam à vicario apostolici throni. Aliud horum veritatis testimonium extat in quinta synodo generali apud Constantinopolim celebrata in sententia contra Anthymũ. Aliud in sexta synodo generali, actione quarta. Aliud in concilio Lugdunensi sub Gregorio. Aliud in concilio Lugdunensi sub Innocentio quarto. Aliud in concilio Florentino, cuius ad literam hæc sunt verba: Definimus sanctam apostolicam sedem, & Romanum pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem & doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi & gubernandi vniuersam Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, sicut in gestis œcumenicorum conciliorum continetur. Hæc in cõcilio Florentino. Multa alia concilia, multa sanctorum patrum decreta, multas doctorum catholicorum authoritates, multas sacrorum canonum sanctiones allegarem, nisi breuitati studerem. Hoc est certissimum, & de fide, & in hac fide vixerunt & mortui sunt Apostoli Christi, & sancti martyres, & confessores, & virgines, & omnes denique Christiani catholici, quorum multi nomina sua ob eximiam eruditionem, & singularem sapientiam, & admirabilem virtutem æternitati commendarunt. Quare improbandi sunt Caluinistæ, Oecolampadistæ, Zuingliistæ, Buceristæ, Lutheranistæ, & cæteri huiusmodi pestes, hæretici detestabiles, ab impio Luthero principium ducentes, qui inutilibus & inualidis argumentis in dæmonis officina conflatis summum pontificem ex Ecclesia delere conantur, vt ablato capite totum ruat corpus, & Ecclesia sanguine Christi ædificata penitus euertatur. Hoc moliuntur, hoc efficere contendunt, sed nunquam tam impij desiderij effectum consequentur. Deus enim Ecclesiam suam conseruabit, pro qua sanguinem suum fudit: aduersus quam, vt ipse ait, nullæ inferorum portæ præualebunt. Possem facilimo negotio hæreticorum argumenta labefactare, & diluere, & facerem quidem, nisi essem vsqueadeo inepta, ridicula, falsa, & sibi ipsis repugnantia, vt ipsa per se dilucerent. Quare superuacaneum esse existimo in illis diluendis conterere tempus. Præsertim cùm aduersus ea scripserint hac nostra memoria multi viri catholici, admirabili sapientia præditi: qui omnes hæreticorum calumnias & impietates doctissimè & apertissimè refutarunt, inter quos tres viri nostri Lusitani zelum fidei, ingenij acumen, eruditionis præstantiam ostenderunt, qui modo viuunt, & scribunt, nempe Dominus Gaspar Casilius Episcopus Lirtensis, Dominus Ioannes Soarius Episcopus Conimbricensis, ambo antistites dignissimi, & reuerendissimi, & Didacus à Paiua Andradius magni nominis & celebritatis vir. Et quoniam hi & multi alij aduersus Lutherum multa literis mandarunt, satis esse duxi ostendere Lutheranis hæc loca, vt hac testimoniorum nube perterriti, suam alpiciant confusionem, qui Lutherum sequuntur hominem impium & arrogantem, qui se toti opposuit Ecclesiæ, qui virorum sanctitate & sapientia præstantes cõtempsit, qui veritatem clarissimam calumniatus est, qui defunctorum innocentiæ non pepercit, qui odio æstuans, iracundia ardens

Matt. 16.

fertur

fertur præceps in contumeliam, quem leuitas seditiosum, perfidia hæreticum reddidit, quem cæca & dominandi, & nomen inter impios consequendi cupiditas ad reipublicæ perniciẽ exagitauit, qui vniuersam Dei ecclesiam desiderauit ad excidium & vastitatem vocare. Hi, & qui eum sequuntur iudicium sacerdotum præsertim summi pontificis aspernãtur, cum dicat hoc loco deus per Ezechielem, Cùm fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt, &c.

Et sabbata mea sanctificabunt. Non ait: Et sabbata vestra, sed, & sabbata mea sanctificabunt. Loquitur de legis nouæ festiuitatibus, de legis autem veteris festiuitatibus ait apud Esaiam: Calẽdas vestras, & solẽnitates vestras odiuit anima mea. Non erant durante lege sẽsta illa mala, sed erant cessatura enũciato euãgelio, erantq; deo molesta ob iudeorum impietatẽ. At si hodie in nostris festis nõ dei bonore, sed nostrã quæritemus voluptatẽ, & vanã lætitiã, solẽnitates ipsas, quod in nobis est, maculabimus, deoq; vsque adeò odibiles reddemus, vt dicat nobis: Calẽdas vestras & solẽnitates vestras odiuit anima mea. Ad eas potest referri id, quod ait in Lamẽtis Ieremiæ: Vidẽrũtẽ hostes, & deriserunt sabbata eius. Tunc hostes animæ, hoc est, dæmones sabbata nostra subsannant, cum nos in illis nõ deo iusto, sed nostro appetitui deprauato paremus. In huiusmodi festiuitatibus amittimus puerũ Iesum, & pro lætitia miseriã cõparamus. Qui in festiuitatibus tẽpus tetũr in choreis & tripudijs, & ludis alijs, diéq; in vanis suis gaudijs cõsumũt, vt parũ remaneat ad missæ sacrificiũ, & ad concionẽ euangelicã audiendã, pulpi & musculũ vorant, & in appetituũ suorũ consumunt, ossa autem cultui diuino relinquũt. Vt qui amicũ inuitat ad prandiũ, debet cibos ad inuitati gustũ præparare, nõ ad suum, nã si cõuiua dulcibus dapibus delectetur, ipse verò cæs conficiat acres & salsas, quia illas ita appetit, manet ipse satisfactus, amicus verò illepidus, nullũ conuiuij sentiẽs gustũ, nullã suauitatẽ, sic in diuorum festis, in quibus deũ veluti ad prandiũ inuitamus, opus est, vt eas escas conficiamus, quæ illi sint gratæ, non aũt vano nostro appetitui iucundæ, nam si illum ludis ad mundi illecebras & impietates excitantibus, quibus noster oblectatur appetitus, honorare voluerimus, manebit ille esuriens, nos autem saturi. Faciunt homines in diuorum festis tripudia, thyasos, saltatriculas humeris vectat, pungunt & feriunt tauros in circo, vt illi multis incitati irritentur ad cursum, & ad occidendos homines exagitentur. Deniq; eos faciunt ludos, ea exhibent spectacula, quibus ipsi oculos reficiunt, sed quibus Deus minimè delectatur. Quãto melius esset dies festos in cultu diuino, eleemosynis, precationibus, & alijs huiusmodi operibus pijs transigere, quàm in ludis Christiano populo indecentibus. Non damno populi spectacula etiam ad corporis oculos recreandos pertinẽtia, dummodò sint honesta & moderata, sed ea velim à principibus & præsulibus Christianis prohiberi, quæ vanam & impiam sapiunt Gentilitatem à vero Dei cultu abhorrentia, & ad turpes illecebras incitantia.

Esa. 1.

Thren. 1.

Luc. 2. Simile.

Simile.

Et ad mortuum hominem non ingredietur. Intuere quanta in veteris legis sacerdotibus puritas requireretur, vt intelligas quanto maiorem eã debeant habere nouæ legis sacerdotes, qui non solùm debent ab omni maleficio abstinere, sed etiam mentem ipsam, & omnem animi agitationem puram integramque seruare. Per mortuos eos intellige, qui sunt sceleribus astricti, qui ob mortiferum peccatum mortui appellantur. De his ait dominus: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Præcipit Deus sacerdotibus, ne mortuos tangant, hoc est, ne impiorũ hominum vrãtur familiaritate. Vt enim molaris dens vnus corruptus alios contactu corrumpit, sic nefarius homo impietate sua alios inficit & perdit. Id intelligens diuinus vates aiebat: Beatus vir, qui nõ abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit. Et diuus Paulus in prima ad Corinthios: Modicum fermentũ totam massam corrumpit. Et Christus Deus noster: Cauete à fermento pharisæorum. Et alibi: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Mat. 8.

Simile.

Psa. 1.

1. Cor. 5.

Luc. 12.

Mat. 7.

Nisi ad patrem & matrem. Videtur locus hic repugnare loco illi Leuitici, Ad omnem mortuum non ingredietur omnino, super patre quoque suo & matre nõ contaminabitur. At nulla est inter hæc duo loca repugnantia, nam Leuiticus loquitur de summo sacerdote, Ezechiel autem hic de sacerdotibus.

Leui. 21.

Et postquã fuerit emundatus. Id est, si sacerdos se mortui cõtactu polluerit, aqua expiationis se mundabit, vt est libro Numerorũ mãdatũ. Et septẽ diebus nõ poterit ingredi sanctuarium, quibus transactis ingredietur.

Num. 8.

Non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum. Id est, sacerdotes non habebunt hæreditatem, nam ego, inquit Deus, ero eis hæreditas. Hoc est, oblatis mihi sustentabũtur. Omnes tribus Israelis habebãt in terra promissionis possessiones & hæreditates præter tribum Leui, quæ erat tribus sacerdotum. Qua de

Universidad de Deusto
Biblioteca

re vide Deuteronomium 18. & Numeros 18.
Deut. 18. & Diuum Paulum in prima ad Corinthios.
Num. 18. Nam qui altari seruiebant, eo ipsos sustentabant. Poterant nihilominus sacerdotes loci quozdam possidere ad habitandum, & pecora alenda, vt videre licet in libro Iosue, & a-
Iosue. 21. pud hunc nostrum Ezechielem capite vltimo, non autem hæreditatem more aliarum tribuum.

Pistimam & pro peccato & pro delicto comedent. Nimirū sacerdotes. Ita præceperat deus
Num. 18. libro numerorū capite decimo octauo, & deu-
Deut. 18. teronomij decimo octauo. Per Oseam etiam
Ose. 4. ait Deus loquens de sacerdotibus: Peccata populi mei comedent. Ac si dicat, Sacerdotes comedent victimas oblatas pro peccato à populo meo. Solet diuina scriptura hostiam oblatam pro peccato peccatum vocare. Ita intel
2. *Cor.* 5. ligitur id, quod ait in secunda ad Corinthios D. Paulus: Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Quasi dicat: Deus pater filium suum vnigenitū, qui peccatū nō fecerat, fecit pro nobis sacrificiū pro peccato, vt nos
Rom. 8. per ipsum iusti essemus. Et in epistola ad Romanos: Deus filium suum mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Damnauit deus peccatū de peccato, siue per peccatum, hoc est per Christū, qui se hostiam constituit pro peccato. Primasius tamen episcopus Vticensis ita hunc locū interpretatur: De carne, quæ in nobis antea seruiebat peccato, vicit peccatū nō peccando, quem admodū si quis de Barbaris vincat Barbaros, Vel sic, de peccato Iudeorum, qui occiderunt dominum, peccatum diaboli, quo hominem
Heb. 2. implicuerat, condemnauit, sicut ad Hebræos scriptum est: Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. Et rectè mors peccatum dicitur, quā de peccato constat esse generatam. Hæc ille.

Et omne votum in Israel ipsorum erit. Id est, omne quod ex voto obtulerint filij Israelis, erit sacerdotum. Ita dictum fuerat libro Nu-
Num. 18. merorum.

Et primitiua omnium primogenitorum. Id est, omnia primitiua, quæ sunt primogenita.

Vt requat benedictionem domui tuæ. Hoc est, vt sacerdos his donis domum suam impleat. Benedictio in diuinis literis idem aliquando est quod donum. Nam primo Regum scriptū
1. *Re.* 25. legimus, perisse Dauidem à Nabale per nuntios suos, vt mitteret ei benedictionem. Significat etiam sufficientiam rerum, & est sensus: Omnes hæ oblationes erunt sacerdotū, vt habeant domi necessaria familiæ suæ.

Omne morticinum. Hoc etiam habetur cap. 14. Deuteronomij & 17. atque 22. Leuitici. Morticinum dicitur id, quod est suffocatum, vel morbo extinctum absque sanguinis effusione. Eo repellit Deus, qui in sanguine suo, hoc est, peccato suo mortui sunt, & qui à bestijs, hoc est, à dæmonibus capiūtur, de quibus bestijs id potest intelligi, quod dicitur in psalmo. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.
Deut. 14. *Leui.* 17. & 22. *Psa.* 73.

Annotationes ex Hebræo in caput XLIIII.

Et rituj clausa principis: princeps ipse sedebit in ea. Septuaginta habēt: Et erit clausa, quia dux hic sedebit in ea. Hic est dux ille, de quo ait Michæas propheta, Ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Israel. Pagninus habet: eritque clausa principis, principis erit, ille manebit in ea. Ac si diceret, Porta hæc semper clausa erit illius principis, qui verè est princeps, & ipse nouem menses in eius sacratissimo vtero manebit. De principe illo loquitur, qui de se ait, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Huius principis imaginem gerebat Dauid, cui dixit deus, vt est in primo Paralipomenon scriptum: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. Hūc qui habet æternū principatum appellat D. Petrus principem pastorum, & D. Ioannes principem regum terræ, & Ezechiel principem principem, hoc est, nomine & re principatū habentem. Thargum ita vertit hūc locum: Eritque clausa, erit principis, princeps ipse sedebit in ea. Poterat rectè transferri, eritque clausa principi principum, ipseque sedebit in ea. In Hebraico pro principe est נָשִׂיא nasi, à verbo נָשָׂא nasa, quod significat extollere, & eleuare, quod princeps in sublime efferatur, & super alios eleuetur. In libro Gene. scriptū legimus, dixisse filios heth Abrahamo: Princeps Dei es apud nos, vbi pro principe est nomē hoc. Volentes eū magnum principē appellare, principē dei appellāt, ea enim quæ dei sunt, magna quippe sunt. Et quoniam proprium est principis parcere subiectis veniam supplicitèr petentibus, significat verbum hoc parcere, & condonare, & propitium esse. Significat etiam recipere, & ita accipitur cap. 4. Geneseos, vbi Deus dixit Caino dolore
Gene. 4. presso, quod deus ad Abelū fratrem suum, & ad munera eius respexisset: Nonne si bene egeris, recipies? Subaudi, mercedem à Deo. Vbi pro recipies est in hebraico verbum hoc nasi. Quam ob causam verti poterat locus ille: Nōne si bene egeris, erit parcere? Ac si dicat. Si pœnitentiam egeris, & in virtutum actionibus incubueris, parcet tibi Deus, condonabit tibi peccatum tuū, eritq; tibi propitius. Thargum habet: Nonne si rectè feceris, remittentur tibi opera tua? Sin autem non benefeceris, ad diem iudicij peccatum tuū reseruatur.
Ose. 1. Illud etiam, quod ait apud Oseam Deus: Nō addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum: poterat verti: Non addam vltrà misereri domus Israelis, sed in vniuersum eos à facie mea tollam. Pro obliuiscar enim est in hebraico verbum, quod potest esse nasa, vel naxa, naxa significat obliuisci, nasa præter alia significat tollere, & extollere. Loquebatur Deus illic de decem tribubus Israelis, quæ fuerant captæ ab Assyrijs, & à Samaria abductæ, ad quam præter paucos nunquā redierūt. Sed quoniā verbū hoc nostrum nasa parcere significat, vertit Ionathas Chaldæus: Non addam vltrà misereri Israelitarum, sed si conuersi fuerint, parcendo parcā eis. Poterat verti. Non miserebor ampliùs Israelitarum, sed eleuabo super eos inimicos, qui scilicet illos affligant, & in perpetua seruitute contineant. Ab hoc verbo Nasa deriuatur nomen seath, quod significat excellentiam, honorem, & dignitatē. Id quod nos ha-
Gene. 49 bemus in Genesi: Prior in donis, maior in imperio, vertit Pagninus: Excellentia, dignitas, & excellentia fortis. Qui locus poterat verti: Excellentia dignitatis, excellentia fortitudinis. Per excellentiam dignitatis intelligitur sacerdotium, per excellentiam fortitudinis regnū. Est igitur sensus: Tibi ò Ruben debebatur sacerdotiū & regnum cum sis primogenitus, sed quia instar aquæ celeriter labentis fluxisti, non coercens libidinem, neutrum consequeris. Et ita factum est, nam ex Ruben primogenito nec sacerdotes descenderunt, nec reges, quin potius sacerdotium fuit translatum ad Leui, & regnum ad Iudam. Et quoniam primogenitus, qui donis his priuabatur, dicebatur priuari primogenitura, vertit Onchelus paraphrastes Chaldæus locū illū in hunc modū: Tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet, & sacerdotiū, & regnum, sed quia secutus es voluntatem tuam sicut aqua effusa, non proficies, nec accipies portionem superexcrescentem. Hæc paraphrastes, qui respexit potiùs ad sensum, quàm ad verba. Hunc eundem sensum sequitur diuus Hieronymus in quæstionibus super Genesim. Diuus Ambrosius de benedictionibus patriarcharum per Ruben primogenitū, qui quo-
Exo. 4. niam patrē suum affecit iniurijs, priuatus fuit regno & sacerdotio, intelligit populum Iudaicum, quē Deus vocabat filium suū primogenitum, qui quoniam deum vulnerauit, in eum contumelias iecit, eumque cruci affixit, fuit deiectus, & ab eo regnum & sacerdotiū meritò ablatum. Eodem modo Eucherius & Isidorus per Ruben populum Iudaicum interpretantur. Deriuatur etiam ab hoc verbo nomen nasi, quod principem significat, & rem excelsam, principatum super alios obtinentem, quo vsus est hoc loco Ezechiel.

Errauerunt à me post idola. Septuaginta habent: Cùm erraret Israel à me post cogitationes suas. Ita enim pro post idola transtulerūt: ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων. Turpes & inanes cogitationes idola esse asseuerarunt.

Non accingentur in sudore. Pro in sudore est in hebraico בְּרֵזַח, batzazch. Nomen iezach sudorem significat, & laborem, vt Geneseos tertio: In sudore vultus tui vescēris pane tuo. *Gene.* 3.
Ac si dicat, in labore magno, solet enim vultus sudoré emittere in magno aliquo labore. Est igitur sensus: Non erunt nimis artæ sacerdotum vestes, ne cum labore accingantur. Huic interpretationi fauet versio septuaginta, ita habens, οὐ περιζώσονται βίᾳ. Hoc est, non accingentur violenter, seu cum violentia. Quidam existimant verba hæc esse in hunc modum intelligenda: Non se accingāt sacerdotes in locis, vbi præcipuè sudor solet erumpere, veluti in axillis & pudendis. Ionathas Chaldæus habet: Non accingēt se super lumbos suos: sed super cor suum. Ac si diceret: Media illa corporis parte se accingēt, vbi cor humanum situm est. Pagninus vertit: Nō accingent se post sudorem. Ac si dicat: Accingent se sacerdotes, sed non postquam sudor eruperit, ne vestes sacerdotales coinquinentur.

Non erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorum. In nonnullis codicibus particula, non, notata est obelo, tanquam nō sit de textu, sed addita aliunde, eamque ob causam iugulandam esse censent, & delendam. In hebraico certè talis particula non est, nec in translatione Complutensi, quæ ita habet: Erit autē eis hæreditas, ego hæreditas eorū. Vt sit sensus: Hæreditatem quidē habebunt sacerdotes, sed hæreditas hæc nō erit terrena, sed diuina: ego enim sum hæreditas eorū. Huic interpretationi fauet translatio septuaginta ita habens: Et erit eis hæreditas ego dominus, ego dīs hæreditas eorum, & Pagnini ita vertētis: Erit sacerdotium eis in hæreditatē, ego hæreditas eorum. Vbi videt eum non posuisse particulā, non, Sed etsi addatur hæc particula, nō, possunt tamen verba hæc ad eandem reduci intelligentiam, vt sit sensus: Non erit sacerdotibus hæreditas terræ instar aliarum tribuū, sed domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus oblationes illis suppeditans eis pro hæreditate sufficiet.

ARGVMENTVM CAPITIS XLV.

AGit de diuisione terræ possidendæ, ab ea diuersa, quæ facta fuit tempore Iosuæ: nam ex tota terra promisit quantæ portiones separantur, quarum prima deputatur templo & sacerdotibus, altera leuitis, tertia ciuitati, quarta principatui obtinenti. Exhortatur principes, vt fines suos clauum regni firmiter tenere, & in magnis rerum fluctibus quietam insulæ reipublicæ statum turbare eius spiritualis inflati, in cruentas iniuriarum versentur, ad hoc, ne incaute supplicia, vt rursus diuina & humana perturbent, propter eam, quam multi sibi opinionis errore fingunt dignitatem. Nihil enim adest principi ad magnificentiam, nihil antiquius, nihil præstabilius, quàm diuum ardenti amore amplecti, rectum iustitiam colere, & aduersum eos nemam omnes suas actiones dirigere.

CAPVT XLV.

A CVmque cœperitis terram diuidere sorti, separate primitias domino, sanctificatum de terra, longitudine vigintiquinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatũ erit in omni termino eius per circuitum. Et erit omni ex parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum. Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium domini. Et erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. Vigintiquinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt leuitis, qui ministrant domui. Ipsi possidebunt viginti gazophylacia. Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinq; millia secundũ separationẽ sanctuarij omni domui Israel. Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis, à latere maris vsque ad mare, & à latere orientis vsque ad orientem: longitudinẽ autẽ iuxta vnamquanq; partẽ à termino occidentali vsque ad terminum orientalem. De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum, sed terrã dabunt domui Israel: secundũ tribus eorum. Hæc dicit dominus Deus: Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite, separate consinia vestra à populo meo, ait dominus Deus. Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt, vt capiat decimam partem coribatus, & decimam partẽ cori ephi: iuxta mensuram cori erit æqua libra tio eorũm. Siclus autem viginti obolos habet: porrò viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli mnam faciunt.

Exo.30.b Leu.27.c Num.3.c

EXPLANATIO.

CVmque ceperitis terram diuidere sorti. Ita vt quilibet habeat suam sortem & partẽ, separabilis portionem domino, eritq; sancta. Hoc est separabilis terram sacerdotibus domino seruientibus, quæ erit sancta. Portionẽ sacerdotum appellat primitias domino, & quippiam sanctificatum, quoniam sacerdotes erant cultui diuino dedicati. Explicans autẽ Deus quantitatem terræ sacerdotum ait, debere habere in longitudine viginti quinque millia calamorum, in latitudine autem decem millia.

Et erit omni ex parte sanctificatum quingentos per quingentos. Hoc est, ex hac sacerdotũ terra accipietur spatium quoddam quadratum pro templo ædificando, & habebit quodlibet latus huius spatij quingentos calamos. Hæc erit quantitas muri exterioris totum ædificij cingentis. Cùm calamus vnus contineat sex cubitos, & quodlibet quadrum quingentos occupet calamos, aperte ostenditur quodlibet quadrum tria millia cubitorum occupare. Cùm autem quater tria millia efficiant duodecim millia, necessariò concluditur, totum hoc ædificium duodecim millia cubitorũ in exteriore superficie occupare. Qua de re capite 40. differuimus. Id autem quod ait fore spatium hoc ex omni parte sanctificatum, indicat templi reuerentiam, & sacerdotum sanctitatem, de quibus dicitur in Exodo: Sacerdotes, qui accedunt ad dominum, sanctificentur. De templo autem dicitur in psalmo: Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exo.19. Psal.64

Et quinquaginta cubitos in suburbana eius. Id est, & erit extra ædificium hoc suburbium quoddam cingens totum illud, in quo suburbio nulla erit domus, nulla arbor, sed erit veluti circus quidam in templi reuerentiam: qui circus habebit in latitudine cubitos quinquaginta per gyrũ. Per hunc enim numerũ significatur spiritualis libertas, & priuilegia eorũ, qui templo dei seruiunt, iobileus enim quinquagenario numero deputatur, vt constat ex libro Leuitici & Numerorum. Pro suburbano habent septuaginta spatium, hoc est attriũ vacuum.

Leuit.25 Num.36

Et à mensura ista. Hoc est, prope hanc terrã mensuratam, dedicatam sacerdotibus, alia pro Leuiticis portio mensurabitur, habens in longitudine viginti mille calamos, & in latitudine decem mille.

Et in ipso erit templum. Id est, in spatio mensurato pro sacerdotibus ædificabitur templũ. Aspicis sacerdotes, qui de templo edebant, debere iuxta templum habitare. Quod perpende pro præsulum residẽtia. In libro etiam Numerorum dicebat Deus sacerdotibus & Leuitis: Excubate in custodia sanctuarij. Vt ianitor, cui claudendi & recludendi demandata est cura, ad ianuam debet assistere, & nauis gubernator ad clauũ sedere: sic præsul in ecclesia sua absque dubio debet residere, & oues suas præsentia, doctrina, & vitæ exẽplo pascere. Quis non videt hæc munera præsentiam requirere personalem? Si bonus pastor tenetur vitam suam pro ouibus suis ponere, qui fieri potest, vt ob lucrum suum, aut voluptatem, aut ob metum temporalis cuiusdam periculi possit ab ecclesia sua discedere, & oues suas in periculo relinquere? Petro dixit Deus: Pasce oues meas. Non dixit: Deuora eas, esto dominus earũ, tonde illas, sed pasce eas. Vbi vides prælati ecclesiastici munus pascere esse & operari. Id voluit dominus significare, cùm mittens discipulos suos concionatũ nõ dixit: Messis quidem multa, præsules autem pauci, sed operarij autem pauci. Operarios eos vocat, non dominos otiosos. Vnde diuus Paulus in epistola prima ad Timotheũ. Qui, inquit, episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: Non dicit bonam dignitatem, bonas diuitias, bonas delicias, bonos reditus, sed bonum opus seu laborem. Et in 1. ad Thessalonicenses: Rogamus vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorũ. Et in secunda ad eosdem: Si quis non vult operari, nec manducet. Vide quemadmodum opus & laborem præsulum cõmendet. In secundo Geneseos capite scriptũ legimus adduxisse deũ animalia ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Si Deus vbiebat, vt Adam animalia cognosceret, quod esset præpositus illis, quid respondebunt pastores, qui oues sibi commissas nec vident, nec cognoscunt, nec curant? Aspicis igitur apertè necessariam esse corporalem residentiam pastoribus ad laborem officij exercendum. In concilio Lateranensi sancitum est, ne ecclesiasticum ministerium committatur, nisi ei, qui residere in loco, & curam ecclesiæ per seipsum valeat exercere. Quam ob causam arctissimè ibi inhibetur, ne quis duas parœcias, quibus per se residere non possit, valeat retinere, nec fructus earũ percipere. Quando diuus Paulus in epistola prima ad Timotheum dixit, præsulẽ vnã solam vxorem posse habere, quibus verbis prohibet bigamum ordinari, inhibet etiam eum plures vsurpare ecclesias. Ita locum illũ diuus Ambrosius in libro de dignitate sacerdotali interpretatur. At nunc quot sunt, qui plures habent ecclesias, plura beneficia incompatibilia? Filij Heli sacerdotis rapina pascebantur, nam cum aliquis victimam immolaret, veniebat puer, dum carnes coquerentur, & mittebat fuscinulam tridentem in ollam aut lebetem, & quicquid exibat fuscinula, capiebat sibi sacerdos. Ex quo efficiebatur, vt multi molestia affecti à sacrificijs domini desisterent. Eodem modo nunc nonnulli sacerdotes multa beneficia incompatibilia fuscinula & harpagine multorum dentium seu vncinorum capiunt, & illa omnia connectunt: & falsa narratione ad summum pontificem relata ea comedunt & possident ad reditus & diuitias respicientes, animas autem subditorum parum curantes. Vt impiæ mulieres, quæ vt pariunt, infantulos exponunt, & vt aiunt vulgò fortunæ committunt, vt alieno lacte nutriantur, aut pereant, debẽt graui supplicio puniri: sic præsules, qui vt liberiùs se dedant voluptatibus, ecclesiæ

Exo.19. Psal.64

Num.18.

Ioan.10

Ioan.10

Luc.10.

1.Tim.3.

1.Thes.5.

2.Thes.3

Genes.2.

1.Tim.3.

1.Reg.2.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suas alijs committunt curandas, vt aliena alantur doctrina, aut penitus destituantur, grauissimum crimen incurrũt, cuius debitas pœnas domino persoluent: ijs enim aliquando magnas ecclesias committunt, qui imperiti sunt, & indigni. Vt qui primò musicam fidũ discunt, lyras nonnullas perdunt & obterunt, sic non sine populi detrimento ecclesias curandas accipiunt, qui ad tam graue ministeriũ indocti accedunt & ignari. Quare ecclesiastici pręsules residere debent, & ecclesias suas iustè & sapienter regere. Multa sunt concilia, quæ hoc præcipiunt, multa summorum pontificum decreta, quæ ideo non commemoro, quia penè sunt innumerabilia. Sed si volueris sanctorum doctorum authoritates videre, hãc veritatem apertè contestantes, lege Augustinum in libro de pastor. Gregorium Nazianzenum in oratione de statu episcopali, Hieronymum in epistola secunda ad Oceanum, Ambrosium & Gregorium in pastoralibus, Chrysostomũ in libris de sacerdotio, Bernardum sermone septuagesimoseptimo in Cantica. Post quos omnes fuit hoc etiam decretũ in sancto concilio Tridentino sessione 6. in decreto de reformatione, & sessione. 23. in decreto etiam de reformatione.

Et possessionem ciuitatis dabitis. Hoc est separabitis terræ portionem ciuitati condendæ, ipsiusq; ministris & seruitoribus. Habebit autẽ hæc portio quinque millia calamorũ in latitudine, & viginti quinque millia in longitudine: quæ longitudo erit æqualis longitudini terræ sacerdotum. Ideo ait: Secundum separationem sanctuarij. Ac si diceret: quẽadmodũ in portione separata sacerdotibus, in qua debet esse sanctuarium. Vel secundum separationem sanctuarij, hoc est è regione portionis sacerdotum & leuitarum.

Simile.

Principi quoque huic & inde in separationẽ sanctuarii. Id est, dabitis etiam principi portionẽ & terram ex vtraque parte sanctuarij, ita vt separetur à sanctuario: sitque iuxta portionem sacerdotum templo seruientium, & iuxta portionem ciuitatis. Habebitque hæc principis portio duo latera, vnum ad orientem, alterum ad occidentem ita disposita, vt portiones sacerdotum & leuitarum cum templo & vrbe sint in medio constitutæ. Ostendit hic locus debere principes sacerdotibus, rebusq; ecclesiasticis fauere, easque vosiq; protegere & seruare, & legi dei obedire. Ideo illis præcipiebat Deus, vt descriptum sibi haberent deuteronomium legis.

Deut. 17.

A facie meridiei vsq; ad mare. Hoc est à parte occidentali porrigetur ad occidentem. Hoc mare est mediterraneũ, quod est ad occidentẽ respectu Hierosolymæ. Vult significare tantam esse latitudinẽ portionis principis versus orientem & versus occidentem, quanta est latitudo trium aliarum portionum. Pro à latere maris vsque ad mare transtulit Pagninus: Ab angulo occidentali vsque ad occidentem.

Sufficiat vobis. Subauditur portio vestra. Exhortatur principes Israelis: ac si dicat illis: Nolite iniuriam subditis inferre, eorumq; diuitias subripere, & in gargitem vanitatis profundere. Eò enim adducuntur nonnulli principes, vt eos iustitiæ capiat oblivio, cùm fuerint facibus cupiditatis incitati: vos autem date operam, ne quicquam inferatis domum præter memoriam nominis sempiternam. Vestra iustitia & sapientia regnum illustrate, & ad summam amplitudinem perducite. De regibus autem & iniustis dixerat antea: Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectando lucra. Alcamenes cuidam percontanti quo pacto quis regnum optimè seruare posset, Si lucrũ, inquit, non magnifecerit. Et Agesilaus dicebat, principis esse, non delicijs, sed temperantia & fortitudine priuatis hominibus antecellere. Et quoniam principũ est iustè ac rectè iudicare, ait illis Deus: Iudicium & iustitiam facite. Hoc est, ad iustitiæ normã omnia dirigite. Idem est quærere iudicium, vt apud Esaiam: Quærite iudicium, subuenite oppresso. Accipitur aliquando iudicium pro damnatione, vt in testimonio illo Christi apud Ioannem: Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij: Aliquando pro punitione, vt in Exodo, vbi ait Deus: Educã exercitũ & populũ meum, filios Israel de terra Aegypti per iudicia maxima: hoc est, puniendo maximè Aegyptios. Vbi septuaginta interpretes transtulerunt cũ vltione. Significat etiam iudicium ipsum officiũ seu administrationẽ iuris, præsertim cũ cõtinetur, cum iustitia: vnde facere iudicium & iustitiam, est rectè & iuxta verũ & æquum ius iudicare: quomodo accipitur hoc loco. & libro secundo Regum 8. Faciebat Dauid iudicium & iustitiã omni populo: & alijs in locis. Illud est hoc loco aduertendũ, in hac diuisione prius factam esse mentionem sacerdotum, quàm principis: quoniam in ecclesia Christi in spiritualibus reges subijciuntur sacerdotibus, illis peccata sua confitentes, & ab illis absolutionem eorum, & alia Christi sacramenta recipientes, eosque magnopere venerantes. Habent quidem reges terræ vinculi potestatem: possunt enim homines nefarios in carcerem cõijcere, eosq; ab illis absoluere. Verùm eorum vincula corporea sunt tantùm: sacerdotum autem vincula ipsam animam attingunt, atque ad cœlum vsque perueniunt, possunt enim animas ligare & absoluere, & quæ confecerint in terra, erunt rata in cœlo, & à Deo confirmata. Ita enim illis dixit Deus. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Vide quid Christus dixerit Dino Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque soluueris super terram, erit solutum in cœlis. Quæ verba postea Apostolus dixit apud Matthæum. In 3. libro de sacerdotio ait ex Chrysostomus: Sacerdotiũ quidẽ tanto est regno excellentius, quanto spiritus & carnis interualium esse potest. Ambrosius in lib. de dignitate sacerdotali hæc verba scripta reliquit: Si regum fulgori compares sacerdotem, & principum diademati, longe erit inferior rex, quàm si plumbi metallũ cum auri compares fulgore, quippe cùm videas regũ colla & principum submitti genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dextris orationibus eorum credunt se communiri. Aspiris igitur altiores esse sacerdotes terrẽ regibus & principibus in rebus animam concernentibus. At in rebus prophanis reges nõ subijciuntur sacerdotibus. Nec verũ est, quod dicere possunt nonnulli, fuisse Hebræorum reges à sacerdotibus electos, quales fuerunt Saul & Dauid, nam neuter eorum fuit à sacerdote aliquo electus, & in ipsa dignitate constitutus, sed à deo, etiã si electio illa fuerit à sacerdote publicẽ officio, si forsitan Samuel erat sacerdos. Fuit quidẽ electio illa à Deo, sed vnctio fuit à Samuele ex dei præcepto ministraliter celebrata, vt lib. 1. Regum diuinæ literæ testãtur, vbi ad literam hæc sunt verba: Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput Saulis, & deosculatus est eũ, & ait: Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principẽ. Et paulò post ostenso Saule dixit Samuel populo: Certè videtis quem elegit dominus. Dauid etiam à Deo fuit electus, non à Samuele. Et licet hi duo reges fuissent electi à Samuele, nõ inde sequitur, fuisse eos electos à sacerdote, nã Samuel prophetа fuit, & vir omni sapientia & iustitia præstanti, sacerdos autem, vt mea fert opinio, non fuit, tametsi multi eum fuisse sacerdotem arbitrentur. Lege vtrunq; testamentũ, nusquam inuenies eum fuisse sacerdotẽ. Imo Diuus Augustinus libro quæstionum veteris & noui testamenti, quæst. quadragesima sexta eos asserit in errore versari, qui dicũt eum auctum sacerdotio fuisse. Quam sententiã Ioannes Arborcus in sua Theosophia nõ solùm

Sup. 22.

Esa. 1.

Ioan. 5.

Exo. 7.

2. Reg. 8.

Simile.

sequitur, sed grauiter defendit. Et quamuis sacerdos fuerit Samuel, nunquam tamen inuenies ei Saulem aut Dauidem in temporalibus paruisse, nec vllum Hebræorũ regem quo ad ea fuisse subditum sacerdotibus, quatenus sacerdotes erant, etiam si Samueli & alijs, quatenus iusti, & sapientes erãt, & dei nũtij parere tenerentur in rebus iustis & à Deo præceptis. At hoc non erat sacerdotibus obtẽperare, sed Deo. Habent enim reges in temporalibus superiorem neminem, etiam si in spiritualibus sacerdotibus subijciantur. Quam ob causam hoc loco sacerdotes illis præponũtur. Et quoniam distinctæ sunt munera sacerdotum, & eorum, qui rempublicam in temporalibus gerunt gubernandam, ideo hoc loco distinguũtur eorum portiones. Moyses primus Hebræorum princeps lumine diuinæ gratiæ illustratus Aaroni sacerdoti spiritualia demandauit, sibi tẽporalia gubernãda reliquit. Romulus primus Romanorum rex naturali splendore illuminatus instituit sacra quædam, quæ conficerentur à sacerdotibus, eos in ijs, quæ ad religionem cõcernebant, præficiens, sibi aũt regni gubernaculũ reliquit, existimans difficilimũ esse regno simul & sacerdotio satisfacere. Authores sunt Marcus Varro, Dionysius Halicarnasseus, Antonius Sabellicus, Blondus Forliuiensis, & alij. Sacerdotis munus est religione, & rerum diuinarum doctrina populum imbuere, eius peccata sacramentis expiare, & pro illo ad Deum pias crebasque precationes fundere. Regis aũt munus est iustitiã seruare, eorũ, qui sein ipsius tutelam tradiderint salutem & pacem tueri, & tandem viros laude dignos præmio afficere, impios verò iuxta scelerum quantitatem & qualitatem punire. Quemadmodum cum brachij, quod vulneris habebas traiectum, adeptus es sanitatem, aut febrem ob nimiam ciborum abundantiam vigentem expulisti, fuistique ad priſtinã dignitatem restitutus, apertis signis ostendisti, robustam ac fortem te habere naturam, siquidem cũ esset ab ægritudine oppugnata, expugnata tamen non fuit, sed te ad priſtinum reduxit vigorem, sicut si multos videmus delinquentes ex iustitia puniri, & vita priuari, eorum q; flagitiorum pœnas debitas variè persoluere, debes tamen intelligere, validum esse, & vigore ac fortitudine roboratum corpus reipubl. ea, quoniam virijs resistit, ac maleficia, quæ sunt pessima ægritudinum genera expellit, & in sceleratos animaduertit, coercens eos iustitiæ rigore & seueritate. Hoc tũ fit, cùm princeps rectè gubernat, cum bonis fauet, noxios aũt castigat, cum fert opẽ patitur, succurrit cõmuni saluti, intercludit omnes seditionum

Ioan. 20

Mat. 16.

Mat. 18.

1. Reg. 10

1. Reg. 16

Exo. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rias. quo fit, vt & sacerdotes & ciuitatem tuea tur. Eam ob causam eius portio tres alias pottioner, nempe sacerdotũ, Leuitarũ, & vrbis ex vtraque parte continet in medio. Sed quoniã non eas recte tuebitur, si cupiditatis diuitiarũ stimulis agitatus aliena diripuerit, præcipit ei Deus hoc loco, vt sit portione sua contentus, dicens: Sufficiat vobis principes Israel.

Statera iusta, & ephi iustũ, & batus iustus erit vobis. Statera instrumentum est, quo res ponderantur, ephi est mensura aridorũ, batus mẽsura liquidorũ. Omnia hæc debent esse iusta & æqualia. Nã, vt in Prouerbijs Salomonis: Statera dolosa abominatio est apud Deũ. Et iterum: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud Deũ. In libro Leuitici sunt hæc verba literis mãdata: Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquusque sextarius. Et si hæc de põderibus & mensuris intelligantur ad literã, tamẽ existimo esse præcipuè ad iustitiam & æquitatem, & animi iudiciũ referenda. Oportet iustitiam, quæ in æqualitate consistit, seruare, & res omnes iusta statera metiri. Qui fluxa pro æternis eligunt, apud quos maioris põderis sunt incerta & caduca, quàm certa & immortalia, falsam habent iudicij bilancem, & mendaces sunt in ponderibus suis. Diuitiæ, magistratus, mũdi honores, & voluptates, & cætera huiusmodi, quę decepti mortales magnificiunt, in Salomonis mortaliũ sapientissimi statera nullius sunt ponderis, nullius pretij, vana sunt, & ipsa vanitas. Vnde ipse ait: Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Id dixerat antea ijs verbis eius pater in psalmo: Veruntamen vani filij hominũ, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Vbi Euthymius per stateras intelligit iudicia, dicens: Corrupta est in mortalibus iudicij sedes, quoniam eligunt instabilia pro stabilibus, & mala pro bonis. Verùm ex hebraico possunt hæc ita transferri. Certè vani filij hominis, mendaces filij viri, in stateras si ascendant, ipsi pariter leuiores erunt vanitate. Per filios hominis cõsuetudine linguæ hebraeæ homines intelligit obscuros, & infimo loco natos, per filios aũt viri viros nobiles & illustri laude celebratos. Et ita est sẽsus: Tanta est mortaliũ vanitas, vt nõ solùm ignobiles & plebeij, sed etiã clari & in hominũ celebritate versati, sint vtqueadeo futiles & leues, vt si oẽs in vnũ collecti cum ipsa vanitate ponãtur in bilance, præponderet vanitas ipsa, & illi tanquam leuiores sursum efferantur.

Siclus autem. Agit de iusto pondere pecuniæ. Qua de re vide caput trigesimum Exodi, & 27. Leuitici, & 3. Numerorum.

Prou. 11.
Prou. 20
Leui. 19.
Eccle. 1.
Psal. 61.
Exod. 30
Leui. 27
Num. 3.

Et hæ sunt primitiæ, quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoque olei, batus olei decima pars cori est, quia decem bati implent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum de his, quæ nutriuit Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait dominus Deus. Omnis populus terræ tenebitur primitijs his principi in Israel. Et super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solẽnitatibus, & in calendis, & in sabbatis, in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel. Hæc dicit dominus Deus: In primo mense, vna mensis sumes vitulũ de armento immaculatum, & expiabis sanctuariũ. Et tollet sacerdos de sanguine, quod erit pro peccato, & pones in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque, qui ignorauit, & errore deceptus est, & expiabis pro domo. In primo mense, quarta decima die mẽsis erit vobis pascha solennitas, septẽ diebus azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se, & pro vniuerso populo terræ vitulum pro peccato. Et in septem dierũ solennitate faciet holocaustũ domino septem vitulos, & septẽ arietes immaculatos septem diebus: & pro peccato hircum caprarum. Et sacrificium ephi per vitulũ, & ephi per arietẽ faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense, quinta decima die mensis in solennitate faciet, sicut suprà dicta sunt per septem dies, tam pro peccato, quàm pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

E

F

G

Et hæ

Et hæ sunt primitiæ. In libro Deuteronomij præceperat Deus dari primitias, hoc autem loco explicat earum quantitatem. In libro Leuitici, & in libro Numerum præceptum erat à Deo literis mandatũ, vt filij primogeniti expletis diebus purgationis deferrẽtur ad tẽplũ, vbi domino pro illis offerretur agnus anniculus, & pullus columbæ, seu turtur, aut salté par turturum, aut pullorum columbarũ ab ijs, qui ob inopiam agnum offerre non poterãt. Quã ob causam sacratissima virgo dei genetrix ob paupertatem suam nõ agnum obtulit, sed par turturum, aut duos pullos columbarum. Sed quid dico? imò agnum illum obtulit immaculatum, de quo aiebat sanctificatus Baptista: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Hebræi Deo filios primogenitos offerebant, veluti primitias fructuũ suorũ, nos intentiones nostras, quæ in nobis sunt primogenitę, illi offeramus. Priusquam aggrediamur opus aliquod, tribuamus Deo intentionẽ & voluntatẽ, & postea opus ipsum. Sunt quidẽ nõnulli, qui in bonis operibus intentionem separãt à Deo, eã illi præripiunt, & mundo dedũt, Deũ ipsum non curant, sed hominibus solùm placere desiderant. Quã ob causam in virtutis actione non ad ipsam virtutem respiciũt, sed ad eius speciem, similes pictoribus, qui ad imaginũ colores & vmbras ponùs attendunt, quàm ad substantiã, & cùm interiora cõtẽnant, in exprimendis exterioribus omnes ingenij vires profundũt, & quãtò magis intuẽtium oculos decipiunt, tantò excellentiores iudicantur. Vult Deus vt primogenita, hoc est cogitationes & intentiones ei offeramus, & cũ illis agnũ, id est mansuetudinem, & pullum colũbæ, aut turturẽ, hoc est veram animi cõtritionem & puritatem, quoniam hæc volatilia vtuntur gemitu pro cantu, & puritatem quandam reseruant. Non vult Deus offerri sibi canes latrantes, hoc est homines, qui alios lædant conuicijs & maledictis, nec leones rugientes & crudeles, nec lupos rapaces, nec sues in libidinis volutabro iacentes, nec talpas, quæ cæcitate affectæ intra terram cõmorantur. Non vult offerri sibi vitia, nec homines illis implicatos, ab eis desistere nolẽtes. Virtute oblectatur, & animi candore, & viros virtute præditos diligit, qui nõ solùm ei opera, sed operũ primitias, & primogenita offerre conãtur, qui eũ animo quærũt, qui ad illũ seipsos extollunt, qui totã illi intentionẽ tribuunt, & in eo meditãtur. Ideo aiebat Ecclesiasticus: Cogitatũ tuũ habe in præceptis Dei. Et deus per Salomonẽ in Prouerbijs: Præbe fili mi cor tuũ mihi. Hili otropiũ herba est solaris, sic dicta, quòd se circũgat cũ sole, eius ortũ manè spectat, eiusq; cursum sequitur, ad illum folia vertens, at radicem nunquam mutat, semper eam habet in terra defixam, sic multi solem iustitiæ Christũ Deum nostrum sequi videntur, sed solijs & apparentijs, cùm radicẽ, hoc est intentionem habeant intra terram, vbi est eorũ thesaurus, iuxta id quod ait dominus: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Cor habent in terra fixum, & intentionem in rebus terrenis & caducis locatã. Hi etsi Deo opera videantur tribuere, operũ tamen primitias illi nequaquam tribuũt, solijs eum quærunt, animo autẽ adhærent terræ, & radicem deorsum immittunt. Sedent, & non ambulãt, qui sceleribus astringuntur. Ita enim ait psalmista: Nõ enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Horum animus nõ Deũ quærit, quin potiùs, vt verbis vtar Salomonis. Cor iniqui inquirit mala. Cõtrà verò vt vapores graues virtute solis extollũtur à terra, quærentes ipsum solem, seque cõdẽsantes in nubes lucidas volitãt post illũ, sic multi ex terra, ex affectibus terrenis exuti gunt, & Christum quærentes fiunt nubes illæ fulgidæ, de quibus aiebat Esaias: Qui sunt hi, qui vt nubes volant? Itaque vt heliotropium & vapor solem quærunt, sed variè, nam harũ rerum altera non eleuatur à terra, altera eleuatur, sic multi Deum quærunt, quorum quidã non extollunt cor ad Deum, nec ad illum dirigunt intentionem, alij verò totos se illi tradunt, à terra sursum eleuati. Hi non solùm exterius, sed interius Deo largiuntur, nõ solùm opus, sed intentionem, non solùm fructum, sed primitias.

Deut. 18.
Leu. 12.
Num. 8.
Luc. 2.
Ioan. 1.
Simile.
Matt. 6.
Psal. 118.
Prou. 27.
Simile.
Esai. 60.
Eccle. 6.
Prou. 23
Simile.

Sextam partem ephi de coro frumenti. Ephi cõtinet tres modios, corus verò triginta, batus eandem continet mensurã, quam ephi, sed ephi est aridorum, batus verò liquidorum.

In sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica. Holocaustum erat totum combustum, pacificum erat oblatio, cuius vna pars cremabatur, altera erat sacerdotis, alia verò offerentis, quæ pro pace fiebat, sacrificium omnes oblationes Deo factas in vniuersum comprehendebat, & virtutes etiam quascunque amplectebatur.

Principi Israeli. Princeps Israelis hoc loco accipitur pro summo sacerdote, & est sensus. Has primitias tenebitur omnis populus in principem sacerdotum conferre. Suat, qui per principem hoc loco eũ intelligant, qué Esaias principẽ pacis appellat, & D. Ioannes principem regum terræ, qui vt in titulo crucis ostenditur, rex est Iudæorum, hoc est confitentium & credentium, qui de se ait in libro psalmorum: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius.

Esai. 9.
Apoc. 1.
Psal. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et super principei erunt holocaustã, & sacrificiũ, & libamina. Hoc est, summi pontifices principi sacerdotum interest offerre Deo sacrificia. Vel vt alij dicunt, facere sumptus & impẽsas in sactis faciendis. Libamina erant oblationes rerum liquidarum. Sed quoniam vt modò dicebamus, per principem intelligunt nonnulli Christum, hoc etiam potest ad illum referri. Ipse est, qui se pro nobis holocaustũ cõstituit, quoniam legis veteris holocausta per se Deo non placebãt. Ipse enim ait in psalmo conferens cũ patre sermonem: Sacrificium & oblationẽ noluisti, aures autem perfecisti mihi, holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi: Ecce venio.

Psal. 39.

In solemnitatibus. Hoc est, in paschate, pentecoste, & scenophegia. In calendis, hoc est in nouilunijs, in sabbatis, hoc est in omnibus diebus festis, quæ ob insignem aliquod factum celebrabantur, siue fuerint sabbata, siue quæ habebat alia festa. In his solemnitatibus magni sumptus in vsum sacrificiorum erogabantur à principe sacerdotum, quam ob causam ei tribuebantur primitiæ.

In primo mense. Nimirum Martio, qui à Iudæis Nisan appellabatur. Qua de re capite primo disseruimus.

Vna mensis. Id est, prima die mensis. Ita vna sabbati, id est prima die sabbati, quæ est dies dominica. Ita intelligitur illud Lucę: Vna sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum. Hoc est, die dominica fulgente aurora.

Luc. 24.

Sumes vitulum de armento immaculatum. Alloquitur sacerdotem, qui erat templum expiaturus sanguine vituli, qui non esset domi nutritus, sed in grege & armento, nullamque corporis haberet maculam. Vide quanta mundities in hoc vitulo requiratur. Significant hoc loco literæ diuinæ puritatẽ, quæ in sacrificijs deo oblatis requiritur. Sed si eas altiùs specta re volueris, sublimiorem inuenies intelligẽtiam. Vt enim odoriferum trifolij primo visu delectat, & suauẽ aliquem ex se mittit odorẽ, sed quanto magis manibus teritur, tanto suauius fragrat, & maiorem odorem reddit, hc diuina verba etli in aperto orationis argumento, & in sententia, quę primo apparet, suauitatem quandam spirãt, si ea tamẽ attentiùs tractaueris, & aditum aperueris ad alta mysteria contẽplanda, multo admirabiliorẽ & suauiorem odoris fragrantiam emittẽt. Tractemus igitur, & manibus teramus verba hæc, & recondita sententiã scrutemur. Vitulus hic pro peccato oblatus, cuius sanguis erat labes nostras expiaturus, Christus est, verus Deus noster, cuius meminit diuina scriptura primo capite Leuitici dicens: Immolabitque vitulum coram domino, vt offerant filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes per altaris circuitũ. Et diserte antea: Masculum immaculatum offeret ad placandum sibi dominum. Ideo dicitur immaculatus, quia iuxta Isaiæ vaticinium, Iniquitatem nõ fecit, nec fuit dolus in ore eius. Quẽ locum Diuus Petrus in prima epistola sua de Christo interpretatur. Et ad hoc alludens D. Ioannes in prima etiam epistola ait: Scitis, quia ille apparuit, vt peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est. Eam ob causam dicitur de ariete, quia nullo fuit peccati iugo pressus. Vel de ariete dicitur, quia fuit de grege patriarcharum, quem Diuus Matthæus vocat filium Dauidis, filium Abrahami. Hic est vitulus saginatus luce sacratissimæ virginis, pro filij prodigi salute occisus, opprobrijs affectus, & etiam tãdem crudeliter afflictus. De eo loquitur apud Lucam ipse Christus in parabola illa, in qua ita patrẽ inducit loquẽtẽ. Adducite vitulũ saginatũ, & occidite, & manducemus, & epulemur. Ipse Deus pater ait apud Esaiam: Propter scelus populi mei percussi eũ. Et de illo ait Apostolus in epistola ad Romanos: Proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Ideo ait: Occidite, & mãducemus, & epulemur. O cibũ diuinũ, ò epulas cœlestes! Huius vituli carne pascimur, eius sanguine imbuimur, & cõuiuium hoc quotidie celebratur. Ipse diuinus vitulus de se ait: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. O admirabile eucharistię sacramẽtũ, ò panẽ viuũ, ò epulas cœlestes, ò suaues ac diuinas delicias nostras, & verè diuinũ nutrimẽtũ. Adducite, inquit pater, vitulũ saginatũ, & occidite, & mãducemus. Ipse Deus, qui salutem peccatoris efflagitabat, in eius cõuersione dicitur mãducare & epulari. Conuertere igitur ò peccator ad Deũ tuũ, vt saltẽ Deũ ipsum salutes, & salute tua eius desideriũ expleas. Nõne audis vocẽ? Quid facis? Cur in peccato permanes? Cur nũ redis ad patrẽ? O demẽtes nos ipsos! Intelligimus Dei bonitatẽ, perspicimus & exploramus eius clementiã, & auditis eius verbis pietate plenissimis adhuc moramur? Adhuc nõ currimus ad illũ? Eamus ò fratres charissimi, festinemus & properemus, & tanquam filij prodigi ad Dei misericordiã, ad patris clemẽtiã supplices cõfugiamus. Quid quærimus in mundo, qui nos ad perdẽdũ quærit? Spectat nos Deus, imò vocat vt vobis vitã tribuat, nos verò fugimus ab illo, vocat nos mũdus, vt interficiat, & ad illũ cõfugimus. Quærimus vitã in domo mortis, & lætitiã in valle miseriæ. O ignorantiam nostram, ò cæcitatem deplo-

Ezech. 43.
Esai. 59.
1. Pet. 2.
1. Ioan. 3
Matt. 1.
Luc. 15.
Esai. 53.
Rom. 8.
Ioan. 6.
Luc. 15.

Simile. deplorandam. Vt sanguis sagitta veneno infecta corruptus confugit ad cor, ab eo remediũ quærens: sed cùm primùm cor attigit, gignit interitum, & quærens vitam, inuenit mortem: sic qui calamitatibus pressi ad mundum confugiunt, in eo remedium quærentes, inueniũt mortem, vbi vitam inuenire putabant. Vitam in mortis domicilio quærunt, & existimantes se esse medicinam inuituros, æternam sibi pernicicm machinantur. Nos verò confugimus

Ioan. 11. ad eum, qui ait: Ego sum resurrectio & vita: curramus ad fontem remedij, properemus ad Christum, qui nos in crucis ara expectat, vbi se pro nobis hostiam constituit, vt in morte sua nos à morte nostra liberaret. Vitulus in monte Caluariæ occisus occidit mortẽ, vt nos in cœlesti mõte diuinæ visionis, in domicilio beatorum sempiterno possemus viuere & qui escere, vitamque placidissimam, & bonorum omnium plenissimam traducere. De huius vituli carne loquitur hoc loco Ezechiel.

Et tollet sacerdos de sanguine, quod erit pro peccato, & ponet in postibus, &c. Hoc est, accipiet sacerdos ex sanguine vituli pro peccato immolati, & asperget illo postes templi, & quatuor angulos extremæ oræ altaris, & postes portæ atrij illius, in quo situm est templum. Hic est sanguis agni paschalis, qui in postibus & superliminaribus domorum ponitur filios Israelis eripuit in Aegyptõ. Hic est sanguis Christi Dei nostri, per quem introijit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, cuius imaginẽ gerebat sanguis agni paschalis, & vituli immaculati, & sanguis ille, quo fuit aspersum tabernaculũ. Nã vt ait in epistola ad Hebræos D. Paulus, Omnia penè secundum legẽ in sanguine mundabantur, & sine sanguinis effusione non fiebat remissio, quæ futurum erat, vt Christi sanguis nos à maculis nostris expiaret, & scelera omnia deleret. Id intuens D. Ioannes has voces emisit: Luit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et quoniã hoc non fuit in vna dũtaxat orbis terrarum parte, sed in omnibus quatuor mundi plagis, dixit hoc loco Ezechiel, esse sanguinem hunc in quatuor angulis crepidinis altaris ponendum.

Exo. 12.
Hebr. 9.
Exo. 24.
Hebr. 9.
Apoc. 1.
1. Cor. 11

Pro vnoquoque, qui ignorauit. Sæpe enim ob errorem, in quo versamur, incidimus in flagitia. Id intuẽs diuinus psaltes canebat: Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Et alibi: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Nemo est enim, qui possit errata omnia perspicere, qui in tantis tenebris nihil offendat, quę scelus aliquod specie virtutis nõ aliquãdo decipiat. Fraudibus vitur diabolus, & vt ait Apostolus, trãsfigurat se in angelũ lucis.

Psal. 18.

In primo mense, quarta decima die mensis. Loquitur de paschæ oblationibus: incipiebat enim pascha quartadecima die lunæ, vt hoc loco, & in lib. Exodi literæ diuinæ testantur. Et quoniam in hoc festo comedebatur agnus, appellabatur agnus ille etiam pascha, qui Christũ adumbrabat. Ideo ait D. Paulus in epistola 1. ad Corinthios. Pascha nostrum immolatus est Christus. Imò panis azimus, qui comedebatur in solennitate alla, pascha quoque vocabatur. Sed propriè pascha erat solennitas ipsa, à Deo in exitu Israelis cõstituta, quãdo angelus transiens occidebat Aegyptiorũ primogenitos, reliquens Hebræos incolumes, & quando Hebræi ipsi ex Aegypto transierunt. Qui ob causam festũ illud vocatũ est paschæ, quod idem est quod transitus. Cùm autem ex Aegypto, ex hoc mundo transimus ad veram promissionis patriã, pascha celebramus. Ideo cùm in die festo resurrectionis dominicæ alij alijs inuicem bonum pascha precantur, nescientes fortasse quid dicant, bonũ ex hac vita transitum, bonum phase, bonam denique mortem sibi maturò precantur. Cùm pascha idem sit, quod phase, phase autem transitum significet, transitus aũt sit mors, apertè ostenditur, pascha bonum sibi inuicem precantes bonã sibi mortem precari. Et rectè quidem: nam quæ potest esse solennior festiuitas, quam à pœna temporali ad gloriam proficisci sempiternam? *Pretiosa, inquit propheta, in cõspectu Domini mors sanctorum eius.* Et beatus Ioannes in Apocal. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Aspicis igitur pascha transitum significare. Ad hanc significationem alludit diuus Ioannes dicens: Ante diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. In verba. transiret, *innuit* pascha transitum significaret, in quo transitu erat agnus innocens Christus Deus noster ad patrem trãsiturus. Celebratur enim Iudæorum pascha, & occidebatur agnus paschalis, quo tempore passus est Christus. Sed dices fortasse: Quo fieri potest, vt euangelia cohæreãt, cùm dicat Matthæus, Christum manducasse prima die azymorum, hoc est, prima die solennitatis paschæ, Ioannes autem asserat fuisse id ante diem festum paschæ? Huius quæstionis facilis est responsio. Hebræi incipiebant solennitates suas statim post primas vesperas: cùm autem anno illo solennitas paschæ incideret in diem veneris, incœpit festũ die Iouis post vesperas. Et quoniã eo tempore nẽpe nocte diei Iouis, quãdo iam solennitas inceperat, agnus paschalis manducabatur, ait Matthæus, Christum die festo paschę agnum

Exo. 12.
1. Cor. 5.
Psal. 115.
Apoc. 14
Ioan. 13.
Matt. 26.
Ioan. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agnum manducasse. Scripsit enim hebraicè, respexitque ad Hebræorum morem. At D. Ioannes, qui græcè scripsit, & ad Græcorum & Latinorum respexit consuetudinem, qui dié incipiunt post mediam noctem, dixit hoc fuisse ante festum paschæ, qui dies festus erat dies Veneris. Licet enim festum inciperet post primas vesperas sériæ quintæ, tamen à die sequéte denominabatur. Ita enim est in lib. Exodi de agni paschalis immolatione memoriæ proditum: Erit agnus absq; macula, masculus, anniculus, immolabitúque vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam, aut vt alij vertunt: inter vesperas, nimirum primas & secundas. Vbi paraphrastes Chaldæus habet: Inter duos soles, seu inter duo lumina, hoc est, inter occasum solis, & principium noctis. Cùm sol occidit, absceditúque à nostro orizonte, dicitur occasus solis, sed adhuc remanet in aëre claritas quædam solis, donec incubat nox atra, & tunc occidit lumen. Vnde spatium illud post occasum solis ante occasum luminis & claritatis, dicitur spatium inter duos soles seu inter duo lumina, & ita ait occidendũ esse agnũ inter occasum solis, & principium noctis, quo tempore iuxta euangelistas Christus pascha manducauit. Paraphrasis tamẽ chaldaica Cõplutensis, quã ego vtor, non habet inter duos soles, sed ad vesperam, cum editione vulgata. Itaque Matthæus & Ioannes idem dicunt, sed diuersis verbis, ambo cohærent & congruunt: ambo aiunt Christum cum discipulis suis pascha comedisse die Iouis vespere iam facto: quod tempus dies festus iam vocabatur, & prima dies azymorũ iuxta Hebræos, & ante diẽ festũ paschæ iuxta Græcos & Latinos. Et quo etiam non solùm solennitas ipsa, & agnus paschalis vocabatur pascha, sed etiam panis azymus, & quicquid manducabatur in solennitate illa, ait D. Ioannes Iudæos feria sexta non introisse in prætorium, ne contaminarentur, sed manducarẽt pascha. Vbi per pascha, quicquid tunc manducabatur, intelligitur. Nõ me fugit, alios aliter hunc modũ soluisse: sed hãc existimo esse germanam & veram huius loci solutionem & explanationem. Nec est dicendum vllam esse inter Matthæum & Ioannem repugnãtiam: id enim quod litteris mandarunt, ambo viderent, præsentes enim fuerunt vltimæ cœnæ, & testes oculati ea, quæ de cœna illa scribunt, propriis oculis aspexerunt.

Diuus Lucas ea, quæ ab Apostolis accepit, sicut tradiderunt ei, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, literis mandauit, vt ipse in euangelij sui exordio testatur. Marcus verò, quæ à Petro didicerat, rogatus à discipulis scripsit. Authores sunt Clemens in sexto dispositionum libro apud Eusebium libro 2. ecclesiasticæ historiæ, cap. 15. Et Papias apud eundem eodem lib. & capite: & libro 3. capite vltimo. Et Origenes lib. 1. commentariorum in Matthæum, eodem Eusebio referẽte libro 6. cap. 18. Et Eusebius ipse libro 3. cap. 4. Hieronymus de viris illustribus in vita D. Marci. Irenæus lib. 3. aduersus hæreses, cap. 1. & alij propè infiniti: Itaq; licet Lucas & Marcus audita referant dirigẽte eos spiritu sancto, Matthæus tamen & Ioannes ea perpetuis confignarunt monumentis, quę suis oculis conspexerunt.

Exo. 12.

Ioan. 18.

Ioan. 1.

Et faciet princeps. Id est, & offeret princeps. Sequitur: In die illa, hoc est, quartadecima die mensis.

Septem vitulos, & septem arietes. Hi erant immolandi singulis diebus spatio septem dierũ. Hi sunt martyres, qui vitulũ illũ secuti sunt, qui pro nobis oblatus est, & arietẽ illum, quẽ Abrahã immolauit. Voluerũt enim pro Christo mortem commutare, vt tali morte immortalitatem consequerentur. Rapiebãtur martyres ad supplicium, & eorum animæ à vinculis corporum cuolantes in æternas mansiones domus Dei ingrediebantur, gratia illustratæ, vitutumque ornamentis munitæ.

Leuit. 1.

Gene. 22

Et sacrificiũ ephi per vitulũ. Id est, toties offeret ephã, quot erũt vituli & arietes: quot aũt ephas obtulerit, tot offeret mẽsuras olei. Ephi, vt diximus, seu epha mensura erat aridorũ: hic autem accipitur pro similæ mensura: est autem simila tritici farina pura & delicata.

Exo. 34.

Et olei hin. Hin mensura erat illius tẽporis, & vt nonnulli putant, tertia pars bati.

Septimo mense. Id est, in festo tabernaculorũ fient oblationes, quemadmodum in festo paschæ. Quis autem sit mensis septimus, diximus capite primo.

Annotationes ex hebræo in caput XLV.

Separate confinia vestra. In hebraico est. Separate גרשותיכם geruxotheceme: à verbo גרש garax, quod significat proijcere, & cijcere: vt Exodi 34. Ego ipse ejiciam ante faciem tuam Amorrhæum. Vnde eius derivatiuum significat cõfinium, & limitem, quòd sit in fine proiectum à re ipsa. Quam significatiõẽ secutus est, & rectè quidẽ, noster interpres. Significat etiam tributum, quòd sit super populum proiectum. Quam significationẽ sequitur Rabi Dauid ita hunc locũ vertens: Separate tributa vestra à populo meo. Et Pagninus: Auferte angarias vestras à populo meo. Et Brixia-

nus: Separate exactiones vestras à populo meo. Alij vertunt: Separate proiecta vestra: hoc est, iniusta tributa, quę in populum proijcitis. A verbo hoc deriuatur etiam nomen gerex, quod fructum significat, qui virtute solis & lunæ germinat & matureſcit citiùs solito: quòd eum sol & luna foras ejiciant. Benedicens Moyses terræ Ioseph, dixit: De benedictione domini terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacẽte: de pomis fructuum solis & lunæ. Ac si diceret: Benedicta sit à Domino terra Ioseph ob delicias cœli, ob rorem delicatissimũ, quo superne irrigabitur, & ob abyssum, hoc est, ob fontes aquarũ è terra scaturientium & erumpẽtium: & ob fructus optimos, qui solent citò produci, & ad maturitatẽ peruenire beneficio caloris solis, & humiditate lunæ. Huiusmodi fructus fert terra, quæ est à parte orientis versus meridiẽ, non quæ ad radices montis est versus septentrionẽ, quæ solem habet transuersum. Vbi fructus tardiùs producuntur, & difficiliùs matureſcunt.

Deut 33.

Siclus autem viginti obolos habet. Pro siclo est in hebraico xecel, à verbo xacal, quod significat ponderare. Nomen est nummi antiquissimi: de quo dicitur in Gene. Terra, quã postulas, quadringentos siclos argenti valet. Continebat siclus viginti obolos, vt constat ex hoc loco, & ex capitis trigesimo Exo. Sed hoc intelligitur iuxta vtriorum doctorum sententiam de siclo templi: nam siclus quo in templo vtebantur sacerdotes, consentiente Iosepho quatuor habebat drachmas, quarum quælibet quinq; obolos continebat. Siclus aũt vulgaris, & pro phanus duas tantùm habebat drachmas, & ex consequente decem obolos.

Gene. 23.

Exo. 30.

Pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est. Pro ignorauit est in hebraico. שגגה xogheh, à verbo שגגה quod significat errare, vt cap. 6. Iob: Si quid fortè ignoraui, instituite me. Significat etiam discedere, vt in psalmo: Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis. Quod poterat verti: Conculcasti omnes errantes à constitutionibus tuis. Significat quoque delectari, vt Prouerbiorũ quinto: In amore eius delectare iugiter. Pro quo nõnulli vertunt: In amore eius errabis iugiter. Nimia enim occupatio in vxoris amore hominẽ separat à diuino cultu, rerumq; cœlestium contẽplatione. Ab hoc verbo deriuatur xeghoth, quod nomen errores significat, & delicta ignorantes admissa, vt in psalmo: Delicta quis intelligit? Seu vt alij vertunt: Ignorantias quis intelliget? Alterum nomen ab hoc verbo deductũ est xiggaion, quod est in titulo psalmi septimi, pro quo æditio vulgata habet psalmũ, dicens: Psalmus Dauid, quem cantauit Domino, &c. Et rectè quidẽ: nam translatio septuaginta habet ita: ψαλμὸς τῷ ἀλλὶ. Pro xiggaion habet psalmum. Pro quo D. Hieronymus transtulit ignorationem, quomodo etiam transtulerat Symmachus & Aquila tesse Keuclino. Et rectè quidem, composuit enim Dauid psalmum hunc aduersus Saulem, asserẽs se nescire quicquam omnino, quo aduersus se incitatum regis furorẽ mereretur. Hoc nomine in plurali vsus est Habacuc, dicens: Oratio Habacuc pro ignorantijs. Ac si diceret: Hęc est oratio, quam habuit Habacuc ad Deum, ne suis populatibus imputaret ignorãtias, nec eos in babylonica captiuitate penitus relinqueret. Sed quoniam eius primitiuum delectari significat, vertunt nonnulli inscriptionẽ psalmi illius. Oblectatio siue iucunditas Dauidis fuit enim iucundus psalmus hic, & gaudio plenus. Alij dicunt esse nomen cãtus: ita ab instrumento musico appellari. Alij cantatũ fuisse hunc psalmum ad numeros cuiusdã vulgaris cantilenæ, cuius initium erat xiggaion. Ex omnibus his expositionibus ea mihi valde arridet, quæ ex xiggaion ignorãtiam intelligit, tum ipsius nominis ratione, quòd verbum xagah ignorare significet, tum quòd pulchrè consonet argumẽto psalmi, quo Dauid negat se agnoscere peccatum sibi à Saule obiectum. Cùm igitur verbũ hoc varias habeat significationes, variè transferri potest locus hic Ezechielis. Pro eo enim, quod vulgaris editio habet. Pro vnoquoque qui ignorauit, verti potest: Pro vnoquoque discedente, nempe à via Dei. Vel pro vnoquoque delinquente. Vel pro vnoquoque sibi complacente. Vel pro vnoquoque se vanè delectante.

Iob 6.

Psa. 118.

Prou. 5.

Psal. 18.

Psal. 7.

Habac. 3.

ARGVMENTVM CAPITIS XLVI.

Agit de sacrificijs sabbatorum & calendarũ, & de principis oblatione. Docet quibus temporibus ingredi oporteat, & egredi: & quæ principis dona durẽt ad annum dũtaxat remissionis, quæ verò perpetuitatem promittant, vigentique memoria omnium seculorum. Legitur de sacerdotum officio, & de nõnullis nouæ legis sacramẽtis, quæ immensus ille Dei mundi conditor ac cõseruator instituit, vt suam erga nos admirabilem charitatem significaret.

CAPVT XLVI.

HAEc dicit dominus Deus: Porta atrij interioris, quæ respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die aũt sabbati aperietur;

A

Universidad de Deusto
Biblioteca

rietur: sed & in die calendarū aperietur. Et intrabit princeps per viā vestibuli portæ de foris: & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustū eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ, & egredietur:
B porta autē nō claudetur vsq; ad vesperā. Et adorabit populus terræ ad ostiū portæ illius in sabbatis & in calendis corā Domino. Holocaustū autē hoc offeret princeps domino: in die sabbati sex agnos immaculatos, & arietem immaculatū. Et sacrificium ephi per arietem: in agnis autem sacrificium, quod dederit manus eius: & olei hin per singula ephi. In die autem calendarum vitulum de armento immaculatum: & sex agni, & arietes immaculati erunt. Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificiū: de agnis autē sicut inuenerit manus eius: & oleo hin per singula ephi.

EXPLANATIO.

Porta atrij interioris. Loquitur de porta orientali muri tertij, quæ erat atrij sacerdotum, vbi templum erat ædificatum: quæ porta clausa erat sex diebus laboris, septimo aūt die, quando sabbatum erat & requies, aperiebatur, & similiter calēdarum die, hoc est, die septimo mensis, qui apud Hebræos festus erat. Describit loca, quæ adeunda erant pro ratione dierū festorum. Hæc orientalis porta, sex diebus clausa, sed sabbato aperienda, est diuina scriptura, quæ respicit ad orientem, hoc est ad Christū:
Zach. 6. de quo ait Zacharias: Oriens est nomen eius.
Dicitur autem respicere ad Christum, quia de eo loquitur: ille est eius scopus. Ipse enim ait
Ioan. 5. apud Ioannem: Scrutamini scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Fuit aut clausa porta hec sex diebus laboris, de qui
Exo. 23. bus dixit Deus: Sex diebus operaberis, hoc est, toto legis tempore. Erat enim lex illa laboris plena, de qua ita ait in Actis diuus Petrus.
Act. 15. Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres nostri nec nos portare potuimus? Fuit autem aperta sabbato, hoc est, tempore gratiæ, & quietis animarum, cùm Christus dixit: Venite ad me om-
Matt. 11. nes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris. De diuina scriptura ante aduētum Christi dixit Dauid: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes prophetæ sunt, & diuinarum literarū scriptores, de quibus ait Esaias: Qui sunt hi, qui vt nubes volāt? Aqua tenebrosa est doctrina obscura, quæ erat in his nubibus tenebris cooperta. Nulla enim mētis acies tā perspicax esse poterat, quæ per se deum in diuina scriptura latentem perciperet, sublimia eius arcana penetrando. Id voluit ipse Deus significare, cùm venturus ad Moysen legē laturus, mō-
Exo. 19. tem Horebum nube cooperuit densa, & Moy
Exo. 34. si faciem obtexit velo, & Salomonium tem-
2. Cor. 3. plū obscura nebula impleuit, & arcam fœde-
3. Reg. 8. ris velo iussit cooperire. At Christus Dei fi-
Exo. 40. lius, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius,
Hebræ. 1. ipsas diuinas literas explicauit. Quæ de re alibi disseruimus. Poteris per hāc portā intelligere paradisi ianuā, quę toto tēpore legis veteris fuit clausa, & post Christi mortē aperta: ipse enim dixit latroni. Hodie mecū eris in paradi-
Luc. 23. so. Hæc cœlorum porta aperta fuit sabbato, hoc est, tēporæ gratiæ, & in neomenia, in festo calendarū, quod erat in nouilunio. Tēpus gratiæ festum est, & noua luna, quādo omnia innouata sunt, de quo tempore dixerat regius ac
Psal. 95. diuinus vates: Cātate domino canticū nouū, cātate domino omnis terra. Festiuitates enim legis antiquæ tēpus gratiæ adūbrabant. Ideo
Coloss. 2. ait in epistola ad Coloss. D. Paulus: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sunt vmbra futurorū. Hæc cœli porta nobis etiam dū in terris vitam degimus, clausa est, quod explicare volens Ezech. ait: Erit clausa sex diebus, in quibus opus fit. Tēpus vitæ nostræ tēpus laboris appellatur. Homo enim, vt dicitur in
Iob. 5. lib. Iob, nascitur ad laborem, sed aperitur porta hæc iustis in morte, qui ea æternā ingrediūtur beatitudinē. Hæc est porta illa, de qua ait
Psal. 117. diuinus psaltes: Hæc est porta domini, iusti introibunt per eā. Et quoniā sempiterna requies appellatur sabbatismus, iuxta id quod ait D. Paulus in epistola ad Hebræos: ideo ait Ezechiel eam sabbato aperiri, & solennitate neomeniæ, quando viri sancti è corporum vinculis euolantes nouam vitam ingrediuntur, vbi æuo sempiterno in cœlesti patria oblectantur. Mundus hic est veluti venter quidam naturæ, in quo sumus, quamdiu hic vitam degimus, quo autē die migramus à vita, nascimur, & tunc viuere incipimus: vnde mors sanctorum natale eorum dicitur. Duo sunt veteri, alter matris, alter naturæ, egredientes ab vtero matris ingrediuntur vterum naturæ, & exeūtes ab vtero naturæ, atque in lucem editi, vitā veram adipiscimur, quam nec casus potest eripere, nec

nec inuidia labefactare, nec vetustas vlla consumere. Qui enim in gratia moriuntur, aut statim consequuntur æternā beatitudinē, si purgati discedunt, aut in purgatorium relegātur, donec purgati ad gloriā transferantur immortalem. Poteris per portam hanc rerum diuinarum contemplationem intelligere, quæ nobis clausa est, quando diebus laboris, hoc est exterioribus occupationibus distinemur, præsertim si hi labores sunt opera seruilia, hoc est peccata, his enim occupati à cœlestiū mysteriorum contemplatione impedimur, & abarcanis diuinarum literarum intelligendis retardamur. Sin autem quiescimus, & sceleta relinquimus, aperitur nobis porta cœlestis philosophiæ, & diuinæ sapientiæ, qua præceptrice possumus alta mysteria cōtēplari, & in tranquillitate vitā traducere, cupiditatū ardore restincto, affert enim diuinarum rerum cōtemplatio pacem animo, eumque suauitate reficit, & cōcordia quadā placat & lenit. Et in
Psal. 38. hac trāquillitate incenditur animus igne illo charitatis, de quo dicebat diuinus psaltes: In
1. Cor. 3. meditatiōe mea exardescet ignis. Et vt ait D. Paulus in secunda ad Corinthios: Reuelata facie gloriam domini speculantes in eandē imaginem transformamur à claritate in claritatē, tanquam à domini spiritu. Hæc est admirabilis illa requies, ad quā aspirabat Dauid dicēs:
Psal. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam. Ideo ait Ezechiel, portā hanc sabbato aperiri, cùm ad mentis quietem accedimus, & exterioribus, quæ distrahunt, tedijs, intentem animi securitatem quærimus, qua Deum inuenire possimus, & in eius suauitate conquiescamus. Hic est admirabilis sabbatismus, & præclara neomenia, cùm anima diuinæ contemplationi dedita alitur ad æternitatem cœlestem, & nouitate vitæ, nouilunio puritatis à sole iustitiæ illustratur. Alioquin qui sceleribus imbutus, & vitijs obstinatus ad
Exo. 19. hanc accesserit contemplationem, perniciem sibi fortè comparabit, est enim in libro Exodi literis mandatum esse lapidibus interficiendam bestiam, quæ montem tetigerit, per quem
Prou. 25 contemplationis altitudo significatur. Et in Prouerbijs ait Salomon: Qui scrutator est maiestatis, obruetur à gloria.

Sed & in die calendarum aperietur. Primus dies mensis erat dies calendarū, & appellabatur neomenia, hoc est nouilunium: nam apud Hebræos semper mensis incipiebat à nouilunio, eratque dies ille solennis. De quo dicitur
Psal. 80. in psalmo: Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ.

Et faciens sacerdotes holocaustum eius. Hoc est, offerent sacerdotes holocaustum principis. Princeps illud sacerdotibus offerebat, illi autem Deo.

Adorabit super limen portæ. Id est, princeps incuruabit se apud limen portæ adorando Deum.

Ad ostium portæ illius. Id est, ad ingressum illius portæ orientalis.

Sex agnos immaculatos. Hoc est, integros & mundos absque labe, & corporis defectu. Locutus fuerat de sacrificio principis, nūc explicat numerū & puritatē immolandorum. Pro sex diebus laboris offeret sex agnos immaculatos. Insinuat omnia principis opera immaculata esse debere, & Deo oblata. Offeret etiā arietem, qui oues ducit, hoc est intellectū, iuxta id, quod ait Apostolus in secunda ad Corin-
2. Cor. 10 thios: In captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi. Postea ait, offerendū esse vitulum de armento, hoc est domādū esse appetitum, & continentiæ frœno coercendū,
Gala. 6. vt iuxta Apostoli sententiam: Stigmata domini
2. Cor. 4. Iesu in corpore nostro portemus. Ipse enim in secūda ad Corinthios, Sēper, inquit, mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Et iungenda est similā, quæ est pura & exquisita farina, hoc est, oratio, quæ est animi refectio, cui addendum est oleum misericordiæ erga pauperes. Et ira manet absolutum principis sacrificium, si fuerit cū oleo clementiæ & misericordię cōditū, & decoratum. Nihil est tam regiū, tā illustre, quām misereri afflictorum, opem ferre supplicibus, excitare iacentes, occidentibus opitulari, contrà verò nihil tam abiectū, quām ad summum principatum acerbitatem & immanitatē adiungere. Nihil est in principe laudabilius placabilitate & clementia, quam tum approbandam dicimus, cùm adhibetur seueritas, ità iustitia exigente, sine qua administrari respublica non potest.

Et sacrificium ephi per arietem. Hoc est, cum quolibet ariete offeret ephā similæ, quot fuerint arietes, tot erunt ephæ farinæ purissimæ.

In agnis autem sacrificium, quod dederit manus eius, &c. Sensus est: Cùm obtulerit agnos, offeret tot ephas, quot manus eius dare potuerit iuxta eius arbitrium & facultatem. Quot autem ephas farinæ obtulerit, tot hin olei offeret. Epha seu ephi & hin, vt diximus mensuræ erant illius temporis.

Sex agni & arietes. In margine est, & arietes, & ita habent nonnulli codices correcti. Paulò antè loquens de sabbati holocausto dixerat: Sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum. Eodem modo erat in calendis, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

offerebatur præter hæc omnia vitulus de armento immaculatus.

Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem. Hoc est, cùm obtulerit vitulum, offeret etiam mensuram ephæ, & similiter cùm obtulerit arietem. Quot fuerint vituli & arietes, tot erunt ephæ.

Sicut inuenerit manus eius. Hoc est, pro eius facultate & arbitrio.

Cumque ingressurus est princeps,
C per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat. Et cùm intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam aquilonis, vt adoret, egrediatur per viã portæ meridianę, porrò qui ingreditur per viã portæ meridianæ egrediatur per viã portęaquilonis, nõ reuertetur per viã portæ, per quam ingressus est: sed è regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorum erit, cum ingredientibus ingredietur, & cum e-
D gredientibus egredietur. Et in nundinis & solẽnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: in agnis autem erit sacrificium, sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula ephi. Cùm autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria domino, aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem, & faciet holocaustum suum, & pacifica sua, ficut fieri solet in die sabbati: & egredietur, claudeturque porta, postquam exierit. Et agnũ eiusdem anni immaculatum faciet holocaustum cotidie domino: semper manè faciet illud. Et faciet sacrificium super eo cata manè manè sextam partam ephi: & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ: sacrificium domino legitimum, iuge atque perpetuum. Faciet agnum & sacrificium, & oleum cata manè manè holocaustum sempiternum.

Cumque ingressurus eũ princeps. Explicat per quas portas tẽpli ingredi, egredique oporteat.

Cum intrabit populus terræ in cõspectu domini in solennitatibus. Tres erant solennitates præcipuæ, nempe paschæ, scenophegia, & penteco ste, quas hic intelligit, de quibus agitur cap. 23. Leuitici. *Leui. 23*

Non reuertetur per viã portæ, per quam ingressus est. Qui eadem porta redit, qua ingressus est, tetro aspicit, & rei illi, ad quam accesserat, terga vertit. Præcipiebat Deus vt qui templũ adibat, & vsque ad portam sancti sanctorũ accedebat, per aliã egrederetur portã, ne propitiatorio terga verteret, cùm exiret. Sunt nonnulli, qui calamitatum angustijs pressi ad Deũ cõfugiunt, pias ad illum fundentes precationes, & ad Christum Deũ nostrum, quẽ Deus proposuit propitiatorem per fidẽ in sanguine ipsius, vt ait Dius Paulus, qui est propitiatio *Rom. 3.* pro peccatis nostris, vt ait D. Ioannes, suppli- *1. Ioan. 2.* ces accedunt, eiusque diuinam misericordiã vocibus lamentabilibus implorant. At remedio impetrato Deũ ipsum relinquunt, & ab eo declinantes præbent terga fugæ, & cùm debe rent beneficij memoriã colere obseruantia per petua, illius penitus obliuiscũtur. Vt qui aqua indigent, se conferunt in fontẽ, oculos in eũ dirigentes, sed hausta aqua, & plena hydria reuertũtur, fontiq; terga vertũt, sic multi pericu lis cincti, & ærumnis vndique oppugnati ad fontẽ misericodiæ confugiunt, sed aqua reme dij impetrata, fontem illum aquæ viuæ contẽ nunt, qui ait apud Ieremiam: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Cùm verò fatentur in gemitu & calamitate, abstraxerunt se à peccato, fecerunt pia vota Deo, & ad virtutum mõtẽ festinarũt: sed erepti à periculo respexerũt retro, & ad pristina scelera redierunt. Deberẽt quidem vltrà procedere, & retro nõ aspicere. *Gene. 19.* Id voluit Deus significare præcipiens egredi- *Luc. 9.* tibus à Sodomorum ciuitate ne retro respicerent, & mittentibus manum ad arattum, ne oculos leuarent post terga. Id intuens D. Paulus in epistola ad Philippẽses aiebat: Quæ qui *Philip. 3.* dem retro sunt, obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatũ persequor, ad brauiũ supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Oportet igitur seruare perpe tuam in recta viuendi ratione constantiam, & *Psal. 83.* vt verbis vtar regij vatis, ire de virtute in virtutem, donec videatur Deus in Siõ. Sed quoniam ob humanã fragilitatem non possumus semper Deum contemplari, & opus est contẽplationem & orationem interdum intermitte re, & corpori necessaria quærere, præcipit Deus, vt ita hoc fiat, ne illi terga vertamus. Id volens diuinus noster vates ostendere, ait iussisse Deum, ne qui ad templum per portam austra lem ingrederentur, per eandem rediret, sed per aquilonarem, & è conuerso.

Princeps

Princeps autem in medio eorum erit. Princeps in medio debet esse omnibus consulens, vt
Similia. eor in medio corporis, vt sol in medio planetarum, vt centrum in medio sphæræ, vt signũ in medio scopi.

Vt in nundinis. Hoc est in diebus festis. Poteris per nundinas mercaturam & negotiationem spiritualem intelligere, de qua illud in-
Luc. 19. telligitur apud Lucam: Negotiamini, dum venio.

Spontaneum holocaustum. Ideo holocaustũ hoc dicitur spontaneum, quia ad illud faciẽdũ nullo iure tenebatur. Vel omne sacrificiũ dicitur spontaneum, quia sponte fieri debet, non coactè. Ideo aiebat Dauid: Volũtatiè sa-
Psal. 53. crificabo tibi domine. Et Christus Deus no-
Matt. 13. ster: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Optimum est pro Christo comparando, teipsum relinquere, & vendere omnia, quæ habes, sed quoniam hoc debet esse libenter, apponũtur hæc verba: Et præ gaudio illius. Eo-
Esa. 12. dem modo Esaias: Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Aperietur ei porta, quæ respicit ad orientem. Hoc est, porta orientalis, quæ sex diebus laboris erat clausa, aperietur, cùm princeps fecerit holocaustum spontaneum, aut pacifica voluntaria, quemadmodum solet in die sabbati aperiri. Itaq; etiã in profestis & diebus laboris erit festum, cũ princeps holocaustũ voluntarium immolauerit. Permittebat Deus tot festa, vt ipse laudaretur, & homines requiem suis laboribus interponerẽt. Optimi sunt honesti labores, sed omnia debet ratione quadã omnium motionũ moderatrice temperari: nã nimij & continui labores obsunt magis quã prosunt. Est interdũ laboribus miscẽda quies, illisque interponenda honesta quædam oblectatio. Nam si omnis lætitia denegetur naturæ, in nullaque humanitatis iucunditate versetur homo, nequaquam labores poterit ferre, sed illis penitus obruetur. Non constitit beata vita in ludo & ioco, sed in virtutum actionibus, at quoniam perpetuum laborem ferre nõ possumus, cessatione opus est aliquãdo. Non est tibi quidẽ viuendũ, vt ludas, hoc enim stultum est & puerile, sed ludere aliquãdo honestè, vt ferias res gerere possis, fuit semper sapientium virorum sententia concessum. Hoc asserunt graui ille Anacharsis, quẽ hac in re citat & sequitur Aristoteles in decimo ethicorum. Hæc est diui Augustini sententia in secundo de musica, quẽ sequitur diuus Thomas in secunda secundæ quæstione. 168. Arundo non crescit absq; nodis: erigitur sursum geniculatim, & in nodo tantisper quiescit: & postea iterum surgit, & sursum tendit. *Simile.* Genicula illa & internodia sunt veluti quietos, & à laboribus cessationes. Nascitur ex radice calamus, diffunditq; herbescentem viriditatem, quę nixa fibris stirpiũ sursum crescit, culmoque geniculato sursum erigitur, & crescens efficit nodum, in quo quiescit, deinde iterum surgit, & laborat. Eodem modo nos oportet dare operam virtuti, & illud cum labore ad veram laudem directũ iter diligere: sed vt illud tolerare possimus, debemus inter nodia quædam efficere, in quibus à laboribus interdum cessemus, & seruato decore quiescamus. Sed sumus statim ascensuri, & reuersuri ad laborem, ne si fuerimus turpi otio dediti, vincat voluptas rationẽ, & falsis deliciis, quæ celeriter decidunt, & delloreſcunt, capiamur. *Simile.* Vt inculta terra gignit tribulos & sentes, sic homo otiosus impias gignit cogitationes, & scelera nefaria producit. Vult Deus, ne vitam desidia & inutili silentio trãseamus, veluti pecora, quæ natura terræ prona, ventriq; obedientia finxit. In labore, dixit Deus Adamo, co- *Genes. 3.* medes omnibus diebus vitæ tuæ. Et in libro Iob scriptũ legimus: Homo nascitur ad labo- *Iob. 15.* rem: Et diuus Paulus, Si quis, inquit, non vult operari, nõ mãducet. Et diuus Hieronymus: *2. Thes. 3* Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquitur. Et Pittachus apud Raphaelem Volaterranũ sit Totius honesti dux, & fundamentum continentiæ labor in primis est. Et Hesiodus apud Stobæum: Per labores virtus incedit. Et Platoi Breues virtutis labores æterna voluptas sequitur. Quo fit vt viri sapientes laborent, etiã cũ à labore cessare videntur. Notum est illud Scipionis Aphricani, nunquam se minus otiosum esse, quàm cũ otiosus, nec minus solũ, q̃ cùm solus esset. Sed quoniam relaxare animũ possumus, dummodò caueamus intemperantiam, & mebinerimus verecũdiæ, dedit Deus sabbata & alia festa, quibus eum laudibus efferremus, & possemus cultui diuino vacare, atque laboribus nostris honestam quietem & lætitiam interponere.

Claudeturque porta. Hoc erat in holocausto spontaneo & pacificis, tunc enim claudebatur porta, cùm primum princeps exibat. In sabbatis verò & calendis non claudebatur porta vsque ad vesperas,

Cata manè. Hoc est, iuxta manè. Ac si dicat: Singulis diebus manè. Loquitur de sacrificio quod cotidie tempore auroræ fiebat. Est enim tempus hoc precibus & sacrificijs aptũ. Cùm rex Dauid esset ab hominum cœtu sepa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratus ob regis Saulis insidias, & ab eo in deser
tas & incultas solitudines pulsus, vbi pietatē
alebat in diuino lumine contēplando, aiebat:
Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et ali-
bi: Quoniam ad te orabo domine manè, ex- Psal. 62.
audies vocem meam. Et subdit statim: Manè Psal. 5.
allabo tibi, & videbo. Ac si dicat: Tempore
matutino assistam supplex misericordiæ tuæ,
& erectis in cœlum oculis intuebor, dum mi-
hi calamitatibus presso opem tuleris. Et ite- Psal. 87
rum: Manè oratio mea præueniet te.

Faciet agnum. Hoc est, offeret agnum. Eo-
dem modo facere bouem est illud immolare,
aut parare ad immolandū quo tropo vtitur sa- 3. Reg. 18
cra scriptura tertio Regum 18. Vide Macro-
bium Aurelium libro tertio Saturnaliō enarrās
illud Vergilij: Cùm faciam vitula, &c. hæc
verba literis mandauit: Vitula dixit pro vita-
tione, quod nomen esse sacrificij ob lætitiā
factu superius expressimus. Cùm faciā vitula,
id est, cùm faciam rem diuinam non oue, non
capra, sed vitulā. Tanquam dicat: Cùm vitu-
lam pro frugibus sacrificauero.

Hæc dicit dominus Deus: Si de-
derit princeps donum alicui de filijs
suis, hæreditas eius filiorum suorum
F erit: possidebunt eam hæreditariè. Si
autem dederit legatum de hæreditate
sua vni seruorum suorum, erit illius
vsque ad annum remissionis, & re-
uerteretur ad principem: hæreditas au-
tem eius filiis eius erit. Et non acci-
piet princeps de hæreditate populi
per violentiam, & de possessione eo-
rum: sed de possessione sua hæredi-
tatem dabit filiis suis: vt non dispe
gatur populus meus vnusquisque à
possessione sua. Et introduxit me per
ingressum, qui erat ex latere portæ
in gazophylacia sanctuarij ad sacer-
dotes, quæ respiciebant ad aquilonē:
& erat ibi locus vergens ad occiden-
G tem. Et dixit ad me: Iste est locus,
vbi coquent sacerdotes pro peccato,
& pro delicto: vbi coquent sacrifi-
cium, vt non offerant in atrio exte-
riore, & sanctificetur populus. Et
eduxit me in atrium exterius: & cir-
cunduxit me per quatuor angulos
atrij: & ecce atriolum erat in angulo
atrii atriola singula per angulos atrij.
In quatuor angulis atrii atriola di-
spolita: quadraginta cubitorum per
longū, & triginta per latū mensuræ
vnius quatuor erāt. Et paries per cir-
cuitum ambiens quatuor atriola: &
culinæ fabricatæ erant subter porti-
cus per gyrum. Et dixit ad me: Hæc
est domus culinarum, in qua coquēt
ministri domus domini victimas po
puli.

Si dederit princeps donum alicui de filijs suis. Locutus est de principe, nunc de eius hæredi
bus loquitur. Sensus est: Si princeps aliquid
in filios suos contulerit, ipsi illud habebunt
in perpetuum, ea portio semper eorum erit in
perpetuam hæreditatem. Sin autē dederit ali-
quid seruis, illud habebunt serui vsque ad tē-
pus, nimirū vsque ad annum remissionis, hoc
est vsque ad annum iobilei, qui erat anno
quinquagesimo, in quo omnia ad priorem
dominum reuertebantur, vt constat ex Leui- Leui 25.
tico. Potest hoc referri ad annum septimum, & 27.
qui appellabatur annus remissionis, vt cōstat
ex libro Deuteronomii. Itaq; filij habebunt
firmā proprietatē, serui autem vsum duntaxat,
vel fructum pro tempore. Nam vt ait apud Io
annem Christus Deus noster: Seruus non ma- Ioan. 8.
net in domo in æternum, filius autē manet in
æternum. Filij dei sunt illi, de quibus ait di-
uus Ioannes: Quotquot autem eum recepe-
runt, dedit eis potestatē, filios dei fieri. Impij Ioan. 1.
verò serui vocantur nequam, & serui peccati:
ioxta illud euangelicum: Serue nequam omne Matt. 18.
debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, &c. Ioan. 8.
& illud: Qui facit peccatum, seruus est pecca-
ti. Id intelligens diuus Paulus aiebat in epi-
stola ad Galatas: Quoniam autem estis filij Gala. 4.
dei, misit Deus spiritum filij sui in corda ve-
stra clamantem abba pater. Itaque iam nō est
seruus, sed filius, quod si filius, & hæres per
deum. Est autem hæc hereditas gloria æterna,
quam iusti obtinent, qui filij dei sunt: impijs
autem dantur ad tempus bona tēporalia, quæ
illis in morte auferuntur, quoniam sunt serui.
Quare mundi diuitiæ non sunt verè in bonis
connumerandæ, quoniam nullam habent si-
militudinem, nullam perpetuitatem: & ab im-
pijs hominibus sæpenumero possidentur.

Et non accipiet princeps de hæreditate populi, &c. Per hæreditatem bona immobilia intelli-
guntur, per possessionem verò mobilia. Aspi-
cis non esse principem dominum substantiæ
populi. Imò debet subditos defēdere & pro-
tegere veluti iustitia quædā animata, & lex vi-
ua. Et ita debet cōseruare populū, vt videatur
potiùs

potius populus à principe nutriri, quàm prin
cipe à populo sustentari. aduerte obsecro.
In toto hoc capite Ezechiel agit de principe,
sed nusquam ei adulatur, imò eum monet,
& ex dei parte præcipit, ne quid accipiat vio-
lenter ex populi hæreditate & possessione.
Principem ad virtutem hortatur, nō autem il-
li blanditur. At multorum hominum videbis
scripta principum suæ ætatis laudibus referta,
etiam si videant eorum voluntatem solutam,
virtutem verò alligatam. Est quidem virtus
principum laudanda, nā vt aqua humore suo
arborem educat atque confirmat, & facit ado
lescere, & fructus vberes producere, sic laus
auget & alit aliquando virtutē, eamq; pulchri
Simile. orem & sublimiorem reddit. Hac similitudine
vsus est Pindarus, à qua depromptum est tritū
illud & antiquum prouerbium. Virtus lauda-
ta crescit. Aut fortasse fuit similitudo à pro-
uerbio deducta. Possumus itaque principum
rectē facta laudibus efferre, & perpetuis con-
signare monimētis, non aūt omnes eorū actio
nes suo pias, siue impias indifferenter & sine
delectu admirari, & adulari, & laudibus extol-
lere. Hoc enim eorū est propriū, qui ficto amo
re principū fauorem & gratiam captare & au-
cupari concupiscunt. Quia potius illi, quorū
interest eos monere, non debent necessariam
veritatē silentio transire, seruato tamē illis ho
nore & decoro, sed eorum scelera, si in ea inci
derint, leniter, sed grauiter & sapienter repre-
hendere. Alexandrum Magnum scriptū legi-
mus eiecisse ab aula sua quēdam philosophū,
cuius familiaritate vsus diu fuerat, quòd eum
nunquam reprehendisset. Interrogatus enim
à philosopho, cur eum dimitteret, & à consue
tudine sua longius propelleret, Quia, inquit,
aut errores & defectus meos intelligis, aut
non intelligis, si eos non intelligis, es insi-
piens, sin autem intelligis, adulator, qui me
nunquam eorum admonuisti. Ideo familiari-
tati tuæ nuntium remitto, quia eius consue-
tudinē repudio, quiaut ignorantia laborat, aut
adulationibus vtitur. Oportet magnos prin-
cipes sapientibus illis familiariter vti, qui illis
veritatem dicant. Vides igitur oput esse sapi-
entibus labentem principem ad decus excita-
re, errantē ab errore deducere, eius flagitia re-
prehendere, ei denique suadere optimum esse
Simile. portum percunti mutationem consilij, & im-
pij propositi reuocationem. Sed hoc agant
moderatē similes legibus, quæ hortantur, re-
prehendunt, prohibent, & præcipiunt, ducte
non iracundia, sed æquitatē, non impetu, sed
moderatione. Interrogatus Antisthenes phi-
losophus cur magnates voce suppressa repre-
henderet, & non queribunda, respondit ve-
spas itidem sonum haud magnum alis excita-
re, aculeum tamen acerrimum habere. Diuus Gal. 6.
Paulus in epistola ad Galatas ita ait: Si præ-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos
qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spi
ritu lenitatis. Si quilibet homo incidens in
flagitia est leniter & modestē reprehenden-
dus, quantò magis princeps, qui est in sub-
limi dignitate constitutus? Aspicis hoc loco
iustum ac sapientem Ezechielem de principe
loqui, sed nec illi assentari, nec in eum irrue
re, & contumeliam iacere. Monet illum, &
dei nomine præcipit, ne subditos spoliet, cum
non sit opum populi dominus, sed eius rector
& conseruator, cuius est, commoda suorum
defendere, non diuellere, omnes eadem æqui
tate continere, gerere personam regni, sustine
re decus, seruare leges, iura describere, & om-
nium gubernationem fidei suæ commissam
meminisse. Debentur principi tributa, qui-
bus possit sustentari, dignitatem suam tueri,
regnum in pace & iustitia regere, & aduersus
hostes protegere & conseruare. Ideo ait di- Rom. 13.
uus Paulus: Reddite omnibus debita, cui tri
butum tributum, cui vectigal vectigal, cui ti-
morem timorem, cui honorem honorem.
Vbi perpende, non dixisse Apostolum: Date
tributa, sed reddite, insinuans non esse tribu-
tum donationem gratis datam, sed opus iusti-
tiæ principi debitum. Id dixerat antea ijs ver
bis Christus Deus noster: Reddite quæ sunt Mat. 22.
Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. At non
licet principi subditorum diuitias dilapidare, ac Simile.
si esset earum dominus. Vt sol illuminat lu-
nam, quæ absque illo nullam emitteret clarita
tem, quoniā omnem lucē suam accipit à sole,
sic princeps fauore suo subditum illustrat, qui
absque principis beneuolentia in obscuritate
iaceret, nulloq; splendore micaret. Videmus
enim in eum omnium oculos esse coniectos,
quem princeps prosequitur fauore, eumq; in
hominum celebritate versari, quem princeps
laudibus extollit. Solet enim populus princi-
pem imitari. Quo fit, vt si princeps iustus sit &
pius, populus iustitiam colat & pietatē, sin aūt
iniustus & impius, populus plerunque se scele
ribus imbuat & contaminet. Nunquam subdi
ti se tot flagitijs inquinarent, nisi essent ad mo
rum corruptelam exemplo sceleratorum prin
cipum incitati.

Et introduxit me per ingressum. Nimirum du
ctor meus.

Iste est locus, vbi coquent sacerdotes. Non vult
deus sacrificia cruda, virtutes crudas, veritates
crudas. Vult vt omnia hæc in aqua mole-
stiæ sale prudentiæ, & igne charitatis conco-
quantur.

Pro de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pro delicto, & pro peccato. Hoc est pro scelere de industria perpetrato, & pro peccato ignoranter admisso. Huic interpretationi fauet translatitio Septuaginta habens: Pro delicto, & pro ignorantia. Quidam per delictum intelligunt crimen omissionis, per peccatū verò crimen commissionis.

Vt non efferant in atrium exterius, & sanctifi cent populum. Codices correcti habent: Vt nō efferant in atriū exterius. Sensus est: Sacerdotes coquent intus sacrificia, ne exeuntes foras populum attingant, qui contactu sacerdotum sanctis vestibus indutorum sanctus censebitur. Vult Deus significare non esse impuris hominibus alta Dei arcana ostendenda. Qua de re capite quadragesimo secundo differuimus.

Et eduxit me in atrium exterius. Hoc atrium erat inter secundum murum & tertium, quod exterius appellatur respectu interioris, quod erat intra murum tertiū, vt supra ostendimus capite 40.

Mensuræ vnius quatuor erant. Id est, vnumquodque illorum quatuor atriolorum seu gazophylaciorum vnius atque eiusdem erat mēsuræ. Longitudo vnius aliorum etiam erat lōgitudo, similiter & latitudo.

Subter porticus per gyrum. Per porticus intelligit foramina, & structuras quasdam apertas in parte muri superiore, vbi imponebantur olæ, sub quibus erant alia foramina ad ignem subijciendum. Per has colinas, vbi victimæ ministrabantur, intelliguntur oratoria, vbi sacerdotes debēt Deo se ipsos offerre, & dona pro hominū peccatis, quoniā pontifex ex hominibus assumptus, vt ait Apostolus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad deū, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. *Heb. 5.*

Annotationes ex Hebræo in caput XLVI.

CVM autem fecerit princeps spontaneum holocaustum. Septuaginta pro spontanea habent ὁμολογίαν, hoc est, confessionē. Tunc enim princeps holocaustum Deo offert, cum ad pœnitētiæ sacramentum à Deo institutum accedens de peccatis suis verè confitetur, & demisso ac contrito animo solutionem quærit à sacerdote, est enim animus derectus, ac ob sceleris admissi conscientiam debito dolore confractus, illudque confitens, gratum sacrificium. Ita namque ait diuinus vates: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Fuit se autem pœnitentiæ sacramentum à Christo *Psa. 50.*

institutum, indicant apertè hæc ipsius verba ad Petrum directa: Tibi dabo claues regni cælorum & quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. *Matt. 16.*

Tum ad alios apostolos: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Et post resurrectionem ad eosdem: Accipite spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. *Mat. 18.* *Ioan. 20*

Vult Deus animorum ægritudinibus mederi, & in peccatores conferre salutem, sed in ea conferenda sacerdotis vtitur ministerio, vt ille veluti spiritualis medicus adhibeat medicinam. Sed oportet ægrum ei vulnus ostendere, qui est à Christo medicus constitutus. Qui enim fieri potest, vt medicus vulneri medeatur, quod ægrotus ostendere erubescit, & indicare non vult? Vt qui intus habet super abūdantes bilis, aut phlegmatis, pestiferos humores stomacho grauiter nocentes, si vomuerit, leuabitur ægritudine, sic qui terra flagitia concepit, & scelera mortifera admisit, oportet ea euomere, & sui ipsius accusatorem existere, si voluerit sanitatem obtinere, sin autem de illis confiteri noluerit, intus vrgebitur, & pestilente criminum humore suffocabitur. Quare necesse est sacramentum hoc pœnitentiæ adire, & de propriis peccatis confiteri. Hoc enim erit holocaustum Deo gratissimum. Vnde Septuaginta pro spontaneo holocausto verterunt confessionem holocaustum. Verūm in Hebraico pro spontaneo est נדבה nedhauah, à verbo נדב nadhau, quod significat sponte aliquid elargiri aut offerre, vt in Exodo: Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis ea. In Hebraico totum hoc, qui offert vltroneus, est vnum verbum, nempe nadhau. Et poterat locus ille ita etiam Latinè reddi: Ab omni homine, cuius cor sponte offert oblationem, eam accipietis. Inde deriuatur nomen nadhiu, quod significat rem spontaneam, & liberalem, & principē, ita à liberalitate appellatum. Hoc nomine vtitur Esaias capite trigesimo secundo, vbi cōmunis editio habet: Princeps verò ea, quæ digna sunt principe, cogitabit, & ipse super duces stabit. Quæ verba poterant in hunc modum verti ex Hebræo: Liberalis autem liberalia cogitat, & ob liberalia facta ad magnam dignitatem euehitur. Id quod dicitur in psalmo: Spiritu principali confirma me, verti potest: Spiritu liberali, seu spontaneo confirma me. Spiritum spontaneum vocat vim illam spiritus sancti, qua animus noster munitus se à voluptatibus sponte abducit, perturbationes liber coercet, & Dei voluntatem promptus lætusque amplectitur. Quòd si legamus spiritu liberali seu munifico, idem sensus manebit, si quidem vis illa efficit, vt se animus noster liberè deo tribuat. At si communè versionē sequamur, quam sequi debemus, quoniam omnibus alijs meritò anteponitur, per spiritū principalem debemus spiritum sanctū intelligere, qui eam ob causam dicitur spiritus principalis siue regius, quia animum, in quo habitat, regit, estq; eius princeps, & dux, & protector, & liberator. Diuus Hieronymus vertit: Spiritu potenti. Felix: Spiritu munifico. Quæ omnia in eandem coincidunt sententiam. Qui enim verè princeps est, fortis debet esse, & munificus, & subditos suos tueri, & amplificare, & ad eximiam amplitudinem perducere. Vbi nos habemus in libro Iob: Abstulit quasi ventus desiderium meum, pro desiderio meo est in Hebraico hoc idem nomen, ideo verti poterat locus ille: Abstulit quasi ventus præcipuum meum, siue principem meum, hoc est, animam, quæ in me præcipua est. Et quoniam non ei abstulerat ventus animam quo ad substantiam, sed quo ad desiderium, ideo interpres noster pro anima, siue principe, siue præcipua, recte transtulit desiderium. Sed quoniam nomen hoc principatum etiam significat, poterat quoque verti locus ille: Rapuit quasi ventus principatum meum. *Esa. 32.* *Psa. 50.* *Iob. 15.* *Similè.*

Ac si diceret: Quemadmodum ventus paleas facilè rapit, & stipulas longè propellit, sic Deus omnes meas diuitias, & potentiam, & honores, quibus apud homines valebam, repentè à me abstulit, quæ omnia Deo ita volente penitus euanuerunt. Ita enim paraphrasis Chaldaica locum illum interpretatur. Id etiam, quod ait psalmographus: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, poterat quoque verti: Pluuiam liberalem aut copiosam destillabis domine hæreditati tuæ. Hæreditatem Dei vocat Hebræorum populum, quem Deus tanquam agrum hæreditarium sumpserat excolendum, suaque misericordiæ imbribus copiosis irrigandum. Poteris per pluuiam voluntariam eam intelligere, quæ est tempestiua, & ab hominibus desiderata. Vel dicitur voluntaria, quoniam eam Deus voluntariè tribuit, vel munifica, quoniā illam ex magnificētia sua largitur, vel quia copiosa est. Hæc pluuia copiosa est cælestis doctrina, qua deus irrigat verè Israelitas hoc est, fideles Christianos. Est enim catholicus populus hæreditas illa, de qua dicebat Deus patri filio suo vnigenito. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ. Sed hæc pluuia cælestis, hæc euangelica doctrina in torrentes excrescens castra hostium euertit, hæreditatem verò Dei salubriter irrigat & fœcundat. Cùm autē dictio nedhauab, qua hic vtitur Ezechiel, omnia hæc habebat significata, potest hic Ezechielis locus variè transferri. Noster interpres habet: Cùm aūt fecerit princeps spontaneum holocaustum. Septuaginta: Si autem fecerit princeps confessionem holocaustum. Pagninus sequitur communem editionem. Poterit locus hic ita rectè trāsferri. Potrò cū princeps liberale fecerit holocaustū. Ac si dicat. Nō solùm sabbatis & calendis aperietur principi Orientalis porta, sed etiam diebus profestis, si in illis munificū domino obtulerit sacrificium. *Psa. 67.* *Psal. 2.*

Semper manè facies illud, & sacrificium faciet super eo cuta manè manè. Loquitur de sacrificio quodam, quod erat cotidie non vespere, sed manè faciendum, illudque appellat immaculatum, & postea faciendum esse ait ex simila, quæ est farina tritici purissima. Ego existimo diuinum vatē respexisse hoc loco ad sanctum Eucharistiæ sacramentum, quod mentis oculis diuino lumine lustratis intuebatur esse tempore gratiæ in ecclesia futurum. Et quia in eo Christus realiter continetur, appellat illud agnum immaculatum, de quo dixerat Esaias: Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Et D. Ioannes baptista: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Et D. Ioannes euangelista in Apocalypsi. Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorū agnū stantem tanquā occisum, habētem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Et quoniam materia huius sacramēti est panis, ait esse ex simila conficiendum. Et quoniam sanctum missæ sacrificium manè celebratur, nō vespere, aitesse semper manè faciendū. Agnus paschalis & mana fuerunt duæ huius altissimi sacramenti figuræ, de quibus nūc Ezechiel mentionem agit, alludens per agnū immaculatum ad agnum paschalē, & per similam ad manna. Huic interpretationi fauet versio, cui diuus Hieronymus adiecit commentaria, quæ ita habet: Et sacrificium siue manna faciet super eo manè. Verbum hoc manna addidit diuus Hieronymus meo quidē iudicio ex Symmachi editione, quę quidem hoc loco mirabilis est, & mysterium redemptionis humanæ per Christum Iesum, qui in hostia consecrata continetur, mirabiliter explanat. Erat quidem manna panis ille, quo fuerunt filij Israelis in deserto nutriti, de quo cecinit re- *Ioan. 1.* *Apoc. 5.* *Exo. 16.* *Num. 11.*

gius ac diuinus vates: Pluit illis manna ad manducandum, panem cæli dedit eis, panẽ angelorum manducauit homo. Cælestis autem panis, quẽ nos manducamus, Christus est, de se ipso dicens: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Solitus est Deus nos ijs rebus à pernicie liberare, quibus incidimus in perniciem. A ligno scientiæ boni & mali ortum est peccatum, & à ligno crucis, gratiæ restitutio, vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Aquis diluuij mundus periit, aquis baptismi instauratus fuit, dicente domino: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, nõ potest introire in regnum dei. Sõnijs fuit Ioseph venditus & abiectus, somniis fuit in excelsa dignitate collocatus. Per cibũ ingressa est mors dicente domino: Quocũq; die comederis ex eo, morte morieris, per cibum ingreditur vita, dicente ipsa vita: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit, qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Psal.77. *Ioan.6.* *Gene.2. & 3.* *Gene.7.* *Ioann.3.* *Gen.37.* *Gene.41* *Gene.2. & 3.* *Ioan.6.*

De hoc pane cælesti, de hoc diuino sacramento loquitur in præsenti Ezechiel dicẽs: Et mãna faciet super eo. Septuaginta pro manna habent θυσίαν, quæ dictio hostiã significat, quoniam in hostia consecratã iã non est panis, sed Christi corpus, panis enim in corpus substantialiter cõuertitur, ipse enim Christus ait: hoc est corpus meum. Vbi aũt Christi corpus est, ibi est eius sanguis, eius anima, eius diuinitas. Itaque in hostia cõsecrata totus Christus est verus Deus & verus homo, similiter & in calice, sed sub accidentibus sine subiecto existentibus absconditus. Id intuens spiritu prophetiæ Esaias has voces emisit. Verè tu es Deus absconditus. Et noster Ezechiel: Semper manè faciet illud, &c.

Matt.26 *Mar.14.* *Luc.22.* *1.Cor.11* *Esa.45.*

Vsque ad annum remissionis. Pro remissionis est in hebraico, דְּרוֹר deror, quæ dictio & remissionem significat, & libertatem, vt in Leuitico: Sanctificabis annum quinquagesimũ, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Vbi pro remissionem poteris vertere libertatem. Vnde hirundo apud Hebræos hoc nomine appellatur, quòd liberè in hominum domicilijs ædificet. In anno libertatis omnes viri sapientes, virtutumque ornamentis exculti, qui nunc sceleratorum principatui subijciuntur, veram libertatem consequentur. Hoc erit tempore illo vltimo, quo mortui ad vitam reuocabuntur, & Christus veniet ad iudicium exercendum. Tũc multi ex illis, qui nunc sunt ad sublimem euecti dignitatem, & in hominum celebritate versantur, in sempiternam ignominiam, & acerbissima tormenta deijcientur, cõtra verò multi, qui modò sunt serui, abiecti, inopes, & nulla denique mundi gloria insignes, obtinebunt tunc gloriã immortalẽ, & qui iustitiã in terra coluerunt, & charitate flagrarunt, æternam in cælis amplitudinem consequentur. Cùm Christus de signis vniuersalis iudicij apud discipulos suos disseruisset, addidit: His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Non est redemptio nisi præcedat captiuitas, cùm autem aduentante mundi fine appropinquet iustorum redemptio, apertè concluditur, eos antea captiuos fuisse, & ex consequente vitam hanc esse eorum captiuitatem. Id animo percipiens diuinus vates canebat: Conuertere domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Tunc erit iobileus iustorum, & annus remissionis atque veræ libertatis. Pro anno remissionis vertit Pagninus annum libertatis.

Luc. 21. *Psa. 125*

In quatuor angulis atrij atriola disposita. Pro disposita est in hebraico כְּתֻרוֹת cethuroth, à verbo catar, quod significat suffire, adolere, disponere, & ligare. Quare poterat etiam verti locus hic: In quatuor angulis atrij erant atriola ligata, & ita transtulit Pagninus. Ac si diceret: Erant atriola cõiuncta & inter se colligata in quatuor angulis atrij. Significare aũt verbum hoc ligare, indicat locus ille Genesis: In ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix liguit coccinũ. Significare autem suffire seu sacrificare indicat locus ille Esaiæ: Qui sacrificiuerant super montes, & super colles, & cæt. Et illud quarti Regum, Vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Ideo quidam vertunt atriola fumosa. Hoc est, atriola, in quibus fumus sacrificiorum apparebat. Potest verti: Atriola suffimentorum, seu sacrificiorum.

Gene.38. *Esa. 65.* *4.Re.18*

ARGVMENTVM CAPITIS XLVII.

Instituitur aquas è templo fluentes, doctrinam euangelicam, & Apostolorum conciones significantes, quæ omnes terrarum oras irrigarunt, & mortalium animos ad æternitatem aluerunt. His aquis irrigati mortales immortales fructus ferunt. Absoluitur hoc capite diuisio terræ Israelitica, quæ fuit capite quadragesimo quinto inchoata.

CAPVT XLVII.

A ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebãtur subter

subter lumen domus ad orientem: facies enim domus respiciebat ad orientem: aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portæ aquilonis. Et conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientem: & ecce aquę redundantes à latere dextro. Cum egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumque mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua: & mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari. Et dixit

B ad me: Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumque me conuertissem: ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Et ait ad me. Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocunque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ, sanabuntur: & viuent omnia, ad quæ venerit torrens. Et stabunt super illa piscatores: ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio sagenarum erit: plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni multitudinis nimiæ.

coquebantur, ad portam templi, ex qua egrediebantur aquæ veluti fontis scaturiẽtis. Fluebãt quidem hæ aquæ ex limine & ostio sancti sanctorum, & declinabant ad latus dextrũ per partem meridionalem: egrediẽtibus enim è templo manebat latus eius dextrum ad meridiem. Aquæ verò fluebant ad orientem: nã porta præcipua templi, vt diximus, erat ad orientem. Fluebant autem aquæ per templum, & per eius porticum, vnde veniebãt ad atriũ exterius, semper versus orientem, quò frons templi vergebat. Hic fluuius è limine sanctuarij scaturiens, & fluens longissimè, est doctrina euangelica per totum orbem diffusa, quæ omnes nationes ad veri dei cultum reuocauit. De illa ait Ecclesiasticus: Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et regius vates: Super aquam refectionis educauit me, animã meam conuertit. Et Ioel prophetа: Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Aspicis quàm apertè Ioel de hoc fõte locutus sit, qui erat è templo domini fluxurus: & de eius aquis, quibus erant homines rigandi, & ad vitam beatam alendi. De illis ait ita Zacharias: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Hæ aquæ sunt conciones euangelicæ, & cœlestis Christi doctrina, & perenne atque amœnum diuinarum literarum flumen. Manabat autem ab ostio & limine sanctuarij, quia exordium habuit à Christo saluatore nostro, qui est limen & porta sanctuarij, hoc est ostium cœli, & via, & veritas, & vita. Ipse de se ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Tu verò mentis oculis intuere excellentem ordinem, pulchramq; diuinæ dispensationis dispositionem. Descripsit diuinus vates templum: nunc verò mirabilem fluuium ab illo manantem: quoniam futurum erat, vt constitueretur ecclesia Christi, & inde viuificæ salutaresque aquæ euangelicæ doctrinæ, & baptismi, & gratiæ, à Christo productæ per eam deriuarentur, & fluerent. Sed non exeunt è templo nisi porta ad orientem respiciente, nec fluunt per templum latere sinistro, sed dextro, quia ad Christum tendunt, qui est oriens cœlestis, qui visitauit nos oriens ex alto, & vitia detestantur per sinistram significata, virtutes autem quærunt, quæ per dextram intelliguntur.

Ecclc.15. *Psal. 22* *Ioel.3.* *Zach.3.* *Ioan.14.* *Ioan.10.* *Luc.1.*

EXPLANATIO.

ET *conuertit me.* Nimirum ductor meus. Quasi dicat: Vir ille, qui mihi ædificium ostẽdebat, cõuertit me ab atrio exteriore, vbi erat domus culinarum, in quibus victimæ

Et eduxit me per viã portæ aquilonis. Eductus est prophetа ad orientem, sed per aquilonem: quoniam ad splendorem virtutum, & diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

narum terũ contemplationẽ solet Deus suos adducere per afflictiones & calamitates nomine aquilonis significatas.

Cum egrederetur vir. Quis sit vir hic diximus cap. 40.

Et mensus est mille cubitos. Nempe huius riui in longitudinem, vbi aquæ altitudo tam pura erat, vt talos non excederet: at postea profunda erat, deinde profundior, & tandem profunditissima: nõ enim poterat vadari. Hæc est diuina scriptura, quæ nonnullis in locis est adeò aperta, & perspicua, vt quilibet eam possit vado transire, aliis autem difficilis est, alijs difficilior, aliis verò difficillima, tantæ profunditatis, vt per se nemo eam possit pedibus trauicere, nisi sit diuino adiutus fauore, & cœlesti quodam lumine illustratus. Quarto libro Regum est proditum memoriæ, ascendisse Eliam in cœlum, & pallium suum discipulo suo Elisæo reliquisse: quo ipse Elisæus profundas Iordanis aquas pertransiuit. Absque pallio illo fieri non poterat, vt aquæ trauicerentur pedibus, at pallio munitus potuit eas Elisæus siccis pedibus transuadare. Elias idem est quod Deus dominus. Quis est Deus dominus, verus Deus, & verus homo, nisi Christus redemptor noster? Hic ascendẽs in cœlum pallium suum discipulis suis reliquit, quo possent sacram scripturam intelligere, eiusq; profundas aquas penetrare. Hoc pallium est cœlestis sapientia cum diuina gratia coniuncta: est charitas illa, de qua ait diuus Petrus: Charitas operit multitudinem peccatorum. Vide quàm admirabile sit pallium hoc, quod scelerum tegit multitudinem. Hæc est vestis illa, de qua ait Christus: Amice quomodo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialem? O diuinum tegumentum, ò vestes gloriosas. De ijs dixerat Esaias: Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem. Et quoniã qui præditus est charitate, est deo ipso indutus, ait diuus Paulus in epistola ad Romanos: Induimini dominum Iesum Christum. Cùm igitur diuinarum literarum fluuius sit multis in locis profundissimus, ego autem non possim præ ingenij imbecillitate transire, te precor summe Deus, vt tuæ gratiæ & sapientiæ pallium mihi porrigas, quo valeam Iordanis aquas securus trauicere, & alta tui numinis arcana penetrare. Fluuius ille Iordanis, & hic, quem vidit Ezechiel ab ostio templi manantem, etsi reipsa duo esse videantur, sententia tamen & vero intellectu idem sunt. Illud est hoc loco aduertendum, Ezechielem eõ altiorem fluuium hunc inuenisse, quo amplius illum mensuratet: quanto enim plus euangelium legimus, tanto plura in eo, & altiora mysteria intelligimus. In eo refugium, & consolationem, & fortitudinem, & sapientiã inuenimus, & arma, quibus valeamus dæmonem, eiusque satellites superare. Est enim euangeliũ torrens ille, ex quo Dauid quinq; limpidissimos lapides eduxit, vt superbum Goliam interficeret, quorum vno blasphemum occidit, & Philistæos superauit. Lapides torrentis sunt authoritates sanctæ scripturæ: Goliat est dæmon, Philistæi sunt hæretici dæmonis ministri. Exiuit flumen hoc à Sione, iuxta id quod vaticinatus fuerat Esaias: De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem, ibi enim incœpit euangelium prædicari, sed postea fuit per totam Palæstinam, & regiones circumiacentes diuulgatum, & tandem propagatum in omnibus terrarum finibus, vt iam non diceretur notus in sola Iudæa Deus, & in Israele magnum nomen eius, sed eius nominis cognitio sic omnes Gentium oras peragraret, vt non solùm homines mansueti, & scientia exculti, sed etiam barbari & immanes relicta feritate, & repudiato idolorum cultu, Christum esse crederent totius orbis effectorem & moderatorem, & sanguine suo mundum redemisse, hominumque scelera expiasse. De fluuio hoc ait per Esaiam Deus: Ponam in deserto viã, & in inuio flumina. Et rursum: Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et noster Ezechiel toto hoc capite de fluuio hoc vaticinatur. Dicens autem eum progressu creuisse, fuisseque profundiorem, voluit fidei & euangelij incrementa indicare.

1. Reg. 17

Esa. 2.

Et mensus est mille torrentem. Id est, mensurauit torrentem illum cubitis mille, quẽ non potuit vadare, quia ita creuerant aquæ, vt nisi natando transuadari non posset. Innuit magnam diuinarum literarum profunditatem.

Certè vidisti. Monet prophetam, vt ea, quæ vidit, alta mente cogitet, & diligenter memoria repetat, quòd sint mysterijs plenissima. Sensus est: Porrò aspexisti, quemadmodum fons egrediens ex ostio sanctuarij creuerit in fluuium magnum & impermeabilem, indies profundiorem. Et perpende mysterium hoc.

Ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Significat amœnitatem & fertilitatem, & vberrimorum fructuum abundantiam, quæ erat ex euangelica doctrina producenda. Per ligna homines significantur, per eorũ poma virtutũ fructus. Cõparari homines arboribus indicat locus ille psalmographi: Tunc

Psa. 95. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quia venit, Et illud Euangelij: Securis ad radicem arboris posita est: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

Matt. 3.

Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis. Hoc est, hæ aquæ, quæ ex ostio sanctuarij egredientes fluunt versus oriẽtem, suoque cursu vehementi trahunt arenas, eriguntque tumulos earum in alueo suo, & descẽdunt ad planitiem solitudinis, ingredientur mare mortuum, & exibunt ab eo, cuius maris aquæ huius fluminis ingressu sanabũtur. Eius ingressu quæ prius erant amara, dulcescent, & quæ priùs mortua erant, reuocabuntur ad vitam: medetur enim Euangelium publicanis, meretricibus, & peccatoribus. Sabulum significat arenam: & quoniam Iordanis fluuius solet tumulos arenæ efficere, intelligunt per tumulos Sabuli Iordanem: vt sit sensus: Aquæ hæ, quæ fluunt ad Iordanẽ, postea in mare mortuum introibunt. Mare mortuum est quidam lacus Iudææ dictus Asphaltites, in quo nullus est pisces: imò nihil in eo viuum reperitur: vnde mortuum vocatur. Præterea nihil in eo mergitur, & obruitur, sed omnia natant, & in aquæ apparent superficie. Quam ob causam illi comparantur, qui nullum abscondunt secretum, sed omnia referant, & in lucem produnt. Est lacus hic magnus: nullis fluctibus agitatus: quam ob rem cum illo conferuntur, qui in tranquillitate vitam degunt, nullis calamitatibus presi, nullis ærumnarum fluctibus concitati. De eo vide Aristotelem libro secundo Meteorologicorum, capite tertio, Plinium libro quinto, Iustinum libro trigesimonono, Solinum capite quadragesimooctauo, Cornelium Tacium, & alios. Iordanis fluuius ingreditur in hoc mare mortuum, & suauitatem suam amittit, quemadmodum Hypanis fluuius Scithiæ, qui miram habet dulcedinem, donec misceatur ei exiguus fons, quem Herodotus vocat Exampæum, qui sua amaritudine totum Hypanium corrumpit.

Similia.

Dixit autem Ezechiel fore, vt fluuius hic egrediens de templo ingrederetur in mare mortuum, illudque dulce redderet & viuum, & ab illo egrederetur. Idem euenire cernitur Rhodano, qui fertur per Lemanum siue Lofanum lacum, exitque ab eo flueus versus Lugdunum nobilem vrbem, totiusque Galliæ celebre emporium, vbi ego eum vidi: & inde in mare mediterraneum erumpit. Sunt, qui dicant voluisse Ezechielem significare, hunc fluuium in Iordanem intraturum, & ita in mare mortuum. Alij aiunt voluisse illum innuere ingressurum esse fluuium hunc per se in mare mortuum absque ingressu in Iordanem, & ita aquas maris sanaturum. Sed neutrum videtur prima facie cum veritate cohærere: nam nec per se, nec per Iordanem talis fluuius ingressus est vnquam mare illud, nec illius maris mortui aquæ vnquam sanatæ fuerunt, quin potius Iordanis aquas inficiunt. Imò nec erit vnquam templum aliquod Hierosolymæ, à quo talis fluuius egrediatur: cùm asserat Aggæus propheta, nullum iam futurum esse templum Iudæorum, & illud quod conditum fuit ab Hebræis post reditum à Babylonica captiuitate, fuisse vltimum & nouissimum. Ex quo constat, totum huius loci sensum esse spiritualem, & hunc spiritum esse verum & literalem intellectum. Ille enim est literalis & germanus sensus, quem Spiritus sanctus præcipuè intendit exprimere, siue sit vulgaris, & in aperta orationis superficie elucescat, siue ad interiorem & arcanam sententiam traducatur. Quare per fluuium hunc è templo fluentem, Baptismum, & alia sacramenta, & gratiam, & CHRISTI euangelium in sensu historico & literali intelligimus, & per mare mortuum peccatorem mortiferis sceleribus inquinatum. Et si infidelis sit omni flagitiorum genere contaminatus, & ob crimina pestilentia mortuus, tamen si fuerit aquis baptismi ablutus, & euangelica doctrina irrigatus, recipiet salutem & vitam, & virtutum fructus feret vberrimos & lætissimos. Qui antea vitiorum erat vorago, lacus fœtidus, & mare mortuum & amarum, vbi nihil erat vitæ, nihil gratiæ, nihil veræ dulcedinis, in fluuium suauem, & salutarem, & amœnum, & piscibus abundantem conuertetur. Qui turbulentis & concitatis animi permotionibus agitabatur, seque scelerum ministrum præbebat, & errorum tenebris coopertus lucem pro nihilo putabat, recepta fide & charitate vitam placidè & tranquillè traducet, in virtutum actiones incumbet, & diuinæ gratiæ radijs illuminatus tanquam in speculo puro poterit imaginem veritatis intueri, & cœlestia mysteria astris splendidiora contemplari. Hæc admirabilis mutatio illi proueniet ex aquis manantibus ab ostio sancti sanctorum, hoc est, à Christo porta cœli per sanctũ sanctorum significati. Est enim perspicuum per sanctum sanctorum intelligi cœlum, vt multis verbis ostendit in epistola ad Hebræos diuus Paulus. Has aquas, hæc diuina sacramẽta vidit Ezechiel fluere per latus dextrum, hoc est, per IESV Christi crucifixi vulnus lanceæ, qua fuit eius dextrum latus percussum. Nam ex Christi latere, diuus testatur Augustinus, Ecclesiæ sacramenta fluxerunt. Vel

Hebr. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo ait, has aquas per latus dextrum fluxisse, quia ad eos perueniunt, qui in die iudicij ad dexteram ponentur, iuxta id quod dicitur in Euangelio: Statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Existimo tamen, diuinum vterem ad dextrum Christi latus respexisse. Ad has cœlestes aquas nos ipse Dominus apud Ioannem ijs verbis inuitat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Hic est, qui dixerat apud Esaiam: Omnes sitientes venite ad aquas. Et ipse Esaias spiritu prophetico afflatus aiebat: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Erat in eius corde fons gratiæ & misericordiæ, qui per quinque fontes, hoc est, per quinque vulnera erumpebat. Quid aliud sunt illa quinque vulnera, quàm admirabiles fontes misericordiæ? Præsertim vulnus lateris, ex quo exiuit sanguis & aqua, vt sanguine redimeremur, aqua lauaremur. O fontem singularem aquam & sanguinem manantem, ò aquas salutares ex tali fonte fluentes, ò diuina Ecclesia sacramenta ex latere Christi dextro egredientia, & totum vniuersum orbem terrarum rigantia! De ijs aquis dixit Zacharias propheta: Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Ierusalem, medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum. Ac si diceret: Tempore gratiæ egredientur Hierosolymæ aquæ præstantes vitam habentibus, quæ aquæ sunt conciones euangelicæ, Christi doctrina, & ipsum Christi Euangelium, & Ecclesiæ sacramenta, quæ omnia, quia multa sunt, non aqua, sed aquæ appellantur, quæ totum orbem habitabilem alluent, ab oriente ad occidentem. Id prædixerat his verbis Esaias: Repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operientis. Ac si diceret: Tempore Euangelij replebitur terra scientia Domini: erit enim cognitio Christiani nominis extensa, veluti aqua maris omnia tegens.

Mat. 25.
Ioan. 7.
Esai. 55.
Esa. 12.
Ioan. 19.
Zach. 14.
Esai. 11.

Et desistent ad plana deserti. Per hunc desertum intelligunt nonnulli planitiem, vbi erat mare Tyberiadis: & aiunt fluuium hûc partim influxisse in mare illud Tyberiadis, partim in mare mortuum, & deinde in mare mediterraneum ad occidentem. Huic opinioni fauet Hebræorum sententia: asserunt enim fluuium hunc fuisse in duas partes diuisum, quarum vna fluebat versus orientem, altera verò occidentem. Nos diuisionem hanc amplectimur, sed eâ multò aliter explanamus. Per hos duos amnes sub vno principio intelligimus ecclesiam orientalem, & ecclesiam occidentalẽ sub vno pastore, sub vno summo pontifice vniuersali rectore & magistro. Et quanuis duæ sint Ecclesiæ loco & situ, fide tamen, & religione, & sacramentis, vna est Ecclesia catholica, cuius vniuersalis pastor est pontifex maximus, iuxta id quod ore suo Dominus dixit: Erit vnum ouile, & vnus pastor. Ioan. 10.

Et omnis anima viuens, quæ serpit. Hoc est, omne viuens, quod sine pedibus mouetur, habebit vitam, si fuerit hac aqua nutritum. Per viuentia, quæ absque pedum ministerio mouẽtur, pisces intelligit, quod statim explicat, dicens: Et erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ. Lacus amarus, vt diximus, homo est infidelis, qui ante baptismum mare mortuum est absque piscibus: hoc est, absque virtutum fructibus. At post baptismũ & Euangelium receptum eius opera nomine piscium significata efficiuntur viua, ipseque erit virtutum ornamentis excultus, & ab omni superstitione reuocatus. Poteris per pisces homines intelligere in lacu, hoc est, in mundo habitantes.

Et sanabuntur, & viuent omnia, ad quæ venerit torrens. At multi sanari nolũt, de quibus dixit Deus per Ierem. Curauimus Babylonem, & non est sanata. Iere. 15.

Et stabunt super illa piscatores. Vt scilicet capiant pisces. Hi sunt euangelici concionatores, quibus dictum est: Faciam vos fieri piscatores hominum. De his dixerat Deus per Iere miam: Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos. Matt. 4. Iere. 16.

Ab Engaddi vsque ad Engalim. Id est, iuxta lacum illum siccabuntur retia piscatorum à termino vno vsque ad alterum. Engaddi est vbi lacus finitur, Engalim verò vbi lacus incipit. Loci sunt iuxta mare mortuum ex diui Hieronymi sententia, alter in principio, alter in fine.

In littoribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibũ, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit Dominus Deus: Hic est terminus, in quo possidebitis terrã in duodecim tribus Israel: quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidebitis autem eam singuli æquè vt frater suus: super quam leuaui manum Psal. 1. C Gen. 48.

manum meam, vt darem patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem.

In littoribus autẽ eius, & in palustribus. Hoc est, in locis cœnosis, & palustribus prope hûc locum non sanabuntur aquæ ab amaritudine, sed ad salem reseruabuntur. Loquitur de reprobis, quos cœnosos vocat & paludosos, qui nullis salutaribus a quis, nulla euangelica doctrina volunt dulescere & sanari, sed indies insolenti ores & pestilentiores reddũtur. Nulla aliorum facta illis grata sunt, maledictis & vocibus querelarum plenis viros iustos & iniustos, nullo habito discrimine violant, aliorum que vitam reprehendentes, suã haud quaquam curant. His dicebat Salomon in prouerbijs: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Et Diuus Paulus in prima ad Corinthios, Nec maledici, inquit, nec rapaces regnum Dei possidebunt. Vt gallina dum cristi ictu domus pauimentum sordibut inquinatum scrutatur, escam quærẽs, si adamãtem, aut smaragdum, aut gemmam aliam pretiosam reperit, reijcit, & contemnit, sin autem inuenit vermiculũ, aut vile milij granũ, illud læta eligit, & accipit, sic detractor vitas aliorum inquirit & inuestigat, si eorum præclara facta reperit, silentio pertransit, reijcit, contẽnit, sin autem inuenit flagitium aliquod, aut erratum quanuis leue ei inquirenti occurrit, illud accipit gestiens, vt eius autorem vocibus vulneret, & lædat. Vita maledicorum est in aliorum vitas conferre maledicta, obijcere errantibus crimina, pergere in conuicia, inurere illis ignominiæ notam, eorum splendorem maculis aspergere. Nulla in eorũ ore est dulcedo, nulla suauitas, sed instar maris mortui salsedine & amaritudine pleni vitam in aliorũ vituperatione traducunt. Hæ sunt immundæ limosæque paludes, quarum aquæ non dulcescunt. Et quoniam hi impij & maledici homines finem infelicissimum habere solent, dicũtur reseruari ad salis condimentum, vt nos miserum eorum excidium intuentes sile prudẽtiæ condiamur. Eã etiam ob causam arbitror fuisse vxorem Loth nõ in lignum aut lapidẽ, sed in salem conuersam. Vade ait Salomon in Prouerbijs: Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Eruditur enim multos infelicissimi sceleratorũ casus, eorumque miserabilia exempla. Prosunt nobis flagitiosi homines, quia nos condiunt exemplorum sale, & quia nos calamitatibus oppugnant, & exercent ad patientiam. Eam ob causam reliquit Deus semper infideles aliquos in terra promissionis, vt Dei populum exercerent, nobisque tentationes eadem ratione relinquit, vt in virtute & patientia exerceremur, possimusque dicere cum Apostolo: Gloriamur in tribulationibus Prou. 4. 1. Cor. 6. Gene. 19 Prou. 19. Prou. 21. similit. Rom. 5.

Non defluet folium ex eo. Viros iustitia & Christiana religione præstantes cum arboribus cõparat fœcundis iuxta dulces salutarium aquarum fluuios satis, pulcherrimos fructus, & illos quidem tempestiuos ferentibus, virentibus omni tempore, nullosque æstus formidantibus. Nam qui iustitiam colunt & pietatem, & charitatis flagrant studio, aquisque diuinarum literarum irrigantur, hi admirabiles virtutum fructus producunt, ex quibus vera gloria efflorescit. Et quæcunque eis accidunt, alliuertunt in bonum, quo nihil est illis antiquius, nihil magis in optatis. Cùm enim sinceramente, quam veritas & ratio præscribit, omnia humana moderatè & placatè ferunt, animum ad ea transferentes, quibus secundæ res ornantur, aduersæ alleuantur. Speciem gloriæ despiciunt collectam ex vanis splendoris insignibus, mundi opes breues, fugaces, & caducas existimant, verum decus in virtute, Christiana religione, & diuini numinis imitatione consistere absque dubio credunt. Id voluit psalmographus verbis illis ostẽdere, quibus virũ beatũ describit: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet. Et subdit statim: Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Ac si dicat: Et fructus edit, qui non pereunt, quoniam illi omnia vertuntur in vtilitatem, siue prosperis rebus, & ad voluntatem fluentibus vtatur, siue rerum aduersarũ ictibus oppugnetur. Id quod Diuus Paulus in epistola ad Romanos his verbis asseruit: Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Sed hoc impij homines non solùm non intelligunt, sed ne suspicantur quidem. Viris pijs & iustis diuitiæ sunt instrumenta misericordiæ, inopia autem & egestas causa humilitatis, bona valetudo vires illis suppeditat ad ferendos labores, ægrotatio verò materiam illis ministrat patientiæ. In dignitate excelsa constituti sunt felices, quoniã iustitiam exercent in æquabilitate consistentem, abiecti verò, & sceleratorum tyrannide pressi, beati, quoniam persecutionem patiuntur propter iustitiam: Vt calor naturalis in eo, qui rectè valet, habetque sanam & robustam complexionem, omnia concoquit alimenta, in bonumque digerit sanguinem, sic qui Deum diligit, eiusque amore inflammatur, quic- Psal. 1. Rom. 8. Matt. 5. Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicquid accidit, benè vertit, & ita digerit, vt ei cooperetur in bonũ. Id autem quod ait Dauid de ligno plantato secus decursus aquarũ, ait etiam Ieremias capite 17.

Ierem. 17.

Quia aquæ eius de sanctuario egrediẽtur. Hoc est, ideo arbores erunt fructuosæ, quia de sanctuario, hoc est de cœlo venient ad eas aquæ

Iacob. 1.

gratiæ, quibus irrigabuntur. Omne datum optimum, ait Diuus Iacobus, & omne donũ perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ. Et Diuus Paulus, Quid, inquit, habes,

1. Cor. 4.

quod non acceperis? Omnes homines arbores sunt, sed quidã aquis gratiæ rigantur, quidam verò steriles sunt, nullis aquis cœlestibus irrigati, quoniam nec illi eas quærunt, nec illis digni sunt. Sed nec ideo dicendum est, non esse in illis imaginem Dei, quòd Dei gratiam non habeant. Vt enim cùm aurum fundi

Simile.

tur, & cuditur moneta, non manet in auro ferrum formæ, sed eius character, & insignia impressa, sic in anima nostra à Deo creata nõ manet idem Deus per gratiam, sed eius imago. Si

Simile.

cymbalum fundatur, non manet in eo argilla typi sine formæ, cuiusque substãtia, sed literarũ characteres, qui in ipsa forma sculpti, eodem modo in cuiuslibet hominis anima licèt sit imago Dei, non tamẽ necesse est, vt sit per gratiã ipse Deus. Nec est anima hominis ex substantia Dei facta, nam substantia Dei est prorsus incommutabilis, anima autẽ hominis cõ-

Genes. 1.

mutabilis. Non ait diuina scriptura: Fecit Deus hominem de substantia sua, sed ad imaginem & similitudinem suam. Qua de re vide Augustinum libro septimo de Genesi ad literam, Chrysostomum in explanatione capitis secundi Genesis, Tertullianum aduersus Martionem, Ioannem Arboreum libro primo suæ Theosophiæ. Qui omnes, & alij infiniti asserunt non esse animam nostram ex substantia Dei factam, vt Carpocrates impiè asserebat, nec necesse esse, in ea Deum per gratiam existere, quòd in ea sit imago quædam ipsius.

Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam. Fructus virorũ iustorũ sunt virtutes, folia verò sunt cæremoniæ. Non solùm virtutes prosunt, sed etiam bonæ cæremoniæ cũ virtutibus cõiunctæ. Virtutes sunt cibi animi excellentes, quibus, homo alitur ad æternitatẽ, cæremoniæ autẽ sunt folia cõferentia salutẽ medicinam. Et quẽadmodũ folia licèt nõ

Simile.

ferant fructus, eos tamen sustentant, & arbori ornant, sic licèt in cæremonijs non sit per se religionis substantia, conducunt tamen ad religionis substantiam conseruandam, & ad pulchrum vitæ Christianæ ornamentum.

Simile.

Arundines in vineis seu ligna vites sublãti a non ferunt vuas, sed sustinẽt, sæpes in agro arboribus consito nõ ponitur plantas, sed seruat, sic cæremoniæ rectè institutæ non sunt ipsæ quidem per se ipsa religio, sed ad eam ornandam & conseruandam mirum in modum conducunt. Diuus Dionysius capite primo de Cœlesti hierarchia ait diuina manifestari hominibus sub aliquibus similitudinibus se sensui obijcientibus, animum, ad intellectiua eleuantibus. Cùm autem cæremoniæ se offerant oculis, mouent quidem animos, & homines excitant ad Dei obsequium, quod non solùm interioribus actibus, sed etiam exterioribus profitentur. At si cæremoniæ fuerint charitate seiunctæ, tegentes scelera specie sanctitatis, ad hoc factæ, vt virtutem simulent, & flagitia cooperiant, & homines decipiant, non modò non prosunt ad vitam immortalem habentibus illas, sed interitum illis æternum machinantur. Huiusmodi erat pharisæorum iustitia, in ostentatione consistens, non in propositi rectitudine, folia tantùm habebat & exteriores apparentias, sed nullum pietatis fructum, nullam interiorem puritatem, nullam germanam virtutem. Id intuens dominus dixit discipulis suis: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, *Matt. 5.* non intrabitis in regnum cœlorum. Nomen tantùm virtutis vsurpabant, quid ipsa valerer, nesciebant. Vtinam non essent hodie multi, qui iustitia pharisaica gloriarentur. Olim induebãtur homines vili sustanico thorace, cum limbis & fimbrijs manicarum sericis & bombycinis pretiosis foris apparentibus. Intus latebat vile, foris apparebat pretiosum. Hæc antiqua indumenti consuetudo mutata est apud nonnullos ex corpore ad animam. Intentiones impias fimbrijs extremitatibusq; virtutum ornantur, & corda sustanica scelestibus imbuta bombycinis signis, & eximiæ sanctitatis fuco extrinsecus muniuntur. Folia *Matt. 7.* pulchra habent, sed nullum fructum. Ideo dicebat dominus: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Excidetur eius vita, eius lætitia non solùm corporis, sed animæ, separabitur infelix arbor à cœtu beatorum, & in ignem relegabitur æternum. Est enim hypocrita arbor secus viam foliis ornata, fructu autem destituta, quæ arescet in æternum. Id volens Christus significare, videns ficulneam secus viam venit ad eam, & nihil in ea inuenietus præter folia, ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Huiusmodi folia viriditatem habent, non vtilitatem. Quare ab his arboribus, de quibus hoc loco agit Ezechiel, penitus discrepabũt, quæ

Matt. 21. Mar. 11.

quæ fructum habebant in cibum, & folia in medicinam, erant enim iuxta fluuium gratiæ, & euangelicæ doctrinæ sacræ, & Christi aquis irrigatæ, quibus floreseentes amœnissima folia, & vberrimos fructus producebant. De harum aquarum fluuio arboribus fructiferis & saluratibus ex vtraque parte circundato ait

Apoc. 22.

ira Diuus Ioannes in Apocalypsi: Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei, & agni. In medio platex eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus

duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Lignum posuit pro lignis seu arboribus, vtens singulari pro plurali more scripturarum. Vult significare esse fluuium illum arboribus fœcundissimis ornatum & amœnum, quæ perpetuo lætissimos fructus ferebant, & frondibus vmbriferis & salutaribus ad vitam animarum conducentibus tegebantur. Ezechiel ait fluuium hunc egredi à sanctuario: Ioannes autem à sede Dei, quod reipsa idem est, per sanctuarium enim, vt ex Diuo Paulo deprompsimus in epistola ad Hebræos, cœlum intelligitur, quod sedes Dei dicitur, iuxta id quod

Hebr. 9.

ipse per Esaiam ijs verbis testatur: Cœlum sedes mea est, & nos in oratione dominica: Pa-

Esai. 66. Matt. 6.

ter noster, qui es in cœlis. Christianos, qui exuberante donorum Dei effusione, & euangelij fluuio aluntur, de quo ait Dauid: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, appellat

Psal. 45.

Ezechiel arbores pomiferas perpetuò viientes, Ioannes autem arbores vitas seu vitæ, edentes duodecim fructus per singulos menses, atque seipsos duodecim Apostolorum doctrina, & vita gratiæ recreantes. Ex vtraque parte, hinc & inde sunt arbores fluuio cœlesti irrigatæ, quia ex vtroque populo Iudaico & Gentilico multi fidem & baptismum receperunt, & flumine donorum cœlestium sustentantur. Ex his duobus populis, qui antea dissidebant, constituit Christus Ecclesiam suam, eos in vna fide & charitate, & in vno populo Christiano coniungens. Hoc intuens

Ephes. 2.

Diuus Paulus in epistola ad Ephesios de Christo loquens, veritatẽ hanc literis in hunc modum mandauit: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem maceriæ, soluens inimicitias in carne sua, legem mãdatorum decretis euacuans, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Aspicis igitur Gentium & Iudæorum inimicitias fuisse solutas per Christum, & ex duobus populis diuersorum ritiuum & cultuum fuisse vnum Christianum populum cõflatum. Quam ob causam ait diuinus noster vates esse fluuium euangelij ex vtraque parte arboribus fructiferis cinctum, hoc est, ex Gentibus & Iudæis fidẽ recipientibus, quos Christus traxit ad veram dignitatem. Nã qui in illum non credunt, in perpetua ignominia, & de decore volutantur.

Hic est terminus, in quo possidebitis terrã. Capite quadragesimoquinto inchoãt prophetæ videre terram Israeliticam, & interpositis quibusdam ineidentibus, diuisionem illam intermisit, ad quam nunc perficiendam reuertitur. Et priusquam terram diuidat per sortes, distinguit eius terminos ex omni parte, orientali, occidentali, aquilonari, & meridiana.

In duodecim tribus Israel. Iacob habuit duodecim filios, ex quibus fuerunt duodecim tribus productæ. Sed tribus Leui, quæ erat sacerdotalis, non connumeratur inter tribus, quia non habebat sortem & hæreditatem more aliarum tribuum, sed templo seruiebat, quam ob causam populus ei alimenta suppeditabat. Habebat quidem portionem suam, sed ab aliis lõgè diuersam, vt capite quadragesimo quinto ostendimus. Nihilominus tamen præter hanc tribum sunt duodecim aliæ tribus, quoniam duo filij Ioseph, Manasses & Ephraim debuerunt constitui. Id vidit Ezechiel, significans, dicens. Quia Ioseph duplicem funiculum *Gene. 48* habet, hoc est duplicem hæreditatem & portionem, nam diuisio terræ fiebat funiculis per agros à mensoribus extentis. Hoc explicat clarius paraphrastes Chaldæus ita habens: Ioseph recipiet duas partes: Ephraim vnam, & Manasses alteram. Fuisse autem terram funiculis diuisam indicat locus ille psalmographi: Eiecit à facie eorum gentes, & sorte diui- *Psal. 77* sit eis terram in funiculo distributionis.

Super quam leuaui manum meam, vt darem patribus vestris. Hoc est, quam patribus vestris promisi. Leuare manum meam hebraismus est pro promittere, de quo alibi diximus. Promisisse autem terram illam Hebræis indicant diuinæ literæ capite duodecimo Genesis, & *Gene. 12.* vigesimoquarto & vigesimosexto, & capite *et 24. 26* vndecimo epistolæ Pauli ad Hebræos, & mul- *Hebr. 11.* tis alijs in locis, ad quæ alludit locus hic.

Hic est autem terminus terræ: ad plagam septentrionalem, à mari magno via Hethalon venientibus Sedada, Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter medium Damasci, & confinium Emath, domus Thichon, quæ est iuxta terminum Auran. Et erit

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminus à mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem terminus Emath: plaga septentrionalis. Porrò plaga
D orientalis de medio Auram, & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel Iordanis disterminans ad mare orientale, metiemini plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vsque ad mare magnum, & hæc est plaga ad meridiem australis. Et plaga maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga maris. Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel: & mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis, qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum: & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus Deus.

Hic est autem terminus terræ. Diuisio terræ promissionis in tribus locis sacræ scripturæ
Num.34. describitur, primò à Moyse in libro Numero tum, cap. 34. secundò à Iosue libro suo, ca. 15.
Iosue.15. tertiò hoc loco. Illud est sciendum, diuisionē hanc ab Ezechiele factam æqualem esse, & ab alijs diuersam, nam licèt post reditum à seruitute Babylonica plerique Iudæi essent ex tribu Iudæ, & Beniamin, & Leui, nam aliæ tribus quæ captiuæ ab ductæ fuerant ab Assyrijs, nūquam redierunt, præter paucos earum, qui antea ad munitissimam Hierosolymam confugerant, & nonnullos qui postea ab Assyria fugerunt, tamē inter omnes tribus æqualiter hic distribuuntur portiones.

A mari magno via Hethalon venientibus Sadadā. Hoc est, à mari Mediterraneo pergentibus per viam Ethalon in Sadada, Emath, &c. Nomina sunt oppidorum sitorum in cōfinio terræ Israeliticæ ex parte aquilonari. Diuus Hieronymus ait Emath esse ciuitatem illam, quæ postea dicta fuit Epiphania.

De medio Auran, & de medio Damasci. Id est de confinio inter Auran & Damascum. Ac si diceret: Terminus orientalis est per confinia horum locorum.

Disterminans ad mare orientale. Hoc est, ad mare mortuum, de quo paulò antè diximus, quod est ad orientem respectu Hierosolymæ, cùm mare mediterraneum sit ad occidentem.

Plaga autem australis. Nunc diuidit terminum, qui est ad meridiem, à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades, hoc est vsque ad Cades, vbi fuerunt aquæ contradictionis, vt in libro Numerorum mandatum. Thamar
Num.20 teste Diuo Hieronymo vrbs est in solitudine, quæ postea fuit Palmira nuncupata. Cades locus erat in deserto, vbi excessit è vita Maria soror Moysi: Et ait Diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis monstrari ibi sub tempore Mariæ sepulchrum. Ibi Moyses rupe percussa aquam dedit populo sitienti, sed ad illam peccauit. Nam cùm filij Israelis siti laborarent, versi in seditionē hæ voces aduersus Moysem & Aaronē emiserunt: Quare nos
Num.20 de Aegypto eduxistis in locum hunc pessimū, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata, insuper & aquā non habet ad bibendum? Moyses autem & Aaron dimissa multitudine ingressi in tabernaculum fœderis corruerūt proni in terram, ad dominum ijs verbis clamantes: Audi domine Deus huius populi clamorem, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ, vt extincta siti à maledictis desistant. Et apparuit gloria domini super eos, locutusque est dominus Moysi, dicens: Tolle virgam, & congrega populum tu, & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu domini, sicut præceperat ei, cōgregata multitudine ante petram, dixitque eis. Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cumq; elevasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ copiosissimæ, quibus possent & homines & iumenta sitim sedare & extinguere. Dixitque dominus ad Moysem & Aaronem: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israelis, non introducetis hos populos in terra quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israelis contra dominum, & sanctificatus est in eis. Sed de historia hactenus. De ijsdem aquis cecinit regius psaltes: Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyssos multa. *Psal. 77.*
Et paulò post: Percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Et alibi

Conuer-

Psal. 113 Conuertit petram in stagna aquarum, & rupes in fontes aquarum. Quæstio est, qua in re peccauerit Moyses. Quidam aiunt illum eò in crimine incidisse, quòd hæsitauerit, posset ne aqua manare ex rupe illa. Huic opinioni astipulatur diuus Augustinus libro sexto decimo contra Faustum Manichæum, vbi ait: Arguitur Moyses voce diuina, quòd eius fides ad aquam de petra eliciendam titubauerit, quod ei cum peccato Petri potest esse cōmune, qui in medijs fluctibus simili fidei defectu titubauerit. Et explanans verba illa psalmographi:
Psal. 105 Et vexatus est Moyses propter eos, qui exacerbauerunt spiritum eius, & distinxit in labijs suis: Quid est, inquit, distinxit? Quasi illud non posset Deus facere, qui tanta iam fecerat, vt aqua de petra proflueret. Dubitanter enim petram virga percussit: ideo hoc miraculum distinxit à cæteris, in quibus non dubitauerat. Hæc ille: quibus ait Moysem de verbis Dei dubitasse. Alij putant nō dubitasse Moysem de verbis Dei, sed existimasse nō esse eum daturum aquam populo tā duro & indomito, non quòd non posset, sed quòd ingrati & sceleratī homines non mererentur tale miraculum videre. Inter quos est Lyranus, qui locum illum Numerorum explanans ait: Licet non dubitauerit de potentia Dei, quin posset illud, dubitauit tamen de effectu, ne impediretur propter malitiam populi. Vides duas opiniones? Quam existimantium Moysem dubitasse de Dei potentia: alteram credentiū eum non de Dei potentia dubitasse, sed de miraculi effectu ob populi maleficia. Est alia opinio arbitrantium nec Moysem nec Aaronem dubitasse de miraculo, aut eius effectu, peccasse tamen, non quòd aliqua in re dubitauerint, sed quòd Dei præcepto non paruerint. Præceperat enim illis Deus, vt petræ coram populo loquerentur, quæ aquarum affluentiam statim produceret, ex solo verbo absque virgæ percussione, vt esset hoc nouum quoddam miraculum, & clarissimum diuinæ potentiæ signum: non enim adhuc simile factum fuerat. At illi non sunt locuti cum petra, sed ea Moyses bis virga percussit. Qua in re Deo non obtemperarunt, eamque ob causam in crimen inciderunt. Non enim videtur verisimile, Moysem non credidisse domino, & de verbis eius dubitasse. Nec obstat id, quod illis dixit statim Deus: Quia non credidistis mihi, &c. nam credere accipitur pro obedire, vt in
Psal. 118. psalmo. Quia mandatis tuis credidi. & multis alijs in locis diuinarū literarū. Hæc est tertia & vltima opinio, quæ est satis probabilis & veri similis. At ex tribus nullā existimo esse continendā: sed quæ verior sit ingenuè fateor me ignorare: quam ob causam nihil audeo asserere. Illud scio fuisse hoc in Cades, de quo loco ait Ezechiel hoc loco: Plaga autem australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades.

Vsque ad mare magnum. Hoc est, mediterraneum ad differentiam maris mortui, & maris Galilææ.

Et plaga maris. Id est, plaga occidentalis, quoniam mare est ad occidentem respectu Hierosolymæ.

Et mittetis eam in hæreditatem vobis & aduenis. Per aduenas intelligit proselytos, qui ex Gentilitate ad Iudaismum conuertebantur. Hi priusquam fidem recepissent, appellabantur hospites & aduenæ, recepta verò fide vocabantur Iudæi, licet non ex genere, ex lege tamen. Tota hæc terra Israelitica, de qua hic loquitur Ezechiel, Ecclesiam Christi adumbrabat, quæ erat à Gentibus & Iudæis possidenda. Eam ob causam ait fore in hæreditatem Iudæis & Gentilibus, qui ab Hebræis aduenæ vocabantur. Et quoniam Ephesij Christi fidē receperant, licet Gentiles essent, iam tamen non exteri in Ecclesia, sed ciues simul cum Iudæis in Christum credentibus dicebantur.
Quam ob causam illis ita ait diuus Paulus: Iā *Ephes. 2.* non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide, Iesu Christo. Sunt quidem omnes, dum in hoc seculo vitam degunt, hospites & peregrini, si vita hæc fluxa cum æterna compararetur. Mundus enim hic carcer est & exilium electorum, propria autem patria in cœlo est, cuius desiderio tenentur, ad quam ex hac lachrymarum valle suspirijs ab imo pectore eductis, & lamentabilibus vocibus aspirant. At si Gentilitatem idololatriæ deditam cum Christiana religione veritatis plenissima conferre volueris, inuenies absque dubio, eos qui ex infidelitate ad Christi fidem conuertuntur, esse reuera Ecclesiæ militantis ciues, & domesticos Dei, iuxta diui Pauli sententiam, atque spe Ecclesiam triumphantem possidere, à qua quidem re ipsa separati peregrinantur. Id intuētes animo antiqui patres fide & sapientia præstantes terram repromissionis pro nihilo putabant, ad cœlestem autem patriam, veram promissionis terram desiderio & amore incensi rapiebantur. Expectabant enim ciuitatem æternis
Hebr. 11. fundamentis munitam, cuius artificem & conditorem Deum esse credebant. De ijs ait in hunc modum in epistola ad Hebræos diuus Paulus: Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti nō acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aſpicientes & ſalutantes, & cõferentes quia peregrini ſunt & hoſpites ſuper terram. Ad hoc alludens diuinus pſaltes has flebiles voces ad Deum emittebat: Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne ſileas, quoniam aduena ſum ego apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Quam ſententiam repetit libro primo Paralipomenon. Vnde beatus Petrus in epiſtola ſua prima, Petrus, inquit, Apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti, &c. Et rurſus: Chariſſimi obſecro vos tãquam aduenas & peregrinos. Viri enim pietate inſignes in terra vt hoſpites & peregrini ætatem traducunt, & ex hac vita ita diſcedunt tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo, intelligentes commorandi illis Deum diuerſorium dediſſe, nõ habitandi domicilium, eſſe autem in cœlo permanentem ſempiternamq; ciuitatem conſtitutam. Nunquam enim tanta in hac vita conati fuiſſent, quæ ad æternitatis memoriam pertinerent, niſi mentis oculis æternitatem ad ſe attinere perſpexiſſent. Quis enim perpetuos ſummaſque labores ſuſciperet, ſi exiſtimaret fore, vt eius gloria iiſdem finibus quibus vita, eſſet vnquam terminanda? At ſapientum animus ita ſe erigit, & immortalitatem proſpicit, vt certiſſimè credat, cùm ex ceſſerit è vita, tum demũq; victurum eſſe, & gloriam immortalem conſecuturum. Aſpicis igitur viros fide & charitate præſtãtes in hac vita diuerſa ratione peregrinantes eſſe, & ciues: & ex conſequente loca diuinarum literarũ, quæ inter ſe diſtare & diſcrepare videbantur, quæ eos aliquãdo aduenas & peregrinos appellãt, aliquando ciues & domeſticos, non ſolùm nõ repugnare, ſed etiam ſummo inter ſe conſenſu cohærere.

Pſal. 38.

1. Par. 29

1. Pet. 1.

1. Petr. 2.

In tribu autem quacunque fuerit aduena. Nolebat Dominus proſelitos habere per ſe portionem & tribum ſeparatam, ſed ſimul cũ Hebræis in tribu, in qua repertiſſent, habitare, vt nulla inter Gentium & Iudæorum populũ eſſet diuiſio, cùm vtrique eandem profiterentur fidem & religionem. Ipſe enim dominus apud Ieremiam: Ego ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus: cogitationes pacis, & non afflictionis. Et per Eſaiam: Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè eſt, & qui prope eſt. Vnde dicunt Paulus ad Epheſios: Veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem his qui propè: quoniam per ipſum acceſſum habemus ambo in vno ſpiritu ad patrem.

Iere. 29.

Eſa. 57.

Epheſ. 2.

Annotationes ex Hebræo in caput XLVII.

Et traduxit me per aquã vſque ad talos. Pro vſq; ad talos eſt in hebræo: אצבמ יכ me aphesiim. Dictio hæc terminos ſignificat & fines, vt in pſalmo. Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ. Qua ratione ducti vertunt nonnulli: Et tranſire me fecit per aquas terminorum, ſeu extremorum. Ac ſi diceret. Traduxit me per aquas, quæ plantas pedis non excedebat: quæ quidem plantæ termini ſunt, & extrema corporis humani. Paraphraſis chaldaica habet Tranſire me fecit per aquas talorum. Hoc eſt, quæ ad talos dumtaxat pertingebant. Septuaginta pro aquis vſq; ad talos trã ſtulerunt, ἕως τῶν ἀρσενικῶν. Pro quo diuus Hieronymus vertit: aquam remiſſionis. Fluuium hunc vocant aquam remiſſionis: quia imaginem gerebat baptiſmi, in quo peccata omnia remittuntur: & baptizatus Chriſtum induit. Ita enim ait Apoſtolus: Quicunque in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Et quoniam, niſi quis induerit Chriſtum, non poterit animæ ſalutem obtinere, ait Chriſtus Deus noſter: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quæ verba de baptiſmo, & de aqua vera & naturali, quæ eſt de neceſſitate baptiſmi, intelligitur: vt apertè indicat ſanctum Concilium Tridentinum, ſeſſione ſeptima, canone ſecundo de baptiſmo: vbi ſub anathemate prohibet, ne quis verba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti ad metaphoram aliquam detorqueat. Et licet diuus Hieronymus rectè verterit, nam nomen hoc remiſſionem ſignificat, & vindicationem, & libertatem, verti tamen poterat locus hic: Aqua ſeparationis. Et ita habet tranſlatio Complutenſis. Sed eadem eſt ſententia, quoniam per baptiſmum, vbi peccata omnia remittuntur, ſeparantur homines à paganiſmo, & à peccato, & in Chriſti populum aſcribuntur, & gratiam recipiunt. Fortaſſe id intelligitur per aquas vſque ad talos, ſeu per aquas talorum: nam aquæ baptiſmi ab infima ſomitis infectione, & ab originali peccato emundat. Talia ſunt oſſa iuxta calcaneum exiſtentia. Vnde veſtis talaris ea dicitur, quæ ad talos vſq; deſcendit, qualis erat Ioſephi, de qua ſcripta legimus. Nudauerũt pũ tunica talari. Et ob eandem per talos terreæ ſordes ſignificãtur, quæ baptiſmo alũtur. Et quãuis per gratiã, quæ in baptiſmate cõfertur, reatus originalis peccati remittatur, & totum id tollatur, quod verã & propriã peccati rationem habet, manet

Pſal. 2.

Gal. 3.

Ioan. 3.

Gene. 37.

manet tamen in baptizatis cõcupiſcentia & fomes, quæ, vt verbis vtar ſacroſanctæ ſyn. Tridentinæ in ſeſſione 5. in decreto de peccato originali, cũ ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, & vtiliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnãtibus non valet, quinimò qui legitimè certauerit, coronabitur.

Aquæ illæ, quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti. Septuaginta habent: Et aqua hæc, quæ egreditur in Galilæam, quæ eſt ad orientem, & quæ deſcẽdit in Arabiam. Vbi videt eos per tumulos ſabuli intelligere Galilæã, & per plana deſerti Arabiam.

Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. In hebraico pro ad medicinam eſt לתרופה lithruphah, à verbo רפא ruph, qđ ſignificat cõterere. Vnde nomen hoc cõtritionem ſignificat. Quare poterat verti locus hic: Et folia eius ad contritionem. Quod magnopere cohæret cum editione vulgata, eſt enim contritio ſalutaris animæ medicina. Poteris per contritionem intelligere vulnus, ſeu aliquam corporis fracturam, & tunc erit ſenſus, & folia eius proderunt ad vulnera ſananda. Ideò vertit Pagninus: Et folium eius ad fractionem ſanandam vtile. Accipit aũt contritionẽ pro vulnere indicat locus ille Ieremiæ: Et ſanabant contritiones filiæ populi mei.

Iere. 8.

Et torrent vſque ad mare magnũ. Pro torrente eſt in hebraico נחלה nachalah, quæ dictio torrentem abſque dubio ſignificat, vt in pſalmo: Torrentem pertranſiuit anima noſtra. Seu vt poteſt etiam verti ex hebræo: Torrens pertranſiuit ſuper animã noſtrã. Significat etiã hæreditatem, vt in pſalmo: Et enim hæreditas mea præclara eſt mihi. Hæc eſt hæreditas, quam pater dedit filio ſuo domino noſtro, à qua dæmonem impium tyrannum depulit, quam ſibi, patriq́ue vindicauit. Significat præterea exercitum. Vnde id, quod eſt in pſalmo: Torrentes iniquitatis cõturbauerunt me, vertitur à nonnullis: Exercitus iniquorum conturbauerunt me. Hinc deriuatur dictio nechiloth, qua vtitur pſalmographus in titulo quinti pſalmi, pro qua diuus Hieronymus in tranſlatione ſua ſecundum hebraicam veritatẽ vertit hæreditates, dicens: Victori pro hæreditatibus pſalmus Dauid. Septuaginta autem tranſtulerunt, ὑπὲρ τῆς ἀληρονομούσης. pro quo edito vulgatæ habet, Pro ea, quæ hæreditatem conſequitur. At ſi diligenter aduerteris, in idẽ ferè concidunt hæ duæ verſiones. Refertur enim titulus hic ad eccleſiam, quæ per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum hæreditatem conſequitus, nõ ſolùm gratiæ in hac vita, ſed

Pſa. 123.

Pſal. 15.

Pſal.

Pſal. 5.

etiam gloriæ in altera, nam vt verbis vtar diui Paulli: Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij dei, ſi autem filij, & hæredes, hæredes quidẽ dei, cohæredes autẽ Chriſti. Idẽ autem ſignificatur ijs verbis. Pro hæreditatibus, nimirum quas eccleſia Chriſti conſequitur. Vel pro Chriſtianis, qui ſunt dei hæreditates. Felix præterea hæc ait, poſſe verti: Pro congregationibus. Vel, ſuper torrentes. Et rectè quidem, dedicatur enim pſalmus hic victori, hoc eſt Chriſto, pro hominũ congregationibus deum patrem in cruce oãti, ac de acerbiſſimis dolorum calamitatumq; torrentibus bibenti. Ipſe enim eſt ille, de quo ait regius vates: De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Verbo bibendi potuarum & afflictionũ perpeſſio ſignificatur, nomine verò viæ vita hæc caduca intelligitur. Volẽs igitur ſignificare diuinos pſaltes ſore, vt Chriſtus dolores perferret acerbiſſimos, inauditiſq́ue calamitatibus premeretur, illũ præclarè torrẽte potaturũ, non ex quibuſcunq; aquis, ſed ex turbidis & concitatis, quales ſunt aquæ torrẽtis tẽpore ſæuientis procellæ, vt his verbis vim & magnitudinẽ dolorũ, contumeliarũ, & tormentorũ exprimeret, & deniq; turbulentas afflictionum aquas, quas ille erat pro nobis exhauſturus. Sed quoniam non vnus tãtùm fuit Chriſti dolor, ſed multi ac varij, ideo Dauid pſalmo quinto, in quo Chriſtum vndiq; afflictum inducit ad Deũ patrẽ pro nobis preces fundentẽ, hanc fixit ſcriptionem. Victori ſuper torrentibus, pſalmus Dauid. Nonnulli ex Hebræis aiunt, nomen hoc nechiloth nomen fuiſſe muſici cuiuſdam inſtrumenti olim inſignis, nũc etiã tibi ipſis ignoti: Qui ex hoc nihil habẽt præter conjecturã. Et quoniã nechil apud eos ſibilũ apũ ſignificat, conjiciunt ita dictum eſſe inſtrumentũ hoc ab apũ ſono, quem imitabatur. Per victorem verò intelligunt cãtorum & citharœdorum magiſtrũ, vt ſit ſenſus: Carmen hoc Dauidis traditũ fuit præfecto citharœdorũ, vt ad inſtrumentum nechiloth decantaretur. Alij Hebræi vertunt: Victori ſuper exercitus, pſalmus Dauid. Et per exercitus intelligunt apũ copias ſuſurrantes, quarum ſonum inſtrumentum hoc muſicũ imitabatur. Alij ex iiſdem per exercitus intelligunt Iſraelitarum copias aduerſus Gentium exercitum pugnantes, pro quibus huius carminis cãtor preces ad dominum fundebat. Hæ ſunt tres Iudæorũ opiniones, quæ præter id quod rapunt homi, nihilq; habẽt ſublime, nihil myſterij, ſolùm ducuntur conjecturis probabilibus illis quidem, parum efficacibus tamen, vt craſſum obiectumq; Iudæorum ingeniũ in diuinarum literarum interpretatione poſſis

Rom. 8.

Pſa. 109

Pſal. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognoscere. Paraphrasis Chaldaica excelsiùs se erexit, & ad Messiam respiciens pro hæreditatibus, seu torrentibus, seu congregationibus transtulit: Super choros, vt sit sensus: Carmen hoc dedicatur Christo, qui mundi victor sedet ad dexteram patris super omnes angelorum choros. Et si explanatores in tã varias sententias distrahantur, ea tamẽ, quam septuaginta interpretes significarunt, quã sequitur nostra communis translatio, quam editionẽ vulgatam appellant, mihi videtur præstantior, & ad psalmi propositum accommodatior. Ita enim habet: In finem pro ea, quæ hæreditatem consequitur, psalmus David. Cuius hic est sensus. Hic psalmus inspiratus Dauidi dedicatur & dirigitur in finem, hoc est, ad Christum, qui finis est, quo tendere debẽt omnes nostri cogitatus, sermones, & actiones. Et canitur pro ecclesia catholica, quæ salutis hæreditatẽ consequitur, quoniã in eum credit, qui est finis. Hic est ille, de quo ait D. Paulus: Finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Cùm enim finis cuiuscunque bonæ legis sit bonos facere ciues, bonitas aũt apud deum sit supernaturalis, quã opera legis veteris per se pũtarẽ nõ poterãt, fuit Christus proprius illius legis finis, qui in ea prænuntiatus & figuratus, futurus erat author ipsius bonitatis & iustitiæ. Ideo ait Apostolus Christũ esse finẽ legis ad iustitiam, hoc est, ad consecutionẽ veræ iustitiæ, essq; ipsius legis perfectionem. Vnde ait ipse dominus: Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere. Et D. Paulus ad Romanos: Quod impossibile erat legi, &c. Deus filiũ suũ mittens in similitudinẽ carnis peccati, de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et ad Galatas: Lex pædagogus noster fuit. Est igitur Christus finis legis, hoc est, cõsummatio ac perfectio, quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Christus aũt ita legem pro omnibus credituris adimpleuit, vt iã nemini ad iustificationẽ lege vetere opus sit. Cùm ergo Christus sit legis consummatio, & ad illũ omnia in lege ferantur, sitq; finis, quò omnia nostra tendere debent, merito septuaginta interpretes in hoc psalmo, & in multis alijs præfixerũt hunc titulũ εἰς τὸ τέλος, hoc est, in finẽ. Et hic addiderũt. Pro ea, q̃ hæreditatẽ cõsequitur, quæ est ecclesiæ periphrasis. Et rectè quidẽ, nã verbũ hoc nachal, à quo dictio hæc derivatur, absque dubio hæreditatẽ cõsequi significat. Quare poterat locus hic Ezechielis verti: Et hæreditas vsque ad mare magnum.

Rom. 10

Matt. 5. Rom. 8. Gal. 3. Matt. 11.

ARGVMENTVM CAPITIS XLVIII. ET VLTIMI.

Descripta terræ sanctæ diuisione superiore capite eiusque terminis desentalis in quatuor orbis partibus præcipuis, describit nunc omnium tribuum sortes, tribuens vnicuique suam partem & portionem. Et ita vltimam manum suis visionibus imponit.

CAPVT XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus aquilonis iuxta viã Hethalon pergentibus Emath, atrium Enã terminus Damasci ab aquilone iuxta viam Emath: & erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Et à termino Dan à plaga orientali vsque ad plagã maris, Aser vna: & super terminum Aser à plaga orientali vsque ad plagã maris, Nephtali vna. Et super terminum Nephtali, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Manasse vna. Et super terminum Manasse, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Ephraim vna. Et super terminum Ephraim à plaga orientali vsque ad plagam maris, Ruben vna. Et super terminum Ruben à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminum Iudã, à plaga orientali vsque ad plagam maris erunt primitiæ quas separabitis viginti quinque millibus calamis latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali vsque ad plagam maris: & erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ, quas separabitis domino: longitudo viginti quinque millibus, & latitudo decem millibus. Hæ autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum ad aquilonem lõgitudinis viginti quinque millia, & ad mare latitudinis decem millia: sed & ad orientem latitudinis decẽ millia, & ad meridiem viginti quinque millia, & erit sanctuarium domini in medio eius. Sacerdotibus sanctuarium erit de filijs Sadoc, qui custodierunt cæremonias meas: & non errauerunt, cum errarent filij Israel, sicut errauerũt & Leuitæ. Et erunt primi-

A

primitiæ de primitiuis terræ sanctũ sanctorum iuxta terminũ leuitarum.

EXPLANATIO.

Et hæc nomina tribuum. Hoc est, hæc sunt nomina tribuũ Israelis, quæ sunt hæreditatem in terra sancta acceptura. Prima est tribus Dan, secunda Aser, tertia Nephthalim, quarta Manasses, quinta Ephraim, sexta Ruben, septima Iuda, octaua Beniamin, nona Simeon, decima Issachar, vndecima Zabulõ duodecima Gad. Inter eas nõ numeratur tribus Leui, quia erat sacerdotalis, de qua ca. 45. & 47. differuimus. Diuisio terræ facta inter has tribus habebat longitudinem ab oriente ad occidentẽ, & latitudinem ab aquilone ad meridiem. Diuidit terram inter septẽ tribus: deinde loquitur de primitiis sacerdotum & leuitarum, & describit templum, & vrbem, & principit portionem: postea reuertitur ad tribus, & numerat eas quinq; quas omiserat. Incipit autẽ à tribu Dan, cuius portio & terra erat in extremo à parte aquilonis. Per æqualitatem portionum tribuum intelligit iustitiã & æqualitatẽ, quæ in ecclesia Christi esse debet apud principes & iudices. De ea dicitur in libro Sapientiæ: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Interrogatus rex Agesilaus vtra esset præstãtior, iustitiaan fortitudo, Nulla, inquit, fortitudinis est vtilitas, nisi adsit iustitia: imò si iusti omnes essemus, nequaquã indigeremus fortitudine. Cùm autem non oẽs sint iusti, & varia sint hominum merita, agit hoc loco propheta de numeris calamorum, per quos intelligit meritorum vniuscuiusque quantitatem, quam gubernatores omnes sunt considerauturi, vt ius suum vnicuique tribuãt.

iuxta viam Hethalon, pergentibus Emath. Hethalon & Emath oppida sunt, quorum meminit capite superiore.

Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Id est, plaga sortium, de quibus loqui incipio, incipit ab oriente, & erit mare: hoc est terminabitur in mari Mediterraneo, per quod occidens designatur: erat enim mare ad occidentem respectu Hierosolymæ. Nam ita erant omnes sortes dispositæ, vt in longitudine ab oriente in occidentem extenderentur. Prima autem sors erit tribus Dan, quæ est in vltima procedendo à templo ad aquilonem. Omniũ horum verborum hæc est paraphrasis. Hæc sunt nomina tribuum, quæ sunt hæreditatem capturæ: In extrema parte ad aquilonem ad latus viæ, qua venitur ab Hethalon vsque ad Emath, & iuxta atriũ Enan, & terminum Damasci ad partẽ mundi aquilonarẽ in confinio Emath, incipiendo à limite orientali, & procedẽdo ad limitẽ occidentalẽ, qui terminatur in mari mediterraneo: est portio tribus Dan.

Erunt primitiæ, quas separabitis. Id est, ex vna parte erunt portiones septem tribuum, ex altera portiones quinque tribuum: in medio autem separabitis portionem quandam inter septem tribus & quinque, quæ portio sit potioris terræ: quam ob causam nomine primitiarum intelligitur: quæ deputabitur sacerdotibus, & leuitis, & ciuitati, & principi. Hæc autem portio nomine primitiarum significata habebit vigintiquinque mille calamos in latitudine: in lõgitudine verò æqualis erit terræ aliarum portionum. De hac quantitate differuimus capite quadragesimo quinto. Vt autem hoc apertiùs intelligeretur, opus esse duxi hanc deliniare figuram.



Universidad de Deusto
Biblioteca

A plaga orientali vsque ad plagam maris. Hoc est ab oriente vsque ad occidentem. Sequitur: Et erit sanctuarium in medio eius. Id est, erit templum in medio terræ sacerdotum.

Primitiæ, quas separabitis domino. Reperit partem possessionis sacerdotum: & ait hanc sacerdotum portionem habere in longitudine ab oriente ad occidétem vigintiquinq; mille calamos, & in latitudine decem mille. Et eodem modò se habet portio leuitarum, occupat enim alios vigintiquinque mille calamos in longitudine, & alios decem mille in latitudine: portio verò ciuitatis habet in longitudine eosdem vigintiquinque mille calamos, & in latitudine quinque mille. Inde fit, vt hæ tres portiones efficiant vnum quadratũ, quod in longitudine habet vigintiquinque mille calamos, totidem autem in latitudine: nam decem mille sacerdotum, & decem mille leuitarum, cum quinque mille ciuitatis efficiẽt vigintiquinque mille. Sed hæ tres partes, nempe sacerdotum, leuitarum, & vrbis habẽt ex vtraque parte portionem principis, ex oriente, & ex occidente. Quo fit vt hæ quatuor partes simul iunctæ efficiant vnam portionẽ, quæ à meridie ad aquilonem occupet vigintiquinque mille calamos, sed ab oriẽte ad occidentem multò plures, nempe tot, quot habet quælibet portio cęterarum tribuum: vt licet in figura & descriptione videre. Quid autem sit calamus, diximus capite 40.

De filiis Sadoc. Hunus Sadoch meminit supra, capite 43. Sadoch significat iustum: & terè illi conueniebat hoc nomen, cũ esset summus sacerdos, qui debet esse iustitia munitus. Per hunc Sadoch Christus significatur summus sacerdos, per cuius filios intelliguntur nouæ testamenti sacerdotes. De hoc sacerdote ait Zacharias, Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum. Et rursus: Ecce vir, Oriens nomen eius, & ædificauit templum domino, & erit sacerdos super solio suo. Hinc vox illa diui Pauli in epistola ad Hebræos: Habentes Iesum pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, teneamus spei nostræ confessionem.

Zach. 3.
Zach. 6.
Hebr. 4.

Et erunt primitiæ de primitiis terræ. Id est, ex portionibus præcipuis terræ sanctæ erit sacerdotibus præcipua. Dabitur illis terra melior & salubrior, in cuius medio illic erit templum, quod hic sanctum sanctorum appellatur. In codicibus correctis est: Et erunt eis, nimirum sacerdotibus.

Sed & leuitis similiter iuxta fines sacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo vigintiquinque millium, & latitudo decem millium. Et nõ venundabunt ex eo, nec mutabunt, nec trãsferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt domino. Quinque millia autem, quæ supersunt in latitudine per vigintiquinque millia, prophana erunt vrbis in habitaculum, & in suburbana, & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mensuræ eius, ad plagam septentrionalem quingenta & quatuor millia: & ad plagam meridianam quingenta & quatuor millia, & ad plagã orientalem quingenta & quatuor millia, & ad plagam occidẽtalem quingenta & quatuor millia. Erunt autẽ suburbana ciuitatis ad aquilonẽ ducenta quinquaginta, & ad meridiem ducenta quinquaginta, & ad orientem ducenta quinquaginta, & ad mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine secũdum primitias sanctuarii decem millia in orientem, & decẽ millia in occidentem erunt sicut primitiæ sanctuarij: & erunt fruges eius in panes his, qui seruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati operabuntur ex omnibus tribubus Israel. Omnes primitiæ vigintiquinque milliũ, per vigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarii, & in possessionem ciuitatis. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarii, & possessionis ciuitatis è regione vigintiquinque millium primitiarũ vsque ad terminum orientalem: sed & à mari è regione vigintiquinque millium vsque ad terminum maris: similiter in partibus principis erit. Et erunt primitiæ sanctuarii, & sanctuarium templi in medio eius. De possessione autem leuitarum, & de possessione ciuitatis in medio partiũ principis erit: inter terminum Iuda, & inter terminum Beniamin, & ad principem pertinebit.

Sed & leuitis similiter iuxta fines sacerdotum vigintiquinque millia. Subaudi erunt. Describit leuitarum portionem, sacerdotum finibus vicinam: quam nec sacerdotibus, nec leuitis vendere, aut commutare licebat, cùm esset domino dedicata. Hinc desumpta sunt decreta rerum ecclesiæ, præsertim immobilium alienationẽ prohibentia. Illud est hoc loco aduertendum, præcipuam terræ partẽ dari sacerdotibus & leuitis: quoniam qui deo seruiunt, ad eumq; precationes pro populo fundunt, docent, concionantur, & sacramenta ministrant, alendi sunt & sustentandi, & honore magno afficiendi. Id intelligens diuus Paulus aiebat in prima ad Timotheum: Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborãt in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabit os boui trituranti. Dignus est operarius mercede sua. Et in prima ad Corinthios: Quis militat suis stipendijs vnquã? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Non alligabis os boui trituranti. Et Christus Deus noster in euãgelio, Dignus est, inquit, operarius mercede sua. Aspicis quanti debeat euangelicus concionator æstimari. Sed debet ille auditores cohortari ad virtutem ardenter, à vitiis reuocare acriter, & quod in se fuerit, ad lachrymas commouere. Vt Marcus Antonius populũ Romanũ potuit dicendo tenere, & hominum cœtus ad lachrymas excitare, cùm illis Cæsaris beneficia in eos collata reduceret in memoriam, eiusq; vestem ostenderet sanguine plenam: quo ita eos commouit, vt homicidas, qui Cæsari vitam ferro eripuerant, è ciuitate pellerent, longiusque proicerent, sic concionator det operam, vt auditores moueat ad fletum, narrans illis beneficia à Christo accepta, illisque acerbissima eius tormenta ostendens, quemadmodum pro illis fuerit vulneratus, spinea corona circundatus, cruci crudeliter affixus, vbi pro illis innocens agnus sanguinem fudit, & doloribus profluis, volueribus traiectus expirauit. Quibus rebus conetur persuadere populo, vt longius expellat non Cassium & Brutũ Cæsaris interfectores, sed scelera & flagitia. Nostra enim peccata Christum occiderunt: quoniam pro ipsis mortuus est: dicente Esaia: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Et Paulò pòst inducit idem propheta deum patrem ita aientẽ: Propter scelus populi mei percussi eum. Vnde diuus Paulus in epistola ad Romanos, Traditus est, inquit, propter delicta nostra. Et in prima ad Corinthios. Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.

1. Tim. 5.
Deut. 25
1. Cor. 9.
Deut. 25.
Matt. 10.
Luc. 10.
Simile.
Esa. 53.
Rom. 4.
1. Cor. 15

Quinque millia autẽ, quæ supersunt in latitudine per vigintiquinq; millia. Tota illa portio sacerdotum, leuitarum, & ciuitatis habebat in latitudine vigintiquinque millia calamorum. Sacerdotum portio habebat decem millia, leuitarum alia decem millia, ciuitatis quinque millia. Ait igitur: Numeratis portionibus sacerdotum & leuitarum, ex tota portione, quæ habet vigintiquinque millia in latitudine, supersunt quinque millia. Quæ efficiunt in latitudinẽ portionis ciuitatis per vigintiquinque millia longitudinis.

Prophana erunt vrbis. Portio ciuitatis in tres partes erat distributa, nempe in ciuitatẽ, & in eius suburbana, & in agros: quæ omnes ideo dicuntur prophanæ, quia erant laicorũ vsibus deputatæ: non quòd essent immundæ, sed quòd in illis quilibet posset habitare. Nomen pro quo latinus interpres transtulit suburbana, significat propriè locum planum, arboribus ædificiisq; vacuum, qui Latinè dicitur circus. Lusitanè verò rossio.

Et erat ciuitas in medio eius. Hoc est, in medio huius portionis, quæ est inter portionem leuitarum, & portionem Beniamin.

Hæ mensuræ eius. Subaudi ciuitatis.

Ad plagam septentrionalẽ quingenta & quatuor millia. Hoc est, limes aquilonaris huius vrbis habebit calamos quatuor mille & quingentos: totidem limes australis, & similiter de aliis limitibus, nempe orientali & occidẽtali. Itaq; tota vrbs occupabit in ambitu decẽ & octo mille calamos: & ex cõsequente centũ & octo mille cubitos, quilibet enim calamus, vt capite 40. diximus sex cubitos continebat. Erat ciuitas hæc quadrata æquis lateribus, cõtinens in quolibet latere quatuor mille & quingentos calamos. Cùm autem tota illa portio, in qua sita erat ciuitas, haberet in latitudine quinq; mille calamos, apertè ostenditur, vrbẽ ipsam nõ implere totã portionẽ, supererant enim quingenti calami, nempe ducẽti & quinquaginta ex vna parte ciuitatis, quæ erat ad aquilonem, & alij ducenti & quinquaginta ex altera parte, quæ erat ad meridiem. Et hæc duo spatia appellabantur suburbana: de quibus statim subdit. Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem ducenti quinquaginta, & ad meridiem ducenti quinquaginta, & ad alias partes, nimirũ orientis & occidentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

totidem. Sed finitis his ducentis & quinquaginta ex parte orientis, & occidentis, incipiebant agri ministrorum ciuitatis. Hinc colligis quantò sit maius suburbanum ciuitatis templi suburbano: nam suburbanum ciuitatis continebat ex qualibet parte seu quadro ducentos & quinquaginta calamos, templi verò suburbanum quinquaginta tantùm cubitos, vt supra ostendimus capite quadragesimo. Est
Sup. 40. autē ciuitas hæc vna & quadrata, quonam in ecclesia debet esse vnitas animorum, eū sit vnitas in fide & sacramentis. Vnde ait apostolus in epistola ad Ephesios: Vnus Deus, vna
Ephes. 4. fides, vnum baptisma. Per quadraturam verò intelligitur perfectio, quæ debet esse inter fideles, quoniam in architectura sapientes artifices primas semper quadraturæ tribuerunt. Per quatuor etiam latera æqualia quatuor euangelia significantur, & quatuor mundi partes, ex quibus erant multi ad ecclesiā venturi, & euangeliū recepturi: & quatuor illæ virtutes, quæ cardinales dicuntur. Quæ quatuor quanq; inter se colligata atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorū genera oriuntur. In has quatuor virtutes magni philosophi honesti naturam vimque diuiserunt. Prima est prudentia, in qua inest veri indagatio, & inuentio; altera iustitia, qua societas hominum inter seipsos, & contractuum firmitudo continetur: tertia fortitudo pro veritate pugnatrix, quæ in rerum externarum despicientia, & in rebus magnis & arduis, pleniſque laborum & periculorum gerēdis perspicitur: quarta temperantia, quæ in ornatu vitæ & modestia, & animi cōmotionū sedatione cōsistit. Hi sunt quatuor fontes, ex quibus sapientes cæteras morales virtutes manare testātur.

Et ad mare. Hoc est, ad occidentem: quoniam, vt diximus, mare Mediterraneum ad occidentem est respectu Hierosolymæ. Tota ciuitas cum suburbanis ab aquilone ad meridiē habebat in latitudine, vt diximus, quinque mille calamos, & totidem à parte orientis, & occidentis. Sed cum portio illa ciuitatis haberet in longitudine vigintiquinque millo calamos, manebant viginti mille, decem mille ex oriente, & alij decem mille ex occidente. Hæc autem duo spatia erant destinata iis, qui seruirent ciuitati. Et quoniam hæ duæ partes erant è regione terræ leuitarum & sacerdotū, quam appellat primitias sanctuarij, ideo ait: Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij, decem millia ad orientem, & decem millia ad occidentem.

Et erunt fruges eius. Id est, fruges huius terræ ijs deputabuntur, qui sunt muros vrbis instauraturi, eiusq; ruinas refarturi. Describit ei uitatem quandā perfectam, omnibus numeris absolutam. Per hanc ciuitatem ecclesia catholica significatur, de qua cecinit regius vates: Psal. 86.
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quid poterat esse ei gloriosius, quàm esse non vano hominum artificio, sed dei sapientia constructam, ab eo gubernatam, eius sacramentis munitam, habere ipsius dei cognitionē, & fidē, & charitatem, & cæteras virtutes? Nihil illi poterat esse præstantius, nihil commodatius hominum memoriæ sempiternæ. Eius optimates nimirum apostoli mundum lustrarūt, & gentes impias à vana & pestilēte superstitione ad castissimum diuini numinis cultum, plenissimamque veritatis religionem traduxerūt. Hi fuerunt huius ciuitatis fundamenta iacta super Christum præcipuū fundamentū, qui virtutū montes appellantur: de quibus dixit regius psaltes: Fundamenta eius in montibus Psal. 86.
sanctis. Vt excelsi ac magnifici templi testudo Simile.
est super columnas firmata, columnæ autē super bases, bases verò super petrā: sic vita Chri- 1. Cor. 10.
stiana debet esse super virtutes fundata, virtutes autem super bonas intētiones, bonæ autem intentiones super illam petrā, de qua ait apostolus: Petra autem erat Christus. Itaque Christus est præcipuū & primum huius ciuitatis fundamentum: de quo ait diuus Paulus: 1. Cor. 3.
Fundamētum aliud nemo potest ponere prēter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Non negat tamen esse alia fundamenta, Matt. 26
nimirum apostolos, quorū princeps fuit beatus Petrus, de quo dixit Christus: Super hanc petram ædificabo ecclesiā meam. De hac ecclesia, de hac ciuitate dixit Esaias: Vrbs fortitudinis nostræ, saluator ponetur in ea mu- Esai. 26
ros & antemurale. Et rursum: Ecce saluator Esa. 62.
tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius cum illo: & vocabunt eos populus sanctus, redemptus à domino: tu autem vocaberis ciuitas quæsita, & non derelicta. Et Ieremias: Ecce dies venient, dicit dominus, & ædi- Ierc. 31.
ficabitur ciuitas domini. De ea ait in Apocalypsi diuus Ioannes: Vidi ciuitatē sanctā, Apoc. 21.
Ierusalē nouā, descendentē de cœlo, à deo paratā, sicut sponsam ornatā viro suo. Sed ciuitas hæc, quā vidit diuus Ioannes, etsi ecclesia sit nō tamē loco illo ab apostolo describitur, vt militās in exilio, sed vt triūphans in patria: & potest de vtraq; intelligi, quoniā nonnulla ibi dicuntur, quæ possint vtriq; accommodari. Dicitur autem ecclesia descendere de cœlo non locali motu, sed emanatione: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum Iacob. 1.
desursum est, descēdens à patre luminū. Ezechiel etiā hoc loco de ecclesia militante præcipuè loquens nonnulla obiter miscet, quæ ad ecclesiam triumphantem referuntur. Sed statim redit ad militantem in terra, de qua loqui erat præcipuum eius institutum. Eam appellat
Psal. 45. ciuitatem: de qua cecinerat regius psaltes: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. De
Matth. 5. ea ait Christus Deus noster: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et di-
Hebr. 12. uus Paulus in epistola ad Hebræos: Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorum milliū angelorum frequentiam. Explicans autem quid per hanc admirabilē ciuitatem intelligeret, subdit: Et ecclesiam primitiuorum, qui cō scripti sunt in cœlis. Ecclesiam catholicā vocant montem Sionem, quoniā sublimis est, & deum in sublimitate cōtemplatur: Sion enim speculam sonat. Vocat etiam illam ciuitatem Hierosolymam cælestem, quoniam in ea pax viget spiritus, Ierusalem enim idem est quod visio pacis, & dicitur cælestis, quoniam à cælo descendit, & à Deo est constituta, eiusque sapientia gubernata. Hæc est ecclesia apostolorum, & aliorum, qui primò Christi fidē receperunt, quos diuus Paulus appellat primitiuos, quorum nomina ait in cælo scripta esse,
Luc. 10. dicente domino illis: Gaudete, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. Nec mireris, si ecclesia quæ fuit per templum intellecta, per ciuitatem etiam intelligatur, nō cùm in ecclesia duplex sit principatus, & duplex potestas, altera ad spiritualia pertinēs, altera ad tēporalia, spiritualis designatur propriè per tēplum, temporalis verò per ciuitatē & terræ diuisionem, etiam si hæc aliquando misceantur, nam vtrunque est à Deo, & sub ecclesia cōtinetur.

Seruientes autem ciuitati. Hoc est, Assumentur ex omnibus tribubus apti homines, qui seruiant ciuitati. Vult significare nullum esse hominem nec infimo loco natum, nec in illustri dignitate cōstitutum, nec ægestate laborātem, nec diuitijs affluentē, qui se debeat ab ecclesiæ ministerio excusare. Hæc seruitus honor est, & seruire Deo regnare.

Omnes primitiæ viginti quinque millium. Epilogus est mensuræ spatij cōtinentis portionē sacerdotum, Leuitarum, & vrbis. Quæ portio simul iuncta, vt diximus, est viginti quinque millium calamorum in quadro.

Quod autem reliquum fuerit, principis erit. Describit principis portionē, quæ latitudine viginti quinque millia calamorum continebat, quemadmodum spatium trium portionū, de quibus modò loquebatur. Nā principis portio tam ex parte orientis, quàm occidētis has tres portiones æqualiter cingebat. Ait igitur: Quod reliquū fuerit tam ad orientē, quàm ad occidētem ex parte primitiarū sanctuarij, hoc est ex parte portionum sacerdotum, leuitarū, & ciuitatis, erit principis, vt in figura licet videre. Extenditur autem portio principis à latere orientali harum trium portionum vsque ad terminum orientalem totius terræ Israeliticæ, & à parte occidentali vsque ad mare mediterraneum. Datur autem ei hæc portio, vt iustitiam exerceat, & regnum protegat & tueatur. Vt autem hoc efficiat, est eos puniturus, qui se sceleribus cōtaminauerint, & in republica violanda tetra facinora conceperint, eos verò præmijs affectutus, qui virtutem coluerint, in eaque veram dignitatē collocauerint. Et quia hoc absq; sapientia efficere non poterit, ait diuina scriptura in lib. Sapiētię: Diligite
Sapiē. 6. lumē sapientiæ omnes, qui præestis populis.

A mari vsque ad terminum maris. Hoc est, à latere occidētali vsque ad littus maris, vbi terra sancta terminatur.

De possessione autē leuitarum. Possessio principis, in cuius medio est portio sacerdotum, & leuitarum, & vrbis, erit inter tribū Iuda, & tribum Beniamin. Terminabitur portio principis ex parte aquilonis ad sortem Iuda, & ex parte austri ad sortem Beniamin. Et eodem modo terminantur tres dictæ portiones.

Et reliquis tribubus à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem Beniamin vna. Et contra terram Bē- D
iamin à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Simeon vna.
Et super terminum Simeonis à plaga orientali vsque ad plagam occidētalem, Issachar vna. Et super terminum Issachar à plaga orientali vsque ad plagam occidentalē Zabulon vna. Et super terminum Zabulon à plaga orientali vsque ad plagam maris Gad vna. Et super terminum Gad ad plagam austri in meridiem: & erit similis de Thamar vsque ad aquas contradictionis in Cades, hæreditas contra mare magnum.
Hæc est terra, quam mittetis in sortem tribubus Israel, & hæ partitiones earum, ait dominus Deus. Et hi egressus ciuitatis. A plaga septentrionali quingētos & quatuor millia mensurabis. Et portæ ciuitatis omnibus Israel: portæ tres à septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna,

Universidad de Deusto
Biblioteca

porta Leui vna. Et ad plagam orientalem quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna. Et ad plagam meridianam quingentos & quatuor millia metieris, & portæ tres, porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalem quingétos & quatuor millia, & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Asser vna, porta Nephthali vna, per circuitum decem & octo millia. Et nomen ciuitatis ex illa die: dominus ibidem.

Et reliquis tribubus. Locutus fuit de portione septem tribuum, postea de portionibus sacerdotum, Leuitarum, vrbis, & principis, nūc redit ad quinque tribus, quæ restabant, & loquitur prius de tribu Beniamin, cuius portio erat proxima portioni ciuitatis: Secunda portio est Simeonis, tertia Issachar, quarta Zabulon, quinta Gad.

Beniamin vna. Subauditur, erit portio, siue possessio.

Et super terminū Gad ad plagam austri. Post terminum terræ Gad erit finis terræ promissionis pro parte meridionali de Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades, vbi terra Israelitica finitur. Illud est hoc loco aduertēdum, Gad significare tentationem, Thamar verò palmam: vnde ciuitas illa quondam nomine Thamar fuit postea Palmira authore diuo Hieronymo ob palmarū multitudinem vocata. Sumus enim à tētatione deuicta ad palmā victoriæ venturi, & ex palma ad aquas cōtradictionis transituri vsque ad cades, quod significat sanctitatē. Debemus enim vincere tentationes, & victoriæ præmiū de animæ hostibus reportantes non sumus tradituri nos ipsos de fidiæ & socordiæ, existimātes esse nos tam perpetuā securitatē consecutos, tendimus enim à Thamar vsq; ad Gad, hoc est, à victoria vnius tentationis ad alterā tentationem, & ad aquas contradictionis, vt cū alijs tentationibus pugnemus. Sed beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quā repromisit deus diligentibus se. Quare oportet post victoriam metuere & vigilare, & verba illa sancti Iob memoria repetere: Militia est vita hominis super terram. Et illa: Cunctis diebus quibus nūc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Hoc intelligens D. Pau. Timotheū suū ita alloquebatur. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee secundū præcedētes in te prophetias, vt milites in illis bonā militiam. Et in secūda ad Corinthios: In carne, inquit, ambulantes non secundū carnem militamus, nam arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potētia Deo ad destructionem munitionum. Aspicis igitur vitam nostram bellum esse perpetuum, & post victoriam aquas nobis offerri nouarum tentationum, quas superaturi, vt Cader, hoc est sanctitatem consequamur. Eodem modo filij Israelis post victoriā de Aegyptijs mirabiliter reportatam venerūt ad Mara, quæ ex amaritudine nomen accepit, sed post Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes dulcium aquarum, & septuaginta palmæ. Nos igitur ne terreamur, si post victoriam in tentationis amaritudinem incidimus, quoniam verum pascha facientes azyma cum amaritudinibus comedebant, & tentatio parit probationem, probatio spē, spes autem nō confundit. Ni post Mara perueniemus ad palmas victoriæ, & ad optatam animi refectionē, & dulciū aquarum suauitatem. Profectiq; de Elim castrametati sunt ad mare. Quod certè mirabile videtur, cum enim mare rubrum transissent, & aquas Mara & Elim, quomodo iterum iuxta mare tabernacula fixerunt? Sed permisit illud ita deus vt intelligeremus, etiam post dulcem animæ refectionē, & suaues triumphorū epulas apparere nobis mare aliquādo, & præterita discrimina nobis ante oculos obuersari.

Hæreditas contra mare magnum. Hoc est, & portio tribus Gad propagitur vsque ad mare mediterraneum, quod respectu maris mortui, & maris Galilææ magnum appellatur.

Et hi egressus ciuitatis. Id est, & hæ sunt portæ vrbis. Describitur ciuitas, quę erat ædificāda in quadrato æquilatero, cuius latera erant versus quatuor præcipuas mūdi partes dispo nenda. Quodlibet latus occupabat longitudinem quatuor millium quingentorū calamorū, & tres portas à tribus familijs seu tribubus denominatas. Cùm aūt latera essent quatuor, aperte ostēditur, portas esse duodecim, tres ad aquilonē, tres ad orientem, tres ad meridiem, tres ad occidentem. Quia futurum erat, vt eō stitueretur ecclesia, ad quam ex omnibus quatuor mūdi partibus multi venirent, iuxta id, quod est apud D. Lucam: Et venient ab oriēte & occidente, ab aquilone & austro. Id intrēs mente Dauid aiebat: Memor ero Raab, & Babylonis, scientiū me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopū, hi fuerunt illic. Per Raab intelligitur Aegyptus, ab Aegypto rege fratre Danai ita denominata, vt ait Manethō Aegyptius in libro de regibus Assyriorum, per

2. Cor. 10

Exo. 15.

Exo. 15.

Exo. 12.

Num. 9.

Rom. 5.

Num. 35

Isa. 1.

Iob. 7.

Iob. 14.

1. Tim. 1.

Luc. 13.

Psal. 86.

per Babylonem vrbs illa celebris, quam Semiramis incredibili magnitudine extruxit, vt ait Archilocus in libro de temporibus, quæ euersa fuit per Cyrum & Darium, qui annis duobus simul regnarunt, deinde solus Cyrus, vt asserit Metasthenes Persa in libro de iudicio temporum. Per alienigenas possunt intelligi cultores Italiæ, fuit enim regio illa possessa in principio à gente Phœnicia & Saga sub Iano, vt ait Portius Cato in Originibus, & postea eam coluerunt Græci & Arcades alienigenæ, vt ait Myrsilius Lesbius in libro de origine Italiæ. Possunt etiam per alienigenas intelligi Philistæi, quoniam sic eos Hebræi vocare solebant. Est igitur loci illius sensus: Intra Ecclesiam meam, inquit Deus, non solùm gentem vnam concludam, sed multas & varias, memor enim ero AEgyptiorum & Babyloniorum, quos asseram ad Ecclesiam meam, qui me scient, cùm me autea nō cognouissent. Et non solùm hi, sed etiam Palæstini, & Tyrij, & Aethiopes, hi in Ecclesia mea inuenientur, quā ex omnibus gentibus, & populis congregabo. Vnde Esaias primitiam Ecclesiam in hunc modum alloquitur: Leua in circuitu oculos tuos, & vide: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent, tunc videbis, & afflues, & admirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Quibus verbis hominum multitudinem, quos ad Ecclesiā concursuros esse mentis oculis intuebatur, prædixit. Per has duodecim portas duodecim intelligantur Apostoli, quorū doctrina multi ingressi sunt in Ecclesiā. Et quoniā Apostoli trinitatis sanctissimæ mysteriū nūtiabant, ideo tres portæ in vnoquoq; latere constituuntur. Fortasse ideo in quolibet latere tria erant ostia, quia tres habitabilis orbis partes Africa, Asia, Europa, erāt ad Ecclesiam venturæ. Eam ob causam aiunt nonnulli dixisse Ieremiam: Terra terra terra audi verbum Dei. Ter terram ideo existimant nominasse, vt Africam, Asiam, Europam significaret. Sciebat enim spiritu prophetiæ fore, vt omnibus ex his partibus multi fidem reciperēt, quos Deus præsciebat esse virtutem amplexuros. Nihilominus tamen Dei præscientia nō tollit liberam arbitrium, vt alibi ostendimus. Quæ de re ea poteris videre, quæ grauiter & eleganter literis mandauit in libro suo de libero arbitrio Ioannes Sepulueda, qui Sapientia sua admirabili dicendi copia Cordubam patriam suam illustrem ad summam amplitudinem perduxit.

Esai. 60.

Ierem. 22.

Porta Leui vna. Leui faciebat tribum, sed non sortem, ideo portam habebat in ciuitate suo nomine vocatam, etiamsi in terræ distributione portionem instar aliarum tribuum non habuerit. Ioseph autem fecit duas tribus quo ad portionas & partitiones, sed vnam tantùm quo ad iura ciuitatis, ideo duas sortes habuit, vnam verò portam.

Et nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidē. Hoc est, Et ciuitas hæc, quam spiritu prophetico futurā esse perspicio, vocabitur ex die, qua fuerit constituta: Dominus ibidem. In ea nanque erit dominus in perpetuum nō solùm per essentiam, potentiam, & præsentiam, sed etiam per particularem suorum beneficiorum influentiam, & fidei, spei, atque charitatis abundantiam. In hac ciuitate, in hac Ecclesia catholica, est Deus, & erit vsque ad mundi finē, ipse enim ait: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Securè igitur cum Dauide possumus concinere. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum rediget inimicos nostros. De Iudæorum synagoga dixit dominus apud Matthæū, Relinquetur vobis domus vestra deserta. Et apud Ioannem: Surgite, eamus hinc. At Ecclesiæ suæ perpetuū promisit præsentiam, perpetuum præsidiū, quā ob causam Emanuel, hoc est nobiscum Deus appellatur. Nobiscum est vt Christus, hoc est vt Deus & homo in admirabili eucharistiæ sacramento, vbi erit omnibus diebus vsque ad mundi consummationem, in illa munda oblatione, de qua ipse dixerat per diuinum vatē Malachiam. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnū est nomen meū in gentibus, dicit dominus exercitum. Hunc Malachiæ locū intelligunt & interpretantur de sancto eucharistiæ sacramēto Irenæus libro quarto contra Valentinum: Iustinus martir in dialogo cū Triphone: Cyprianus libro contra Iudæos, cap. 16. Eusebius Cæsariensis libro primo euangelicæ demōstrationis, capite sexto & vltimo: Hieronymus in eundem Malachiam: Augustinus libro. 18. de ciuitate Dei, cap. 35. & lib. 19. ca. 23. Chrysostomus tomo. 6. pfegmate. 2. cōtra Iudæos: Theodoretus in commentarijs in Malachiā: Damascenus lib. 4. de orthodoxa fide cap. 14. R. Samuel cap. 10. Nec mireris si Iudæus hic R. Samuel locum illum de sancto eucharistiæ sacramento exponat, quam R. Moyses Hadarsan in psalmum. 136. R. Simeō in libro qui inscribitur inuestigatio secretorū, & R. Barachias in commentarijs in Ecclesiastē, & R. Ionathas in libro collectionū, qui omnes fuerunt Iudæi & ante aduētū Christi cogitationes suas literis mandarunt, asseruerūt apertissimè fore, vt tempore Messiæ esset sacramentū quod-

Esai. 7.

Mala. 1.

Matt. 28

Psal. 59.

Matt. 23.

Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dã admirabile, in quo panis & vinũ in corpus & sanguinẽ Messiæ transmutarentur. Et quoniam in hoc sanctissimo sacramento est Christus verus homo, & verus Deus noster, & hoc excellentissimum sacramentum semper erit in Ecclesia, ait hoc loco Ezechiel: Et nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Est etiam nobiscum vt caput nostrum influens in membra instinctu & inspiratione. Est enim Ecclesia corpus, cuius caput Christus est, nos autem membra: vt Diuus Paulus multis in locis testatur. Nobiscum est vt pater, vt præceptor, vt cõsolator. Nobiscum est præsidio, & spiritu suo. Ipse Ecclesiæ suę spiritus sancti assistentiã promisit, dicens: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum. Magna profectò consolatio, & admirabilis Dei nostri clementia, qui Ecclesiæ suæ promisit nunquam esse eam derelicturũ. Id intuens mentis oculis diuinus ille vates Esaias, cui ipse Deus arcana sua referebat, Ecclesiam ipsum alloquens has voces emisit: Eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui, non vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. Id asserebat Christus discipulis suis, dicens: Non vos relinquam orphanos. Qui fieri potest, vt misericors pater filios suos deseret, quos sanguine suo pro illis in crucis ara profuso genuit, vt illis nece sua vitam tribueret, morte sua eos ad immortalitatem, & pœna sua eos ad gloriam sempiternam perduceret, & ex mundi colluuie ereptos in angelorum societate, in cœtu beatorũ collocaret? Quapropter memoriã tanti beneficij colamus perpetua benevolentia, & admirabili obseruãtia, nunquam huius diuinæ pietatis memoria in nobis moriatur, quin potius omnis sit nobis ætas ad immẽsa diuini numinis erga nos beneficia prædicanda atque recolẽda. Ipse nobis celebrem ciuitatẽ cõstituit, in qua essemus ciues sanctorũ, & domestici dei, fundati super fundamentum apostolorum & prophetarum, quæ ciuitas est sancta mater Ecclesia, eius dilecta sponsa, & columba, pro qua ipse vt nos redimeret, eius amore inflãmatus vitam profundere non recusauit, cuius amoris memoriã posteritas alet, ipsique æternitas semper inuehitur. Nos igitur tanti redẽptoris amore incensi ad ipsum aspiremus, & cordis desideria erigamus. Auertamur à rebus mortalibus & fluxis, ad bona autem immortalia & sempiterna conuertamur. Luna cùm decrescit, conuertit sui arcus aperturam ad terram deorsum, tergũ autem versus cœlum sursum, & ita tendit in defectum & decursum, amittens sensim lumen suum, donec sit silens, & lumine penitus priuata, contrà vero cùm crescit, conuertit aperturam sui arcus ad cœlum sursum, dorsum autem deorsum versus terram, & ita paulatim progreditur crescendo, donec tota est plena, & splendido lumine illustrata. Sic anima cùm deficit in perfectione spirituali, & tendit in decursum, vertit ostium & aperturam sui desiderij ad mũdum, & amore ducta rerum caducarum terram quærit, auertens se à bono incommutabili ad res commutabiles. Et quandiu ita tendit in defectum, amittit Christianæ dignitatis splendorem, donec manet non solùm priuata lumine gratiæ, sed etiam cæca in intellectu, & penitus obscura, densisque tenebris coopertа. Nescient, ait diuinus psaltes, nec intellexerũt, in tenebris ambulant. Et Diuus Paulus: Obscuratum est insipiens cor eorum. Et rursum: Non ambuletis, sicut Gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. At cùm anima crescit in vita spirituali, vertit tergum mundo, fugit eius vanitates, illecebras, delicias, & fallacias & sui arcus apertionem conuertit ad Deum, & ita progreditur proficiens, recipiens in dies claritatem, donec replatur non solùm lumine gratiæ, sed gloriæ. Itaque quantò occupatiorem aliquem videris in desiderijs terræ, & in negotijs rerũ caducarũ & inutilium, tantò magis eum deficere intellige in Christiana perfectione, cõtrà verò quantò ferventiùs eum videris ad cœlestia aspirare, tantò amplius eũ proficere cognosce. Quare nos vt proficiamus, vt gratiæ splendore illustremur, erigamus sursum versus deũ aperturas cordiũ nostrorum, mittamus ad eũ desideria nostra, vitam illam æternam appetamus, qua nulla est beatior, nulla præstantior, nulla bonis omnibus affluentior. Si volueri-mus alte spectare, & vitam illam immortalem mentis oculis contueri, nec fermonibus vulgi dabimus nosipsos, nec in prætijs humanis ponemus rerum nostrarum, sed Deum ardentissimè diligemus, & ipse Dei amor, quo flagrauerimus, nos ducet ad veram dignitatem. Et ita ibimus, vt verbis vtar diuini vatis, de virtute in virtutem, donec videatur Deus in Sion, donec eo in ciuitate permanente fruamur. Sed ciuitatem illã sempiternã non obtinebimus, nisi huius ciuitatis fuerimus ciues, de qua loquitur in præsenti Ezechiel. Hæc est Ecclesia catholica, hæc est sancta Dei ciuitas in terris, hæc est vera Hierosolyma, hæc est fidelium congregatio, quam noster diuinus vates vifu intellectus diuina luce illustrati perspexit, & capite hoc descripsit, in qua ipse Deus habitat, & vsque ad mundi consummationẽ semper habitabit, nam nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

Ephes. 2. Colos. 1. Ioan. 14. Esai. 62. Ioan. 14. Similiter. Cantic. 2. Cantic. 3. Psal. 83. Rom. 1. Ephes. 4.

Annota-

Annotationes ex Hebræo in caput XLVIII. & vltimum.

A finibus aquilonis iuxta viam Hethalon. Translatio septuaginta habet: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, Hoc est, à principio. Magna inter has duas translationes videtur esse repugnãtia: nã vna asserit esse hoc à finibus aquilonis, altera à principio. Sed si rectè perpenderis, videbis nullam inter eas esse distantiam, nullã contrarietatem, sed summum consensum, & maximã concordiã. Dictio hebraica מבוא est seh, qua hic vtitur Ezechiel, extremitatem significat: tam extremum est principiũ, quàm finis. Eadẽ via est proficiscentibus Roma Florentiam: ac proficiscentibus Florentia Romam. Id autem, quod in via hac ratione vna est principiũ, ratione altera finis est. Id quod est in Exo. scriptum. Posuit eos, nimirum cherubinos, ex vtraque parte propitiatorij, cherub vnũ in summitate valuæ partis, & cherub alterum in summitate partis alterius: poterat etiam verti: Posuit eos in duabus extremitatibus propitiatorij, cherub vnũ in vna extremitate, alterũ in altera. Pro summitate enim est in hebraico dictio hæc catseh. Ea etiã vtitur Habacuch cap. 2. pro qua latinus interpres vertit: concidisti. Ita enim habet. Cogitasti cõfusionem domui tuæ, concidisti populos multos. Fit rectè quidem, est enim dictio hęc deriuata à verbo catsah, quod significat cõcidere, succidere, & dirupere. Illo aũt loco Habacuch propheta potest esse & verbũ, & nomẽ. Alloquitur diuinus vates Nabuchodonosorem, in quẽ ijs verbis inuehitur, ac si diceret: Consiliũ cepisti ô immanissime tyranne, quod cedet in confusionẽ familiæ tuæ, de trucidandis populis multis. Vbi Ionathas Chaldæus habet: Diripuisti populos multos. Sed quoniã potest esse nomẽ, poterat rectè quidẽ locus ille ita verti: Consiliũ iniisti confusionis plenũ domui tuæ in extremitatibus populorum multorum: Ac si diceret: Impijs cogitasti, & perniciosa domui tuæ, quoniã eam spoliet aliarũ regionum implere cupuisti, quam ob causam perueniet ignominia tua vsque ad orbis terrarum fines, seu extremitates. Consilium immane cogitasti, & optimi consilij fontes aperire noluisti.

Exo. 37.

Habac. 2

Sacerdotibus sanctuariũ erit de filijs Sadoc. Pro sanctuario est in hebraico מקדש hamecuddax, à verbo קדש cadhax, quod significat sanctificare & præparare. Vnde dictio hæc mecuddax sanctuariũ significat: quã significationẽ secutus est noster interpres. Significat etiã sanctificatũ. Cùm autẽ apud Hebræos adiectiuum singularis numeri pro plurali aliquã do ponatur, verterunt septuaginta τοῖς ἱερεῦσι τοῖς ἡγιασμένοις. Hoc est sacerdotibus sanctificatis. Et ita etiã vertit Pagninus: vt sit sensus: Hæc portio erit sacerdotibus sanctificatis, à filijs Sadoc genus suum ducentibus. Hoc verbo vtitur diuina scriptura libro 1. Regum, vbi Samuel ait: Sanctificamini, & venite mecum, vt immolem. Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificiũ. Sed quoniam verbum hoc non solùm sanctificare significat, sed etiam præparare, poterat etiam verti locus ille: Præparate vos, & venite mecum ad prandium victimæ: præparauit igitur Isai, & filios eius, illosque ad victimæ epulas inuitauit. Quare locus hic Ezechielis verti ita poterat: Sacerdotibus ex filijs Sadoc erit parata, nempe potrio hæc. Noster aũt interpres transtulit sanctuarium, per quod intelligit templum, in medio portionis sacerdotum ex filijs Sadoc ædificatum, quod erat ipsis sacerdotibus commissum.

1. Reg. 16.

Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibi. Pro domino est in hebraico יהוה Iehouah, nomen Dei tetragrammatõ, quod Hebræi vocant ineffabile: nõ enim illud proferre audẽt, sed scriptum inuenientes loco eius proferunt adonai, aut Elohim. Apud Hebræos verbum hajah significat esse: & est deductũ ab hoc nomine Iehouah, quod aiunt Dei essentiam suo modo significare. Deus enim est qui est, & qui non solùm est, sed est suum esse: esse enim non est accidens in Deo, sed subsistens veritas: nec est aliud essentia in Deo, quàm suum esse, sua namque essentia est suum esse. Nam quicquid habet esse, & non est suum esse, est ens per participationem, & nõ per essentiam, cùm autem Deus sit non per participationem, sed per essentiam, sitque ens, imò primum ens, à quo omnia entia procedunt, apertè concluditur, eũ esse suum esse. Fieri non potest, vt aliquid sit sua essentia, quin sit suum esse, atqui Deus est sua essentia, est igitur suum esse. Si enim non esset suum esse, non esset ens per essentiã: quo nihil posset dici absurdius, nihil indignius. Hebræi antiqui, qui Christum præcesserunt, asseruerunt in scripta suis, quæ posteritati cõmandarunt, cõtineri hoc nomine mysteriũ sacrosanctæ trinitatis: cõstat enim quatuor ex literis, nempe י iod, quæ significat principiũ, ה hæ, quæ significat esse, ו vau, quæ significat nexum & amorẽ, & ה in fine: per iod intelligitur pater, qui est principiũ absq; principio, per he, filius, per quẽ omnia, quę facta sunt, esse cœperunt, per vau, coniunctionem copulatiuam, intelligitur Spiritus Sanctus, qui est amor & nexus vtriusque, qui à patre filioque proce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

procedit. Geminatur,he,propter duplicē naturam,quæ est in Christo, per primum ה naturā diuinā intelligitur,per ה postremum natura humana. Et appellabant Hebræi illi veteres hoc nomē expositū,quia illud per hoc nomen exponebant יאה בורוה חסוש: Hoc est pater,filius,& spiritus sanctus. Explanantes autem hoc clarius aiebant,hanc esse nominis Iehouah explicationem. Pater deus est, Filius,Deus est,Spiritus sanctus,deus est,trinitas in vnitate,& vnitas in trinitate. Totū hoc explicabant quadraginta literis,ex quibus vnum quippiam conficiebant,quod admirabile vocabant. Et hoc est nomen quadraginta literarum apud antiquos Iudæos celeberrimū, quod exponebat nomen Iehouah ineffabile: de quo dixerat regius vates: Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Nam vbi nos habemus Domine, est in hebraico Iehouah, quod nomen nulli vnquam creaturæ,sed soli deo tributum est: vbi nos autem habemus Dominus noster, est adonai, quod Deo solet tribui & hominibus. Voluit diuinus vates his duobus nominibus duas in Christo naturas significare,diuinā & humanam,quarum mysterium, vt ostendimus in nomine Iehouah tentinetur cum sacrosanctæ trinitatis mysterio. Hæc autem scriptura nominis Dei יהוה dicebatur vrim & thummim,hoc est,illuminationes & perfectiones, quòd ex huius trinitatis intellectu mens illuminetur & perficiatur. Et quoniam capite 28. Exodi, vbi nos habemus: Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, pro doctrinam & veritatem est in hebraico vrim & thummim, aiunt nonnulli viri docti esse in rationali illo Aaronis scriptum hoc nomen Iehouah, quæ scriptura dicebatur vrim & thummim. Et quoniam nomen hoc יהוה quatuor tantùm literas habet,venerabantur antiqui numerum quaternarium: ex quo effectum est, vt multi per ipsum foliti essent iurare. Vnde Macrobius in somnium Scipionis, Quaternarium, inquit, Pythagorici adeò quasi ad perfectionem animæ venerantur, vt ex eo iusiurandi religionem sibi fecerint: est enim perspicuū Pythagoricos habuisse aliquam legis Moysi cognitionem. Et quoniam antiqui Gentium poetæ audierant, in lege illa Deum appellari Iehouah, finxerunt deum quendam suum, quē vocarunt Iouem, deductum à Iehouah, quem decepti erroris opinione mortales Saturni filium esse, & inter deos principatum obtinere arbitrabantur. Sed ille, quem Iouem Gentes appellabant, principiū habuit & finem: noster autem Iehouah nec principium habuit, nec finem habebit: ille enim solus est, qui habet esse omnino perfectum. Nulla res habens aliquid extra seipsam est omnino perfecta, atqui nostrum esse habet aliquid extra seipsum, nō est igitur nostrum esse omnino perfectum. Huius ratiocinationis assumptio perspicua est, cùm videamus apertè, deesse nobis aliquid ex nostro esse, quod iam præterijt & fluxit, & quod adhuc futurum est. Cùm autem diuinum esse simul totum sit, cuius nihil præterijt, cui nihil addendū sit, perfectissimū est, numerisq; omnibus absolutissimum. Omnia humana quæ iusta sunt & pulchra cum Dei iustitia & pulchritudine comparata nec iusta sunt, nec pulchra, imò nec sunt, quoniam per participationem sunt. Omnia iusta Deum esse iustissimū testantur, pulchra pulcherrimum, excelsa altissimum, dulcia dulcissimum, fortia fortissimū, bona optimum, integra integerrimum. Ipse est veluti vox quædam naturæ, quoniam eum omnia creata suo modo loquuntur, & laudibus efferunt. Ipse est verus Deus, verus Iehouah, totius vniuersi conditor & conseruator, qui in ciuitate sua, de qua hic ait Ezech. hoc est, in Ecclesia hac militante habitat, quæ appellatur Dominus ibidem. Sed quoniam ciuitas hæc à diuino nostro vate quadrata describitur, admirabili quadam æqualitate dispositā, ideo per eam cœlestem illam ciuitatē possumus intelligere, in qua nulla est nequitia, nulla calamitas: in qua illi tequiescunt, qui se hic à corporis contagio reuocarunt, totosque sese ad Christi imitationem contulerunt. In eam aperuerunt sibi aditū omnes illi, qui præstantibus ingenijs in vita humana diuina studia coluerunt, & omnes denique hi, qui fide muniti, & spe roborati ex hac vita in charitate migrarunt. Illic nullo dolore presti, nullis tenebris circunfusi, nulla deformitate maculati, sed cœlesti gaudio affecti, admirabili splendore illustrati, eximia pulchritudine muniti, summum illum cœli terræque gubernatorem aspiciunt, sempiternam pulchritudinem intuētur, & in auditorum bonorum affluentia cumulati diuino numine fruuntur. Omnia, quæ in hoc seculo videmus, caduca sunt & mobilia, non tam in nostris consilijs posita, Deo ita permittente, quàm in mundi temeritate: quorum nō tam facultatem vnquam & copiam viri sapiētes putarunt expetendam, quàm in vtendo rationem, & in carendo patientiam. Omnia fluunt & pereunt, & nos cum illis, medioque spatio frangimur & corruimus, & prius in ipso cursu obruimur, quàm portum conspiciamus. Mors nos in cursu à tergo insequens nec opinantes assequitur, & à lateribus aliquando, atque à fronte inuadit. Vt vasa fictilia æquè sunt obnoxia periculo, siue sint noua, siue diuturna: sic homines æqualiter sunt mortales, & interitur periculis expositi, siue sint adolescentes, & in ætate florente, siue sint senes, & ætate progressi. Si in figulinam ingressus videris mensam fictilibus vasis refertam, quibusdam recentibus, quidam verò antiquis, alijs magnis, alijs autem paruis, & à figulo quæsieris, quod ex illis est priùs frangendum: illud respondere poterit, quod priùs ceciderit in terram ita ex hominibus ille priùs excedet è vita, non qui fuerit antiquior, sed qui priùs fuerit delapsus in terram, qui sepulchrum priùs tetigerit. Quid aliud est seculum hoc, quàm figulina quædam, nos autem quid aliud sumus, quàm vasa quædam fictilia? Id intuens regius vates aiebat: Tanquam vas figuli confringes eos. Et Esaias: Comminuetur, sicut conteritur lagena figuli. Et diuus Paulus in secunda ad Corinthios. Habemus thesaurum hunc in vasis fictilibus. Et diuus Ioannes in Apocalypsi. Tanquam vas figuli confringentur. Vt qui faciunt iter, de solis occasu aliquando nō cogitant: & eos nox opprimit incautos: sic mors multos aggreditur de illa minimè cogitantes. At in æterna ciuitate nulla mors est, nullus interitus, nullus dolor, sed vita, immortalitas, & gaudium. Quemadmodum in vase hederæ, vt aiunt, aqua retinetur, vinum verò effunditur, & sensim elabitur: sic in hac vita permanet dolor, amittitur gaudium: qui locus quietis & tranquillitatis plenus esse videtur, in eo turbulentæ calamitatum procellæ interdum existunt. Felices illi, qui mundi fugiunt familiaritatem, qui falsas eius contemnunt voluptates, qui incertas ac fluxas non amplectuntur diuitias, ne cum ipsis pereuntibus pereant, & à deceptrice Babylone decipiantur. Beati, qui vas hoc hederæ, qui mundum hunc relinquunt, & ad cœlestem illam patriam incensi charitate rapiuntur. Ibi nulla est tristitia, nulla molestia, sed summa securitas, cœlestiumque voluptatum abundantia. Illa est ciuitas superna, quæ nec casu eripitur, nec ruina labefactatur, nec vetustate vlla consumitur. Hic non habemus ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus: quam describit diuus Ioannes in Apocalypsi: in qua, vt vertis illius vtar, absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: & mors vltrà non erit, nec luctus, nec clamor, nec dolor erit vltrà. Eius murum ait ex iaspide esse, vt firmitatem significet in Ecclesia triumphantem nunquam marcescentem, ipsam verò ciuitatem aurum mūdum simile vitro mundo, vt insinuēt, tantum in ea esse diuinæ cognitionis splendorem, tam admirabilibus diuinæ claritatis radijs micare, vt aurum purissimum instar lucidissimi vitri meritò appelletur. O ciuitatem cœlestem, quam præparauit Deus diligentibus se, ò patriam tutam, pulchram, tranquillam, absque varietate & mutatione, vbi nullus est aduersarius oppugnans, nullus timor torquens, sed eximia pax, & perfectus ac perpetuus amor! Ibi dies est æternus, ibi Deus cernitur facie ad faciem: & hoc vitæ cibo, his præcellentibus dapibus anima absque vllo defectu satiatur. O vitam felicem, ò regnum verè beatum, ò Hierosolymam supercœlestem, quis mihi concederet, vt ad te è corporis vinculis solutus euolarem, & angelorum sociatus choris Deo meo suaues perennesque hymnos concinerem de canticis Sionis. Nam in hoc exilio, vbi teneor desiderio tui, vbi sedeo super flumina Babylonis, ob tui recordationē vim lachrymarum profundens, vbi ipsa flumina exitus aquarum, quas deducunt oculi mei, tanquam meorum desideriorum tributum ferunt ad mare interitus, quò mundi omnia tendunt, qui fieri potest, vt hymnos canam gloriæ cœlestis? Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ierusalem superna, obliuiscatur, & dediscat psallere dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Hæc recordatus sum, effundens in me animam meam illam desiderij doloriſque magnitudine contractam quodammodo dilato, sperans fore, vt tu me Deus refugium meum ab hoc tristi exilio ad patriam dulcissimam aliquādo reuoces. Cùm dolotis acerbitate angor, hæc vna consolatio animum meum debilitatum suauissima tui nō minis recordatione sustentat. Quam ob causam cum regio diuinoque vate has voces emitto: Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico. Vtinam mihi in hac lachrymarum valle tui nominis memoria nunquam excidat ex animo, sed semper mihi ante mentis oculos bonitas tua versetur. Vtinam pectus meum sit oratorium quoddam, vbi tu Christe sancte sis perpetuò sculptus, & aurea imago tua sit in terreo altari cordis mei collocata, vt te semper intuear, & ardenter amem, te ipso delectes, & tanta sit amoris vis & flamma, vt me transformet in te à claritate in claritatem. Vtinam optatus ille dies mihi eluceſcat, quo mihi aditus pateat ad æternum cœlitum domicilium: vt in iustitia appaream in conspectu tuo, & satier, cùm apparuerit gloria tua: vt admirabilibus voluptatibus cumulatus non iam per ænigmata, sed facie ad faciem vultum tuum pulcherrimum intuear, & in iucundissima suauissimaque tui sanctissimi numinis visione requiescam. Ex hac vita discedam tanquam ex hospitio, non tanquam è domo: com

Psal. 8. Exo. 28. Psal. 2. Esai. 30. 2. Cor. 4. Apoc. 2. Simile. Simile. Heb. 13. Apoc. 21. Simile. Psal. 136. Psal. 136. Psal. 41. Psal. 41. Psal. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

morandi enim nobis Domine diuersorium, non habitandi locum dedisti. O splendidum diem, cùm ex hoc miserabili exilio discedam, cùm ad illud mentium beatarum concilium, si me Deus ob misericordiam suam illuc perduxerit, ad illam sanctorum ciuitatem, Ecclesiamque triumphantem proficiscar, nisi optatum iter mea peccata præpediant. Ibi Deum ipsum aspiciam, eosque videbo, qui humana contemnentes diuinæ charitatis studio flagrauerunt, & ad cœlestia atque diuina ardenter aspirarunt. Ne me deseras Deus meus, refugium meum, spes mea: ne me vnquam in manibus appetitus mei derelinquas. Fac me quærere te ipsum, quærenti te mihi nihil aliud pro te occurrat. Vtinam te inueniam, teque in patria cœlesti perfruar in æternum, cum his, qui præsentem vultum tuum cernunt, illudq; summum & incircunscriptum lumen intuentur, illamque incolunt ciuitatem, cuius tu Deus sanctissime conditor es, & habitator, de qua ait hoc loco diuinus tuus vates: & nomen ciuitatis ex illa die: Dominus ibidem. Habetis à me candidi lectores in profundum Ezechielem commentaria, mea quidem sententia, exigua, nec ingenio & doctrina perpolita, nec tanti vatis maiestati respondentia. Sed cùm in omni genere officij pluris facienda sit animi voluntas, quàm muneris magnitudo, in eam sententiam facile adducor, vt credam, esse vos mihi veniam daturos, quoniam etsi eruditioni vestræ minimè satisfecero, dedi tamen operam, omnemque meam curam & cogitationem eò contuli, vt illi satisfacerem: atque vt mearum literarum fructum aliquem non omnino contendentem afferrem, omni studio, & animi impetu esse mihi contendum existimaui.

LAVS DEO.

Finis.

HI SVNT AVTORES, QVI IN HIS COMMENTARIJS citantur.

A.
Augustinus.
Ambrosius.
Athanasius.
Aegesippus.
Anacletus.
Antonius.
Arnobius.
Albertus Magnus.
Alexander de Ales.
Albertus Pighius.
Alphonsus à Castro.
Antonius Sabellicus.
Andreas Fuluius.
Aristoteles.
Aquila.
Aelianus.
Alcinous.
Asconius Pædianus.
Aristobolus.
Alexander Aphrodiseus.
Apuleius.
Aulus Gellius.
Apollonius Thianeus.
Alcæus.
Athineus.
Aeschilus.
Archilochus.

B.
Basilius Magnus.
Bernardus.
Beda.
Boetius.
Berosus Chaldæus.
Bessarion.
Baptista Fulgosus.
Budæus.
Blondus Flauius.

C.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus.
Cassiodorus.
Callimachus.
Chrysologus.
Clarius Brixianus.
Caelius Rodiginus.
Chalcidius.
Crinitus.
Cicero.

D.
Dionysius Areopagita.
Didymus.
Durandus.
Didacus à Payua.
Diogenes Laertius.
Diocles Caristius.
Dioscorides.
Dion Chrysostomus.
Diodorus Siculus.
Demosthenes.
Democritus.
Diogenianus.
Dionysius Halicarnasseus.

E.
Eusebius Cæsariensis.
Eusebius Emisenus.
Epiphanius.
Ephrem.
Enaristus.
Eleutherius.
Eucherius.
Euthymius.
Euripides.
Epimenides.
Epictetus.
Eutropius.

F.
Felix.
Fecinus.
Franciscus Ferrarius.
Fabius Pictor.

G.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius papa.
Gratianus.
Gennadius.
Gaudentius Merula.
Gabriel Biel.
Gaspar Cassalius.
Galenus.

H.
Hieronymus.
Hilarius.
Hesychius Hierosolymitanus.
Hugo tardinalis.
Hugo de sancto Victore.
Hieronymus Osorius.
Hieronymus ab Oleastro.
Hermippus.
Homerus.
Herodotus.
Hamaculus.
Herodianus.
Horatius.
Hecataeus.
Hippocrates.
Hermolaus Barbarus.
Historia tripartita.

I.
Irenæus.
Ignatius.
Iustinus martyr.
Ioannes Chrysostomus.
Innocentius tertius.
Iulius primus.
Ioannes Damascenus.
Isidorus.
Isidorus.
Ioannes Rossensis.
Ioannes Eckius.
Ioannes Cassianus.
Ioannes Annius Viterbiensis.
Ioannes Soarius.
Ioannes Arboreus.
Iosephus Flauius.
Ioannes Monachus.
Ioannes Sepulueda.
Iamblicus.
Instinus historicus.
Iulius Solinus.
Iuuenalis.
Ionathas Chaldæus.

L.
Leo papa.
Lactantius Firmianus.
Leonardus Aretinus.
Lysias.

M.
Melchiades.
Marcellus.
Marinus Ledesmius.
Marinus Cantrapetrensis.
Maximus episcopus.
Marcus Varro.
Macrobius Aurelius.
Myrsilius Lesbius.
Manethon Aegyptius.
Metasthenes Persa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

N.
Nicolaus Damascenus.
Nicolaus Lyranus.
Nicephorus.
Numenius Pythagoricus.
O.
Origenes Adamantius.
Ouidius.
Orpheus.
Onchelus Chaldæus.
P.
Paulus Orosius.
Paulus Burgensis.
Primasius Vticensis.
Petrus Lombardus.
Photius.
Prosper.
Politianus.
Plato.
Plinius.
Pierius Valerianus.
Plutarchus.
Proclus Platonicus.
Pyndarus.
Persius.
Pseusippus.
Philo Platonicus.
Psellus.
Picus Mirandulanus.
Ptolemæus.
Phauorinus.
Philoponus.
Petrarcha.
Pomponius Mela.
Palmerinus Florentinus.
Petrus Apianus.
Porphyrius.
Q.
Quintus.
Quintilianus.
Quintus Curtius.
R.
Rupertus abbas.
Ricardus de sancto Victore.
Reuclinus.
Raphael Volaterranus.
R. Dauid Cimhi.
R. Eliezer.
R. Dauid.
R. Ioseph.
R. Moses Hadarsan.
R. Simeon.
R. Barachias.
R. Ionah.
R. Achilas.
R. Ionathas.
R. Moses Aegyptius.
R. Solomon.
R. Abraham Pernsol.
R. Samuel.
S.
Septuaginta interpretes.
Sanctes Pagninus.
Sixtus primus.
Symmachus.
Syrianus.
Seuerianus.
Strabus.
Strabo.
Stobæus.
Seneca.
Stratus.
Simplicius.
Sextus Aurelius.
Suidas.
Silius Italicus.
Sophonias.
Sallustius.
Seruius.
Stephanus cosmographus.
Suetonius Tranquillus
T.
Theodoretus.
Theophilus Alexandrinus.
Tertullianus.
Thomas Aquinas.
Theleſphorus.
Thomas Caietanus.
Theodorus Antiochenus.
Theophilactus.
Trismegistus.
Titus Liuius.
Theodorus Metochides.
Theophrastus.
Triphon.
Theocritus.
Theodotio.
V.
Victorinus.
Victor.
Vincentius.
Vegetius.
Vergilius.
Valerius Maximus.
Valerius Italicus.
X.
Xenophon.
Z.
Zepherinus.
Zenodotus.
Zeglerius.

Præter hos autores citantur multæ sententiæ horum philosophorū qui sequuntur.
Antisthenes.
Anaxagoras.
Archidamus.
Alcamenes.
Anacharsis.
Aeschilus.
Arcesilas.
Antimachus.
Bias Prienensis.
Chilo Lacedæmonius.
Crates Thebanus.
Diogenes Cynicus.
Demas orator.
Empedocles.
Epicharmus.
Herillus.
Heraclitus.
Hecatheus.
Lysander.
Menedemus philosophus.
Pythagoras.
Parmenides.
Periander.
Pherecidas Syrus.
Pittacus.
Pontius Samnites.
Secundus.
Simonides.
Socrates.
Solon Salaminius.
Timon.
Themistocles.

INDEX AVTORITATVM

SACRAE SCRIPTVRAE QVAE AB autore in hoc opere declaratæ sunt, præter alias quæ sparsim citantur, in quo A. primam columnam, B. verò secundam signat.

Genesis.

1 In principiò creauit Deus cœlum & terram. 124.b
1 Terra erat inanis & vacua. 6. a
1 Producant aquæ reptile animæ viuentis. ibidem.
1 Fecit Deus firmamentum. 29.a.356.b
1 Vidit Deus cuncta, quæ fecerat. 32.b
1 Septimo die requieuit Deus ab opere, quod patrarat. 60.b.238.b
1 Fiat firmamentum in medio aquarū. 95.a
1 Fiat lux, & facta est lux. 166. a
1 Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 234. a.
1 Tenebræ erant super faciem abyssi
1 Factū est vespere & mane dies vnus. 336.a
1 Spiritus domini ferebatur super aquas. 434.a
2 In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. 131. a. 495.b
2 Tulit dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso. 329.b
2 Plantauerat autem dominus Deus paradisum voluptatis à principio. 301.a
2 Nomen fluuij tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios. 301.a
2 Fluuius egrediebatur de loco voluptatis. 480.a.
3 Adam in paradiso cōstitutus peccauit. 9.b
3 Collocauit Deus ante paradisum voluptatis Cherubim.
3 Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. 326.b
3 Terram comedes cunctis diebus vitæ tuę. 446.b. 450.a
3 In labore comedes omnibus diebus vitæ tuæ. 549.b
3 In sudore vultus tui vescēris pane tuo. 535.b
3 Inimicitias ponam inter te & mulierem.
3 Eritis sicut dij scientes bonum & malum. 502.b
4 Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. 23.a. 160.a. 347.a
4 Egressus Cain à facie domini. 72. a. 344.b
4 Si malè egeris, statim in foribus peccatū tuum aderit. 97. a
4 Adam verò cognouit vxorē suam. 353.a
4 Iste cœpit inuocare nomē domini. 250.a
4 Nonne si bene egeris, recipies? 294. a. 534.b
4 Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. 382.b
4 Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. 447.a
6 Adducam aquas diluuij super terrā. 6.b.
6 Videntes filij dei filias hominum, quòd essent pulchræ. 175.a
6 Bitumine linies extrinsecus & intrinsecus. 522.b
6 Omnis caro corruperat viā suam. 406.a
7 Te vidi iustum coram me in generatione hac. 8.a
9 Ponā arcū meū in signū fœderis. 10.b
9 Arcū meū ponā in nubibus cœli. 33.a
9 Dilatet Deus Iaphet. 187.b
10 Ipse cœpit potēs esse in terra. 374.a
11 Descendē autem dominus, vt videret ciuitatem. 293.b
12 Egredere de terra tua, & de cognatione tua. 495.a
13 Erat Abraham diues valde. 27.b
13 Dabo terram hanc semini tuo in sempiternum. 100.a
14 Da mihi animas & supellectilem tu capito. 23.a
14 Leuo manū meā ad dominū deū. 409.b
15 Filius domus meæ. 145.a
15 Ego merces tua magna nimis. 493.b
16 Si fortè saltem ex ea suscipiā filios. 145.a
16 Cūq; inuenisset eā angelus domini. 353.a
17 Ego dominus omnipotens, ambula coram me. 134.a
18 Descendam, & videbo. 293.b
19 Conuersa est in statuam salis. 501.a
21 Visitauit dominus Saram. 114.b
21 Agar errabat in solitudine. 187.b. 386.a
21 Abit Isaac ad Abimelech Regem Palæstinorum. 310.a
21 Vidit Sarah Ismaelem ludentem cū Isaac. 194.a
22 Benedicentur in semine tuo omnes gentes. 257.b. 250.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

22 Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.304.a
23 Habitauit autem Ephron in medio filiorum Heth.397.b
23 Terra quam postulas, quadringentos siclos argenti valet.545.a
23 Princeps Dei es apud nos.534.b
25 Tenuit plantam fratris sui Esau.229.a
27 Sume arma tua.
27 Det tibi Deus de rore cœli,& de pinguedine terræ.309.b
28 Vidit Iacob scalam.518.a.363.b
29 Profectus ergo Iacob venit in terrã Orientalem.301.b
29 Ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui.6.b
31 Scrutatus es omnem supellectilem meam.153.b
31 Noluitque Iacob confiteri socero suo, quòd fugeret.441.a
31 Foratus est cor Laban Syri.315.b
35 Hic est titulus monumẽti Rachel.314.a
35 Non vocaberis vltra Iacob.81.b
37 Miserunt eum in cisternam veterem.85.a
37 Nudauerunt eum tunica talari.564.b
38 Quare diuisa est propter te maceria.164.b
38 In ipsa effusione infantium vnus protulit manum.554.
39 Ioseph habitauit inter Aegyptios.8.a
41 Confiteor peccatum meum.344.a
42 Nesciebant enim quod intelligeret Ioseph.
42 Etiam sanguis eius exquiritur.63.b
43 Non videbitis faciem meam,nisi fratrem vestrum adduxeritis.
45 Non se poterat vltrà cohibere Ioseph.93.b
46 Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum.84.b
48 Do tibi partem vnam extra fratres tuos.58.b
49 Vasa iniquitatis bellantia.121.b
49 Non auferetur sceptrum de Iuda.201.b 153.a.258.b
49 Ipse erit expectatio gentiũ.257.b.350.a
49 Congregamini,vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis.292.b.299.b
49 Inde pastor egressus est lapis Israel.313.a
49 Asser pinguis panis eius.319.b
49 Fiat Dan coluber in via.442.b.39.b
49 Prior in donis,maior in imperio.535.a
50 Post mortem meam deus visitabit vos.283.a

Exodus.

1 Surrexit in terra rex nouus in Aegypto.233.a
3 Solue calciamentũ de pedibus tuis.184.b 18.b
3 Locus in quo stas, terra sancta est.434.b
3 Apparuit ei deus in flamma ignis de medio rubi 11.a
3 Ego sum,qui sum.292.b.291.b
3 Rubus ardebat, sed non comburebatur.106.a
3 Ego sum Deus Abraham.192.b
4 Filius meus primogenitus Israel.82.b. 253.a
5 Quis est dominus?nescio dominũ.348.b
5 Operibus luti & palearum.237.b
7 Educam exercitum, & populum meũ filios Israel.538.b
8 Abominationes Aegyptiorum immolabimus?415.b
10 Indurauit Deus cor Pharaonis.170.b
11 A primogenito Pharaonis,qui sedit in solio eius.105.b
12 Habebitisque hunc diem in monumentum cultui sempiterno.311.b
12 Mensis hic vobis principium mensiũ primus erit.3.a
12 Erit agnus absque macula masculus anniculus.544.a
13 Armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti.488.b
13 Erit quasi signum in manu tua.58.a
14 Nec vnus quidẽ superfuit ex eis.6.b
15 Descenderunt in profundum quasi lapis.
15 Abyssi operuerunt os.308.a (143.b
15 Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ.434.b
15 Cantemus domino,gloriosè enim magnificatus est in nobis.441.a
15 Vbi erant palmæ.504.b
17 Manus habebat ad deũ leuatas.489.b
18 Eruit me de gladio Pharaonis.339.b
19 Et nubes densissima operuit cœlũ.10.b
19 Veniam ad te in caligine nubis.128.a
19 Sacerdotes qui accedunt ad dominum, sanctificentur.537.a (219.b
20 Ego sum dominus deus tuus,fortis.108.a
20 Nõ habebis deos alienos coram me.175.a
20 Visitans iniquitatẽ patrũ in filios.220.a
25 Fac secundũ exemplar,quod tibi in monte monstratum est.131.a
25 Duo cherubim super propitiatorium.239.b
25 Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis ea.552.b
25 Et faciam mihi sanctuarium.86.b.
26 Cortinæ sibi iungentur mutuò.227.a
28 Pones in rationali iudicij doctrinã & veritatem.576.a
30 Et deprecabitur Aaron super cornu altaris so-

ris semel per annum in sanguine.522.b
31 Custodiant filij Israel sabbatum,311.b
32 Quiescat domine ira tua, & esto placabilis.371.b
32 Dimitte me, vt irascatur furor meus.270.b
32 Sedit populus manducare & bibere,& surrexerunt ludere.194.a
32 Aut dimitte eis hanc noxam,aut si nõ facis,dele me de libro, quem scripsisti.157.a.124.a
33 Non videbit me homo,& viuet.39.a
33 Non potes videre faciem meam.39.b
33 Si tu non ipse præcedas, non educas nos de loco isto.155.b
34 Ego ipse eiiciam ante faciẽ tuam Amorthæum.544.a
34 Dominator dominus miserator & clemens.219.b
34 Caue ne vnquam cũ habitatoribus terræ illius iungas amicitias.8.b
37 Posuit Deus ex vtraque parte propitiatorium.575.a

Leuiticus.

1 Immolabitque vitulum coram domino.519.b.542.a
8 Doctrina & veritas.61.b
9 Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula,in põdere & mensura.540.a
11 Immundum ne comederitis.8.b
15 Sanctificabis annum quinquagesimum.554.a
16 Omne opus non facietis in eo.353.a
18 Custodite leges meas ac iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.384.a
18 Iuxta morem regionis Chanaan,ad quam ego.190.a
19 Statera iusta, & æqua sint pondera.21.a
19 Non eris criminator nec susurro in populo.214.a
19 Nolite conuerti ad idola.275.a
21 Ad omnem mortuum non ingredietur omnino.533.b
26 Euaginabo post vos gladium.85.a

Numeri.

1 Constitues eos super tabernacula.512.a
11 Nunquid manus domini inualida est?35.b
14 Qui visitas peccata patrũ in filios.122.
14 Non intrabitis terram,super quam leuaui manum meam.237.a
14 Murmurauerunt contra Moysem, & cõtra Aaron.400.b
14 Vestra cadauera iacebunt in solitudine.521.b
17 Prouideat dominus Deus spirituũ omnis carnis hominum.389.b
17 Recedite à tabernaculis hominum impiorum.223.
18 In terra eorum nihil possidebitis.530.b
19 Excubate in custodia sanctuarij.537.a
19 Vas non habens operculum nec ligaturã desuper immundum erit.498.b
20 Quare nos de Aegypto eduxistis in locũ hunc pessimum?562.b
21 Extulit Moyses serpentem æneum.239.b
24 Orietur stella ex Iacob,254.b
29 In holocaustum sempiternum.311.b
31 Colligeris ad populum tuum.339.a
33 Profectique de Elim castrametati sunt ad mare.

Deuteronomium.

1 Sedistis in Cades Barne.106.a
1 Vrbes sunt magnæ & ad cœlũ vsque munitæ.357.b
1 Date ex vobis viros sapientes & gnaros.389.b
4 Deus tuus ignis cõsumẽs est.24.a.517.b 177.b.267.b
4 Non in solo pane viuit homo.144.b
4 Audi precepta & iudicia, quæ ego doceo te.384.a
6 Erunt verba mea in corde tuo.58.a
6 Dominum deum tuum adorabis.119.a
6 Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo.277.b
6 Dominum deum tuum timebis.465.a
6 Diliges proximum tuum sicut teipsum.500.b
10 Deus personam non recipit.397.b
10 Circuncidite præputium cordis vestri.327.b
11 Venient super eum trieres & Romani.321.b
15 Non obdurabis cor tuum.71.a
16 Non poteris immolare phase in qualibet vrbium tuarum.490.b
16 Non accipies personam nec munera.465.b
17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris.531.a
21 Si mulierem pulchram post bellum victis hostibus.327.b
22 Videbit quòd infirmata sit manus.322.a
22 Defetent signa virginitatis ad seniores vrbis, qui in porta sunt.304.a
22 Non indueris vestimento, quod ex lana linoque confectum est.267.a
22 Glorificantes me glorificabo.83.b
25 Non alligabis os boui trituranti.569.a
25 Non habebis in sæculo diuersa pondera.313.a
25 Pro mensura peccati erit plagarum modus.120.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

28 Erit vita tua pendens ante te. 214.b. 517.b.
30 Elige vitam, vt & tu viuas. 277.b
31 Scio enim cogitationes eius. 235.a
31 Irritum faciat fœdus, quod pepigi cum eo. 451.b
32 Apparuit dominus de monte Pharan. 23.b
32 Cõtrescat in pluuia doctrina mea. 62.b 247.b
32 Ego occidã, & ego viuere faciam. 96.b
32 Mihi vindictã & ego retribuam. 299.b
32 Fel draconum vinum eorum. 343.b
33 Inundationes maris quasi lac sugent. 74.a
33 De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium. 301.b
33 Habitabit Israel confidenter solus, oculus Iacob in terra frumenti & vini. 395.b
33 De benedictione domini terra eius, de pomis cæli. 545.a

Iosue.

2 Non remansit in nobis spiritus. 453.b
4 Duodecim quoque lapides quos de lordenis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis. 504.b
6 Septem sacerdotes septem buccinis clangebant ante arcam fœderis. 381.a
29 Timete Deum, & seruite ei corde perfecto. 465.b

Iudices.

4 Sisara princeps exercitus Iabin. 360.a
5 Clypeus & hasta apparuerunt. 285.a
5 Cor meũ dilexit principes Israel. 201.b
7 Madian autem, & Amalech, & omnes orientales populi fusi iacebant. 4.a
9 Iuerunt ligna, & vnxerunt super se regẽ. 87.b.
12 Posui animam meam in manu mea.

Ruth.

4 Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. 524.a

1. Regum.

1 Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim. 375.b
2 Deus scientiarum dominus est, ipsi præparantur cogitationes. 354.a
2 Sterilis peperit plurimos. 447.a
3 Sermo domini erat pretiosus in diebus illis. 401.a
9 Panis defecit in cistatijs nostris. 522.b
6 Filius vnius anni erat Saul. 145.a
9 Saul quærens asinas pergit ad videntem. 325.b
10 Sedebit iuxta lapidem cui nomen est Ezel. 322.b
10 Tulit Samuel lenticulam olei, & effudit super caput Saulis.
13 Egressa est autem statio Philistijm. 314.a
13 Saul duos annos regnauit. 2.a
15 Lugebat Samuel Saulem. 315.a
16 Non iuxta intuitum hominum ego iudico. 137.b
16 Sanctificamini, & venite mecum. 576.b
17 Pascebam patris mei gregem. 391.a
17 Non concidat cor cuiusquã in eo. 453.b
17 Misit Dauid manum suam in peră. 253.b
19 Et ambulabat ingrediens, & prophetabat. 8.b
19 Posuit animam suam in manu sua. 57.b
20 Substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant. 521.b
20 Filius mortis. 145.a
21 Fuerunt vasa puerorum sancta. 115.a
24 Non faciam hanc ré domino meo Christo domini. 334.a
26 Erit mihi Dauid seruus sempiternus. 311.b

Secundus Regum.

1 Ibi abiectus est clypeus fortium. 334.a 285.a
3 Diuisit dominus inimicos meos coram me. 164.a
4 Non enim quæram sanguiné eius de manu vestra? 63.b
6 Quasi nudetur vnus de scurris. 85.a
7 Inuenit seruus tuus cor suum. 71.a
7 Suscitabo semen tuũ post te. 141.a. 210.a 456.b
8 Banahaias autem filius Ioadæ erat super Ceretim & Pheletim. 302.b
8 Percussus est Moab, & mensus est eos funiculo. 376.a.
8 Faciebat Dauid iudicium & iustitiam omni populo. 538.b
12 Quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini. 414.a
17 Obtulerunt ei stratoria & tapetia. 376.b
17 Auertisti faciem tuam à me, factus sum conturbatus. 202.a
20 Leuauit manum suam contra regẽ. 248.b

Tertius Regum.

6 Fecit in templo fenestras obliquas. 471.b
7 Fecit mare fusile. 476.a
8 Sit cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro. 383.a
8 Audi domine hymnum & orationé, quã seruus tuus orat. 490.a
8 Ambulemus in decretis eius. 139.a
13 Qui non obediens fuisti ori domini. 85.b

15 Altare altare hæc dicit dominus. 139.b
15 Ambulauit in via patris sui. 383.a
18 Vsquequo claudicatis in duas partes? 415.b

Quartus Regum.

1 Currus Israel & auriga eius. 37.a
5 Egressi latrunculi quidam de Syria captiuam duxerunt puellam.
6 Et vltra non venerunt latrunculi Syriæ. 82.b
14 Vidit dominus afflictionem afflictionis Israel. 85.b
16 Ambulauit in via regum Israel. 139.a
17 Noluerunt seruire domino Deo suo. 190.a
17 Fecerunt sibi statuas. 313.b
18 Vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. 554.b
18 Ipse dissipauit excelsa, contriuit statuas. 314.a
19 Venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorum. 115.b
23 Melchon abominatio filiorum Ammon. 237.a
25 Subleuabit Euilmerodach rex Babylonis caput Ioacin. 248.b

1. Paralipomenon.

11 Pasces populum meum Israel. 534.b

2. Paralipomenon.

13 Congregati sunt ad eum viri vanissimi. 85.a
15 Vos ergo confortamini, & non dissoluãtur manus vestræ. 100.a
17 Ambulauit in vijs Dauid patris sui. 383.a
28 Lustrabit filios suos in igne. 243.a
34 Abstulit Iosias cunctas abominationes. 103.a. 237.a

Esdræ primus.

2 Voluerunt omnia illa scribere. 158.a
8 Prædicaui ieiunium iuxta fluuium Ahaba. 371.b
10 Separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. 8.b

Secundus Esdræ, qui dicitur Neemias.

9 In tribulationis tempore clamauerunt ad te domine. 98.a

Tobias.

1 Per captiuitatem deuenit cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuem. 8.a
3 Cùm iratus fueris, misericordiam facies. 11.b
3 Hoc habet pro certo omnis, qui colit te, quod vita eius. 392.a
4 Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo. 195.a
12 Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. 371.b
13 Confitemini domino filijs Israelis. 91.a

Iudith.

4 Scitote quoniam exaudiet dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiunio. 371.b
9 Humilium & mansuetorum domine semper tibi placuit deprecatio. 489.a

Hester.

6 Iussitque sibi afferri historias & annales. 344.b
7 Aman suspensus est patibulo, quod paruerat Mardochæo. 252.b
13 Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem, &c. 219.a

Iob.

1 Dominus dedit, dominus abstulit. 404.a
1 Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. 454.a
1 Habitauitque in terra Hus. 8.a
3 Non venit in conspectu eius omnis hypocrita. 472.b
5 Per diem incurrent tenebras. 52.b
5 Homo nascitur ad laborem. 196.b 546.b
5 Paruulũ occidit inuidia. 232.a. 295.b
6 Fratres mei præterierunt me sicut torrés. 93.b
6 Si quid fortè ignoraui, instituite me. 545.a
7 Sicut mercenarijs dies eius. 475.a
7 Militia est vita hominis super terrã. 73.b. 340.a. 572.a
7 Dies mei velocius transierunt. 262.a
7 Ecce nunc in puluere dormiam. 376.a
9 Qui facit arcturum & Orionem. 261.b
10 Visitatio tua custodiuit spiritum meum. 522.a (ris me. 173.a. 326.a
10 Memento domine, quod sicut lutũ fece-
12 Interroga Iumenta, & docebũt te. 499.b
12 Qui mutat cor principũ, & decepit eos.
13 Et vidit oculus meus, & audiuit auris mea. 2.b
13 Manum tuam longè fac à me. 251.b
13 Homo fugit velut vmbra. 260.b
13 Homo natus de muliere breui viuens tempore. 326.a
14 Cunctis diebus quibus nunc milito expecto, donec veniat immutatio mea. 572.a
14 Donec optata veniat sicut mercenarij dies eius. 35.a.
14 Homo quasi flos egreditur & conteritur. 40.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 Baltheum regum dissoluit. 93.b
15 Abstulit quasi vestrus desiderium meum. 551.a
15 Quid te eleuit cor tuum? 324.a
16 In nihilum redacti sunt omnes artus mei.
16 Terra ne operias sanguinem meum. 261.a
17 Cogitationes meæ dissipatæ sunt. 507.b
17 Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.
19 Pereo, & quasi auulsæ arboris abstulit spem meam. 426.b
19 Credo, quòd redemptor meus viuit. 426.a
19 Aures audient beatificat me. 346.b
19 Manus domini tetigit me. 251.b, 196.a
20 Deuorauit eum ignis, qui non succendetur. 106.b
20 Gaudium hypocritæ ad instar puncti. 156.b
20 Nec vltra intuebitur eum locus suus. 454.a
21 Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. 196.a
23 Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. 2.b
24 Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. 361.b
29 Super illos stillabat eloquium meum. 247.b
30 Frater fui draconum, & socius struthionum. 8.a
31 Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. 468.b
34 Deus regnare faciet hominem hypocritam propter peccata populi. 389.b
36 Quis poterit scrutari vias domini? 112.b
37 Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. 261.b
40 Virtus illius in vmbilico ventris eius. 185.a
41 Portas vultus eius quis aperiet? 498.b
41 Filius arcus. 145.a
41 Ipse est rex super omnes filios superbiæ. 291.b

Psalmi.

1 Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum. 2.b. 139.a. 69.b. 183.a. 228.a
1 Et in lege domini voluntas eius. 55.b
1 Et in cathedra pestilentiæ non sedit. 553.a
1 Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarū. 174.b. 559.b 418.a
1 Non resurgunt impij in iudicio. 216.a 453.b
1 Et in via peccatorum non stetit. 413.a
2 Ego autem constitutus sum rex ab eo. 15.b 210.a. 414.b. 157.b
2 Apprehendite disciplinam. 68.b. 77.b
2 Prædicans præceptum eius. 201.b
2 Aduersus dominum, & aduersus Christū eius. 334.a
2 Et nunc reges intelligite. 388.a
2 Tunc loquetur ad eos in ira sua. 409.b
2 Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. 555.a
2 Tanquam vas figuli confringes eos. 577.a
3 Exaudiuit me de mõte sancto suo. 554.b
4 Signatum est super nos lumen vultus tui domine. 160.a. 249.a
5 Quoniam ad te orabo domine mane, exaudies vocem meam. 550.a
5 Pro ea quæ hæreditarè cõsequitur. 565.a
6 Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. 246.b
7 Confitebor tibi in vasis psalmi. 115.a
7 Arcum suum tetendit, & paravit illum. 115.a
7 Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. 251.b
7 Exurge domine in ira tua, & exaltare. 300.b. 152.a
7 Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. 252.b. 442.a
7 Psalmus Dauid, quem cantauit domino. 545.a
8 Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum. 586.a. 245.b. 599.b
8 Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. 7.a. 500.a
8 Quid est homo, quod memor es eius? 282.b
8 Minuisti eum paulominus ab angelis. 124.b
9 Iudicabit orbem terrarum in æquitate. 493.a
9 Cognoscetur dominus iudicia faciens. 300.b. 117.a
9 Oculi eius in pauperem respiciunt. 105.a
9 Inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit. 120.b
9 Parauit in iudicio thronum suum. 120.b
9 Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. 154.b
9 Patientia pauperum non peribit in finem. 244.a
9 Increpasti gentes, & petijt impius. 254.b 311.a
9 Contere brachium peccatoris & maligni. 351.b
9 Periit memoria eorum cum sonitu. 349.b
9 Iustus vt palma florebit. 342.a
9 Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. 379.a
9 Non est deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius omni tempore. 445.a
10 Oculi domini in pauperem respiciunt. 160.b
10 Pluet super peccatores laqueos. 278.b
10 Quoniam quæ tu fecisti destruxerunt. 285.a
10 Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra. 446.a
10 Cogitauerunt consilij, quæ non potuerũt stabilire. 452.a
10 Iustus dominus, & iustitias dilexit. 478.a
11 Nunc exurgam, dicit dominus. 453.b
11 Argentum igne examinatum, purgatum septuplum. 447.a.
11 Eloquia domini eloquia casta. 267.b
11 In circuitu impij ambulant. 174.a
12 Vsquequo auertis faciem tuam à me? 160.a
12 Nequando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum. 244.a
13 Dixit insipiens in corde suo nõ est Deus, 348.b
13 Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem. 83.a
14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? 330.b (547.a
14 Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?
15 Prouidebam dominum in conspectu meo semper. 22.b. 72.b
15 Non sedi cum concilio vanitatis. 106.a
15 Etenim hæreditas mea præclara est mihi. 565.a
15 Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ. 88.b
16 Oculos suos statuerunt declinare in terrã. 22.a. 148.a. 2.b
16 Cogitauerunt aduersus sanctos suos. 87.a
16 Igne me examinasti, sicut examinatur argentum. 106.b. 232.a
16 Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. 226.b
16 Eripe animam meam ab impio. 251.a
16 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam. 366.b
16 Satiabor cum apparuerit gloria tua. 512.a
17 Quoniam tu populũ humilem saluum facies. 263.a
17 In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. 4.b
17 Inclinauit cælos, & descendit. 32.a. 128.b
17 Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. 57.a
17 Vt lutum platearum delebo eos. 93.a
17 Eripies me de contradictionibus populi. 118.a
17 Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. 178.a
17 Misit de summo, & accepit me. 284.b
17 Reges Arabũ & Saba dona adducent. 310.a
17 Tenebrosa aqua in nubibus aeris. 357.a 546.a (445.b
17 Commota est, & contremuit terra. 87.b.
17 Iustitiæ domini rectæ. 522.a
18 Cæli enarrant gloriam dei. 29.a. 259.a
18 In omnem terram exiuit sonus eorum. 17.b. 245.b. 29.b. 459.b
18 Exultauit vt gigas ad currendam viam. 27.b
18 Iudicia domini vera. 54.a
18 Ab alienis parce seruo tuo. 271.b
18 Delicta quis intelligit? 543.a
18 Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. 524.b
19 Mittat tibi auxilium de sancto. 86.a 434.b. 338.b (344.a
19 Memor sit omnis sacrificii tui. 22.b.
20 Posuisti domine super caput eius coronã de lapide pretioso. 73.b
20 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. 106.a
21 Salua me ab ore leonis. 366.b
22 Dominus regit me, nihil mihi deerit. 390.a. 394.a
22 Super aquam refectionis educauit me. 367.b. 415.a
22 Parasti in cõspectu meo mẽsam. 494.b
22 Vt inhabitem in domo domini in longitudinem diẽrum. 405.a
22 In loco pascuæ ibi me collocauit. 395.b
22 Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. 339.b
22 Impinguasti in oleo caput meum. 184.a
22 Non timebo mala, quoniam tu mecum es. 74.a (440.b
23 Domini est terra & plenitudo eius. 48.a.
23 Attollite portas principes vestras. 324.b
23 Quis ascendet in montẽ domini, aut quis stabit in monte sancto eius? 330.b
24 Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo. 414.a
24 Vias tuas domine demonstra mihi. 478.a
24 Firmamentũ est dominus timentibus eũ. 49.b. 465.b
25 Non sedi cum concilio vanitatis. 8.b
25 Ne perdes cum impijs Deus animam meam. 121.a
25 Proba me Deus, & tenta me. 272.b
26 Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? 390.a
26 Dũ appropiant super me nocẽtes. 420.a

17 Misit de summo, & accepit me. 284.b
17 Reges Arabũ & Saba dona adducent. 310.a
17 Tenebrosa aqua in nubibus aeris. 357.a 546.a (445.b
17 Commota est, & contremuit terra. 87.b.
17 Iustitiæ domini rectæ. 522.a
18 Cæli enarrant gloriam dei. 29.a. 259.a
18 In omnem terram exiuit sonus eorum. 17.b. 245.b. 29.b. 459.b
18 Exultauit vt gigas ad currendam viam. 27.b
18 Iudicia domini vera. 54.a
18 Ab alienis parce seruo tuo. 271.b
18 Delicta quis intelligit? 543.a
18 Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. 524.b
19 Mittat tibi auxilium de sancto. 86.a 434.b. 338.b (344.a
19 Memor sit omnis sacrificii tui. 22.b.
20 Posuisti domine super caput eius coronã de lapide pretioso. 73.b
20 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. 106.a
21 Salua me ab ore leonis. 366.b
22 Dominus regit me, nihil mihi deerit. 390.a. 394.a
22 Super aquam refectionis educauit me. 367.b. 415.a
22 Parasti in cõspectu meo mẽsam. 494.b
22 Vt inhabitem in domo domini in longitudinem diẽrum. 405.a
22 In loco pascuæ ibi me collocauit. 395.b
22 Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. 339.b
22 Impinguasti in oleo caput meum. 184.a
22 Non timebo mala, quoniam tu mecum es. 74.a (440.b
23 Domini est terra & plenitudo eius. 48.a.
23 Attollite portas principes vestras. 324.b
23 Quis ascendet in montẽ domini, aut quis stabit in monte sancto eius? 330.b
24 Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo. 414.a
24 Vias tuas domine demonstra mihi. 478.a
24 Firmamentũ est dominus timentibus eũ. 49.b. 465.b
25 Non sedi cum concilio vanitatis. 8.b
25 Ne perdes cum impijs Deus animam meam. 121.a
25 Proba me Deus, & tenta me. 272.b
26 Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? 390.a
26 Dũ appropiant super me nocẽtes. 420.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 Credo videre bona domini in terra viuẽtium.309.b.71.b.5.b.158.b
26 Abscondit me in tabernaculo suo in die malorum.105.a
26 Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?4.a
27 Qui loquũtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus suis.154.b
27 Deus meus ne sileas à me,ne quãdo taceas à me.308.b.364.b
27 Da illis secundum opera eorum.495.a
28 Vox domini super aquas, deus maiestatis intonuit.510.a
28 Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. 509.b. 178.b.29.b
28 Vox domini confringens cedros. 355.b,
28 Deus meus pone illos vt rotam.147.a
29 Ego dixi in abundantia mea:nõ mouebor in æternum.202.b
29 Ira in indignatione eius,& vita in voluntate eius.83.b.121.b
30 Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugij. 9.b
30 Viriliter age, & confortetur cor vestrum. 382.b
31 Beati quorum remissæ sunt iniquitates. 249.a
31 Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. 64.a
32 Verbo domini cæli firmati sunt.38.b
32 Ipse dixit & facta sunt. 364.b
33 Psalmus Dauid cum mutaret vultũ. 77.b
33 Diuites eguerunt, & esurierunt. 366.b
33 Iuxta est dominus ijs, qui tribulato sunt corde.212.a (166.a
33 Vultus autẽ domini super facientes mala.
33 Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. 84.b
33 Humiliabam in ieiunio animam meam! 371.b
35 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 158.b
35 Apud te est fons vitæ.14.b
36 Noli æmulari in malignantibus.112.b
36 Subditus esto domino, & ora eum.489.a
36 Spera in domino, & fac bonitatem. 305.a 401.b
36 Vidi impium superexaltatum, & eleuatum super cedros Libani. 298.b.40.b 212.a
36 Reuela domino viam tuam.174.a
36 Cum ceciderit non collidetur.64.a
36 Gladium euaginauerunt peccatores. 497.b
37 Qui tribuunt mala pro bonis.48.a
37 Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.97.a.167.a.332.b
37 Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum. 125.a
38 Concaluit cor meum intra me. 19.a
38 Vniuersa vanitas omnis homo viuens. 81.b.293.b
38 Ne tileas,quoniam aduena sum ego apud te. 98.a
38 In meditatione mea exardescit ignis. 547.a
39 In capite libri scriptum est de me.50.b 15.b. 114.a
39 Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.41.b.443.b
39 Cor meum dereliquit me. 71.a
39 Iustitiam tuam non abscondi corde meo. 209.b
39 Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ.308.a
39 Beatus vir, cujus est nomen domini spes eius.382.b.362.b (542.a
39 Sacrificium & oblationem noluisti.
39 Holocaustomata pro peccato non tibi placuerunt.519.b
41 Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum.72.b
41 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.92.b
41 Abyssus abyssum invocat.110.a.308.a
41 Quando veniam, & apparebo ante faciẽ tuam?476.b
41 Hæc recordatus sum,& effudi in me animam meam. 577.b
43 In te inimicos nostros ventilabimus cornu.367.a
43 Manus tua Gentes disperdidit,& plantasti eos.402.a
44 Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. 472.a.184.a
44 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.438.b 420.a (429.b
44 Virga directionis virga regni tui. 5.b.
44 Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. 381.b
44 Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.350.a
44 Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis.319.b
44 Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.182.b
44 Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. 183.b
45 Conturbatæ sunt gentes,& inclinata sunt regna.510.a
45 Non timebis dũ turbabitur terra, & transferẽtur mõtes in cor maris.241.a.315.b
45 Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. 415.a.433.a.456.a

45 Venite,& videte opera domini, quæ fecit prodigia super terrã. 447.b.510.b
46 Omnes gentes plaudite manibus. 255.a 467.b
46 Ascendit deus in iubilatione.15.b.139.b
46 Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.285.b
47 In spiritu vehementi cõteres naues Tharsis.37.a
48 Hæc via illorũ scandalum ipsis.35.a
48 Homo cùm in honore esset, non intellexit.171.b.223.b
48 Relinquent alienis diuitias suas.270.a
48 Cùm interierit,non sumet omnia. 298.b 361.a
48 Sicut oues in inferno positi sunt. 361.b.
48 Etenim dominus dabit benignitatem. 410.a
48 Frater non redimet,redimet homo.522.b
49 Deus deorũ dominus locutus est. 281.b
39 Inuoca me in die tribulationis, & eruam te.507.a
49 Ex Sion species decoris eius.282.b.
49 Si videbas furem, currebas cum eo.35.a
49 Arguam te,& statuam contra faciem tuã. 21.a.96.b
50 Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ.264.b.111.a.183.b
50 Sacrificium deo spiritus contribulatus. 476.a.552.a
50 Peccatũ meũ contra me est semper. 96.b
50 Cor mundum crea in me Deus, & spiritũ rectum innoua in visceribus meis. 143.a.415.b
50 Redde mihi lætitiam salutaris tui.509.a
50 Spiritu principali confirma me.552.b
51 Propterea Deus destruet te in finẽ euellet te,& emigrabit te.309.b. 425.a
51 Ego sicut oliua fructifera in domo dei. 143.a
51 Quasi nouacula acuta fecisti dolum. 81.a
52 Supercecidit ignis, & non viderunt solem.151.b
52 Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.389.b
53 Voluntariè sacrificabo tibi.540.a
54 Quis dabit mihi pennas sicut columbæ! 19.a.547.a
54 Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.91.b
54 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.218.b.288.a
54 Iniquitas & labor in medio eius. 288.a
54 Iacta super dominum curam tuam. 332.b
54 Cor meum conturbatum est in me. 47.a
55 In me sunt Deus vota tua,quæ reddã laudationes tibi. 198.b
56 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.141.a
56 Sub vmbra alarum tuarum sperabo.211.b
56 Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ 374.a
56 Lingua eorum gladius acutus.498.b
56 In vmbra alarum tuarum sperabo.19.b
57 Lauabit manus suas in sanguine peccatoris.498.a
57 Furor illis secundum similitudinem serpentis,sicut aspidis surdæ.480.b
57 Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam. 252.a.74.a
59 Moab olla spei meæ.137.b
59 In deo faciemus virtutem.573.b
61 Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. 404.a
61 Veruntamẽ vani filij hominũ. 52.a.540.a
62 Deus deus meus ad te de luce vigilo. 550.a
62 In nomine tuo leuabo manũ meas.409.b
62 Introibunt in inferiora terræ.360.b
62 Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam.309.a
63 Exacuerunt vt gladiũ linguas suas.498.b
64 Te decet hymnus Deus in Sion, 234.a 511.a
64 Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.537.a
64 Visitasti terram, & inebriasti eam. 410.a
65 Probasti nos deus, igne nos examinasti. 232.a
65 Iniquitatẽ si aspexi in corde meo.166.a
65 Transiuimus per ignem & aquam. 11.a 106.b.
66 Deabsconditis tuis adimpletus est venter eorum.83.a
66 Lætentur, & exultent gentes, quoniã iudicas populos in æquitate.252.a
67 Ascendisti in altum,accepisti captiuitatẽ. 16.a
67 Aethiopia præueniet manũ eius deo.35.a
67 Mirabilis Deus in sanctis suis.86.b
67 Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.160.a
67 Similiter eos qui exasperant,qui habitant in sepulchris.292.b
67 Pluuiam voluntariam segregabis Deus. 398.a.552.b
67 Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ. 481.a
68 Saluum me fac Deus.284.b
68 Intrauerunt aquæ vsque ad animam meã. 10.b.183.b.
68 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.78.b
68 Ne auertas faciẽ tuam à puero tuo. 131.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

68 Deleantur de libro viuentium. 158. b. 124.a.363.b
68 Obscurentur oculi eorũ ne videãt.343.b
68 Operui in ieiunio animam meam .371.b
68 Non me demergat tẽpestas aquæ. 418.b
69 Dissipa gentes,quæ bella volunt.210.a
70 Quantas ostendisti mihi domine tribulationes multas & malas.308.b
70 Introibimus in potentias domini. 486.a
71 Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.316.b.412.b
71 Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.142.a.5.b
71 Descendet sicut pluuia in vellus.248.a
71 Et dominabitur à mari vsque ad mare. 259 b
71 Benedictum nomen maiestatis eius in æternum.512.a
72 Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso. 111.a
72 Tranſierunt in affectum cordis. 88.b
72 Quia zelaui super iniquos,pacem peccatorum videns.113.a
72 Velut somnium surgentium domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.113.b
72 Perdidisti omnes,qui fornicantur abs te. 186.a
72 Deiecisti eos, dum alleuarentur. 327 . a 352.a
72 Quid mihi est in cœlo,& à te quid volui super terram? 400.b
72 Mihi adhærere deo bonum est. 420.a
73 Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. 84.b
73 Tu confregisti capita draconis.327.a 336.a.446.b
73 Tu siccasti fluuios Ethan.349.b
73 Tu confirmasti in virtute tua mare.6.b
73 Deus autẽ noster ante secula operatus est salutem.15.b.210.b
73 Leua manus tuas in superbias eorum. 409.b
74 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius.479.a
74 Calix in manu domini vini meri plenus misto.279.a
74 Dixi iniquis:nolite iniquè agere.53.a
75 Notus in Iudæa Deus,& in Israel magnũ nomen eius.354.a.372.b.
75 Terra tremuit,& quieuit.87.b.
75 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.406.b.
75 Et factus est in pace locus eius. 484.b. 512.b
76 Vox tonitrui tui in rota. 65.b
76 Et dixi:nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi.149.b
77 Eiecit à facie eorum gentes.561.b
77 Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos.562.b
77 Spiritus vadẽs & nõ rediens. 43.a.423.b
77 In sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.108.a
78 Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.396.b
78 Facti sumus opprobrium vicinis nostris. 409.a
79 Visita vineam istam.522.b
79 Vineam de AEgypto transtulisti. 176.b
79 Qui sedes super Cherubim.116.b
79 Deus virtutum conuerte nos.451.b
80 Dimisi eos secundũ desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. 170.b.413.a
80 Buccinate in neomenia tuba.547.a
80 Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. 173.b
80 Dilata os tuum & implebo illud. 48 b
81 Nescierũt nec intellexerunt 110.b.381.b
82 Cogitauerũt aduersus sanctos suos.105.a
82 Deus meus pone illos vt rotam.147.b.
82 Imple facies eorum ignominia.178.b
82 Abscondes eos in abscondito faciei tuæ. 83.a
83 Ibunt de virtute in virtutem. 20 b.195.b
83 Beatus vir, cuius est auxiliũ abs te. 468.a
83 Ascensiones in corde suo disposuit.145.a
84 Benedixisti domine terram tuam. 515.a 409.a
84 Auertisti captiuitatem Iacob 443.b
84 Audiam quid loquatur in me dominus Deus. 431.b
84 Iustitia & pax osculatæ sunt. 68.b 5.b
86 Fundamenta eius in montibus sanctis. 458.b
86 Homo natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus.15.b
86 Memor ero Raab & Babylonis scientiũ me.
86 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. 515.a.411.b.467.b
86 Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.134.a
87 Manè oratio mea præueniet te.550.a
87 Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?309.b
87 Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea.75.b
88 Exardescet sicut ignis ira tua.11.a
88 Thronus eius sicut sol in conspectu meo. 30.b

88 Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine.84.a
88 Si iustitias meas prophanauerint,& mandata mea non custodierint.96.b.114.b
88 Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. 112.a
88 Visitabo in virga iniquitates eorum. 191.a 438.a
88 Prophanasti in terra sanctuarium eius. 271.a
88 Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem.198.a
89 Si autem in potentatibus octoginta anni. 293.a
89 Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.311.a
90 Cũ ipso sum in tribulatione. 8.a. 244.b
90 Scuto circundabit te veritas eius. 211.b
90 Liberauit me de laqueo venantium & à verbo aspero. 197.b 374.b
91 Quàm magnificata sunt opera tua domine.32.b
92 Dominus regnauit decorem indutus est. 124.b
92 Eleuauerunt flumina domine, eleuauerũt flumina vocem suam.14.b
93 Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis. 398.b.434.b
94 Hodie si vocem eius audieritis.143.b
94 Quadraginta annis proximus fui generationi huic.95.a.240.a
94 Quibus iurauí in ira mea.295.a
95 Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini.557.a
95 Cantate domino cãticum nouum. 188.b 416.a
96 Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ multæ 446.b
96 Montes sicut cera fluxerunt à facie domini.386.b
96 Qui diligitis dominum odite malum. 403.a
96 Ignis ante ipsum præcedet. 446.b
97 Notum fecit dominus salutare suũ. 65.a
97 Flumina plaudent manibus, simul montes exultabunt.255.a
97 Visita vineam istam.283.a
98 Dominus regnauit, irascãtur populi. 486.a
98 Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens, &c.173.b
99 Introite portas eius in cõfessione. 474.a
100 Ambulans in via immaculata hic mihi ministrauit.228.b
101 Vt solueret filios interemptorum.145.a
101 Respexit in orationem humilium. 439.a
101 Potum meum cum fletu miscebam. 333.b
101 Dies mei sicut vmbra declinauerunt. 326.a.293.b
102 Benedic anima mea dominum. 231.b
102 Homo sicut fœnum, Dies eius sicut vmbra.40.a
102 Recordatus est, quoniam puluis sumus. 344.b
102 Beati qui memores sunt mandatorum eius.387.b
103 In omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum. 454.a
103 Qui facit angelos suos spiritus. 330.b
103 Et panis cor hominis confirmet.77.a
104 Omne firmamentum panis contriuit. 77.a
104 Corripiet me iustus in misericordia & increpauit me.154.a
104 Nolite tangere christos meos. 334.a
104 Quem constituit dominus dominũ domus suæ. 408.a
105 Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis.187.a
105 Quis loquetur potẽtias domini. 496.a
106 Eripuit eos de interitionibus eorum. 133.a
108 Prævaricantes reputaui omnes peccatores terræ.272.a
108 Genua mea infirmata sunt à ieiunio. 371. b
109 De torrente in via bibit.565.b
109 Ex vtero ante luciferum genui te. 525.a
109 Tu es sacerdos in æternum. 15.b.124.b 515.a
110 Initium sapientiæ timor domini. 136.a. 326.b
110 Memoriam fecit mirabilium suorũ.433.a 78.a
110 Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius.495.a
111 Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis.471.a
111 Dispersit, dedit pauperibus. 81.b. 217.b
111 Iucundus homo, qui miseretur & commodat.144.b. 198.a
111 Gloria & diuitiæ in domo eius. 305.a
111 In memoria æterna erit iustus.251.b
111 Disposuit sermones suos in iudicio. 508.a
112 Qui habitare facit sterilẽ in domo.212.b
113 A facie domini mota est terra.87.b
113 Oculos habent,& non videbunt. 460.b
113 Conuertit petram in stagna aquarum. 563.a
114 Placebo domino in regione viuorum. 380.a.192.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

114 Conuerte anima mea in requiem tuam 73.a.443.b.
114 Pericula inferni inuenerunt me.4.b
115 Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.138.b.543.b
115 Calicem salutaris accipiam.279.b
115 Omnis homo mendax.54.b
115 Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi.399.a
117 Circundederunt me sicut apes.47.b
117 Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes.313.a.478.a
117 Hæc dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.372.b.357.a
117 Hæc porta domini iusti intrabunt per eam.524.a.478.b
118 Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini.382.b.139.a
118 Adhæsit pauimento anima mea.173.a. 46.a.13.b
118 Os meum aperui, & attraxi spiritũ. 48.a
118 Declaratio sermonum tuorum illuminat.465.b
118 Lucerna pedibus meis verbum tuũ.54.b
118 Anima mea in manibus meis semper. 57.b
118 In corde meo abscondi eloquia tua.58.a
118 Portio mea domine dixi custodire legẽ tuam.58.b
118 A mandatis tuis intellexi.61.b.506.b
118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 92.b.16.a
118 Reuela oculos meos.226.a
118 Deduc me in semitam mandatorum tuorum.155.b
118 Auerte oculos meos ne videant vanitatem.237.a
118 Lex domini immaculata conuertens animas.421.b
118 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas.373.b
118 Funes peccatorum circumplexi sunt me. 376.a
118 Leuaui manus meas ad mandata tua. 409.b
118 Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt.541.b
118 Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis.545.a
118 Faciem tuam illumina super seruum tuũ. 451.b
118 Tunc non confundar cùm prospexero in omnibus mandatis tuis. 471.a
118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 476.b.
118 Principium verborum tuorum veritas. 480.a
118 Latum mandatum tuum nimis.496.a
118 Quia mandatis tuis credidi.563.a
118 Cantabiles mihi erant iustificationes tuę in loco peregrinationis meæ.187.b
120 Leuaui oculos meos in montes.383.b
121 Stantes erant pedes nostri.500.b.17.b 343.b
121 Et abundantia in turribus tuis.202.a
121 Hierusalé quę ędificatur vt ciuitas.459.a
122 Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.334.b
123 Cùm irasceretur furor eorũ nimis.284.b
123 Torrenté pertrásiuit anima nostra.565.a
123 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.19.a
124 Dominus in circuitu populi sui. 467.a.211.b
125 Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.477.a
126 Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. 11.b. 467.a
126 Non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta.304.a
129 Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.192.b
129 Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.75.b
131 Sacerdotes tui induantur iustitia. 473.a 529.a
131 Elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.145.b.414.b
131 Hæc requies mea in seculum seculi.333.a
131 Surge deus, iudica terram.272.a
131 Iurauit dominus Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum.210.b
136 Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus.6.a.400.b.454.a
137 In conspectu angelorum psallam tibi. 125.a
137 Excelsus dominus, & humilia respicit. 212.a
138 Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam.353.b
138 Intellexisti cogitationes meas de longè 401.a
138 Super inimicos tuos tabescebam. 420.b
138 Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me. 13.b
139 Vir linguosus non dirigetur in terra. 498.b
140 Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. 498.b
140 Et non communicabo cum electis eorum.376.a
141 Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam.104.
142 In me turbatum est cor meum.419.b

143 Homo

143 Homo vanitati similis factus est. 205.b 326.a
143 Qui docet manus meas ad prælium.106.a
144 Et miserationes eius super omnia opera eius.184.a.11.b
144 Regnum meum regnum omnium seculorum. 141.a
146 Aedificans Hierusalé dominus dispersiones Israel congregabit. 140.b.456.b
147 Emittet verbũ suũ, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. 8.a 477.a
148 Ad te domine clamaui, ne fileas à me. 364.b
148 Præceptum posuit & non præteribit. 88.a
149 Et filiæ Sion exultent in rege suo.210.b
150 Eleuauit manum suam super eos. 158.a

Prouerbia.

1 Initium Sapientiæ timor domini. 236.a
1 Prosperitas stultorum perdet eos. 202.a
1 Auersio parvulorum interficiet eos.121.b 405.a
1 Vocaui, & renuistis.394.a
3 Lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam.418.b.179.b
3 Ipse deludet illusores. 170.a
4 Via impiorum tenebrosa. 96.a
4 Remoue à te os prauum. 265.a
5 Iniquitates suæ capiunt impium. 3.b
5 In amore eius delectare iugiter. 545.a
6 Liga eam in corde tuo iugiter. 58.a
6 Sex sunt, quæ odit Deus. 129.b
6 Vitæ vero via & correptio & castigatio. 379.a
7 Leo rugiens, & ursus esuriens princeps impius. 230.b
7 Fili honora dominum, & valebis. 528.a
7 Nescit, quod ad vincula stultos trahatur. 299.a
8 Ludens in orbem terrarum. 13.a
8 Qui in me peccauerit, lędet animam suam. 272.b
8 Ego diligentes me diligo. 277.b
8 Delitiæ meæ esse cum filijs hominum.
9 Sapientia posuit mensam. 494.b
10 In multiloquio nõ deerit peccatũ. 498.b
10 Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. 479.a
10 Statera dolosa abominatio est apud Deũ. 540.a
10 Qui abscondit frumenta maledicetur in populis.380.a
10 Argentum electum lingua iusti. 267.b
10 Verba impiorum insidiantur sanguini. 239.a
10 Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.449.b
11 Qui ambulat fraudulẽter reuelat arcana. 214.a
11 Fructus iusti lignum vitæ. 418.a
12 Verte impios, & non erunt.254.b
13 Qui parcit virgæ odit filium suum. 99.a
13 Astutus omnia agit cum consilio. 307.b
13 Redemptio animæ viri divitię suæ.473.b
14 Qui miseretur pauperis beatus erit.197.a
14 Putredo ossium est inuidia 369.b
14 Errent qui operantur malum.364.b
14 Extrema gaudij luctus occupat. 346.a
15 Per misericordiam & fidẽ purgantur peccata.43.a
15 Mês iusti meditabitur obedientiã. 241.a
15 Melius est parũ cũ timore domini, quàm trisari.269.b
15 Impius cum in profundum venit peccatorum, contemnet.450.b
16 Reuela domino opera tua.67.b.174.a
16 In hilaritate vultus regis vita.388.a
17 Qui ruinæ lætatur alterius, non erit impunitus.161.a
18 Iustus prior est accusator sui.215.b
18 Mors & vita in manibus linguæ.498.b 106.a
19 Fœneratur domino, qui miseretur pauperis.102.b.197.a
19 Pestilente flagellato stultus sapientior erit.296.b.559.a
20 Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud deum. 463.a.540.a
20 Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.85.b
20 Misericordia & veritas custodiũt regem. 388.a.229.a
21 Non est prudentia, non est sapientia, non est consilium contra dominum.
21 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis.197.a
23 Præbe mihi fili mi cor tuum. 277.b
23 Ne comedas cum homine inuido. 232.a
24 Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas.295.a
24 Et macerie lapidum destructa est. 507.b
24 Septies in die cadit iustus.447.a
25 Qui scrutator est maiestatis, obruetur à gloria.547.a
27 Cor iniqui inquirit mala. 541.b
28 Iustus quasi leo confidens.47.a
28 Regnãtibus impijs ruina hominũ. 230.a
29 Homo qui blandis fictisque verbis loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.153.b
29 Qui custodit legem, beatus est.224.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

29 Rex iustus eriget terram. 388. a
30 Leo fortissimus bestiarum. 366. b
31 Fallax gratia, & vana est pulchritudo. 185. b

Ecclesiastes.

1 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. 161. b. 327. a. 540. a
1 Ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. 401. b
1 Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus. 434. a
2 Risum reputaui errorem. 327. a
3 Omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. 454. a
7 Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum laude decipi. 379. a
10 Cor sapientis in dextera eius. 241. a
10 Sapientis oculi in capite eius. 22. a. 148. a
12 Deum time, & mandata eius serua, hoc est enim omnis homo. 400. b

Cantica.

1 Osculetur me osculo oris sui. 68. b
1 Meliora sunt vbera tua vino.
1 Oleum effusum nomen tuum. 85. a
1 Trahe me post te. 43. a. 382. b
2 Capite nobis vulpes paruulas. 156. a
2 Ego flos campi & lilium conuallium, 210. b. 515. a
2 Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi. 282. b
2 Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. 451. b
3 Quæ est ista, quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi. 214. a
3 Introducam illum in domum matris meæ. 261. b
3 Ecce lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt illud. 339. b
3 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. 479. b
4 Turris Dauidex qua mille clypei pendét. 304. b
4 Impetu currunt de Libano. 415. a
4 Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. 515. b
5 Anima mea liquefacta est.
5 Quo abijt dilectus tuus? 101. a
8 Pone me vt signaculum super cor tuum. 22. a 117. b
8 Fortis vt mors dilectio. 72. b
8 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. 284. b

Sapientia.

1 Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. 12. b
1 Sentite de domino in bonitate. 167. a
1 Deus mortem non fecit. 221. b
1 Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. 229. b. 256. b
1 Spes impij quasi lanugo. 472. a
1 Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ. 472. b
1 In maleuolam animam non intrabit sapientia. 506. b
2 Transiuit vita nostra tanquam vestigium nubis. 40. a
2 Excæcauit eos malitia eorum. 110. b
3 Iustorum animæ in manu Dei sunt. 5. a
3 Iudicabunt nationes, dominabuntur populis. 448. b
3 Fulgebunt iusti. & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. 510. b
4 Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. 182. b. 358. b
4 Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius. 248. a
5 Transierũt omnia illa sicut vmbra. 260. b
5 Nos insensati vitam illorũ æstimabamus insaniam. 376. b
5 Nos nati continuò desiuimus esse. 130. b
5 Sol intelligentiæ non est ortus eis. 151. b
5 Quid nobis profuit superbia, & diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? 196. a. 291. b
5 Stabunt iusti in magna constantia. 248. a
5 Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.
6 Pugnabit cum eo orbis terrarum cõtra insensatos. 376. b
6 Si delectamini sceptris & regnis ò reges populi, diligite sapientiam. 316. b
6 Iudiciũ durissimũ his, qui præsunt. 370. b
6 Nec cum inuidia tabescente iter habebo. 358. b
7 Speculum sine macula. 178. b
9 Mitte domine sapientiam de cælis. 37. b
9 Deprimit terrena inhabitatio sensum. 325. b
10 Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non derelinquit eum. 4. b
13 Vani sunt homines, in quibus non subest scientia. 12. b
16 Ingrati spes tanquam hyemalis glacies. 231. b
16 Homo per malitiam occidit animam suã. 213. a
17 Iniqui vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti. 3. b

Ecclesiasticus.

1 Aquæ sapientiæ salutaris potauit eos. 168. b

1 Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. 53. a. 117. b
2 Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei. 247. a
2 Væ duplici corde. 267. a
2 Cuncta viæ hominis doloris & ærumnæ plenæ sunt. 326. a
2 Respicite, & scitote, quia nullus sperauit in domino, & derelictus est. 382. b
3 Cor ingrediens duas vias, nõ habebit successus. 241. a
3 Cor durum malè habebit. 44. b
3 In mansuetudine opera tua perfice. 392. a
3 Aqua extinguit ignem, & eleemosyna resistit peccato. 197. a
3 Quanto maior es, humilia te in omnibus. 502. a
4 Stultus complicat manus suas. 106. a
5 Noli anxius esse in diuitijs. 269. b
5 Ne adijcias peccatum super peccatum. 527. b
6 Cogitatum tuum habe in præceptis dei. 541. a
7 Humilia valde spiritum tuum. 323. b. 193. a
7 Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. 275. b
7 Ne desis plorantibus in consolatione. 295. a
7 Vinducta carnis impij ignis & vermis. 450. a
8 Vidi impios sepultos. 266. b
8 Multos perdidit aurum & argentũ. 102. a 404. a
10 Initium omnis peccati est superbia. 193. a 474. a
10 Quid superbis terra & cinis? 323. b
10 Odibilis coram deo & hominibus est superbia. 193. a
10 Qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea. 215. b
10 Memoriam superborum perdidit deus. 298. b
10 Rex insipiens perdet populum. 324. b
12 Non cognoscetur in bonis amicus. 94. a
12 Verba sapientium sicut stimuli. 181. a
13 Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. 228. b
14 Rigabo hortum plantationis. 477. a
15 In medio ecclesiæ aperuit os eius.
15 Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. 383. b
15 Deus ab initio constituit hominem, & posuit in manu consilij sui. 341. b
16 Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorũ. 423. a. 457. a
20 Sapientia abscõdita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? 461. a
22 Fidem posside cum amico in paupertate eius. 108. b
22 Mortuum lamenteris, quòd sit luce priuatus. 289. a
24 Et sic in Sion firmata sum. 228. a
24 Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. 358. a
24 Et radicaui in populo honorificato. 185. a
24 Quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris. 318. a
29 Vir bonus fidẽ faciet cum proximo suo. 208. a
31 Beatus vir qui post aurũ non abijt. 269. a
32 Rectorem te posuerunt noli extolli. 380. b
33 Multam malitiam docuit otiositas. 85. b 196. b
33 Præcordia fatui quasi rota carri. 174. a
33 Væ qui prædaris, nonne ipse prædaberis? 442. a
34 Hoc secundum hoc visio somniorum. 40. b
36 Glorifica manum, & brachium dextrum. 441. a
37 Non obliuiscaris amici tui in animo tuo. 191. b
38 Fili in mortuũ produc lachrymas. 290. a
40 Substantiæ impiorum sicut fluuius siccabuntur. 355. b
43 Tempestas aquilonis & congregatio spiritus. 10. b
43 Vas admirabile opus excelsi. 516. b
51 Liberasti me domine secundum multitudinem misericordiæ tuæ. 516. a

Esaias.

1 Audite cæli, auribus percipe terra. 406. a
1 Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. 82. b. 385. b
1 Heu consolabor super hostibus meis, vindicabor de inimicis meis. 84. a
1 Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen. 90. b
1 Conuertam manum meam ad te. 106. a
1 Quid facietis in die visitationis? 114. b
1 Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? 289. a
1 Manus vestræ sanguine plenæ sunt. 121. a. 299. a. 364. b
1 Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. 279. a
1 Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. 266. a (267. b
1 Populo graui iniquitate, semini nequam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Excoquam ad purũ scoriam tuam. 267.b
1 Laborauí sustinens. 287.a
1 Si me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. 339.b.386.b
1 Vulnus & liuor & plaga tumens non est curata. 351.b
1 A planta pedis vsque ad caput non est in eo sanitas. 395.a
1 Auferte malum cogitationum vestrarum. 327.b
1 Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. 347.b. 533.a
1 Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis. 487.b
1 Blasphemauerunt sanctum Israel.
1 Quærite iudicium, subuenite oppresso, 538.b
2 Et non leuabit gens contra gentem gladium. 82.b
2 Super omne quod visu pulchrũ est. 113.b
2 Docebit nos vias suas. 188.a
2 De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. 100.b.283.b. 411.b
2 Erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus domini. 210.b
2 Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.
2 Dies domini super omnes cedros Libani.
2 Exaltabitur dominus solus in illa die. 300.b
2 Humiliabitur altitudo virorum. 375.a
3 Populc meus qui te beatum dicunt, ipsi te seducunt. 154.b
3 Dabo pueros principes eorum. 389.b
3 Exaltabitur dominus exercituum in iudicio. 300.b
4 In die illa erit germen domini in magnificentia. 399.b.456.b
5 Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem. 154.b
5 Væ qui opus dei non respicitis. 12.b
5 Nobiles interierunt fame. 77.a
5 Iratus est furore dominus in populum suum. 178.b
5 Vinea domini exercituum domus Israel est. 176.b
5 Mutauerunt ins. 201.b
5 Plantauit vineam electam. 266.a
5 Nubibus mandabo ne pluant super eos imbrem. 247.b
5 Væ qui sapientes estis in oculis vestris. 328.b
5 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. 527.b
5 Væ qui iustificatis impium pro muneribus. 464.a
6 Audite audientes, & nolite intelligere. 148.b
6 Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. 512.b
6 Excæcà cor populi huius.
6 Væ mihi, quia tacui 63.b.367.a
7 Et vocabitur nomen eius Emanuel. 524.a
8 In manu forti erudiuit me. 106.a
8 Congregamini populi, & vincimini. 99.b
8 Voca nomen eius accelera. 18.a
8 Erit vobis in sanctificationem. 438.a
8 Erit extensio alarum eius implens latitudinẽ terræ tuæ ô Emanuel. 440.b.105.b
8 Dominus addacet super eos aquas fluminis. 284.b
9 Alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim. 262.a
9 Principatus eius super humerũ eius. 52.b
9 Princeps pacis. 82.b
9 Multiplicabitur eius imperium. 141.a
9 Succenderetur in densitate saltus. 148.a
9 Pertibit sapientia à sapientibus. 550.a
9 Super solium Dauid sedebit. 396.a
9 Iugum oneris eius & virgam humeri eius.
9 Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. 510.b
9 Declinauit ad terram, & esuriet. 418.a
10 Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris. 90.b
10 Væ qui condunt leges iniquas. 201.b
10 Væ Assur virga furoris mei. 300.b
11 Congregauit filios Israel. 140.b
11 Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius. 210.a
11 Vitulus & leo & ouis simul morabuntur. 366.b
11 Et volabunt in humeris Philistiim. 376.a
11 Spiritu labiorum suorum interficiet impium. 434.a
12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. 515.a. 185.a
13 Onus Babylonis. 150.a. 204.a
13 Dominus exercituũ præcepit militiæ belli. 522.a
13 Cælum turbabo, & mouebitur terra. 441.b
13 Stellæ cæli & splendor earum non expãdent lumen. 368.b
13 Vlulæ in ædibus eius. 233.a
13 Erit Babylõ illa gloriosa in regnis. 249.b
14 Contriuit dominus baculum impiorum. 94.b. 99.a
14 Perdam Babylonis nomen. 261.a
14 Abietes quoque lætati sunt super te. 358.a

14 Ascen-

14 Ascendam super altitudinem nubium. 291.b
14 Veruntamen ad infernum detraheris ad profundum laci. 308.b
14 Detracta est ad inferos superbia tua. 329.a
14 Ero similis altissimo. 330.a
14 Et tu vulneratus es, sicut & nos. 316.b
16 Auferetur gloria Moab. 298.b
16 Sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. 305.b
16 Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo. 306.b
16 Super hoc plorabo in fletu Iazer. 315.a
17 In die illa erũt ciuitates fortitudinis eius derelictæ. 364.a
18 In vasis papyri super aquas. 153.b
19 Onus Aegypti. 332.b
19 Ciuitas solis vocabitur vna. 351.a
19 Super nubem leuem. 290.b
21 Pone speculatorem, & quæcunque viderit, annuntiet. 264.a
21 Auferetur gloria Cedar. 298.b
21 Repleti sunt lumbi mei dolore. 315.a
21 Surgite principes arripite clypeum. 334.a
21 Filius areæ meæ.
22 Vocabit dominus Deus exercituum in illa die ad flatum. 570.a
22 Erit quasi pater habitantium in Ierusalẽ. 578.a
22 Recedite, amarè flebo. 347.a
22 Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. 518.a
22 Quasi pilam mittet te deus in terram latum. 147.b
23 Vlulate naues maris. 37.a. 88.a
23 De terra Cetim reuelatum est eis. 321.b
24 Secretum meum mihi, secretum meum mihi. 503.b
25 Et faciet dominus exercituum in monte hoc conuiuium. 494.b
26 Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. 304.b
26 Corrui, cùm audirem. 39.a
26 Cùm fecero iudicia tua in terra, iustitiam discent. 348.b
26 Voco ab oriente iustum. 459.a
26 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. 426.a
26 A facie tua concepimus, & parturiuimus. 17.a
27 In die illa visitabit dominus in gladio suo duro leuiathan. 376.a
27 Et occidet cetum, qui in mari est. 345.a
17 In die illa occidet dominus cetum. 367.a
18 Erit dominus exercituum corona gloriæ. 194.a
28 Ponam iudicium in pondere. 120.b. 462.b
28 Quem docebit dominus scientiam? 503.b 167.a
28 Vexatio dat intellectum auditui. 168.a. 198.a
28 Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem. 313.a
29 Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. 445.a
29 Arguenté in porta supplantabant. 460.b
29 Peribit sapientia à sapientibus. 103.b
30 Loquimini nobis placentia. 133.b
30 In silentio & spe erit fortitudo tua. 443.a
30 Lux solis erit simpliciter sicut lux septem dierum. 447.a
31 Væ qui descendunt in AEgyptum. 339.a
32 Beati qui seminatis super aquas multas. 431.a
32 Erit opus iustitiæ pax. 257.a
33 Respice Sion solennitatem ciuitatis nostræ. 514.b. 245.b
33 Tabernaculum quod nequaquam transferri potest. 433.a
33 Domine miserere nostri, te enim expectauimus. 382.b.
33 Dominus iudex noster, dominus legifer noster. 210.b
33 Dominus rex noster ipse saluabit nos. 15.b
34 Inebriatus est in cœlo gladius meus. 386.a
34 Erit cubile draconum. 296.a
34 Orientur in diebus eius spinæ & vrticæ. 348.a
35 Deus ipse veniet, & saluabit nos. 16.a
35 Confortate manus dissolutas. 100.a
35 Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. 212.b
35 Conuertentur, & venient in Sion cũ laude, & lætitia sempiterna super caput eorum. 467.b
36 Ecce confidit super baculum arundineũ. 339.b
37 Ponam circulum in naribus tuis. 437.b
40 Omnes sitientes venite ad aquas. 62.a
40 Vox clamantis in deserto, parate viã domini. 96.a
40 Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. 61.b
40 Reuelabitur gloria domini. 509.b
40 Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri. 40.a. 248.b. 298.b
40 Rectas facite semitas dei nostri. 18.a
40 Sicut pastor gregem suum pascet. 393.a
40 Ecce deus vester, ecce dominus Deus in fortitudine veniet. 553.b
41 Taceant ad me insulæ. 632.b
42 Firmans terram. 95.a
42 Vt educeres de cõclusione vinctũ. 103.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

42 Gloriam meam alteri non dabo.324.b
42 Calamum caſſatum non conteret, & linũ fumigans non extinguet.364 a.45.b
42 Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum.367.b
42 Sicut vir præliator ſuſcitabo zelũ.278.b
42 Legem eius inſulæ expectabunt.453.b
43 Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas.43.b.16.a
43 Ecce ego facio noua.188.a
43 Ponam in deſerto aquam.556.b
44 Effundam aquam ſuper ſitiente.556.b
44 Qui dico Cyro: paſtor meus es.229.a
44 Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua.75.b
45 Verè tu es Deus abſconditus.58.a.554.a
45 Dorſa regum vertam.298.a
45 Ego glorioſos terræ humiliabo.299.a
45 Mihi curuabit omne genu.349. b. 211 b
45 Ego dominus, & non eſt alius amplius. 226.a
45 Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra. 525.b
45 Faciens pacem, & creans malum. 167 b
45 Hæc dicit dominus deus Chriſto meo Cyro.412.b
45 Ipſe ædificauit ciuitatem meam.456.b
46 Conſilium meum ſtabit, & voluntas mea fiet. 453.b.288.b
46 Mementote iſtud, & fundamini. 433.a
46 Prævaricatores redite ad cor. 13. b. 21.a 495.b
47 Sede in puluere virgo filia Babylõ.320.b
47 Sta cum multitudine maleficiorum tuorum.288.a
48 Propter me ego faciam, vt non blaſphemer.450.a
48 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis.8.b
49 Dedi te in lucem gentium.65.a.350.a. 211.a.258.a
49 Dixit Sion: reliquit me dominus. 87.b
49 Reges videbunt, & conſurgent principes. 350.a (131.b
49 Magnum tibi eſt, vt voceris puer meus.
46 In vacuum laboraui.287.a
50 Speret in nomine domini, & innitatur ſuper deum ſuum.339.b
51 Lex à me exibit, & iudicium meum.188.a
51 Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis. 274.b. (367.a
51 Nunquid tu domine percuſſiſti ſuperbũ?
52 Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantium, & prædicantium pacem? 18.b 432.a
52 Parabit dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium.421.b
52 Ablatus eſt populus meus gratis.413.b
52 Mũdamini, qui fertis vaſa domini. 529.a
52 Induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalẽ ciuitas ſancta.133.a.529.b.183.a
53 Quis credidit auditui noſtro, & brachiũ domini cui reuelatum eſt? 421.b
53 Oblatus eſt, quia ipſe voluit.518.a.15.b
53 Verè dolores noſtros ipſe tulit, & languores noſtros ipſe portauit.394.a.191.b
53 Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt. 87.b
53 Abſciſſus eſt de terra viuentium.309.b
53 Scientem infirmitatem.253.a
53 Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.236.b
53 Quaſi agnus coram tondente ſe obmutescet.178.b
53 Vidimus eum, & non erat aſpectus. 119.a
53 Generationem eius quis enarrabit? 124.b 420.a
53 Præcedet vos dominus, & congregabit vos.155.b
53 Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. 542.b
53 Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. 569.a
54 In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te.451.b
54 Lauda ſterilis, quæ nõ paris. 212.b.430.a
54 Ad punctũ in modico dereliqui te. 222.a
55 Omnes ſitientes venite ad aquas. 210.b
55 Montes & colles cantabunt coram vobis laudem.255.a
55 Ecce teſtem populis meis dedi te. 258.a
55 Erit dominus nominatus in ſignum æternum.118.a
55 Venite emite abſque argento.206.b
55 Inclinate aurem veſtram, & venite ad me 411.b
56 Canes muti non valentes latrare. 264.a
57 Mare mate feruens, quod quieſcere non poteſt.46.b
57 Viri miſericordiæ colliguntur.339.b
57 Creauit fructum labiorum pacem. 142.a 564.a
58 Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.378.b.381.a
58 Frange eſurienti panem tuum. 217.b
59 Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & deum veſtrum.198.a
59 Et aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat.420.a
59 Peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis. 451.b
59 Et veniet Sion redemptor.452.a
59 Non eſt, qui iudicet verè. (158.a
60 Ambulabunt gẽtes in lumine tuo. 350.a

60 Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? 268.b 541.b.
60 Leua in circuitu oculos tuos, & vide. 468.a
62 Eris corona gloriæ in manu domini. 574.a
63 Vbi eſt qui adduxit eos de mari cum paſtoribus ſuis? 229.a
64 A facie tua montes defluent. 386.b
64 Non eſt domine qui inuocet nomen tuũ. 157.a
64 Abſcondiſti faciem tuam à nobis, & allieiſti nos. 451.b
65 Tota die expandi manus meas ad populũ non credentem. 90.b
65 Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis. 404.b
65 Ecce ego creo cœlos nouos, & terrã nouam, & non erunt in memoria priora. 188.b.416.a
65 Lupus & agnus paſcentur ſimul. 262.a
66 Cœlum ſedes mea eſt. 86.b.353.b
66 Ecce dominus in igne veniet. 126.b
66 Sicut cœli noui & terra noua. 239.b
66 Vermis eorum non morietur. 361.b
66 Tenentes ſagittam in Italiam. 373.b

Ieremias.

1 Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego ſum. 4.b
1 Virgam vigilantem ego video. 92.b
1 Vt euellas, & deſtruas, & diſperdas. 394.b
1 Ab aquilone pãdetur omne malum. 440.a
1 Ollam ſuccenſam ego video. 10.a
2 Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. 14.b 221.b
2 Deſperabimus, poſt cogitationes noſtras ibimus. 382.b
2 Elongauerunt ſe à me patres veſtri. 280.a
2 Tranſite ad inſulas Cetim. 321.b
2 Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquã turbidam? 336.a
2 Vide vias tuas in conualle. 418.b
3 Introducam vos in Sion, & dabo vobis paſtores ſecundum cor meum. 316.b
3 Iuſtificabit animam ſuam auerſatrix Iſrael. 276.a
3 Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ. 401.b
3 Tu fornicata es cum amatoribus multis. 220.b.185.a
4 Malum ego adduco ab aquilone. 10.b
4 Laua à malitia cor tuum. 241.a.417.a
4 Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. 328.a
4 Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? 327.b
5 Indurauerunt facies ſuas ſuper petram. 243.a
5 Negauerunt dominum, & dixerunt. 90.b
6 Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta 189.a
6 Ambulantes fraudulenter vt æs & ferrũ. 201.b.272.a
6 Ambulate in via bona. 398.b
7 Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo.
7 Ne obſiſtas mihi. 157.a (45.a
7 Quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem. 306.b
7 Vt faciant placentas reginæ cœli. 353.a
8 Vox clamoris filiæ populi mei. 71.b
9 Ego ſum dominus, qui facio miſericordiam. 11.b
9 Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? 92.b 315.a
9 Aſcendit mors per feneſtras noſtras. 472.b
9 Extenderunt linguam ſuam arcum mendacij. 498.b
10 Ipſe eſt rex viuens, & rex ſempiternus. 311.b
10 Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore. 508.a
11 Mittamus lignum in panem eius. 179.b.
11 Ego quaſi agnus manſuetus. 328.a
14 Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. 304.a
15 Ignis ſuccenſus eſt à furore meo, 127.b. 232.a
15 Infirmata eſt quæ peperit ſeptem. 212.b.
15 Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me. 271.a
15 Non eſt anima mea ad populum iſtum. 276.b
15 Sume calicem vini furoris huius. 279.a
15 Laboraui rogans, & diſperdam eos. 287.a
16 Seruietis dijs alienis die ac nocte. 101.b
16 Ecce ego mitto piſcatores multos. 506.a
16 Ad te gentes venient ab extremis terræ. 350.a
17 Maledictus homo, qui confidit in homine. 339.a
17 Recedentes à te domine, in terra ſcribentur. 158.b
18 Non peribit lex à ſacerdote. 103.b
18 Surge, deſcende in domum figuli. 41.b
19 Ecce venient dies, dicit dominus, & viſitabo ſuper omnem. 328.a
20 Et miſit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin. 4.b
21 Succendam ignem in ſaltum eius. 248.a
22 Si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda anulus in manu dextera mea. 333.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

22 Omnes pastores tuos pascet vētus. 401.a
22 Nolite flere mortuum,nec lugeatis.92.b
23 Non mittebam eos,& ipsi curriebāt. 44.a
23 Auferam super eos mala,annum visitationis.114.b
23 Cœlum & terram ego impleo.353.b
23 Væ pastoribus qui dispergunt,& dilacerant gregem.391.a
23 Ecce dies veniēt,dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum,& regnabit rex.396.a.456.b.
25 Ponam eos in stuporem, & in sibilum,& in solitudines sempiternas.309.a
26 Noli subtrahere verbum,si fortè audiant. 46.b.
30 Seruiet domino deo suo, & Dauid regi suo,quem suscitabo eis.331.a
31 Creauit dominus nouum super terram. 459.b
31 In charitate perpetua dilexi te.277.b
31 Castigasti me domine,& eruditus sum.5.a
31 Feriam domui Israel & domui Iuda testamentum nouum.187.b
31 Propitiabor iniquitati eorum.75.b
32 Cōgregabo eos de vniuersis terris.140.b 430.b
32 Verterūt ad me terga,& non facies.280.a
48 Abiata est lætitia & exultatio de Carmelo.104.b
48 Quasi aquila volabit.204.b
48 Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.380.a
48 Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit.290.a
48 Cor meum ad Moab quasi tibia resonabit.315.a
49 Post hæc reuerti faciam fugientes & captiuos.299.a
49 Extendet alas suas ad Moab.204.b
49 Periit consilium à filiis.103.b.
50 Recedite de medio Babylonis,& de medio Chaldæorum egredimini.8.b
Thren.1. Viderunt eam hostes, & deriserūt sabbata eius.533.a
Thre.1. Hostes eius quieti sunt. 202.a
Thre.1. Facta est quasi vidua domina gentium.233.b
Thre.2. Peccatum peccauit Ierusalē,propterea instabilis facta est.147.b
Thre.2. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta.164.b
Thre.2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei.476.b
Thre.2. Plauserunt super te manibus transeuntes per viam.255.a
Thre.2. Cogitauit dominus dissipare murū filiæ Sion.305.a
Thre.2. Mouerunt capita sua super filias Ierusalem.305.b
Thre.2. Proiecit de cœlo in terram inclytam Israel.331.b
Thre.3. Inundauerunt aquæ super caput meum.375.b
Thre.3. Oculus meus deprædatus est animā meam in cunctis filiabus vrbis meæ.305.b
Thre.3. Inundauerunt aquæ super caput meum.284.b
Thre.3. Leuemus corda nostra cū manibus ad dominum.489.b
Thre.3. Nos iniquè egimus,& ad iracundiā te prouocauimus.489.b
Thre.3. Misit in renes meos filias pharetræ suæ.145.a
Thre.4. Sapphiro pulchriores.30.b.
Thre.4. Paruuli petierunt panem,& nō fuit, qui frangeret eis.77.a
Thre.4. Manus mulierum misericordium coxerunt. 83.a
Thre.4. Velociores fuerunt persecutores nostri,aquilis.204.b
Thre.4. Ad te quoq; perueniet calix.279.a
Thre.4. Facies sacerdotum non erubuerunt.249.a
Thre.5. Propter montem Sion, qui dispersus est.419.a
Thre.5. Conuerte nos domine ad te & conuertemur.423.b

Baruc.

2 Statuam illis testamentum alterum sempiternum.188.a.411.b
3 Hic est deus noster,& non extimabitur alius aduersus eum.504.a
4 In ira dei ad iracundiam prouocastis dominum.147.a

Daniel.

2 Abscissus est lapis de monte sine manibus. 525.b
2 Vidit Nabuchodonosor somnium,& cōterritus est spiritus eius.498.a
2 Lapis qui percussit statuam.515.a
3 Ecce ego video quatuor viros solutos ambulantes in medio ignis.7.b
3 Regnum eius,regnum sempiternum.141.a
4 Peccata tua eleemosynis redime.43.a
4 Potestas eius potestas sempiterna.311.b
7 Iudicium sedit, & libri aperti sunt.50.b
7 Cor eius datum est ei.71.b
7 Sine manu conteretur.445.a
9 Propter temetipsum inclina Deus aurem tuam.489.b
9 Vir desideriorum es.252.b

10 Vir desiderium intellige.41.b
10 Nec vnguento vnctus sum.334.b
11 Stabit in terra inclyta.249.b
12 Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt.163.b
12 Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti.461.a.188.b
12 Qui ad iustitiam erudiunt multos. quasi stellæ in perpetuas æternitates.357.a
13 Flens respexit ad cœlum Susanna. 7.b

Oseas.

1 Obliuione obliuiscar eorū. 249.a. 335.a
1 Cōgregabuntur filij Israel, & filij Iuda pariter. 140.b
2 Sepiam viam tuam spinis. 64.a
2 Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.64.b
2 Dicam nō populo meo populus meus es. 65.a
2 In tribulatione sua manè consurgent ad me.169.a
2 Sponsabo te mihi in fidem. 186.a
2 Miserebor eius, qui fuit absque misericordia.215.a
2 Cessare faciam omne gaudium eius.239.a
2 Vadam, & reuertar ad virum meum priorem.244.b
2 Argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.101.a.186.b
3 Post hæc reuertentur filij Israel. 397.a
4 Populus meus in ligno suo interrogauit. 179.b
4 Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ. 191.a
4 Maledictum & mendacium & homicidiū & furtum & adulterium. 226.b
4 Dilexerunt affere ignominiam protectores eius.285.a
4 Gloriam eorum in ignominiā commutabo. 299.a
4 Quoniam tu scientiam repulisti, repellam & ego te.391.a
4 Comedent & non saturabuntur. 418.a
4 Peccata populi mei comedent. 534.a
5 Victimas declinastis in profundum. 22.a
5 Clangite buccina in Gabaah,tuba in Rama.381.a
6 Misericordiam volo & non sacrificium. 189.a
8 Aurum suum & argentum suum fecerunt idola.102.a
8 Quasi aquila super domū domini.204.b
8 In gurgite tuo sit tuba.381.a
8 Ipsi regnauerunt, & non ex me. 389.b
8 In armeariis tuis erit vitulus Samariæ. 452.b
9 Propter malitiam & inuentionem eorum de domo mea eijciam eos. 280.a
10 Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. 154.b
10 Loquūtur verba visionis inutilis. 260.a
10 Arasitis impietatem, iniquitatem messuistis.364.b
11 Ex AEgypto vocaui filium meum. 253.a 82.b
11 Cœpit gladius de ciuitatibus eius. 135.a
11 In funiculis Adam trahā eos in vinculis charitatis 244.b.396.b
12 Visitatio domini super Iacob. 96.a
12 In manibus prophetarū assimilatus sum. 153. a
12 Chanaan in manu eius statera dolosa. 296.a
12 Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. 313.b
13 Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. 42.b
13 Cōsolatio ablata est ab oculis meis.73.b
13 Saturati sunt,& eleuauerunt cor suum. 194.a

Ioel.

2 Dies nubis caliginis & tenebrarum. 10.b
2 Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini. 111.b. 391.a
2 Cōuertimini ad me in toto corde vestro. 371.b.246.b.143.b
2 Venit dies domini quia prope est dies tenebrarum. 346.a
2 Effundam de spiritu meo super omnē carnem. 452.b
3 Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphad.426.a
3 Stillabunt montes dulcedinem,& colles fluent lac. 554.b

Amos.

1 Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertā eū. 112.a.447.a 295.b
1 Mittam ignem in domum Azabel. 232.a
2 Periit fuga à veloce. 103.b
3 Visitatio super vos omnes iniquitates vestras.96.b
3 Leo rugiet, quis non timebit? 178.b
5 Odio habuerunt corripientem in porta, 460.b
5 Portatis tabernaculum Moloch. 109.b
5 Leuo super vos planctum domus Israel. 370.b. 139.b
5 Si obtuleritis holocaustomata, munera vestra non suscipiam. 189.a
5 Odi & proiecī festiuitates vestras. 339.a
7 Ecce dominus stans super murum litum, & trulla cementarij in manu eius. 5.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 In Bethel non adijcias vltrà vt prophetes, quia sanctificatio regis est
8 Conuertam festiuitates vestras in luctum. 190.a
8 Emittam famem in terram, & non famem panis. 418.a

Abdias.

1 Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuũ. 204. b. 211.b
1 perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau. 403.a

Ionas.

1 Surge & vade in Niniuem ciuitatem grãdem. 41.b
1 Fugit à facie domini. 72.a

Michæas.

1 Ostendit malum à domino. 167.b
1 Super hoc plangam & vlulabo, quia desperata est plaga eius. 427.a
1 Ascendit enim pandens iter ante eos. 16.a 239.b
3 Si quis non dederit in ore ipsorum quippiam. 334.b
3 Ossa eorum confregerunt. 139.a
4 Regnauit dominus super eos in monte Sion. 141.a. 245.b
4 Mons domus domini in vertice montiũ. 515.a
5 Suscitabimus super eum septem pastores. 400.b. 229.a
5 Perite faciam sculptilia tua. 349.b
5 Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. 534.b
6 Nunquid iustificabo stateram impiam, & saccli pondera dolosa? 313.b
7 Deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris. 6.b
7 Iram domini portabo, quia peccaui ei. 280.a

Nahum.

1 Liber visionis Nahum. 259.b
1 Indignatio eius effusa est tanquam ignis. 11.a
2 Non audietur vltra vox nuntiorum suorum. 353.a
2 Reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel. 405.a
3 Intra in lutum, & calca subigens. 72.a
3 Comedet te ignis. 232.a
3 Omnis qui viderit te, resiliet à te. 307.b

Habacuc.

2 Iustus ex fide viuit.
2 Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos. 387.b. 575.a
3 Oratio Habacuc pro ignorantijs 545.b
3 Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. 85.b
3 Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ. 293.b
3 Altitudo manus suas leuauit. 375.a
3 Aspexit & dissoluit gentes, & cõtriti sunt montes seculi. 387.a
3 Ibi abscondita est fortitudo eius. 411.b
3 Et cornua in manibus eius. 518.a

Sophonias.

1 Et corpora eorum sicut sordes. 174.b
1 In igne enim æmi deuorabitur omnis terra. 278.b
2 Extẽdet manum suam super aquilonem. 158.a
2 Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorum. 300.b
3 Noli timere Sion, non dissoluantur manus tuæ. 100.a
3 Lætare & exulta in omni corde filia Ierusalem. 305.b. 430.b
3 Effundam indignationem meam. 409.a

Aggæus.

1 Factum est verbum domini in manu Aggæi. 106.a
1 Seminastis multum & intulistis parum. 55.b
2 Interroga sacerdotes legem. 278. b. 531.a
2 Quis in vobis est relictus, qui vidit domũ istam in gloria sua prima. 412.a

Zacharias.

2 Ego ero eis murus igneus in circuitu. 467.a. 390.a. 304.b
2 Ecce vir & in manu eius funiculus mensorum. 459.b
3 Ecce ego adducam seruum meum orientem. 136.a
3 Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum. 568.a
4 Ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius. 429.b
5 Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. 312.b
6 Ecce vir, oriens nomen eius. 136.b. 568.a 524.a
6 Hæc est amphora egrediens, & dixit. 148.a
6 Qui egrediuntur in terram aquilonis requieuerunt fecerunt spiritum meum. 434.a
7 Cor suum posuerunt vt adamantẽ. 44.b
9 Tu in sanguine testamenti emisisti vinctos. 188.b. 308.b
9 Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. 75.b. 305.b
10 Visitauit dominus exercituum gregem suum. 22.b. 283.a. 393.b

10 Sibi-

10 Sibilabo eis, & congregabo illos, quoniã redemi eos. 394.a
11 O pastor & idolum. 148.a
11 Aperi Libane portas tuas. 205.b
11 Succisus est saltus munitus. 248.a
12 Vnam vocaui decorem, alteram vocaui funiculum. 262.a
11 Vlulabies, quia cecidit cedrus. 358.a
11 Ego suscitabo pastorem, qui derelictum non custodit. 389.b
12 Effundam super domum Dauid & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum 416.a
13 In die illa erit fons patẽs domui Dauid. 14.b. 155.b. 415.a
13 Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. 170.b 214.a
14 Et consceretur manus eius super manum proximi. 145.b
14 Erit dominus rex super vniuersam terrã. 430.a

Malachias.

1 Iacob dilexi, Esau autem odio habui. 170.a
1 Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. 433.a
1 In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. 573.b
2 Pactum vitæ & pacis fuit cum eo. 142.a
2 Labia sacerdotis custodiunt scientiam. 391.a. 278.b. 531.a
3 Ego dominus, & non mutor. 178.a. 59.a
3 Et purgabit filios Leui. 12.a
3 Ipse enim quasi ignis conflans. 177.b 267.b
4 Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. 231.b. 342.b
4 Ego mittã vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini. 452.b

1. Machabæorum.

5 Concluſi sunt ab eo in turribus. 103.a
6 Refulsit sol in clypeos aureos. 285.b
10 Stola sancta induit se Ionathas. 135.a

2. Machabæorum

2 Quæ gens non hæreditauit regnum eius. 409.a

Matthæus.

1 Liber generationis Iesu Christi. 51.a. 55.a
1 Filij Dauid, filij Abraham. 542.b
1 Iosias autem genuit Iechoniam. 8.a
1 Vocabis nomen eius Iesum. 16.a
1 Ecce virgo concipiet, & pariet filium. 524.a
2 Ecce magi ab oriente venerunt. 102.b
2 Turbatus est rex Herodes, & tota Hierosolyma cum illo. 257.a
2 Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? 430.b
2 Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. 507.a. 534.b
2 Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es. 146.a
3 Cæli aperti sunt super eum. 7.b
3 Iam securis ad radicẽ arboris posita est. 115.a
3 Pœnitentiam agite. 146.a. 428.
3 Ventilabrum in manu domini. 340.b
4 Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. 62.a. 506.a
4 Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei. 144.b
4 Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. 119.a
4 Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. 194.a
4 Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit. 194.b. 370.b
4 Vidit duos fratres, Simeonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius. 317.a. 338.b
5 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. 5.b. 243.b. 441.a. 559.b
5 Beati estis, cùm maledixerint vobis homines. 47.a
5 Beati pacifici. 95.a. 130.a
5 Beati pauperes spiritu. 189.a. 102.a. 195.b 199.a. 178.b
5 Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. 158.b
5 Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. 178.b. 197.b. 217.a
5 Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur. 349.a. 477.a
5 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. 415.b. 472.b
5 Vos estis sal terræ. 72.b. 181.a. 378.b
5 Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. 505.b. 55.b
5 Vos estis lux mundi. 188.b
5 Non accendunt lucernam, & ponunt eã sub modio. 379.b
5 Sic luceat lux vestra, vt videant opera bona vestra. 414.a
5 Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. 515.a. 571.a
5 Non veni soluere legem, sed adimplere. 566.a
5 Qui dixerit fratri suo racha. 85.a
5 Si quis te percusserit in vna maxilla,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptæbe ei alteram. 299.b
5 Diligite inimicos vestros. 403.a
5 Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. 560.b
6 Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. 522.a.122.b
6 Considerate volatilia cæli. 13.b
6 Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. 13.b. 441.b
6 Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. 266.b 22.b
6 Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius.
6 Nō potest deo seruire & mamonæ. 102.a
6 Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum. 118.b.195.a
6 Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit. 148.a
6 Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.
6 Et ne nos inducas in tentationem. 214.b
6 Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. 357.b
6 Sanctificetur nomen tuum. 414.a
6 Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 522.b
6 Nemo potest duobus dominis seruire. 404.a
7 Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. 266.b 156.b. 9.a.395.a
7 Quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. 104.a
7 Assimilatur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. 164.b
7 Nolite sanctum dare canibus, nec margaritas proijciatis ante porcos. 166. b
7 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur 179.b.560.b
7 In qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis. 197.b
7 Omnis qui audierit verba mea hæc, & fecerit ea, assimilabitur viro sapienti. 432.b
7 Lata porta & spatiosa est, quæ ducit ad perditionem. 449.a
7 Intrate per angustam portam. 248.a
8 Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 71.b.533.b
8 Factaque est tranquillitas magna. 87.b
8 Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. 196.b.156.a.102.b
9 Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? 138.a
9 Cùm transiret Iesus vidit hominem sedētem in telonio. 183.a
9 Et surgens secutus est eum. 2.a
10 Timete eum, qui potest corpus & animā perdere in gehennam. 465. b
10 Estote prudentes sicut serpentes. 5.b 397. b
10 Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. 20.a
10 Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos. 47.a.338.b
10 Non veni pacem mittere, sed gladium. 340.a
10 Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. 247.a
10 Nolite portare virgam. 339.a
10 Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. 163.b
11 Cùm audisset Ioannes in vinculis opera Christi. 4.b
11 Cōfiteor tibi patér domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. 49.a
11 Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. 178.b.119.b.193.b
11 Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me. 127.a
11 Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. 332. b 333.a.399.a.495.a
12 Sic erit filius hominis in corde terræ. 241.a.315.b
12 Volumus à te signum videre. 166.b
12 Omne regnum in seipso diuisum desolabitur. 531. b. 130.a
12 Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.
12 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. 496.a
13 Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare. 486.a.25.b
13 Inuenta autem vna margarita, abijt. 58.a
13 Venit inimicus, & superseminauit zizania. 196.b
13 Aliud cecidit inter spinas. 348.a
13 Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. 413.a
15 Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. 307.a
15 Cor eorum longè est à me. 72.a
15 De corde enim exeūt malæ cogitationes. 415.b
16 Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. 194.b.28.a.170.b
16 Quem dicunt homines esse filium hominis.

minis. 39.b
16 Caro & sanguis non reuelabit tibi. 63.b.
16 Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. 422.b.223.a
16 Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. 17.b.371.b.
16 Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi 392.b
16 Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. 497.a.408.a 432.b
16 Quodcunque ligaueritis super terram, erit ligatum in cœlis. 559.a
16 Tibi dabo claues regni cœlorum. 552.a
17 Et transfiguratus est ante eos. 128.
17 Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. 486 b
18 Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli. 193.b
18 Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? 447.a
18 Non solùm septies, sed septuagies septies. 381.b
18 Serue nequam omne debitum dimisi tibi. 550.b
18 Quicunque se humiliauerit sicut paruulus hic. 502.a
19 Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. 9.b.27.b
16 Nisi efficiamini sicut paruuli iste. 49.a
19 Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. 357.b.196.a
19 Omnis qui reliquerit aliquid propter me, centuplum accipiet, & vitam æternā possidebit. 197.a
19 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 471.a 384.a.237.b
19 In regenerationē cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim. 448.b
20 Ite vos in vineam meam. 13.b
20 Quid statis hic tota die otiosi? 197.a. 85.b
20 Simile est regnum cœlorum homini regi. 178.b
20 Poteritis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. 179 b
20 Scitis quia principes gentium dominantur illis. 580.b
20 Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexteram, alter ad sinistram tuam 384.b
20 Voca operarios, & redde illis mercedem suam. 422.b
20 Multi enim sunt nouissimi primi, & primi nouissimi. 306.b
21 Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. 75.b
21 Eiecit de templo ementes & vendentes. 490.a
22 Amice quomodo huc intrasti non habēs vestem nuptialem? 556.a.133.a.
22 Verax es, & viam dei in veritate doces. 226.b
22 Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. 266.b. 551.b.428.a
22 Multi sunt vocati, pauci verò electi. 486.a
22 Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui. 495.a
22 Diliges proximum tuum sicut teipsum. 500.b
22 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. 496.a
23 Quoties volui congregare filios tuos, quēadmodum gallina cōgregat pullos suos subalis, & noluisti. 90.b.201.a. 432.a
13 Relinquetur vobis domus vestra deserta. 491.a. 109.a
23 Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te. 121.a.288.b
23 Implete mensuram patrum vestrorum. 210.a.
23 Qui maior est vestrum, erit ministei vester. 388.a
23 Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ. 472.b
24 Quoniam abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. 451.a.
24 De die autem illa & hora nemo scit, nec angeli cœlorum. 448.a
24 Erit enim tunc tribulatio magna. 82.b
25 Vigilate, quia nescitis diem nec horam. 26.b
25 Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. 101.b
25 Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. 198.a
25 Cùm venerit filius hominis in maiestate sua. 127.a
26 Hoc est corpus meum. 77.b
26 Hic est sanguis meus noui testamenti. 188.b
26 Percutiam pastorem, & dispergentur oues 214.b
26 Et egressus intrò sedebat cum ministris, vt videret finem. 8.b
27 Habebat autem tunc vinctum insignem. 265.a
27 Sanguis eius super nos, & super filios nostros. 192.a.198.b
27 Et abiens laqueo se suspendit. 9.b
27 Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. 310.a.327.b
28 Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. 534.b
28 Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. 371.b. 116.b. 573.b. 509.b

Marcus.

1 Vox clamantis in deserto. 14.b
1 Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. 246.a
1 Vidit Leui Alphaï sedentem ad teloniu. 2.a
4 Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat. 468.b
8 Misereor super turbam hanc. 11.b
8 Quidam ex eis ex longè venerunt. 71.b
9 Bonum est tibi debilem intrare in vitam æternam. 361.b
9 Hoc genus dæmoniorum, in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio. 371.a
9 Omnis victima sale salietur. 521.a
13 Cùm videritis abominationem desolationis. 103.a
14 Simon dormis? 380.a
16 Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. 45.a
16 Assumptus est in cœlum. 133.a
16 Valde manè vna sabbatorum veniunt ad monumentum. 336.a
16 Prædicate euangelium omni creaturæ. 482.b

Lucas.

1 Missus est Gabriel angelus ad Mariam. 68.a.185.a.
1 Per viscera misericordiæ Dei nostri. 11.b
1 Vox clamantis in deserto. 14.b
1 Respexit humilitatem ancillæ suæ. 50.a
1 Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. 85.b
1 Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suę 114.b
1 Suscepit Israel puerum suum. 114.b
1 Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophatarum eius. 122.a
1 Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. 129.b
1 Dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius. 143.a
1 Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam. 305.b
1 Erexit cornu salutis nobis. 342.b
1 Vocabis nomen eius Iesum. 396.a
1 Regnabit in domo Iacob in æternum. 430.b
1 Visitauit nos oriens ex alto. 456.b. 507.a
2 Nõ erat ei locus in diuersorio. 32.a. 87.b
2 Homo iustus & timoratus. 59.b
2 Ecce positus est hic ruinam, & in resurrectionem multorum. 117.b. 296.b
2 Nunc dimittis seruum tuum domine 258.a
2 Tuam ipsius animam pertransibit gladius. 339.b
2 Gloria in excelsis Deo. 402.a
2 Par turturum, aut duos pullos columbarum. 541.a
2 Fili quid fecisti nobis sic? 533.a
3 Facite fructus dignos pœnitentiæ. 225.a
5 Vidit publicanum nomine Leui sedentẽ ad telonium. 1.a
5 Non veni vocare iustos, sed peccatores. 488.a
6 Elegit Iesus duodecim, quos Apostolos nominauit. 505.a
7 Pedes eius lachrymis abluit. 80.b
7 Cùm appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus ferebatur. 524.a
8 Aliud semen cecidit super terram. 143.b.
8 Qui habet aures audiendi audiat. 148.b
8 Aliud semen cecidit secus viam. 446.a
9 Nemo mittens manum ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno Dei. 20.a
10 Angelus cecidit de cœlo. 9.b
10 Misericordia motus accessit ad eum. 11.b
10 Porrò vnum est necessarium. 93.b
10 Nolite portare sacculum nec perã. 101.a
10 Designauit dominus alios septuaginta duos. 116.b
10 Gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. 124.a. 571.a. 363.b
10 Nolite portare calciamenta. 184.b
10 Hoc fac, & vives. 237.b
10 Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho. 363.b
10 Mitto vos sicut agnos inter lupos. 338.a
10 Qui vos audit, me audit. 420.b
10 Messis quidem multa, operarij autem pauci. 537.a
10 Dignus est operarius mercede sua. 569.a
11 Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. 439.a
11 Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. 424.a. 54.b. 58.a
11 Omne regnum in seipso diuisum desolabitur. 130.a. 531.b
11 Petite, & dabitur vobis. 489.b
12 Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accẽdatur. 23.b. 127.b. 447.b 177.b
12 Nolite timere pusillus grex. 47.a. 465.b

12 Attendite à fermento pharisæorũ. 533.b. 156.b
12 Facite vobis sacculos, qui non veterascũt 197.b
12 Seruus qui cognouerit voluntatem domini, & non fecerit, vapulabit multis. 241.b
12 Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. 515.a
13 Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas. 88.a
14 Qui se exaltat humiliabitur, qui se humiliat exaltabitur. 89.b. 119.b. 163.a
14 Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. 526.a
15 Vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est. 11.b
15 Gaudium erit in cœlis super vno peccatore. 247.b. 383.b
15 Omnia bona sua dissipauerat. 382.b
15 Quem perditam quæsiuit. ibidem.
15 Adducite vitulum saginatum, & occidite. 542.b
16 Redde rationem villicationis tuæ. 51.a
16 Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. 217.b
16 Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. 372.a. 449.a
17 Regnum Dei intra vos est. 413.a
18 Solus Deus bonus est. 192.b
18 Non est voluntas patris, vt pereat vnus ex his pusillis. 383.b
19 Negotiamini dum venio. 515.a. 50.b
19 Videns ciuitatem fleuit super illam. 51.b. 76.a. 92.b. 252.b
19 Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. 114.b
19 Domus mea domus orationis vocabitur. 490.a
19 Quicunque voluerit inter vos maior esse, sit vester minister. 502.a
21 In patientia vestra possidebitis animas vestras. 244.a
21 Sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suum. 368.b
21 Respicite & leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio vestra. 554.b
22 Ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos. 408.a
23 Hodie mecum eris in paradiso. 546.b
24 Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via? 23.b. 526.a
24 Quid turbati estis, & cogitationes vestras ascendunt, &c. 165.b
24 Vna autem sabbati valde diluculo. 336.a
24 Interpretabatur ipsis omnia, quæ de ipso erant scripta 543.a
24 Sic oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis. 384.a

Ioannes.

1 In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. 14.b 525.a.38.b
1 Et factum est verbum domini ad Ioannem. 2.b
1 Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 27.a.342.b
1 De plenitudine eius nos omnes accepimus. 29.a
1 Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. 178.b. 43.b. 117.a. 541.a
1 Securis ad radicem arboris posita est. 79.b
1 Vox clamantis in deserto. 96.a
1 Verbum caro factum est. 184.b.
1 Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. 274.b. 420.b
1 Mundus eum non cognouit. 336.b
1 Lex per Mosem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 343.a
1 Tu es filius Dei, tu es rex Israel. 430.b
2 Omnia per ipsum facta sunt. 459.a
3 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. 7.a. 564.b
3 Nemo ascendit ad cælum, nisi qui descendit de cœlo. 16.a
3 Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. 31.b. 80.b
3 Non misit Deus filium suum vt iudicet mundum. 33.a
3 Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. 214.b. 239.b
3 Spiritus vbi vult spirat. 424.b
4 Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. 414.b 336.b. 337.a
5 Non quæro voluntatem meam. 30.b
5 Erat Hierosolymis probatica piscina. 24.b
5 Scrutamini scripturas. 50.a. 343.a. 546.a
5 Quomodo vos potestis credere, quia gloriam ab inuicem accipitis? 112.b
5 Pater non iudicat quenquam. 259.b
5 Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me. 443.a
5 Venit hora, & nunc est, quando omnes qui sunt in monumentis, audient vocẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij dei. 425.b
5 Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ. 338.b
6 Ego sum panis viuus, qui de cœlo descẽdi. 554.a
6 Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? 77.
6 Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. 78.a
6 Operamini cibum, qui non perit. 206.b
6 Qui manducat me, viuet propter me. 211.a 554.a
6 Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. 423.b
6 Caro mea vere est cibus. 496.b. 542.b. 528.a
7 Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 556.b
7 Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 283.b
8 Qui facit peccatum, seruus est peccati. 113.a
8 Qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris. 155.b. 288.a
8 Ego & pater vnum sumus. 34.b
8 Qui est ex deo, verba dei audit. 54.b
9 Vos ex patre diabolo estis. 182.a. 274.b
8 Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 181.b
8 Abraham exultauit vt videret diem meũ, vidit, & gauisus est. 285.b. 357.a. 372.b
8 Ego sum lux mundi. 341.b. 356.b
8 Ille homicida erat ab initio. 301.b.
8 Bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes. 198.a
8 Seruus non manet in domo in æternum. 550.b
9 Vade, & laua in natatorio Siloe. 476.a. 27.a
10 Fiet vnum ouile, & vnus pastor. 431.b
10 Ego sum pastor bonus. 389.b. 391.b
10 Et non rapiet eas quisquam de manu mea 5.a.
10 Ego sum ostium. 133.b. 200.b
10 Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant. 122.a. 469.a
10 Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. 537.a
11 Ego sum resurrectio & vita. 384.b. 155.b 134.b
11 Cum esset pontifex anni illius prophetauit. 2.b
11 Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? 166.b
11 Lazare exi foras. 428.a
12 Qui amat animam suam, perdet eam. 92.a
12 Nunc iudicium est mundi. 126.b
12 Princeps huius mũdi ejicietur foras. 336.a
12 Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. 410.a
13 Ante diem festũ paschæ sciens Iesus quia venit hora eius. 547.b
13 Nisi te lauero, non habebis partem mecũ. 38.b. 501.a
13 Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 132.b
13 Cœpit lauare pedes eorum. 517.b. 378.b
13 Mandatum nouum do vobis. 416.a
13 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. 505.a
14 Ego sum via, veritas, & vita. 28.b. 469.a. 187.b. 200.b
14 Sermonem quem audistis, non est meus. 30.a
14 Pater maior me est. 397.a. 34.b
14 Nemo venit ad patrem nisi per me. 43.a
14 Non turbetur cor vestrum. 47.a. 465.b
14 Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum. 58.a
14 Surgite eamus hinc. 512.b. 109.a
14 Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. 432.a. 141.a. 129.b
14 In domo patris mei mãsiões multæ sunt 448.b
14 Non vos relinquam orphanos. 574.a
14 Ego rogabo patrem & alium paracletũ dabit vobis. 574.a
15 Vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis. 2.a.
15 Qui manet in me, & ego in eo. 13.b. 179.b
15 Vos non estis de hoc mundo. 336.b
15 Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. 500.b
15 Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint. 489.b
15 Sine me nihil potestis facere. 511.b
16 Modicum & videbitis me. 61.a
16 Non nouerunt patrem nec me. 76.b
16 Tristitia vestra conuertetur in gaudium. 169.a. 348.b.
16 Expedit vobis, vt ego vadam. 132.b
17 Ego te glorificaui super terram. 122.a
17 Opus consummaui, quod dedisti mihi. 19.b
18 Erat autem cum eis Petrus. 9.a
18 Regnum meum non est de hoc mundo. 75.b
18 Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? 279.a
19 Consummatum est. 485.a
19 Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. 7.a 556.b.

556.b. 128.a
20 Stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit eis: pax vobis. 5.b. 130.a
20 Dominus meus & Deus meus. 30.a
20 Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. 539.a. 552.b
21 Hic est qui supra pectus domini in cœna recubuit. 34.b
21 Pasce oues meas. 61.b. 390.a. 497.a
21 Petre amas me. 401.a

Acta Apostolorum.

1 Videntibus illis eleuatus est. 133.a
1 Nubes suscepit eum ab oculis eorum. 108.a
1 Et apparuerunt super illos dispertitæ linguæ tanquam ignis. 11.a
2 Dum complerentur dies pentecostes. 510.b
2 Factus est de repente sonus de cœlo tanquam venientis spiritus vehementis. 59.a
2 Iudæi quoque & proselyti, Cretes & Arabes. 302.b
3 Pœnitemini, & conuertemini. 384.a
7 Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. 7.b. 518.a
7 Dura cervice & incircuncisi cordibus. 327.b
9 Saule Saule quid me persequeris? 404.b
13 Dedit illis Saul filium Cis virum de tribu Beniamin annis quadraginta. 2.a
17 In ipso viuimus, mouemur, & sumus. 130.b

Epistola Pauli Apostoli ad Romanos.

1 Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur. 12.a. 461.b
1 Obscuratum est insipiens cor eorũ. 27.a. 91.b. 403.a
1 Tradidit illos Deus in reprobum sensum. 170.b
1 Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. 311.b
1 Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum. 325.a.
3 Repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione. 445.a
2 Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum. 71.a
2 Deus reddet vnicuique secundum opera sua. 233.
2 Non vos metipsos defendentes. 290.b
2 Non est apud Deum acceptio personarũ. 460.a
2 Qui alium doces, teipsum non doces. 445.a
3 Proposuit eum Deus propitiatorem per fidem. 33.a. 548.b
3 Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. 238.a
3 Per legem cognitio peccati. 238.b
4 Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrã. 238.b
5 Gloriamur in tribulationibus. 98.a. 5.a. 548.b
5 Iustificati ex fide pacem habeamus. 208.b
5 Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. 416.a
5 Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. 515.b
6 An nescitis quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendum? 113.a
6 In nouitate vitæ ambulemus. 139.a
6 Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis.
6 Stipendia peccati mors. 365.a
6 Liberati à peccato serui facti estis iustitiæ 393.a
7 Concupiscẽtiam nescibam, nisi mihi lex diceret: non concupisces.
7 Lex quidem sancta. 241.b
7 Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 428.b
8 Si secundum carnem vixeritis, moriemini. 2.a. 477.b
8 Quis nos separabit à charitate Christi? 57.b. 211.a
8 Sapientia carnis inimica est Deo. 106.a
8 Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. 116.a
8 Non secũdum carnem ambulemus. 139.a
8 Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ. 177.b. 559.b
8 Prudentia carnis mors est. 318.b
8 Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. 371.a
8 Lex spiritus vitæ in Christo Iesu. 393.a
8 Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro. 565.b
8 Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis tradidit illum. 542.b
7 Et de peccato damnauit peccatum. 534.a
8 Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. 485.a
6 Optabam ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis. 118.b. 157.a
9 Quem vult Deus indurat. 170.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 Non enim omnes qui ex circũcisione sunt Israel, hi Israelitæ. 395.b
10 Sic in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ. 90.b
10 Finis legis Christus est. 566. a. 117.b 179.a
10 Quomodo credent ei, quem non audierunt? 462.a
10 Noli altum sapere, sed time. 440.b
11 Non ex operibus, alioquin gratia iam nõ gratia. 515.a
11 Cæcitas ex parte contigit in Israel. 451.b
12 Sicut in vno corpore multa membra habemus. 435.a
12 Obsecro vos fratres per misericordiã dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. 520.a. 477.b
12 Rationabile sit obsequium vestrũ. 521.a
12 Nolite conformari huic seculo. 369.a
13 Curam carnis ne feceritis in desideriis. 477.b
13 Reddite omnibus debita. 551.b. 422.b
13 Induimini dominum Iesum Christum. 185.a. 529.b
14 Omne quod non est ex fide, peccatum est 208.b. 341.b
15 Debemus firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere. 92.a
15 Deus autem pacis conterat Satanã. 480.a

Epistola prima ad Corinthios.

1 Christus factus est nobis sapientia, iustitia, & sanctificatio. 15.a. 196.a. 478.a
1 Quæ stulta sunt mundi elegit Deus. 318.a
1 Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidẽ scandalum, gentibus autẽ stultitiam. 465.b
2 Sapientiam loquimur inter perfectos. 504.a
2 Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. 425.a
3 Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. 505.b
3 Omnia vestra sunt, vos autem Christi. 94.b
3 Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. 317.b
3 Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi quod positum est. 432.a
3 Vt sapiens architectus fundamentum posui. 460.a
4 Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate. 99.a
4 Laboramus operantes manibus nostris. 173.a
4 Quid habes, quod non acceperis? 336.b
4 Sic nos existimet homo vt ministros Dei. 497.a
5 Si is qui frater nominatur, & fornicator aut auarus. 9.a
5 Pascha nostrum immolatus est Christus. 543.b
5 Modicum fermentum totam massam corrumpit. 535.b
6 Qui adhæret Deo vnus spiritus est. 13.b. 487.b
6 Glorificate & portate Deum in corpore vestro. 28.b
6 Empti enim estis pretio magno. 94.b. 328.a
6 Qui vtuntur hoc mundo, tanquã non vtantur. 360.b
6 In omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros. 371.b
7 Præterit figura huius mundi. 40.b. 511.a
7 Circuncisio nihil est, & præputium nihil est. 238.a
8 Scientia inflat, charitas ædificat. 236.a. 330.b
9 Sic pugno non quasi aërem verberãs. 37.a 181.b
9 Væ mihi, si non euangelizauero. 65.b
9 Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 370.b
9 Dispensatio mihi credita est. 497.a
9 Quis militat suis stipendijs vnquã. 569.a
9 Omnibus omnia factus sum. 235.a
9 Sic currite, vt comprehendatis. 20.a
10 Omnes mare transierunt, & omnes sub Moyse baptizati sunt in nube & in mari. 6.b
10 Si nos vtique iudicaremus, non vtique à domino iudicaremur. 216.b
10 Petra autem erat Christus. 292.b
10 Vide Israelem secundum carnem. 396.a
10 Vnus panis & vnum corpus multi sumus. 435.a
10 Quicunque manducauerit, & biberit calicem domini indignè. 518.a
12 Alijs per spiritum datur propheria. 2.b
13 Videmus nunc per speculum in ænigmate. 39.a
13 Charitas non quærit quæ sua sunt. 59.b
13 Charitas non inflatur, non est ambitiosa. 74.b
13 Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam. 422.b. 471.a
15 Corrumpunt bonos mores colloquia prava. 9.a
15 Ego sum minimus Apostolorum. 49.b
15 Primus homo de terra terrenus. 400.a
15 Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 407.a
15 Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. 450.a
15 Alia claritas solis, alia claritas lunæ. 464.a
15 Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis. 469.b
16 Salutate in osculo sancto. 5.b
16 Non dormiamus sicut cæteri. 26.b

Epistola secunda ad Corinthios.

1 Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationum. 371.a
1 Hæc est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ. 472.a
1 Pater misericordiarum, & deus totius consolationis. 11.b. 45.b. 83.b. 243.b
3 Epistola nostra vos estis. 143.a
3 Littera occidit, spiritus viuificat. 200.a
3 Vbi aũt spiritus domini, ibi libertas. 393.a 427.b
3 Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. 406.b
3 Reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginẽ transformamur. 13.b
4 Licet is qui foris est, noster homo corrũpatur. 370.b.
4 Semper mortificationem domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circunferẽtes. 547.b
4 Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere. 406.b
5 Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. 98.a
5 Eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. 534.a
5 In hoc ingemiscimus habitationem nostram.
6 Nolite iugum ducere cum infidelibus. 9.a
6 Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. 74.b
6 Vos estis templum Dei viui. 456.a
6 Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 453.b
8 Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cùm diues esset, &c. 76.a
10 Arma militiæ nostræ non carnalia sunt. 181.b
10 Satanas transfigurat se in angelum lucis. 156.b
10 Instantia mea cotidiana, & solicitudo omnium ecclesiarum. 273.a
10 In captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi. 547.b
11 Transfigurat se in angelum lucis. 543.a
12 Placeo mihi in infirmitatibus meis. 392.a
12 Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? 74.b
13 Ideo princeps iustitiam colit & exercet, & prudentia munitur. 5.b

Epistola Pauli Apostoli ad Galatas,

1 Continuo non acquieui carni & sanguini. 63.b
1 Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. 379.a
2 Qui videbantur columnæ esse, mihi dextras dederunt. 33. b
2 Nec aliquando fuimus in sermone adulationis. 154.b
2 Ex operibus legis non iustificatur omnis homo. 238.a
3 Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. 238.a
3 Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum manifestum est. 384.b
3 Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno. 412.b
3 Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. 564.b
3 Lex pædagogus noster fuit. 566.a
4 Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. 288.a
4 Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. 328.a. 357.a
4 Nõ sumus ancillæ filij, sed liberæ. 427.b. 457.b
4 Misit deus spiritum filij sui in corda vestra. 550.b
5 In Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. 208.b
5 Modicum fermentum totam massam corrumpit. 275.b
5 Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. 232.a
5 Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. 328.a
5 Spiritu ambulate. 385.a
5 Vos in libertatẽ vocati estis fratres. 393.a
5 Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt. 17.a. 477.b
6 Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. 5.a
6 Ego stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. 117.b
6 Alter alterius onera portate. 218. a
6 Dum tempus habemus, operemur bonũ. 474.b
6 Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. 551.b

Ad Ephesios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Benedictus Deus, & patet domini nostri Iesu Christi. 409.a
2 Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnũ. 82.b.339.b.429.b
2 Vos estis ciues sanctorũ, & domestici dei fundati supra fundamentum. 432.a
2 Vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè. 456.a
3 Iam non estis hospites & aduenæ. 561.b
4 Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis. 116.b
4 Renouamini spiritu mentis vestræ. 225.b
4 Deponite vos secundum pristinam conuersationem hominem veterem. 327.b
4 Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. 570.a
5 Eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino. 336.a
5 Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. 435.a
6 Gladius scutus verbum Dei. 539.b
6 Induite vos armaturam Dei. 281.b.446.a
6 Rectores tenebrarum harum. 336.a

Ad Philippenses.

1 Cupio dissolui, & esse cum Christo. 42.a. 485.b
2 Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus. 8.a
2 Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. 59.a.211.b
2 In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. 107.a
2 Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. 17.a.502.a
3 Cõuersatio nostra in cœlis est. 17.a.445.b 211.a
3 Quæ quidem retro sunt, obliuiscens. 19.a. 501.a.418.b
4 Dominus prope est, nihil soliciti sitis. 332.b
4 Quorum nomina sunt in libro vitæ. 363 b

Ad Colossenses.

1 In Christo Iesu ego laboro. 17.a
1 Pacificans per sanguinem crucis eius. 141.b
2 Nemo vos iudicet in cibo aut potu. 546.b
3 Quæ sursum sunt, quærite. 22.a 392.b
3 Vita vestra abscondita est cum Christo in deo. 83.a
3 Mortificate auaritiam, quæ est idolorum seruitus. 101.a
3 Expolites veterem hominem cum actibus suis. 225.b.400.a
3 Induite vos sicut electi Dei. 529.b
3 Super omnia autem charitatem habete. 487.b

Ad Thessalonicenses prima.

4 Non contristemini de dormientibus, sicut cæteri qui spem non habent. 328.b
5 Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. 448.a

Ad Thessalonicenses secunda.

2 Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. 443.a
2 Filius perditionis. 445 a
3 Si quis non vult operari, non manducet. 549.b

Ad Timotheum prima.

1 Finis præcepti est charitas. 470 a
2 Vult omnes homines saluos fieri. 289.a. 221.b.369.a
3 Oportet episcopũ irreprehensibilem esse. 390.b
3 Domus dei columna & firmamentum veritatis. 408.b.
3 Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 557.b
3 Vt scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari. 456.a
4 Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. 346.a.391.a
5 Peccantes coram omnibus argue. 391.a
5 Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habentur. 569.a
6 Radix omnium malorum est cupiditas. 112.b
6 Qui diuites fieri volunt in hoc mundo, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. 195.b.197.b
6 Habentes alimenta, & quibus tegamur, ijs contenti simus. 550.b.289.b

Ad Timotheum secunda.

2 Vt resipiscant à diaboli laqueis. 4.a
2 Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. 473.a
2 Si sustinebimus, & cõregnabimus. 370.b
3 Qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. 5.b.279.b
3 Habentes speciem pietatis, virtutem eius abnegantes. 9.a.296.b
3 Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. 379.a
4 Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac

fac euangelistæ. 17.a
4 In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. 473.a. 214.b
4 Prædica verbum, insta oportunè. 264. b
4 Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt. 451.a

Epistola ad Titum.

1 Cretenses semper mendaces. 155.b
3 Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. 11.b
3 Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. 31. b

Epistola ad Philemonem.

1 Sine consilio tuo nihil volui facere.

Epistola ad Hebræos.

1 Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. 87.b
1 Omnes sunt administratorij spiritꝰ. 335.a
2 Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium. 534.a
4 Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. 74.a
4 Festinemus ingredi in illam requiẽ. 181.b
4 Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. 30.b.382.b
5 Cum lachrymis & clamore valido. 51.b. 477.a (356.b
7 Lex nihil ad perfectum adduxit. 258.a
9 Vbi est enim testamentũ, mors necesse est intercedat testatoris. 188.b.353.a
9 Per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, &c. vt. sed per proprium sanguinem, &c. 483.a
9 Omnia penè in lege secundum sanguinẽ mundabantur. 543.a (91.a
10 Lex vmbrã habet futurorũ bonorũ. 89.a
10 Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. 382.b
10 Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis. 57.a
11 Alij verò ludibria & verbera experti. 4.b
11 A longè eas aspicientes & salutãtes. 158.b
11 Sine fide impossibile est placere Deo. 238.a.208.b
11 Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. 483.a
11 Iuxta fidẽ defuncti sunt omnes isti. 563.b
12 Quem diligit dominus castigat. 191.b.5.a 243.b
12 Curramus ad propositum nobis certamẽ. 72.b.243.b.384.b
12 Remissas manus, & soluta genua erigite. 18.a.100.a
12 In disciplina perseuerate. 20.a. (419.a
13 Non habemus hic ciuitatem manentem.

Iacobi apostoli epistola.

1 Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. 216.a.425.b. 565.a
1 Estote factores verbi, non auditores tantùm. 19.a.58.b
1 Beatus vir qui suffert tentationem. 73 b
1 Accipiet coronam vitæ. 277.b
1 Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. 498.b
1 Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. 560.a
2 Fides sine operib⁹ mortua est. 19.a.422.b
2 Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. 104. a. 178.b
2 Videris quòd ex operibus iustificatur homo. 423 a
3 Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. 154.b
4 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 11.a. 231.a
4 Amicitia huius mundi inimica est deo. 277.b

Epistola prima Petri apostoli.

1 Non corruptibilibus auro & argento redempti estis. 15.a.94.b.328.a.520.a
1 Vt probatio fidei vestræ multò pretiosior sit auro. 231.b
2 Conuersi estis nunc ad pastorem animarũ vestrarum. 396.b
2 Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter dominum. 427.b
4 Tempus est vt incipiat iudicium à domo dei. 120.a
4 Charitas operit multitudinem peccatorũ. 133.a.556.a
5 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 11.a
5 Subijcimini & vigilate. 73.a
5 Tãquam leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. 174.a.391.b
5 Humiliamini sub potente manu dei.
5 Omnem solicitudinem vestram proijcientes in deum. 332.b

Epistola secunda Petri.

2 A quo quis separatus est, huius seruus est. 113.a

Epistola prima Ioannis apostoli.

1 Sanguis Iesu Christi filij dei emundat nos. 520.a
2 Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. 33.a.548.b (81.b
2 Mundus transit, & concupiscentia eius.
2 Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. 40.a
2 Si quis diligit mundum, non est charitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

patris in eo. 128.a
3 Qui non diligit, manet in morte. 129. b 341.b
3 Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. 403.a
4 Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet. 13 b
4 Misit deus filium suum propitiationem. 192.a
4 Qui non diligit fratrem suum, quem videt. 197.b
4 Perfecta charitas foras mittit timorem. 465.b
4 Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. 487.b
5 Mũdus totus positus est in maligno. 151.a 316.b
5 Tres sunt qui testimonium dant in cælo. 281.b

Epistola tertia Ioannis apostoli.

1 Cooperatores sumus veritatis. 68.b

Epistola Iudæ.

1 Væ illis qui in viam Cain abierunt. 358.b

Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

1 Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. 18.b.277.b
1 Ego sum alpha & omega. 117.a
1 Vidi in medio septem candelabrorum similem filio hominis. 124.b
2 Tanquam vas figuli cõfringentur. 577.a
2 Esto fidelis vsque ad mortem. 208.b
2 Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam. 147.b (1.b
3 Nomẽ habes quòd viuas, & mortuus es.
3 Collirio vnge oculos tuos. 41.a
3 Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. 130.a. 184.b.266.b
3 Ego quos amo, arguo & castigo. 191.a. 243.b
3 Ecce sto ad ostium & pulso. 223.a
4 Post hæc vidi, & ecce ostium apertum in cælo. 7.a.524.b
5 Vicit leo de tribu Iuda. 15.b.54.a
5 Qui aperit & nemo claudit. 50.a
5 Ecce in medio throni & quatuor animalium. 553.b (116.b
7 Ex tribu Iuda duodecim millia signati.
7 Hi sunt qui venerũt de tribulatione magna. 169.a
8 Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli. 204.b
8 Væ væ væ habitantibus in terra. 97.b
8 Septem angeli qui habebãt septem tubas. 435.b
10 Et iris in capite eius. 10.b
12 Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. 183.a
14 Hi empti sunt ex hominibus. 94.b
14 Beati mortui qui in domino moriuntur. 543.b.138.b
17 Aquæ quas vidisti, populi sunt. 284.b. 356.b
18 Fugite populo meus de medio Babylonis. 181.a
18 Quantũ glorificauit se, & in deliciis fuit. 362.a
20 Et libri aperti sunt. 51 a
20 Qui non est scriptus in libro vitæ, missus est in stagnum ignis. 124.a
20 Hæc est mors secunda. 365.a
21 Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. 415.a.206.b.184.b
21 Erunt in stagno ardente ignis. 216.a
21 A Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. 304.b
21 Ecce tabernaculum dei cum hominibus. 433.b
21 Qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream. 462.a
21 Ciuitas in quadro posita est. 466. b
21 Et habebat ciuitas hæc murum magnum & altum. 467.b
21 Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouã. 570. b
21 Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. 577.a
21 Qui in sordibus est, sordescat adhuc. 65.b
22 Qui audit dicat: veni. 380.a
22 Qui iustus est, iustificetur adhuc. 422. b

Explicit index autoritatum sacræ scripturæ.

RERVM MEMORABILIVM ET HEBRAISMORVM, AC SENtentiarum omnium in ijs commentarijs obseruatu dignarum, index absolutissimus. Numerus indicat paginam, A. priorem columnam, B. posteriorem.

Aaron & Moyses in quo peccauerunt apud aquas contradictionis. 563.a. cum sequentibus.
Aaron in spiritualibus, Moyses in temporalibus præfecti erant. 539.b
Aaronis vestes quæ fuerint. 135.a
Aaronis filij combusti fuerunt. 177.b
Aaronis pietas & seruor. 157.a
Aaronis sacerdotium fuit abrogatũ. 529.a.b
Aaronis virga fuit crucis figura. 518.a
Abrahami sacrificium explicatur. 518. b
Abraham muscas abigere quid sit. 22.a
Absalonis nomine noster appetitus significatur. 27.b. & 28.a
Absalõ capillis suspensus quid significet. 81.b
Absolonis interitus. 81.b
Abiathar fuit de summo sacerdotio deiectus. 478.a
Absconditi appellantur iusti. 83.a
Abstinentia laudatur. 194.a b
Abyssus est aquarum multitudo. 308.a
Abyssi nomine calamitas significatur. 308.a
Abyssus quid sit. 356.a.b
Abietis nomine quid significetur. 358.a
Abimelec idem est quod pater meus rex. 310.a
Abimelec nomẽclatura regũ Palæstinæ. 310.a
Acteonis fabula. 161.a
Acates quid significet. 37. b
Academicorem secta. 317.b
Acomentarijs quid sit. 344.b
Achai regis Lydiæ interitus. 360.b
Acus nauigatoriæ natura. 72.b
Acceptio personarum non est apud Deum. 460.a.419.a
Acceptio personarum reprehenditur. 397.b 463.a.b.464.a
Actionum altera est animæ, altera corporis. 515.a
Adam quo mense, & quo die fuit creatus. 5.a (52.a
Adam quare sibi nomen non imposuit. 51.b.
Adam dormiens fuit Christi figura. 153.a
Adam non fuit in paradiso creatus. 329.b
Adam tegebat peccatum suum. 215.b
Aduentus Christi in mundum. 31.b
Aduentus Christi in misericordia. 122.a
Aduentus Christi duo, primus in humilitate, secundus in maiestate. 126.b.127.a
Adamantis natura. 4.b.5.a.44.b.57.a
Adamas virum iustum significat. ibidem.
Adonis quis fuerit. 111.a.b. 112.b
Adulator describitur. 161.a. 153.b.154.a
Adulator significatur melle. 154.a
Adulator comparatur speculo. 154.a
Adulatio pernitiosa. 153.a.b. 379.a
Adulationes sunt cantus syrenarum. 154.a
Adhærens deo vnus spiritus est. 130.b
Aegyptios omnes captiuos fuisse quid significet. 4.a
Aegyptij per caput bouis intelligebant laborem. 132.a
Aegypti nomine mundus significatur. 229.a
Aegypti rex vocatur draco. 336.a
Aethiopia vbi sit. 346.b
Aelamitæ qui sint, & vnde vocantur. 372.b
Aeris natura. 459.b
Aeris & stanni nomine significatur hypocrysis. 266.a
Aeneus quare fuit serpens Mosi. 18.b 459.b
Aequalitas vera quæ sit. 464.a. 464.a.b
Aequitas eligenda est. 5.b
Aequitas Dauidis. 344 a
Aetæ regis historia. 65. a
Aenigma quid sit. 204.a
Aedificia impiorum terrena sunt. 159.b
Aetas aggrauat peccatum. 166.a
Aeternitas Dei. 291.b
Aeternum quid significet in scriptura. 200.a
Afflictionis vtilitas. 24.b.45.b.74.a.96.b. 97.a.169.a.168.b.278.b.326.b
Affectus & passiones cadũt in sapientẽ. 189.b
Affectus nimius vituperatur. 495.a
Affectus nostri nomine pedum significantur. 500.b
Affectus diuersi describuntur. 41.b
Agnus occisus Christum adumbrabat. 553.b 116.b.117.a
Agnus dicitur Christus. ibidem. & 76.b
Agnus paschalis figura eucharistiæ.
Alæ significant dei verba. 17.b
Alarum nomine virtutes significantur. 17.b
Alæ significant contemplationem. 19.a
Alæ duæ sunt intellectus & affectus. 29.b
Altare holocausti oleo vngebatur. 184.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Altare holocausti fuit crux Christi. 517. b
Alimentum animæ quod sit. 206. b
Alexander vocatus Nabuchodonosor. 310. b
Alexandri magni crudelitas. 310. b. 311. a
Alexander templum dei veneratus est. 311. a
Alexandri apophthegma. 323. b
Alexandri interitus. 260. a. b
Alexandri edictum. 345. b
Alexandria emporium Aegypti. 350. b
Alchimia cælestis. 440. b.
Albanorum hominum natura. 359. a
Amor proprius obtenebrat mentē. 21. a. 151. b
Amor proprius. 92. a
Amor dei ignis est. 23. a
Amor dei & mundi maximè differunt. 277. b
Amores duo cōstituerunt duas ciuitates. 92. a
Amor mundi describitur ibidem. & 495. a
Amor comparatur chrysolito. 130. b
Amor dei est aditus ad cælum. 278. a
Amor deordinatus reprehenditur. 495. a. b
Amor ligat. 244. b
Amicus fictus cū torrente comparatur. 94. a
Amicus fictus similis est vmbræ. 94. a
Amicus describitur. 94. a
Amicus mundi est inimicus dei. 128. a
Amici non possunt esse nefarij. 276. a
Amicus est alter idem. 347. a
Amicitia cognoscitur ex aduersitate. 94. a
Amicitia euertitur adulatione. 161. b
Amicitia inter impios esse non potest. 276. a
Amicitia ficta. ibidem.
Amicitia cum quibus habenda. 147. a
Amicitia quid sit. 347. a
Ambulare in mandatis quid sit. 384. b
Ambulare quot modis accipiatur.
Ambulare in veritate quid sit. 226. a
Amorrhæus dicitur pater Iudæorum. 191. a
Ammon ciuitas Arabiæ. 295. a
Amedæi Sabaudiæ encomium. 102. b
Amon sonat populum mœroris. 295. b
Animalia sancta quid significent. 14. a. b
Animalia Ezechielis imitari debemus. 17. a. b
Animal Ezechielis quare visum fuerit numero quaternario. 17. b. 18. a
Animalia Ezechielis diuersa sunt ab animalibus Apocalypsis. 19. b
Animalculi ephemeri natura. 267. a
Animæ mors quæ sit. 2. a. 216. a. 425. b
Animam portare in manibus quid sit. 57. b
Anima accipitur pro homine. 84. b
Animarum immortalitas. 161. b. 233. b
Anima nostra altare dicitur. 518. a
Animam esse immortalem etiam philosophi cognouerunt. 162. a. b
Animæ alimentum. 206. b
Animum postulat à nobis deus. 347. a. b
Animus à sensibus reuocandus est. 511. b
Anima nostra cum luna comparatur. 511. b
Annus quo mense olim incipiebat. 2. a
Annus à nouilunio incipiebat. 3. a
Annus iobilei quando incipiebat. 458. a
Annus remissionis quis sit. 554. a. b
Annus apud Iudæos triplex. 458. a
Anaxagoras constituit duo principia. 6. a
Angelorum ordines sunt nouem. 14. a. b
Angelorum felicitas. 330. a
Angeli appellantur ignis. 330. b
Angeli peccatum. 331. a
Angelis malis dona naturæ manserunt. 331. a
Angeli sunt nuntij dei. 353. a
Angelus quid significet. 353. a
Antichristi impietas & interitus. 442. a. 451. a
Antichristus erit de tribu Dan. 442. b
Antichristi vita & mors. 436. b. 442. b
Antichristi membra & sectatores. 436. a. b
Antichristo dabitur angelus. 443. a
Antichristi nomina. 436. a. 443. a
Antichristi prædicatio quādiu durabit. 448. a
Antichristi sepultura. 449. a
Antisthenis apophthegma. 551. a. b
Andreæ & Petri vocatio. 337. a. b
Apostoli quibus armis erant induti. 47. a. b
Apostoli vocantur nubes. 247. b
Apostolorum gloria. 420. a
Apostoli vocantur columnæ. 479. a
Apostoli quibus in rebus figurati. 504. b
Apostolorum numerus. 504. b. 505. a
Apostoli quare pauperes electi. 505. b
Aperire os quid sit. 48. a
Aperienda sunt peccata in confessione. 65. b
Apollo cur pingebatur puer. 131. b
Apotiopesis figura. 215. b
Appetitus domandi sunt. 547. b
Appetitus latrones sunt. 291. b
Aquilonis nomine quid intelligitur. 10. b. 489. a
Aquæ quid significent. 510. a. 367. b. 415. a
Aquæ significant calamitates. 4. a. 10. b. 308. a
Aqua gratiam significat. 185. a
Aquæ nomine significatur doctrina. 62. b
Aquæ significationes variæ. 183. b. 356. a. b
Aquilæ natura & acceptiones. 132. b. 204. a. b
Aquilæ instauratio. 143. a
Arcus cæli in nubibus quid significet. 10. b. 53. a
Arbor Ismaelis est crux Christi. 46. a
Arbor vitæ crux Christi est. 46. a. 210. b 518. a
Arbor dicitur homo. 179. b. 206. b
Arma spiritualia describuntur. 73. a. b. 488. b
Arca Noe fuit figura ecclesiæ.
Arca testamenti adumbrabat ecclesiam. 142. a

Arca fœderis velo cooperta quid significet. 546. b
Aries & vinea bellica instrumenta. 306. a
Arcus Romæ. 306. a
Arsacidæ dicebantur reges Persarum. 310. a
Aradus insula. 316. a
Arabia triplex est. 320. a
Arbitrij liberi motus. 422. a
Architectus dicitur Christus. 460. a
Arcana Dei non sunt facilè referanda. 503. b
Ariel est anima nostra. 518. b
Ariel quid sit. 517. b
Arrogantis descriptio. 156. b
Ariel figura crucis. 518. a
Arietis nomine quid intelligatur. 521. a
Argus plenus oculis quid sit. 17. a
Argentum quid significet. 267. b
Ascensio Christi. 108. a. 132. b
Ascendere super labium quid sit. 145. b
Assueri regis æquitas. 344. b
Asylum nostrum deus est. 9. b. cum sequente.
Assyrij nomine intelligitur dæmon. 358. a
Assyrij eversi à Chaldæis. 359. b
Assyrij nomine intelligitur Lucifer. 364. a
Assyriorum regnum. 419. a
Asperitas præsulum vitanda. 388. a
Ascendere cogitationes quid sit. 438. b
Attritio potest esse absque gratia. 414. b
Audire idē aliquando quod intelligere. 148. b
Audire verbum dei nolunt impij. 87. b
Aures cordis quæ dicantur. 148. a
Auditores concionatorum. 387. a
Audiendi sensus est principium cognitionis. 461. a
Auarus nunquam satiatur. 101. b.
Auaritia pessima. 265. a
Auro probatur homo. 102. a
Auri nomine intelligitur scientia diuina. 462. a
Auersio à deo pessima. 121. b
Aurora dicitur virgo Maria. 524. b

B

Baal gentium idolum colebatur à multis ex Iudæis. 108. b
Baal quomodo appelletur. 109. b
Baal est nomen vniuersale ad omnia idola, sed accipitur pro idolo particulari. 108. b
Babylonis situs describitur. 123. b
Babylon appellatur mons pestifer. 123. b
Babylon metropolis Chaldææ. 150. b
Babylon fuit à Semiramide condita. 150. b
Babylonis descriptio. 213. b
Babylon est mundus. 332. b
Babylonis pondus grauissimum. 513. a
Babylon est ciuitas, Babylonia tota regio. 150. b
Babylonia quid significet. 5. b
Babylonia est regio Asiæ maioris. 150. b
Babylonia vnde dicta. 150. b
Baptista Ioannes erat lucerna ardēs & lucens. 23. b
Baptismi figuræ. 6. a. b. cum sequente.
Baptismus adumbratus in circūcisione. 200. a
Baculus Iacob crucem Christi adumbrabat. 284. b
Bætica est pars Hispaniæ.
Basan est regio trans Iordanem. 316. a
Balaam vaticinium exponitur. 321. a
Beatitudo in quo consistit. 38. a
Beatitudinis variæ opiniones. 38. a
Beatitudines euangelicæ describuntur. 478. b
Benefacere debemus etiam ingratis. 46. b. 47. a
Beneficentia amplectenda. ibidem.
Benoni filius doloris mei. 145. a
Beniamin filius dexteræ. 145. a
Byblis insula. 321. a
Binarius est imperfectus numerus. 17. b
Bifariam sumus in Deo. 130. b. cum sequente.
Bona opera debent igne torreri. 23. a
Bona opera facta in gratia æternam gloriam merentur. 222. b
Bona opera quomodo mortificantur. 222. b cum sequente.
Bona opera mortificata reuiuiscunt. 222. b
Bouis caput symbolum laboris. 132. a
Boues in vasibus Salomonis quid significauerint. 132. a
Bouis nomine labor intelligitur. 132. a
Bouis nomine quid intelligatur. 394. b
Brachium domini dicitur Christus. 421. b
Brutus Romanus intellexit terram esse matrē nostram. 454. a
Bucephali proprietas. 352. a

C

Cadere retrorsum quid sit. 39. b
Caduceum Mercurij iustitiam designabat. 5. b
Caducei Mercurij interpretatio. 5. b
Cæsares & Augusti dicebantur imperatores Romani. 310. a
Cæremoniæ & sacrificia legis veteris non durabant nisi vsque ad Christum. 311. b
Cæremoniæ legis cessarunt. 200. a. 416. a. cum sequentibus.
Cæremoniæ ecclesiæ vtiles & salutares. 472. a. b. 527. a
Cæcitas infidelium ostenditur. 109. b. 110. a
Cæcitas cordis. 148. a. b
Cæcitas multorum deploranda. 151. a. b
Cæcitatis nostræ causa non est Deus. 452. a
Cæcitas Sedechiæ quid significet. 26. b
Caiphas prophetauit, sed non fuit vere propheta. 2. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Captiuitas est duplex, nempe corporis & animæ. 3.b
Captus est omnis sceleratus. 381.b
Captiuitas animi describitur. 364.a
Captiuitas Babylonica mundi scelera significat. 15.a
Captiuitas Babylonica quæ fuerit. 457. b
Cain malè diuidebat. 23.a. 347.a
Cain munera quare Deus non respexit. 23. a
Caluinus hæreticus nostri temporis. 437.a
Caluini hæresis & impietas. 77.a.100.b
Calumnia damnatur. 270.a
Calix Babylonis quid sit. 279.b
Calix Ioseph in sacco Beniamin quid significet. 279.b (278.b
Calicem bibere est calamitates sustinere.
Calamitas fructuosa est. 98.a.74.a
Calamitatis vtilitas. 173.b.272.b.cũ sequentibus. 348.b.349.a
Calamitas quibus rebus significetur. 369.a
Calamitas animum obnubilat. 351.a
Caluariæ mons fuit locus orationis. 23.a
Cameli natura. 367.b
Candelabrum aureum quid significet. 430.a
Cantharidis natura. 368.a (367.a
Caput leonis symbolum est inundationis.
Caput nudare erat doloris signum. 290.a
Caput draconis est peccatum originale. 6.a
Caput tondere quid significet. 81.a
Caput ecclesiæ Christus est. 25.b
Capillis quid significetur. 81.a
Carthago colonia Tyri. 305.b
Carbunculus quid sit. 135.b
Caro inimica est animæ. 477.b
Caro capitur pro homine. 248.b
Caro coercẽda est vt equus effrænatus. 370.b
Caro castiganda & crucifigenda est. 477.b
Caro eadem & viua est, & mortua. 477.b
Cardinalium virtutum definitiones. 14.a b
Castigatio nos ducit in Dei cognitionẽ. 98.a
Castigatio Dei misericordia est. 221.a
Causæ & effectus in rebus naturalibus & spiritualibus. 487.b (171.a
Causa prima omniũ causarum est Deus. 223.a
Caudam nigram habentis gustanda non esse, symbolum erat Pythagoræ. 156.b
Celebritas & nobilitas generis vtilis. 380.a
Cedrus accipitur pro homine potente. 356.a
Cerethæi qui sint. 302.a.b
Centrum nostrum Deus est. 511.b. 418.a
Centrum suum omnia appetunt. 511.b. 418.a
Ceti & draconis nomine quid significetur. 367.a
Cecropidæ dicebantur reges Athenienſium. 310.a
Cethæa mater Iudæorum cur dicatur. 174.b 192.a
Cham filij & successores. 318.a.b
Character baptismi indelebilis. 117.a
Charitas in hac vita non est sine fide. 471.a
Charitas dicitur aurum. 285.a
Charitas fraternitatis explicatur. 500.b
Charitas dicitur pallium. 133.a.112.a
Charitatis officium est vnire. 487.b
Chaldæorum imperium quondam diuisum ab Assyrijs postea coniunctum. 359. b
Cherub quid sit. 131.b
Cherubim in arca sunt duo testamenta. 142.a.b
Cherubim tegebant propitiatorium. 116.b
Cherub idem est quod scientiæ plenitudo. 486.a
Chobar fluuius quomodo vocetur nunc. 6.a
Chobar baptismum designat. 6.a
Chobar quid significet. 514.b. cum sequẽte.
Christus est verus Deus & verus homo. 15.a. 396.b
Christus quare comparatur Samaritano. 11.b
Christus significatur quatuor animalibus. 15. a. cum sequentibus.
Christus nos redemit à Babylonica captiuitate. 15.a
Christi incarnatione fuerunt terrena cum cœlestibus coniuncta. 15.a
Christus est rex. 15.b. 16.a
Christus dicitur leo. 15.b
Christus dicitur vitulus. 15.b
Christus figuratus fuit in Melchisedech. 15.b
Christus dicitur aquila. 15.b. 16.a
Christi ascensio. ibidem.
Christi incarnatio. 16.b
Christi passio. 16.b
Christi resurrectio. 16.b
Christus ascendit in cælum. 16.b
Christi celeritas in mundi redemptione. 18. a
Christus est finis noster. 22.a
Christus debet esse scopus noster. 22.a.72.b
Christi amor erga nos. 23.a
Christus est caput ecclesiæ. 25.b
Christus Deus est. 29.b.30.a
Christi humanitas. 30.a
Christi paupertas 32.a.196.b
Christus cur natus est in paupertate. 32.a
Christi amor erga Ioannem euangelistam. 33.a
Christus peccata nostra tollit. 43.b
Christum semper debemus intueri. 72.b
Christus protector noster. 72.b
Christi triumphus. 75.b
Christus redemptor animarum. 75.b
Christus est agnus. 116.a
Christus est frumentum. 77.b. 78.a
Christus est vera pax. 82.b
Christus duas habet naturas, diuinam & humanam. 106.b

chri-

Christus sacerdos. 116.a.124.b.15.b. 516.a 529.a
Christus est tau. 116.b
Christus est finis legis. 117.b
Christo signati saluantur. 116.b
Christus est signum. 117.b
Christi mansuetudo. 117.b
Christi natiuitas. 122.a
Christi regnum. 141.a.b.124.b
Christus ad quid venit. 127.b
Christus est arbor vitæ. 211.a
Christus fuit multis in rebus figuratus. 133.b 153.a
Christus est ostium, pastor, propitiatio. 133. b
Christus vocatur oriens. 136.b.399.b
Christus est propitiator noster. 124.a. 548.b
Christus in medio discipulorum. 147.b
Christus venit. 151.a.411.b. cum sequente.
Christum sequi debemus. 155.b
Christus promissus in lege. 209.b
Christus scopus prophetarum. 210.b.342.b 413.a
Christus flos campi. 210.a
Christus est diuina circumferentia. 211.b
Christi humilitas. 211.b
Christus pastor. 396.b.313.a
Christus lapis. 313.a.438.a
Christus est agnus. 328.a
Christus, Messias, vnctus, idem. 334.a
Christus est sol, lux, splendor. 342. b. 356.b cum sequentibus.
Christus vocatus seruus patris. 431 a
Christus æqualis patri secundum diuinitatem 397 a
Christus minor patre secundum humanitatem. 397 a
Christi amor erga homines. 399 a
Christus dicitur germen. 399 b
Christus est lignum vitæ. 418 a
Christus dicitur manus domini. 421 b
Christus dicitur brachium domini. ibidem.
Christus dicitur Dauid. 431 a
Christus dicitur tabernaculum, 433.b
Christus vocatur vir. 459 a b
Christus quare in specie æris apparuit. 459 b
Christus quare vt architectus apparuit Ezechieli. 460 a
Christus iustus. 460.a. 463.a
Christus plorauit. 477 a
Christus sacerdos. 529.a 15 b 516.a
Christus comparatur phœnici 517 b
Christum quærere debemus in sacra scriptura. 546 a
Christus est patrocinium nostrum. 548.b
Christus piscator est. 337 a b
Christus est pax nostra. 484 b
Christus est princeps pacis. 484 b
christiana philosophia quæ. 38 a
christiani populi dignitas. 529.b 530.a b
chrysolitus lapis. 36.b 130.a
ciconiæ proprietas. 122 b
ciconia est symbolum pietatis. 113 a
cidaris pertinebat ad pontificem. 256 b
cicutæ natura. 378.b 379.a
cinis est omnis homo. 41 a
cineris memoria vtilis. 118.b 204.b
circis fabula. 172.a
circuncisio non conferebat gratiam ex opere operato. 238.b
circuncisio cessauit. 328.a
circunstantiæ considerandæ sunt. 514. b
ciuitas dei est ecclesia catholica. 134.a
ciuitas sanguinum quæ sit. 264. b
ciuitas Ezechielis quid significet. 455.b
ciuitas in monte est ecclesia. 456 a b
citium patria Zenonis. 321 a
cyprus insula 321 a
cyrus dictus fuit Nabuchodonosor. 310 a
cyrus Hebræos restituit. 310 b
cyrus & Darius regnauerunt in Chaldæa. 310 b
cyri successores. 310 b
claua Herculis quid significet. 16 b
clementia laudatur. 229.a.b 547.b
claues regni cælorum habet summus pontifex. 497 a
cæna est euangelium. 495 a
cæli quomodo dicantur aperti viris iustis. 7 a b
contemplatio nomine alarum significatur. 18.b
contemplatio est locus pascuæ. 94 a
contemplationis vis & laus. 18,b 494. b
concionatoris firmitudo & munus. 135.a.b 345 b
concionator quando debet concionari. 43.b 44 a
concionum auditores varii. 489 a
concionatoris officium. 41,b 48.a 51.b
concio diui Petri admirabilis. 199 b
concionator euangelicus qualis esse debeat. 47.a 181,a 379,a.b
concionator dicitur architectus. 460 a
confessionis sacramẽtalis dignitas. 50.a 51.a
confessionis vtilitas. 136.a 286.a 476.a,b
consolatio dei admirabilis. 59 b
consolatur Deus pios. 7 b
contemptus diuitiarum. 67 b
contritio quid sit 91,b 424 a
confugiendum ad Deum. 103 b
consuetudo cum impijs indiget cautela. 423 b
Consuetudo mala quàm periculosa sit. 210.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consilium est oculus futurorum. 307.b
Consilium bonum & malum. 137.a
Consiliarius qualis esse debeat. 208.a
Commotio animæ temperata laudabilis est. 296.b
Congratulandum amicis quando licet. 347.a
Communis versionis excellentia. 325. b. 553.a
Congregare est officium Christi. 430.b
Conformari mundo non debemus. 469.a. 397. b
Constantini magni laus & deuotio. 490.b
Constantia per palmam significatur. 494.a
Constantia in virtute describitur. 548. b. 20.a.b
Considerationis vtilitas. 514 b
Concordia eligenda. 5.b.128.a. 95.b
Concordia reipublicæ vtilis. 129.a
Columnæ vocantur apostoli. 479.a
Colũna ignis quid significauerit. 155. b. (21.a
Cognoscere seipsum magna perfectio. 20.b.
Cognosce teipsum apophthegma admirabile positum in foribus templi. 21.a
Cognitio nostri necessaria. 40.b. 381.b. 251.b
Cognitio naturalis incipit ab extrinseco. 461.a
Cor nostrum terra dicitur. 23.b
Cor hominis durius est adamante. 44.b
Cordis perturbatio declinanda. 47.a. 46.b
Cordis durities. 69.a
Cor & animum petit à nobis Deus. 347.a.b
Cor impij est mappa mundi. 70.a
Cor nostrum est fornax. 91.b
Cor hominis est prunarium. 136.b
Cor carneum & lapideum. 143.a.b
Cor multas habet significationes. 241.a
Cor dare deo debemus. 541.a.b. 277.b
Cor terræ dicitur sepulchrum. 315.b
Cor quid significet. 315.b
Cor furari quid sit. 315.b
Cor maris est medium eius. 326.a
Cor nouum & spiritus nouus quid sit. 415.b
Corda hominum solus deus nouit. 137.a
Cor durum petræ comparatur. 144.b
Corona victoriæ duplex. 473.a
Corona vitæ quæ sit. 473.a. 72.b
Coronę nomine quid significetur. 290.a
Corona iustitiæ quid sit. 473.a
Coram domino hebraismus est. 374.b
Corporis epitheta. 427.b
Corpus quomodo grecè dicatur. 427.b
Cogitationes accendere quid sit. 145.b
Cogitationes nostrę sunt occultę diabolo. 137.b
Cogitationes nostras cognoscit sępe diabolus per exteriora nostra. 137. b
Cogitationes malę declinandæ. 138.a
Cogitationũ & deliberationum ordo. 367.b
Cornu quid significet. 367.b
Cratis Thebani paupertas. 326. a
Cretenses qui sint. 302.b
Creta dicitur hodie Candia. 302.a
Creaturæ nos ducunt ad creatorẽ. 12.a. 461.b
Creaturæ quatenus creaturæ omnes sunt bonæ. 32.b
Crystalli nomine quid significetur. 29.a
Crocodili natura & prouerbium. 352.a
Crœsus Lydorum rex ditissimus. 356.b
Crux est baculus Iacob. 284.b
Crux Christi est arbor vitæ. 46.a. 518.a
Crucis figuræ. 214.b
Crucis Christi mysterium. 483. a (118.a
Crux Christi fuit multis in rebus figurata.
Crucis vis & potestas. 518.a. cũ sequentibus.
Crudelitas vituperatur. 228.b. 252.a
Cubitus sacer maior erat prophano. 462.b
Cupiditas reprehenditur. 101.b. 269.a
Currus igneus Elisæi quid significet. 23.b
Currus nomine significatur vir iustus. 23.b

D

Dare alicui manum est se ei committere. 109.a
Dare manus multa significat. 33.b
Dagon cecidit coram arca testamenti. 88.a
Dauid sanguinis effusor non ædificauit templum, sed Salomon pacificus. 141.b
Dauid vincens Goliam Christum adumbrauit. 153.a
Dauid figura fuit Christi. 221.a. 431.b
Dauid plorauit cædem Saulis. 315.a
Dauidis æquitas. 344.b
Dalila est Philautia. 151.b
Dalmatiæ specus admirabilis. 260. b
Daniel sonat iudicium dei. 287.b
Damnare ex solo rumore illicitum. 293.b
Damascus ciuitas Syriæ metropolis. 319. b
Damnatorum pœnæ. 361.b
Darij miserabilis interitus. 363.a
Deus vnus est. 93.b. 461.b
Deus consolatur pios, quos mundus affligit. 7.b 345.b
Deus est asylum nostrum. 9.b
Deus quomodo definitur ab Empedocle. 12.a
Deus quomodo definitur à Secundo. 12.a
Deus immobilis omnia mouet. 13.a
Dei essentiam in hac vita non videmus. 38.a.b
Dei essentiam vtrum viderit Moyses & Paulus. 38. b
Dei pietas & misericordia explicantur. 45. a. 221.b. 169 a
Deus punit, vt saluet. 45.b
Dei recordatio est calamitatum leuamen. 45.b

Deus

Deus deijcit, vt extollat, mundus extollit, vt deijciat. 52.a
Dei ira in obstinatos. 78.b
Deus quos diligit, castigat. 72.a
Deus est summum bonum, & summè diffusiuũ sui ipsius. 78.a
Deus est ens per se, & vnum. 93. b. 192.b
Deus monas est. 93.b. 226 a
Deus miseretur nostri, etiam quando nos punit. 96 b
Deus non mutatur. 84.a. 178.a
Deus iratum se ostendit aduersus eos, quibus non irascitur. 105.a
Deus quare igne inscensus apparuit. 107.a
Deus est zelotes. 108.a
Deus est vbique. 109.a. 353.b
Deus per sceptrum significabatur. 101.b
Deus à propitiatorio recedens quid significet 117.b
Dei nomina. 125.b
Deo adhærens vnus spiritus est. 130.b
In Deo bifariam sumus. 130.b
Deus est ille, in quo idem est intelligere, intelectus, & quod intelligitur. 130.b
Deus est sphæra. 131.b
Deus solus cognoscit corda hominum. 137.b.
Deus non est actor mali culpæ, est tamen actor mali pœnæ. 167.b
Deus nos castigat, vt eũ cognoscamus. 168.a
Dei misericordia immensa. 169.a.
Deus permittit vt decipiamur, sed non decipit. 170.b
Deus est prima causa. 213.a. 171.a
Deus est similis soli. 178.a
Deus est similis speculo. 178.b
Deus curat dilectos amaris potionibus. 191.a.
Deus solus per se bonus est. 192.b
Deus solus per se viuit. 192.b
Deus est fons vitæ, & ens per se. 192.b
Deus est prima vita, & prima bonitas. 193.a
Dei permissio vocatur actio. 214.b
Deus moram non facit. 221.b
Deus qualiter vult pœnam nostram. 221.b
Deus non præcipit impossibilia. 225.b
Deorum falsorum multitudo. 225.b
Deus est infinitus, & incõprehẽsibilis. 226.a.b
Deus alterum fecit nouum mundum. 238.b
Deus elegit populum Iudaicum. 239.b
Deus quomodo dicatur plorare & ingemiscere. 254.b
Dei amor describitur. 277.b
Deus ex iustitia cognoscitur, & laudatur. 301.a
Deus quid sit. 277.b. 511.b
Dei amor est aditus ad cœlum. 278.a
Deus quomodo dicitur laborare. 287.a
Dei voluntas duplex est. 288.b
Dei voluntas quando impletur. 289.a
Dei æternitas. 291.b
Dei prouidentia. 297.b
Dei gloria quærenda, non mundi. 299.a
Dij Gentilium vnde originẽ traxerint. 325.b
Deus solus veram tribuit quietem. 332.b
Dei auxilium in confugientes ad illum. 345.b
Dei iustitia magna. 83.b
Deus animum & cor nostrum à nobis petit. 328.a
Deus potiùs voluntatem respicit quàm opus. 347.a
Dei facies est eius præsentia. 353.b
Deus quomodo dicitur præsens. 353.b
Deus est centrum nostrum. 418.a
Deus ex nostris malis elicit bona. 440.b
Dei mysteria non sunt cuilibet effutienda. 503 b
Deus est ignis increatus. 517.b
Deus nec fallit, nec fallitur. 170. a. 171.a
Deus quomodo cognoscatur per creaturas. 12.a. 461 a
Deus est saturitas desiderij nostri. 512.a
Dei amor & mundi maximè differunt. 277.b
Deo & mundo simul seruire non possumus. 451.b
Dedali statuæ admirabiles seipsas mouentes. 9.a.b
Desiderium bonum coronatur. 198.b
Desiderium cœlestis patriæ describitur. 42.a
Desiderij nostri saturitas Deus est. 512.a
Deucalion quid significet. 44.b
Deuorare populum quid sit. 83.a
Dæmon piscator est. 337.a.b. cum sequente.
Dæmonis currus est homo impius. 110.b
Dæmon piscator est. 337.a.b
Dæmonis in piscando astutia & malitia. 338.a
Dæmon Assyrij nomine intelligitur. 358.a. 364.b
Deploranda sunt mundi flagitia. 119.a
Deuotionis fervor. 127.b
Deuotio Constantini magni. 490.b
Defendere se quis potest. 299.b
Defendere capitur pro vlcisci. 299.b
Defensio non prohibetur, sed vindicta 300.a
Detrahere impium. 271.b. 265.a
Detractio nefaria res est. 344.a
Detractor reprehenditur. 498.b
Decem tribus captæ fuerunt ab Assyrijs, duæ à Chaldæis. 359.b
Deliberatio necessaria est. 367.a
Deliciæ vituperantur. 488.a. 496.a
Desperatio. 382.a. cum sequentibus. 502.b
Denarius numerus ad perfectionem pertinet. 471.b
Delphinus cum boue quid significat. 182.a
Diuina scriptura reuelatione percipitur. 126.a
Diuina sapientia 27.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuitiæ mundi sunt contemnẽdæ.17.b.195.b 196.a.348.a
Diuitias cœlestes attulit Christus.75.b
Diuitiæ sunt idola.101.a.195.b.196.a b
Diuitiarum periculum 102.a.195.b
Diuitiæ reconditæ amittuntur.217.b
Diuitiæ mundi incertæ.259.a b
Diuitiæ cur spinis comparentur.348.a
Diuitiæ obcæcant.347.b
Diuitiarum periculum. 556.b.404.a
Diuitiæ veræ quæ sint.439.a
Dissoluere manus est cadere animo & timere. 100.a
Dilatare os quid significet. 48.a b
Dispensator est homo suorum bonorum.101.a
Diabolus est princeps impiorum.336.a
Diabolus dicitur comedere peccatores.206.b
Diabolus nõ videt cogitationes nostras.158.b
Diabolus sæpe cognoscit cogitationes nostras 158.b
Diabolus eruere vult oculos nostros dextros. 152.a
Diabolus est autor impij consilij. 218.a
Distrahens multitudo obcæcat.152.a
Didonæ fontis natura. 154.b
Dilecti Dei amaris potionibus curantur. 191.a
Dilectio Dei.177.b
Diligenda ex vxor.289.a b
Displicentia est de ratione contritionis.91.b
Dies quarta quid significet.357.a
Dies iudicij describitur.368.b
Dies domini qui sit.372.b.cum sequentibus.
Dies nouissimi qui sint.199.a b
Dianæ sacerdotes. 379.b
Diligentia in pastore necessaria. 389.b
Dignitas sacerdotalis. 473.a
Difficilia sunt quæ præclara. 494.b
Dispensatio thesauri meritorum Christi & sanctorum pertinet ad papam.497.a
Dionysij & Democlis historia. 501.b
Dionysij tyranni apophthegma. 365.a b
Differentiam militantis & triumphantis Ecclesiæ 487.a
Doctrina euangelica cur margaritæ comparatur. 58.a
Doctrina & veritas in rationali sacerdotis.61.b
Doctrina nomine aquæ significatur.63.a
Domini manus Christus est.402.b
Domini manus idem est quod spiritus prophetiæ.34.a. 421.b
Domini manus accipitur pro diuina consolatione.59.b. 106.a b
Dominator terræ Christus est.76.b
Dominica dies cur sabbato successerit.239.a
Domini brachium Christus est.421.b
Dolor contritionis duplex est. 91.b
Doctoris officium.135.a b
Doctrina significatur per clauam. 230.b
Doctrina dicitur pluuia.247.b.268.a b
Dormire in otio detestabile est.197.a
Doloris signum erat olim nudare caput,ac pedes.290.a
Dolorem leniunt lachrymæ. 289.b
Doloris signa quæ erant olim. 320.b
Dona naturæ manserunt in angelis malis. 331.a
Doli mundi.360.a
Draco septem capitum quid significet.26.b
Draco iuxta mineruam quid significet.27.a
Draco quid in diuinis literis significet.343.a b 494.a
Duricies humani cordis describitur.45.a.49.a 87.b.143.b
Duricies cordis comparatur petræ. 143.b
Dux noster est Christus. 76.b
Duodecim Apostoli multis in rebus figurati fuerunt.504.b

E

Ecclesia catholica vna est,cuius caput Christus est 25.b
Ecclesia comparata est sagenæ missæ in mare. 25 b.
Ecclesia similis est rotæ. 25.b
Ecclesia similis est mari.25.b
Ecclesia catholica est ciuitas Dei 134.a
Ecclesia quid sit.141.a.435.a
Ecclesiæ nomina & epitheta. 417.b.141.a
Ecclesia est Christi regnum. 14.a
Ecclesia vnica est. 141 b
Ecclesia Romana catholica,est regnum Dauid domus Iacob. 69.b
Ecclesia est mons magnus.210.b
Ecclesia sancta Romana catholica quibus rebus comparetur. 304.b
Ecclesia dicitur Sion. 414.b
Ecclesia est terra beatorum. 417.b
Ecclesia catholica est ædificata super Petrum, cuius successor est summus põtifex. 432.a.b
Ecclesia appellatur tabernaculum. 433.a
Ecclesia est ciuitas rigata aquis spiritus sancti. 433.b
Ecclesiæ caput est Christus.5.a
Ecclesia catholica fuit figurata in templo Ezechielis.456.a
Ecclesia fuit adumbrata in ciuitate Ezechielis. 456.a
Ecclesia est ciuitas. 456.a.570.b
Ecclesia quomodo appellatur. 456.a
Ecclesia est constructa per Christum. 456.a.b
Ecclesia nunquam peribit.457.a
Ecclesia duplex est,altera militans,altera triumphans.457.a
Ecclesiæ firmitas.467.a
Ecclesiæ triumphantis & militãtis differentia. 485.b

cum sequentibus.
Ecclesiæ & templa sunt à tempore Apostolorum. 490.a
Ecclesiæ ædificatæ à Constantino. 490.b
Ecclesiarum multitudo tempore Constantini. 490.b
Ecclesia est fundata super Petrum,& Petrus super christum. 515.a
Ecclesia dicitur descendere de cœlo. 571.a
Ecclesia est sponsa christi. 574.a
Ecclesia est columba,& dilecta.574 a
Ecclesia est vera Hierosolyma. 574.b
Ecclesia incœpit in Iudæa. 200.b,
Editionis euulgatæ excellentia.555.a.325.b
Edom idem est quod terrenus.402.b
Effectus diuinitatis.30.a
Electrum quid sit 12.a.b.34.a,b
Electro Dei bonitas comparatur. 13.b
Electri natura. 13.b
Elati sunt pinnacula & fastigia. 11.a
Elementa mundum sustentantia sunt euangelistæ.14.b
Eleemosyna est facienda cum iudicio. 198.a
Eleemosynæ encomium. 81.a.102.b.196.b. 216.a.217.a
Eleemosyna describitur.197.a.b.198.a
Elisæi vrsi sunt Titus & Vespasianus. 90.b
Elisæus fuit figura christi. 518.b
Elohim nomen Dei est. 124.b.175.a
Elohim quid significet. 124.b
Elohim significat Deum,angelos,iudices, magnates. 124.b.cum sequente.
Elohim significat Deum vt punit. 125.a
Elias & Enoch venturi sunt. 451.a
Elias ascendens in cœlum christum adumbrauit.132.b
Electio Dei erga Apostolos. 338.a
Elcana cuius erat. 375.b
Elisij campi in extrema Hispania. 162.b
Elisijs campis immortalitatem animarum significabant gentiles. 162.b
Elisij campi vbi fuerint. 162.b
Elamitæ sunt Persæ, ita vocati ab Elam, filio Sem.372.b
Empedocles litem & amicitiam constituit pro principijs.6.a
Emanuel quare vocatus sit christus.509.b
Ens per se solus Deus est.192.b
Aeneus quare fuerit serpens Mosi. 459.b
Epimenidis carmen ab Apostolo citatũ.155.b
Ephrata idem est quod fructifera. 146.a
Epistolæ Salomonis erant Tyri seruatæ tempore Iosephi. 303.b
Eruere nobis oculos nititur diabolus.17.a
Essentiam diuinam in hac vita nemo videt. 39.a,b
Essentiam Dei vtrum viderint Moses & Paulus.39.b
Ethan idem est quod fortitudo.17.a.349 b
Aeternum quid significet in sacra scriptura. 200.a
Euangelistæ quatuor in quatuor animalibus designati.14.b.15.a
Euangelistarum numerus quibus in rebus designatus.14.b
Euangelica doctrina cur margarita comparetur.37.a
Euangelici concionatoris officiũ. 181.b.41.b. 48.a.47.a.51.b.378.b
Euangelium in lege vetere promissum.188.a
Euangelium longius propagatum quàm lex vetus.188.a
Euangelium est lex libertatis spiritus. 417.b
Euangelium christi est fœdus pacis. 432.a
Euangelium est prandium. 495.a
Euangelij vis & prædicatio.510.b
Euangelij vox quæ sit. 510.a
Euangelica doctrina significata per fluuium egredientem de templo.555.b
Euangelium est spiritus legis veteris. 200.a
Eucharistiæ sanctum & admirabile sacramentum.77.a.b
Eucharistiæ sacramenti veritas ostenditur. 77.b
Eucharistiæ sacramentum fuit adumbratum in agno paschali. 200.a
Eucharistia significata per mensam. 496.a
Eucharistiæ sacramẽti mysteria. 496.b.528.a 574.a
Euersio Hierosolymæ describitur. 76.a
Euersio Hierosolymæ fuit in festo paschæ Iudæorum.76.a
Euaginare gladium hebraicè quid sit.85.a
Extollit mundus, vt deijciat. 52.b
Extendere manum super aliquem,est illum punire.93.a
Exemplum regis,principis, & præsulis, quanti momenti sit.213.b
Excelsus dicebatur locus idolorum.241.b
Exteriora ducunt ad interiora. 498.b
Exilium & peregrinatio est vita nostra. 563.b. cum sequentibus.

F

Facies accipitur pro ira & terrore. 160.a
Facies accipitur pro fauore.160.a
Faciei significata.160.a
Faciem auertere est ostendere se esse iratum. 166.b
Faciem ponere in aliquem hebraicè,significat aduersus eum calamitatem prædicere. 160.b
Faciem ostendere alicui est illi fauere. 46.a
Faciem abscondere ab aliquo, est illum contẽnere.451.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facies Dei est eius præsentia. 353.b
Facere priùs est quàm docere. 55.b
Facere nobilius est quàm docere. 445.a
Facere iudicium & iustitiam quid sit. 216.b
Facere iudicium in aliquo, est eum punire. 350.b
Fama bona comparatur cum odorifero vnguento. 85.a
Familiaritas cum quibus sit habenda. 147.a. 228.b
Fama est oleum effusum. 85.a
Fama est Pegasus equus alatus. 85.a
Fama nascitur ex labore. 85.b. 306.a
Famæ suæ debet quis consulere & prouidere. 193.b
Fama iustorum est perpetua. 287.b. 288.a
Familiaritas sceleratorum fugienda est. 8.b. 147.a. 228.b. 533.b. 272.b
Familiaritas iustorũ amplectẽda est. 8.b. 9.a.b 228.b
Familiaritas habenda est cum sapientibus. 24.a
Fames verbi Dei. 417.b
Fames in obsidione Hierosolymæ. 83.a
Fatum non est. 223.a. cum sequentibus.
Fataliter omnia euenire falsum est. 224.a.b
Felicitas mundi est somnium. 70.a
Feræ & bruta vocantur scelerati homines. 172.a
Festinandum est, sed lente. 18.a
Fenestræ répli obliquæ quid significẽt. 471.b
Festiuitates Iudæorum quomodo non placebant Deo. 239.a
Festiuitates nostræ quomodo celebrãdæ sunt. 553.a. cum sequentibus.
Ficum cur Deus arefecit. 215.b
Ficus folium est excusatio peccati. 215.b
Fides sine operibus mortua est. 19. a. 423.a
Fides antiquorum patrum veteris testamenti & nostra vna & eadem est. 197.b. 438.b
Fides est proximo seruanda. 208.a
Fides est etiam perfidis seruanda. 208.a
Fides quomodo sit seruanda. 208.a b.
Fidei acceptiones & significata. 208.b
Fidem colebant Romani Gentiles. 208.b
Fides qualis esse debeat. 422.b
Fides quomodo infundatur. 462.a
Fedes quare dicitur porta. 464.b. cum sequẽtibus.
Fides potest esse sine charitate. 471.a.b
Fides describitur. 483.a
Fides non est in æterna beatitudine. 483.b
Fiducia in Deo, & non in homine. 339.a.b
Figuræ Christi. 153. a. 239.b
Filij significata varia. 145.a
Filius viri significat nobilem, filius hominis abiectum. 52.b
Filius est gloria patris. 59.a
Filius multa significat. 145.a
Filij Dei qui sint. 175.a. 550.b
Filij Dei qui filias hominis acceperunt, qui sint. 175.a
Filius eius quis dicitur, cuius opera imitatur. 182.a
Filiarum nomine intelligũtur oppida & villæ. 192.a. 351. b. 305.b
Filius non punietur pro patre, nec econuerso, quomodo intelligatur. 219.b. 220.a
Filios proprios in honorem idolorum immolabant Iudæi. 243.a
Filij flagitiosi obscurant gloriam patris & maiorum suorum. 147.b
Filij Amon idem est quod Amonitæ. 295.a
Filius regni dicitur, qui in eo natus est. 295.a
Filius hominis cur se Christus appellauerit. 39.b
Filium hominis significat hominem abiectum. 39.b. 40.a
Filum Labyrinthi Dedali, est cognitio sui. 21.a
Firmitudo & constantia describuntur. 548.b. 20.a
Firmamentum quid significet. 29.a
Fletus moderatus aliquando vtilis. 289.b
Fleuit Christus, & fleuerunt sancti. 119.a
Fletus immoderatus & muliebris reprehenditur. 289.b
Fletus Israelitarum in morte Iacob. 60.a
Flumina Babylonis quid significent. 511. a.b
Fluuius egrediens de templo est doctrina euãgelica. 555.b
Fons paradisi designabat baptismum. 6.b
Fontis Germaniæ natura mirabilis. 45.a
Fontis Dodonæ natura. 114.b
Fons Galilææ admirabilis. 476.b
Fornicatio accipitur pro idolorum cultu. 243.a
Fortitudo est clava Herculis. 16.b
Fortitudo Hebræorum dicebatur eorum templum. 292.a
Fornices & arcus Romani. 306.a
Forcipes templi erant ex auro. 379.b
Fragilis est mundi prosperitas. 291.b
Fragilitas & imbecillitas humana describuntur. 392.b
Fraudes sceleratorum describuntur. 47.a
Frumentum accipitur pro gratia. 417.b
Funes impiorum quid sint. 376.a
Fugere à facie Dei quid sit. 353.b
Fulguris nomine intelligitur calamitas. 24.b
Fulminis natura. 208.a
Futura contingentia sunt hominibus occulta. 48.b
Furiæ apud poetas erant terrores ex conscientia peccatorum. 247.a. 258.a

Furari

Furari cor alicuius quid sit. 315.b
Fundamentum quid significet. 346.b

G

Gabriel angelus figuratus in seruo Abraham. 125.a
Galilæa significat reuolutionem. 66.a
Gerionis Hispanorum regis historia explicatur. 27.a
Gentilũ excitat in colẽdis dijs. 325.a. 465.a
Gentilium & Iudæorum differentia. 193.b
Gentilium libri bonam habent aliquando doctrinam. 365.a.b
Generis amplitudo vtilis. 380.b
Generatio qua Christus nos genuit explicatur. 420.b
Geometria quid doceat. 464.b
Geometriæ encomium. 367.b
Gladium tenere & vibrare quid sit. 37.b
Gladius est verbum Dei. 37.b
Gladium nudare quid sit. 85.a
Gladius dei est exercitus, quo deus ferit quos vult. 251.b
Gladium inebriare quid sit. 386.a
Gladius quid significet. 340.a
Gloria inanis est tinea. 22.a
Gloria vera non est vituperanda. 22.b
Gloria est honestatis præmiũ, & virtutis splẽdor. 22.b
Gloria humana quomodo potest appeti. 23.a
Gloriam acquirimus, cùm eam contemnimus. 299.a
Gloria mundi periculosa. 89.b
Gloria virtutum. 135.b
Gloria humana facilè amittitur. 271.b
Gloria vera & solida radices agit. 271.b
Gloria mundi fallax. 299.a. cum sequentibus. 305.a
Gloria Dei quærenda est, non mundi. 299.a
Gloria vera ab intus. 472.a
Gloria inanis vitanda est. 193.b
Gog & Magog quid significent. 436.b. cum sequentibus.
Gog nomine intelligitur Antichristus, & Magog eius sequaces. 436.b
Goti qui sint. 436.b
Goliæ interitus quid significet. 556.b
Gratia vtrum detur ex operibus. 412.a.b
Gratia est purum balsamum. 509.a
Gratia est veluti anima animæ. 28.b
Gratia abscedit, sed non redit nisi per Deum. 558.b
Gradus virtutum & meritorum. 468.a.b
Gradus incipientium, proficientium, & perfectorum. 468.a. cum sequentibus.
Graue onus est iniquitas. 399.a
Gratiani imperatoris edictum. 402.a
Græcia regio est Europæ elegantium artium quondam mercatura. 318.a
Græcorum calamitas. 242.a
Gustanda non sunt nigram caudam habentia. 156.b
Gubernator rei publicæ debet esse sapiens. 316.b. cum sequentibus.
Gula improbatur. 193. b. cum sequentibus.
Gutta quid sit. 319.a

H

Habitare possunt pij inter impios. 8.a b
Hasta Saulis quid significet. 221.a
Hæretici abutuntur intemperanter eloquentia & scripturæ sacræ lectione. 100.b
Hæretici nostri temporis comparati cum Nabuzardan. 78.b
Hæreticorum ebrietas & libido. 100.b
Hæretici nostri temporis reprehenduntur. 246.a. cum sequentibus.
Hæresis. 382.a
Hæreticus vitandus. 394.b
Hæreticorum impudentia. 571.a
Hæreticorum nostri temporis insania. 423.b
Hæretici sunt membra Antichristi. 437.a
Hæreticorum nostri temporis impietas. 497.a cum sequentibus.
Hebræi gentes apostatrices vocantur. 44.a
Hebræi idola coluerunt. 44.b
Hebraismus solet Dei appellare ea, quæ magna sunt. 7.b
Hebraizare impium est. 432.a
Hebræorum infimum ingenium in lege explicanda. 432.a
Heua duxit tenebras, Maria lucem. 516.b
Heua ex Adam est Ecclesia ex Christo. 153.a.
Heraclitus & Empedocles aiebant ignem esse Deum. 243.a
Herculis labores. 296.b
Hercules erat apud gentiles idea virtutis.
Hedem quid significet. 301.a (296.b
Herinacij pisces natura. 201.b. cũ sequẽtibus.
Hierosolyma cœlestis describenda est in corde. 70.a
Hierosolyma quare dicebatur olla. 138.b. 285.b
Hierosolymæ euersio. 144.a
Hierosolyma dicitur saltus agri meridiani. 248.a. cum sequentibus.
Hierosolyma dicebatur porta populorum. 304.a
Hierosolymæ celebritas. 304.a
Hierosolyma est Ecclesia. 353.b
Hierosolyma est in quarto climate. 439.b
Hieronymi ab Oleastro encomium. 125.a
Hieronymi Osorij eloquentia admirabilis.
Hiperbole figura. 357.b (275.a
Hispania dicitur Thubal. 318.a
Hispania est in tres partes distributa, Tarraco

nam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam, Lusitaniam, & Bethicam. 318.b
Hispanis fluuius corumpitur aquis Exampzi fontis. 9.a
Hypocrisis fugienda. 22.a
Hypocrisis describitur. 109.b. 22.a. cum sequentibus. 266.b. 267.a
Hypocrisis cum nemore vmbrifero comparatur. 22.b
Hypocrita est similis struthiocamelo. 28.a
Hypocrita detestabilis. 28.a
Hypocrita comparatur vulpi & viperæ. 156.a
Hypocrita describitur. 266.b. cum sequentibus, 156.a. cum sequentibus.
Hypocritæ vitandi. 395.a
Hypocrisis quid sit. 472.b. 560.b. cum sequentibus.
Hypocrisis reprehenditur. 540.a. cum sequentibus. 450.a
Hypocritæ & vani homines organorum pulsatoribus & nautis comparantur. 21.a
Hypocrita mulo comparatur. 28.a
Hypostasis vna in Christo. 106.b
Hydra est inuidia. 296.b
Hydriæ Eliæ quid significent. 476.b
Hydriæ significant corpora vana. 4.a
Hyacinthus lapis cum aëre mutatur. 135.a
Homo sine baptismo est terra vacua & inanis. 6.a
Homo est microcosmos id est paruus mundus. 13.b. 432.b
Homo ex cognitione sui venit in cognitionē Dei. 13.b
Homini proprium quid. 16.b
Homo est ab imaginem & similitudinem Dei creatus. 30.b
Homo quare dicitur ad imaginem Dei. 31.a
Homo est arbor inuersa. 202.a. 42.a. cum sequentibus.
Homo in corpore est auicula in cruce, quæ regionem suam desiderat. 42.a
Homines quare dicantur facti à Deucalione. 45.a
Homo pius comparatur cum acu nauigatoria. 70.b
Homo cum arbore cur comparatur. 179.b. 89.b. 180.a
Homines insensibiliores insensibilibus. 87.b. cum sequentibus.
Homo cinis est. 118.b
Hominis miseria & fragilitas. 118.b
Hominis nobilitas. 121.a. 269.a
Hominem subijcere se peccato indignum est. 121.a
Homo impius iumentum appellatur. 171.b
Homo cum Deo comparatus non dicitur viuus. 192.b
Homo dicitur ab humo, & quare. 197.a
Hominis stultitia & perturbatio. 207.a
Homo operatur liberè. 222.b. 225.b
Hominem comedere est crudelem esse. 225.b
Hominis cōpositio & excellētia 269.a. 400.a
Homo natus ad amandum Deum. 278.a
Homo est ipsa vanitas. 293.a.b
Homo idem est quod fragilis. 326.a
Hominis imbecillitas. 326.a.b
Homines comparantur piscibus. 337.a
Homines scelerati vocantur bruta. 339.a. 400.a
Homines vani cum paleis comparātur. 340.b
Homo appellatur mima. 381.a. cum sequentibus.
Homo dicitur anima vtens corpore. 381.a.b
Hominis munus. 381.b
Homo impius dicitur fera. 400.a
Homo vnde deriuatur. 400.b
Homines qui vocentur. 410.a
Homo vocatur sepulchrum. 428.b
Homo quare dicitur omnis creatura. 481.b
Hominis definitio explicatur. 502.a.b.
Homo vas est figuli. 577.a
Homo nō dicitur qui est indoctus & incultus. 316.b
Holocaustum est carnem nostram castigare. 477.b
Horæ canonicæ sunt antiquissimæ. 491.b
Hospites sumus super terram. 98.a
Humana contemnere debemus, & ad cœlestia aspirare. 17.b
Humilitas vtilis ad intelligendam sacram scripturam. 263.a
Humilitas describitur. 49.a. cum sequentibus. 264.a. cum sequentibus.
Humilitas Christiana. 119.a, cum sequentibus.
Humilitas ficta damnatur. 119.b
Humilitas amplectenda. 212.a
Humilitas est gossipium virtutum. 212.a
Humilitas est cithara. 212.a
Humilis eligi debet in præsulem. 39.a. cum sequentibus.
Humilitatis excellentia. 502.a

I

Iacob non fuit mentitus, cùm se dixit esse filiū primogenitum Isaac. 170.a
Iacob tenuisse manu plantam pedis Esau quid significet. 219.a
Iacob quare dicitur oculus. 395.b
Ianiculus mons à Iano denominatur. 321.b
Iabel mundi tenet imaginem. 360.a
Iaphet filij & successores. 318.a. cum sequentibus.
Ianus quare describatur bifrons. 27.a
Icari casus explicatur. 19.a
Icarus & Phaethon se extollentes perierunt. 17.b

17.b
Idola nostra sunt ea, quæ relicto Deo colimus. 109.b
Idola sunt flagitia, quæ admittimus. 88.b
Idololatria appellatur fornicatio. 91.b
Idolum dicitur abominatio. 102.b
Idola dicuntur offensiones oculorum. 237.b
Idolorum inuentio. 108.b
Idolum dicitur pæsul insensibilis. 148.a
Idola dicuntur immunditiæ. 174.b
Idolum appellatur in diuinis literis vanitas. 174.b
Idola appellantur sordes. 225.b
Idololatria Iudæorum ostenditur. 243.a
Idololatria Gentilium & Iudæorum describitur. 281.a
Iesus fuit adumbratus in Dauide. 396.a 397.a
Iesus idem est quod saluator. 16.a
Iehouah nomen Dei ineffabile. 39.a
Iehouah nomen Dei cognitum quodam modo fuit à nonnullis Gentilibus. 575.b
Iehouah nomen Dei admirabile explicatur. 575.b, cum sequentibus.
Ieremiæ labores, 287.b
Iericho vastatio quid sit. 39.b
Iericho mundum significat. 397.a
Ieiunium laudatur. 194.a. cum sequentibus.
Ieiunium quadragesimale semper fuit in Ecclesia à tempore Apostolorum. 195.a.b
Ieiunia sunt salutaria. 370.b. cum sequētibus,
Ieiunij encomium. 370.b. 371.b
Ignis accipitur pro calamitate. 11.a. 232.a
Ignis ardens & non comburens quid significet. 11.a
Ignis qui descendit inter Apostolos quid significet. 11.a
Ignis significat amorem. 23.a.b
Igne torreri quid sit. 23.a
Ignis rubi amorem significat. 23.a
Ignis significat diuinitatem. 23.b
Ignis quid significet. 127.b. 446.b
Ignis calamitatis nos purgat. 168.b
Ignis significata. 176.b. cum sequentibus.
Ignis alienus ardens in thuribulo est amor mūdi ardens in corde. 278.a
Ignis significat inuidiam. 232.a. cum sequentibus.
Ignis erat Deus Chaldæorum. 243.a
Ignoratio nostri est causa malorum nostrorum. 21.a
Ignoratio sui est prauitatis causa. 41.a.b
Ignorantes non sentiunt pondus peccati. 330.a
Impetus spiritus, & impetus carnis describuntur. 23.a
Impij non habent tempus. 2.a
Impij mortui sunt. 2.a
Impiorum vita mors est. 2.a
Impiorum familiaritas euitanda. 8.b. 9.a
Impij à seipsis absunt. 21.a
Impij gustum habent deprauatum. 54.a
Impius absque Dei gratia resurgere à peccato mortali non potest. 42.a.b
Impius se potest ad dei gratiā præparare. 42.a.b
Impius est deceptor. 47.b
Impij sunt furentes & insani. 52.b
Impij homines cum feris comparantur. 47.b
Impij non sunt apud se. 69.a
Impius fugit à Deo. 70.a. 280.a
Impij comparantur cum myrica. 88.b
Impij obcæcantur. 93.b
Impij nihil habent suum. 94.b
Impius omnis est seruus peccatorum suorum. 113.a
Impijs non ostendit Deus alta mysteria. 166.b
Impij soli sunt. 293.a
Impij quare iustos videre nequeunt. 367.b
Impij cum sepulchris comparantur. 428.a
Impij sunt tenebræ. 336.a
Impius captus est. 381.b
Impius & flagitiosus non dicendus est homo. 515.a
Impij polluunt quod in se est nomen domini. 413.a. cum sequentibus.
Impius nullam habet vitam. 218.b
Impius perit inuentione, quam ad alios perdēdos inuenerat. 252.a
Imago Dei est in homine non solùm secundū animam, sed etiam secundum corpus. 30.b
Imago Dei est in angelis. 30.b
Imago Dei est in homine. 31.a
Imagines sanctorum venerari debemus. 306.b
Imago Dei est etiam in peccatoribus. 560.a
Immortalitas animarum declaratur, 176.b. cū sequentibus.
Immundus est vipera. 296.b
Immutabilis est Deus. 86.a
Imperatoris Adriani anulus, 307.b
Inæqualitas seminarium est detractionum. 464.a
Inanis gloria damnatur. 522.a. 291.b. 29.b
Inconstantia fugienda est. 20.b
Inconstans comparatur statuæ. 20.b
Inconstans comparatur Chamæleonti. 20.b
In corde alicuius rei esse idem est quod esse in illam. 315.b
In Deo idem est intelligire, & intellectus, & quod intelligitur. 130.b
Indulgētiarum thesaurus est in Ecclesia. 495.a
Indulgentiæ sunt salutares. 499.a. 282.b
In Deo bifariam sumus, 130.b, cum sequentibus.
Indurare & polluere dicitur Deus permittendo. 242.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indurare Deum cor quomodo intelligatur. 171.a
In æternum quid significet. 311.b
Infernus dicitur lacus. 308.b
Infernus dicitur mors secunda. 216.a
Infernus dicitur terra nouissima. 308.b. cum sequentibus.
Inferni nomina. 309.a 360.b. 362.a
Infernus dicitur terra mortuorum & obliuionis. 309.b
Inferni notitiam habuerunt multi ex Gentilibus. 365.a
Infidelis peccator est ornatus aliquibus virtutibus moralibus. 341.b
Ingenium humanum per se non sufficit ad sacram scripturam intelligendam. 49.b.
In Galilæa quare Christus apparuit discipulis post resurrectionem. 66.a
Iniuria sceleratorum conducit ad gloriam iustorum. 474.a
Iniquitas est graue pondus. 267.a.b
Iniquus omnis est ignorans. 113.a
In nouo testamento intercessit mors Christi. 189.a
In nouo testaméto promittitur vita æterna & bona cœli, in vetere verò bona terræ. 189.a
Innocentiæ & pœnitentiæ discrimen. 384.a
In medio consistit virtus. 147.b
Insania & amentia impiorum describitur. 52.b
Insensibiles sunt impij. 87.b
Insultare calamitatibus afflictorum impiũ est. 252.a. cum sequentibus.
Instabilitas & inconstantia vituperantur. 174.a.b
Instabilitas procedit ex peccato. 147.b
Instabilitas mundi describitur. 305.a
Instans non est tempus. 425.a
Intentio nostra debet in cœlum dirigi. 22.a
Intentio est oculus. 22.a
Intentio tribuenda est Deo. 541.a.b
In tentationibus ad Deũ confugiendũ. 199.b
In tres ætates Hebræi mundum diuidebant. 312.b
Interior gloria est præstátior exteriore. 472.a
Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cospiciuntur. 32.b
Inuidia est detestabilis. 295.b. cum sequentibus.
Inuidia quid sit, & quàm pernicioſa. 232.a.cũ sequentibus. 296.b
Inuidus est tormentum sui ipsius. 232.b
Inuidia est imago inferni. 296.a
Inuidia describitur. 295.b. cum sequentibus.
Inuidia filiorum Iacob vẽdidit Ioseph. 296.b
Inuidia fera pessima. 296.b
Inuidus describitur. 295.b. cum sequentibus.
Inuidia vituperatur. 358.b. cum sequentibus.
Inuidus cum ciconia & noctua comparatur. 358.b
In veritate ambulare quid sit. 226.a
Iosias fregit idolorum statuas. 88.b
Iosiæ regis virtus. 2.a
Ioannes Baptista erat lucerna ardens & lucens. 13.b
Ioannis euangelistæ dignitas & amplitudo. 34.b. cum sequentibus.
Ioannes euangelista dilectus à Christo. 35.a
Ioannes euangelista quare dicitur aquila. 35.a
Ioannis Rossensis laus. 432.b
Ionathæ figura explicatur. 353.b. 354.a.b
Ionas figura fuit Christi. 153.a
Ioannis Sepulueda encomium. 573.b
Iobileus quo mense incipiat. 480.a
Iobileus erat anno quinquagesimo. 99.b
Iobilei anno omnia erant libera. 458.a
Iob iustus inter iniustos habitauit. 8.a
Ioseph dominatũ fuisse Aegypto quid significet. 219.a
Ioseph figura Christi. 505.a
Ionis flagitia. 325.a
Ira Dei in contumaces. 37. a
Ira hominis perturbati describitur. 129.b
Ira magna Dei est eam non ostendere. 191.a. 105.a
Iris significat diuinam misericordiam. 11.b
Iris diuersorum colorum quid significet. 35.a
Ismael & Agar quid significent. 140. b. 141.a
Israelitæ veri sunt Christiani, 332.b
Israel est duplex. 433.b
Israelitæ secundum carnem & secundum spiritum. 395.b
Italia dicebatur olim Citim. 321.b
Italus vocatus fuit Citim. 321.b
Italia dicta Oenotria. 321.b
Italiæ insulæ quæ sint. 321.a
Iugum Christi suaue. 398.b
Iudæi impij appellantur filij diaboli. 274.b
Iudæorum scelera, 264.a
Iudæorum vanitas & cæcitas. 75.a. cum sequẽtibus.
Iudæorum perfidia, 44.b
Iudicare sumitur pro instruere. 264.a
Iudæa est in medio terræ. 439.b. 80.a. 440.a
Iudæorum error. 91.a
Iudæorum crudelitas, 161.b
Iudæorum pertinacia, 117.b
Iudæorum impietas, 144.a
Iudæos reliquit Deus, 144.a. cum sequentibus,
Iudæi legem Dei non habent, sed membranã legis. 189.b

Iudaizare in diuinis literis impium est. 213.a
Iudæi in Babylonica captiuitate idola colebant. 243.a
Iuda confessionem significat. 145.b
Iudæi nonnulli in Aegypto fuerunt cultores idolorum. 275.a
Iudæa dicitur terra viuentium. 310.a
Iudæi appellantur filij testamenti Dei. 352.b
Iudaizantes vituperantur. 343.a
Iudæorum reprobatio. 386.a
Iudaicus populus fuit figuratus in Esau. 384. b. cum sequentibus.
Iudæi cur turbati sunt aduentu Christi. 431.a
Iudæorum interpretatio vana & falsa. 447.b
Iudæi cæci quare dicuntur progenies viperarum. 31.b
Iudæ desperatio. 382. a
Iudæ regnum, & Israel regnum quid significent. 429.a
Iudææ periphrasis est vmbilicus terræ. 439.b
Iunius dicitur à Iunioribus. 355.b
Iudicis incorrupti munus. 63.a
Iudex quando dicitur æqualis 464.a. cum sequentibus.
Iudex iustus comparatur cum ciconia. 50.b
Iudicium quid significet. 538. b
Iudicium facere quid sit. 216.b
Iupiter & Saturnus quare sint cõiuncti. 317.a
Iulij Cæsaris insolentia. 325.a
Iustitia necessaria ad pacem conseruandã. 5.b
Iustitiæ encomium. 63.a
Iustitia Dei magna, 84 a
Iustitia quid sit. 256.b. cum sequentibus.
Iustitia nos ducit in cognitionem dei. 98.a
Iustitia qualis esse debeat. 123.a
Iustitiæ ministri quales esse teneantur. 123.a
Iustitia accipitur pro virtute in communi. 222.b
Iustitiam & iudicium facere quid sit. 216.b
Iustitia capitur pro gradu pœnitentiæ. 216.b
Iustitia dei exultant iusti. 252. a
Iustitiæ diuinæ seueritas in malos dei gloriam illustrat. 441.a. cum sequentibus.
Iustificatio nostra quid sit. 423.a
Iustificatio appellatur lex. 201.a. 187.b
Iustificatio est peccatorum remissio & sanctificatio. 43.a
Iusti viri in manu Dei sunt. 5.a
Iusti cõparantur astris in cælo collocatis, quæ in pelago apparent. 25.a
Iusti sunt similes rotis. 28.b. 25.a
Iusti cadunt, sed non retrorsum. 39.a.b
Iusti omnia habent. 94.b
Iustus est rubus qui ardebat, & non comburebatur. 107.a
Iusti iudices comparantur cum ciconijs. 50.b
Iustus est in deo per gratiam, nobilius quàm in se. 130.b
Iusti in deo per charitatem dicuntur spiritus. 130.b
Iusti nomen non amittit qui statim per pœnitentiam resurgit. 273.a
Iusti non separantur à Christo. 111.b
Iusti habent deum pro circunferentia. 170.a
Iusti appellantur filij Dei. 175. a
Iustus comparatur palmæ. 296.b. 454.a
Iusti regis officium. 330.a
Iustis omnia cooperantur in bonum. 559.b
Iustos cũ iniustis cur Deus occidat. 248. a.b
Iustus comparatur adamanti. 57.a

L

Labor significatur per bouem. 352.a
Laboris encomium. 273.a. 85.a. cum sequent.
Laboris vtilitas. 559.a.b
Labor magnus est iniquitas. 288.a
Labyrinthus Dedali explicatur. 21.a
Lachrymis instaurandi sumus. 143.a
Lachrymarum vis. 92.b
Lachrymarum vtilitas. 119.a. 476.a.b
Lachrymæ placant dolorem. 289.b
Lachrymas cur Christus fuderit super Ierusalem, 149.a
Lacus accipitur pro sepulchro. 308. b
Lacus accipitur pro inferno. 309.a
Lædens alium, seipsum lædit, non alium. 81.a
Lætari aliorum calamitatibus impiũ est. 153.a
Laminæ quid sint. 343.b
Lamina in pectore sacerdotis quid significet. 30.a
Lapis quid significet. 313.a. cum sequente.
Laqueus venantium est auaritia. 197.b
Latro prima hora vitæ suæ saluatus est. 2.a
Lateres sunt corda nostra. 68.a
Laurus non percutitur fulmine. 208.a
Lauare pedes quid significet. 500.b
Lenitas in reprehendendo laudatur. 551.b
Leo quid significet. 494.a.b
Leonis caput cum claua quid significet. 230.b
Leonis caput symbolum inundationis. 367.a
Leonem non esse in republica alendum quid sit. 171.b
Leonis vigilantia. 62. b
Leonis nomine olim significabatur præsul. 62.b
Leo significat regem. 15.b
Leuare manum quid sit. 266.b. 248.b
Leuare faciem vel caput alicuius, est illum honorare. 249.a
Lex cur ignea dicitur. 23. b
Lex cur data fuit in caligine. 31.a
Lex vetus vmbram habet. 91.a
Lex continebat figuras. 91.a.b
Legis euangelij differentia. 143.b
Lex appellatur iustificatio. 187.b
Lex vetus erat figura & vaticiniũ nouæ. 187.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex vetus erat antiquanda, & antiquata est. 187.b
Lex nouæ lex gratiæ promissa in lege vetere. 187.b. cum sequentibus.
Lex testamentorum est, vt secundum deroget primum. 188 b
Lex vetus erat cessatura. 189.a. cum sequentibus.
Lex quibus nominibus appelletur in diuinis literis. 190 a
Lex vetus est litera, lex noua spiritus. 200 a
Legis veteris opera per se non iustificabant. 238 a
Legis veteris præcepta quomodo dicuntur non bona. 241 b
Legum vtilitas. 268.b 463.b
Leges dicuntur fundamenta. 346.a
Lex vetus daret ne vitam animæ, an corporis? 384 b
Lex est regula iusta. 467.b
Legis peritorum inæqualitas. 463 a
Libanus vocatur templum Salomonis & quare. 105 b
Liber Sapientiæ est Salomonis. 3 b
Liberum arbitrium cooperatur gratiæ. 66 b
Liberū arbitriū defenditur. 143.b. 223.a. 573 a
Libertas vera quæ sit. 94.b
Libido inuitatur gula. 100 b
Liber vitæ quis sit. 124.a 364. a
Liber conscientiæ quis sit. 51 a
Libellus repudij in lege vetere dabatur. 318 a
Libertas spiritus quæ sit. 393 a
Libertas est magna, seruire Deo. 427 b
Libertas hæreticorum est carnalis. 427 b
Libertas christiana & euangelica spiritualis est. 428 a
Libertas Christiana non est carnalis. 458. a
Libya est Africa. 318. a 346. b
Lignum quid significet. 248. a. b
Lignorum nomine homines intelliguntur. 76 a
Lignum vitæ quid significet. 418 a
Ligni varia significata. 179. a
Littera est lex, spiritus euangelium. 200 a
Linguæ igneæ super apostolos quid significent. 23 b
Lingua prophetæ est calamus Dei. 381 b
Lingua refrænanda est. 495 b
Linguæ effrænatæ damna. 498 b
Longinquitas temporis per palmam significatur. 494 b
Loth filiarum stuprum. 297 b
Luciferi superbia. 291 b
Lucifer fuit eminens inter alios angelos. 330 a
Luciferi peccatum in quo fuit. 330 a
Lucta Iacob orationem ardentem significat. 270 b
Ludere in diuinis literis significat adorare idola. 193 b
Luna quomodo patiatur eclypsim. 347 b
Luna dicebatur regina cæli 353 b
Lunæ nomine intelligitur princeps secularis. 369 a
Lusitanorum sacerdotes honestissimi. 315 a
Lusitaniæ reges inuictissimi & Christianissimi. in procemio.
Lutheri impietas & hæresis detestanda. 192. b 193. a 43. a
Lutherus vult Christi gratiam labefactare. 43 a
Lutheri error. 49. a 100. b 437. a 497. b
Lutherus & caluinus sunt Epicurei & militēs Veneris. 100. b 444. b 445. a
Lutheranorum phrenesis & insania. 101 a
Lutheri prauitas. 194. b 195. a
Lutherus sectam Epicurei renouauit. 195 a
Lutherus hæreticus reprehenditur. 222 b 225. b 246. b
Lutherus describitur. 532. b 246. b
Lutheranorum impudentia & impietas. 247. b
Lutheri error & voracitas. 371. a cum sequentibus.
Lutherani sunt Epicurei, & cultores Bacchi. 371 b
Lutherana hæresis est captiuitas Babylonica. 433 a
Lutheranorum perfidia confutatur. 427 b
Lutheri impudentia, & obstinatio. 458 a
Lutheri & caluini impietas. 491. a. b
Lutherani peiores sunt Gentilibus. 491 b
Lutheri superbia. 502 b
Lydia est in Asia minore. 346. b 318. a

M

Magi Orientales quibus ex regionibus venerint, & vnde fuerint. 310 a
Magorum Orientalium liberalitas. 102 b
Magnates designantur per montes. 88 a
Magnetis natura admirabilis. 30 a
Maius mensis dictus à Maioribus. 355. a
Mala sine bonis esse non possunt. 32 b
Manna fuit figura sancti sacramenti. 553 b
Manna in arca testamenti est verbum dei in anima. 58 a
Manasses regis impietas. 2 a
Manasses fuit crudelissimus. 121 a
Manasses ob calamitates fuit ad deum conuersus. 422 b
Mantica duæ Æsopi explicantur. 21 a
Manus domini prophetia est. 458. b 421. b
Manus domini quid significet. 106 a

Manus dare hebraismus est multa significans. 33. b 106. a
Manuum nomine opera intelliguntur. 58 a
Manus domini accipitur pro consolatione. 106. a 359. b
Manus accipitur pro bono opere. 107 b
Manus plenæ sanguine quid significent. 121 a
Manum alicui dare, est se illi committere. 209 a
Manum alicui porrigere, est eum in amicitiam recipere. 209 a
Manum leuare est vehementer percutere. 236 b
Manum leuare est promittere. 236 b
Manum leuare quid sit. 236 b
Manus Christi mundum creauerunt. 397 a
Manum extendere est punire. 402 b
Manum leuare pro iurare frequens est in literis diuinis. 409 b
Manu domini intelligitur Christus. 421 b
Manum ponere super aliquem, est illum affligere. 440 a
Manus quid significet. 441 a
Mappa mundi est cor impij. 70 a
Marci Antonij eloquentia. 562 a
Mare fusile & luteres quid significent. 476 a
Mare Galilææ est mundus. 337 a
Margaritæ sunt apostoli. 134 a
Margaritarum natura. 334 a
Maria virgo Dei genetrix fuit figurata in Rebecca. 185 a
Maria virgo est gratiæ imperatrix. 185 a
Mariæ virginis excellentia. 134 a b. cum sequentibus. 524. a b
Maria semper virgo & ciuitas libera. 515 b 516 a
Maria virgo templum dicitur. 515. b 516. a
Maria virgo fuit concepta sine peccato originali. 515. b 516. a
Mariæ virginitas. 515. b 516 a
Mariæ virginis genealogia. 516 b
Mariæ virginis puritas. 524 a. cū sequentib.
Mars cur pingebatur indutus tunica adamantina. 390 a
Martio mense fuit mundus creatus. 3 b
Martius mensis principium anni fuit olim. 3 a
Martini Ledesmij laus. 497 b
Martini cantapetrensis laus. 115 b
Mathias fuit electus loco Iudæ. 513 b
Matthæus quo tempore fuit ad christum cōuersus. 2 a b
Medium est optimum. 147 a b
Medium eligendum est. 5. b 397. b
Mediocritas laudabilis. 464 b
Medusa est otiositas. 85 b
Meloch idolum describitur. 287 a
Mel prohibitum in lege adulatorē significat. 154 a
Melancton reprehenditur. 222 b
Membra impiorum sunt arma quibus animas suas vulnerant. 253 b
Membra iustorum sunt instrumenta suæ salutis. 254 a
Mensium nomina apud Iudæos. 3 b
Memoria vtilis & inutilis. 418 b
Memphis est ciuitas Aegypti. 349 b
Mensa est doctrina euangelica. 495 a
Mensura templi diuersa à mensura prophana. 462 b
Meridies significat prosperitatem. 489 a
Meritum ex operibus. 422 b
Meriti vocabulum est in diuinis literis. 423 a
Merita compensantur. 493 a
Mercatoris officium. 214 a
Messias est verus Deus. 396 a
Messiam venisse ostendit lex. 251 a
Messias iam venit. 189 a
Metonymia figura. 171 b
Militia est exercitus stellarum. 353 b
Militia est vita nostra. 71 a b. cum sequente.
Militare debemus semper. 71 a b
Minerua quid significet. 17 a
Minervam quare dixerunt fuisse virginem. 53. a 317. b
Minotaurus est depraustus appetitus. 21 b
Misericordia Dei significatur per splendorem in nube lucentem. 11 b
Misericordia Dei infinita est. 11 b
Misericordia Dei ostenditur. 33. a 46 a
Miseretur nostri Deus, cum nos punit. 96 b
Misericordiæ diuinæ magnitudo. 83 b
Misericordia Dei est infinita. 121. b 122 a 169. a 382. b
Misericordia quare comparatur oleo. 184 a
Misericordia quid sit. 366 b
Misericordiæ opera extolluntur. 184. a 216. a b. 217. a 229 a
Miseria & fragilitas mundi describuntur. 296. b 297 a b
Missæ sacrificium admirabile. 318 a. b
Missæ sacrificium figuratum in lege. 555 b
Miracula cur Deus non fecit coram Herode, & alijs huiusmodi. 166 b
Miracula sua edebat christus coram ijs, qui erant sumpturi vtilitatem ex illis. 166 b
Moab est vrbs Arabiæ vocata Areopolis. 297 b
Moab cur dicitur olla spei. 137 b
Moab idem est quod à patre. 297 b
Modicum est quicquid in terra est. 61 a
Modicum quater septies ponitur in euangelio Ioannis. 61 a
Momentaneæ sunt mundi diuitiæ. 260 b
Mons dicitur christus. 515 a
Mons Oliueti quomodo vocabatur. 123 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Montium nomine quid significetur. 88. a
Montis oliueti templum vnde Christus ascendit in cœlum, 133. a
Monachi intelliguntur per stellas. 369. a
Monachi apostatæ describuntur, 569 a
Monachi peccatum vtrum sit grauius peccato laici. 513. a
Monasteria comparantur stagnis. 337. b
Mors triplex est. 163. b
Mors animæ quæ sit. 2. a
Mors quotuplex sit. 216. a. b
Mors inopinata. 576. b
Mors est stipendium peccati. 225. a
Mors & vita quæ sint. 309. b
Mors immatura non accidit iusto. 312. b
Mortem non fecit Deus. 221. b
Mors quomodo accipiatur. 365. a
Mortis memoria vtilis. 75. a. 88. b. 326. b
Mors iniquit terribilis est, non iustis. 485. a
Mori in Aegypto, & sepeliri ibi quid sit. 61. a
Mortuus per peccatũ surgit per pœnitẽtiam. 225. a
Mortuorum nomine qui significentur. 533. b
Mortui sunt plorandi. 297. a
Moralis philosophiæ finis est operari. 514. b
Motus liberi arbitrij concurrit iustificationi. 421. a
Mosoch est Cappadocia. 373. b
Moueri æruminis aliorum debemus. 715. a
Moyses & Paulus vtrum viderint Dei essentiam. 39. a. b
Moysi & Pauli differentia. 143. b
Moysi mors non fuit deplorata, non autem Iosue mors. 329. a
Moyses dicitur angelus. 353. a
Mulier capta quid significet. 327. b
Mundus est liber quidam. 12. b
Mundus quid sit. 13. a. b
Mundi opes & diuitiæ sunt incertæ. 260. b
Mundi opes & honores sunt vmbræ. 260. b 363. a
Mũdi fabrica scit suo modo laudare deũ. 13. a
Mundi machina deum ostendit. 11. a
Mundi gloria cum plumis comparatur. 101. a
Mundo simul & Deo seruire non possumus. 415. b
Mundus est musica quædam, & admirabilis. (armonia. 13. a
Mundus est reliquendus. 128. a
Mundi elementa ipsum sustentantia quæ sint. 14. b. 15. a
Mundus est crudelis in suos. 278. a
Mundus est mare agitatum. 61. a
Mundi amicitiæ damnatur. 128. a
Mundi fallacia describitur. 52. b. 62. a. 360. a
Mundi opes paruæ sunt. 67. b
Mundi vanitas. 356. b. 346. a. 327. a
Mundus est terra viuentium. 309. b
Mundi gloria transit. 81. b
Mundus dicitur Iericho. 460. a
Mundus est similis ludo calculorum. 151. a
Mundi paruitas. 67. b
Mundi amor describitur. 277. b. cum sequentibus.
Mundi gloriæ contemptus. 88. b
Mundus dicitur Babylon. 332. b
Mundi vicissitudines & varietates. 260. a. b 304. b. 305. a. 446. a
Mundus est rota plaustrorum. 304. b
Mundi gloria fallax. 298. b. 299. a
Mundum alterum fecit Deus. 238. b
Mundus est emporium vniuersale. 328. a
Mundi qualitas consideranda est. 304. b
Mundus est onus laborum. 332. b
Mundus describitur. 336. b. 337. a. 482. b
Mundi inconstantia. 362. b
Mundi prosperitas falsa. 298. b. 299. a
Mundo conformari quid sit. 469. b
Mundum diuidebant Hebræi in tres ætates. 311. b
Mundos tres posuerunt nonnulli. 481. a. cum sequentibus.
Mundus est positus in maligno. 495. b
Mundus est sepulchrum peccatorum. 488. a. b
Mundus fugiendus est. 496. a. 545. a
Mundi opes sunt flumina Babylonis. 511. a
Mundi opes non satiant animam nostram. 512. a
Mundus est venter naturæ. 546. b
Mundus carcer est & exilium. 563. b
Mundi flagitia sunt deploranda. 119. a
Mundi lætitia fallax est. 161. b
Mundus quo mense fuit creatus. 3. a
Munera non sunt accipienda a iudice. 63. a
Murus ecclesiæ est Deus. 467. a
Murus est vir iustus pro alijs orans. 270. b
Musica est humanæ societas bene ordinata. 257. a
Musica est mundi machina. 13. a
Mutare fortitudinem quid sit. 452. b
Mutari quomodo dicitur Deus. 84. a
Mysteria Dei non sunt cuique manifestanda. 503. b
Mysteria magna iuxta aquas. 6. a

N

Naas idem est quod serpens. 152. a
Naas qui oculos eruere volebat Galaaditis, diabolus est. 152. a
Naas quid significet. 26. b
Nabuchodonosore diabolus significatur. 5. b
Nabuchodonosores dicebantur reges Babyloniæ. 310. a
Nabuchodonosores vocabantur omnes principes insolenter. 310. b. 342. a
Nabuchodonosor dicebatur gladius Dei. 359. a

Narcissi

Narcissi fabula explicatur. 331 b
Natiuitas Christi in descriptione orbis cur facta fuerit. 122 a
Natura est veluti liber plenus diuinitate. 12 a
Nefarij vocantur paruuli. 129 b
Negatio sui quid sit. 28 a
Neptuni & Mineruæ controuersia. 142. b cum sequentibus.
Nihil est inuentum simul & perfectum. 338. a
Nili inundatio. 367. a
Ninive fuit Metropolis Assyriorum. 359. b
Ninus filius Beli patrem suum retulit in deũ. 109. a
Nobilitas vera non in genere, sed in virtute consistit. 182. a
Nobilitas vera quæ sit. 174. b
Noctua super caput leonis quid significet. 367. a
Noe iustus inter iniustos habitauit. 8. a
Noe filij & successores. 318. a
Nomina impiorum aliquando non proferũtur. 364. a
Nomina Dei quæ sint. 125. b
Non vltrà quid significet. 311. b
Noua lex, nouum sacerdotium, noua terra, nouum cœlum, nouus mũdus. 188. a. b. 422. a cum sequentibus.
Nouum canticum, noua lux euangelij. 188. b
Nouum testamentum est æternum. 201. a. cum sequentibus.
Nouum testamentum promissum fuit in lege vetere. 201 a
Noui & veteris testamenti differẽtia. 201. a. b
Nouum testamentum est plenum pacis. 432. a
Nouissimi dies qui sint. 299. a b
Nubes lucida virtutum nos vehit in cælum. 107. b
Nubes significat afflictionem. 33. b
Nubes quæ suscepit Christum in ascensione, lucida erat. 108. a
Nubes quid significet. 128. b
Nubes Dei præsentiam designabat. 128. b
Nubes accipitur pro exercitu. 346. a
Nubecula quam vidit Elias Petrum adumbrabat. 62. b. cum sequentibus.
Nudare pedes signum erat olim doloris, & luctus. 290. b
Numi Antonij Pij sculpturę declaratio. 129. b
Numi Traiani scripturæ explicatio. 230. b
Numerus ternarius perfectus est & quaternarius. 60. b. cum sequentibus.
Numeri septenarij perfectio & encomium. 60. b. cum sequentibus.
Numerus binarius non est perfectè numerus. 17. b
Numeri quaternarij encomium. 17. b

O

Obœratio impiorum describitur. 93. b
Obstinatio & impœnitentia. 112. a
Octaua dies solennis. 239. a
Octo beatitudines describuntur. 478. b
Oculis nihil pretiosius in corpore. 27. a
Oculorum excellentia. 26. a. cum sequentibus.
Oculos cæci à natiuitate litos luto quid significet. 27. a
Oculis intellectus qui dicantur priuati. 148. a
Oculus accipitur pro intentione. 148. a
Oculi accipiuntur pro gratia & fauore. 105. a
Oculos nobis vult diabolus eruere. 152. a
Oculus quid significet. 395. b
Oculis plenum corpus rotarum quid significet. 26. a
Officium sacerdotum & prophetarum. 73. b 74. a
Oholа & Oholiba dicuntur Iudæa & Samaria. 275. a
Olla incensa significat calamitatem. 10. b
Oliua est symbolum pacis, ideo magni æstimata. 141. b
Oleum viduæ Elisæi explicatur. 197. a
Oleum pro misericordia accipitur. 184. a
Opera intelliguntur per manus.
Opera extolluntur laudibus. 19. a. cum sequentibus. 238. a
Opera commendantur. 58. b
Opera cum verbis debent esse cõiuncta. 61. b 62. a. cum sequentibus.
Opera bona nos euehunt in cælum. 107. b
Opera misericordiæ commendantur. 215. b cum sequentibus.
Opera mortua & mortificata quomodo differant. 222. b
Opera legis veteris non iustificabant. 238. a
Opera nostra bona in lethali peccato vtrum mereantur gratiam. 422. a
Opera nostra bona quid mereantur. 422. a
Opera bona reuiuiscunt. 222. b
Opera nostra bona facta in gratia merentur vitam æternam. 422. a. b
Opera vtiliora sunt verbis. 505. b
Opes mundi sunt imagines. 70. a
Opes mundi sunt vmbræ. 70. a
Opes mundi non satiant nos, 112. b
Ophir vbi sit. 36. b
Opitulari miseris quando sit laudabile. 190. a. b (quentibus.
Oppida & villæ dicuntur filiæ, 305. b. cum se
Opum abundantia & potentia periculosa. 356. a
Oratio Aaronis deum placauit. 157. a
Orationes nostræ quando non exaudiuntur. 68 b
Oratio est portus totus. 589. a. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orationis vtilitas, & vis. 489. a. b
Orationis locus fuit etiam in lege vetere. 490. a. cum sequentibus.
Orationis virtus. 157. a
Orationis suauitas intelligitur per thus. 214. a
Oriens dicitur Christus. 507 a
Ossa arida significant peccatores. 422 a
Ostia orsculi de lignis oliuarum misericordiæ opera commendant. 184 a
Ostium cæli est Christus. 76 a
Ostium Iani clausum tempore Augusti. 82 b
Otiositas malorum causa. 85 b
Otium detestandum quale sit. 273 a
Otium turpe describitur. 196. b. cum sequentibus.
Otio dormire reprehenditur. 197 a

P

Pallidus cur sit qui timet. 153 a
Palliloquis figura quid sit. 139 b
Pallium Eliæ est diuina gratia. 153. a 556. a
Palmæ vis. 196 b (493. b
Palma quid significet. 473. a 475. a 494. a
Palmæ comparatur iustus. 196 b
Panis est verbum Dei. 77 a
Panes propositionis offerebantur à sacerdote. 527 b
Papa summam habet autoritatem. 531. b. cum sequentibus.
Papa rectè concedit indulgentias. 490 a
Papa est verus Christi vicarius, & in vniuersum orbem habet primatum. 408 a
Parabola duplex est. 146 b
Parabola quid sit. 146 b 215. a
Parcere nomini quid sit. 414 a
Parietem perfodere quid sit. 80 a
Particula vltrà, quid significet. 307. a 82. b 311. b
Pastor est Christus. 313 a
Pastoris clementia. 229. a b
Pastoris Christiani munus. 61. b 62. a
Pastores & præsules debent esse sapientes. 316. b. cum sequentibus.
Pastor malè viuens homicida est. 384 b
Pastores insignes quatuor. 391 a
Pastoris officium 37 b
Pastoris cura & diligentia necessaria. 389 b
Pascha quid significet. 542. a. cum sequentibus.
Paschalis agnus, figura sanctissimi sacramenti. 201 a
Patria nostra cælum est. 158 b
Patriarchæ fuerunt ante Christum. 342 b
Patres antiqui quare voluerunt sepelirì in Iudæa. 310 a
Patientia est nobis necessaria. 244 a
Paupertas Christi fuit prædicata à prophetis. 75. b
Paupertas Christi. 196 b
Paupertas laudabilis & vtilis. 295. b cum sequentibus. 269 b
Paupertas spiritus extollitur. 196. a
Paupertas spiritus est clauis aperiens cælum. 196 a
Pauperes sunt Dei famuli 198 a
Paupertas apostolorum vicit mundum. 505. b
Pax esse non potest, vbi deest æqualitas. 5 b
Pax eligenda est. 5 b
Pax magna fuit, quãdo christus natus est. 81. b
Pax animi beatitudo quædam est. 95 a
Pace nihil in ciuitate vtilius. 95 b
Pacem docuit Christus in terra, & ad hoc venit. 127 b
Pax describitur. 127. b cũ sequentibus. 129. b 142. a cum sequentibus.
Pax & bellum, concordia & discordia simul esse debent. 127. b. cum sequentibus.
Pax cum Deo, bellum cum mundo. 127 b
Pax Christiana. 141. b 142 a b
Pax spiritualis laudatur. 142 a
Pax mundi. 142 a
Pax etiam à Gentilibus colebatur. 142 b
Pax duorum populorum in vna ecclesia explicatur. 429. b 430. a
Pax commendatur. 432 a
Peccata nostra diuidunt nos à Deo. 68. b
Peccatum accipitur aliquando pro pœna peccati. 97. a 121. a
Peccatum accipitur pro oblatione pro peccato 116. a 534. a
Peccatum in diuinis literis quid significet. 116. a
Peccata non sunt æqualia. 120 b
Peccatũ non est ens, sed priuatio entis. 121 a
Peccato nihil vilius. 121 a
Peccator est seruus peccati. 113 a
Peccata, hominum adinuentiones dicuntur. 173. b
Peccata significantur nomine parietis. 159. a. b
Peccatum mors est. 216. a. cum sequentibus.
Peccatũ significatur nomine sanguinis. 121 a
Peccata nostra sunt arma, quibus nos Turcæ vincunt. 253 b
Peccatum vtrum sit omnis actio infidelis. 341 b
Peccatum est causa mortis æternæ. 365 a
Peccatum mortale, simile est solmani. 425 b
Peccati grauitas ostenditur. 427 a
Peccare humanum est, perseuerare in peccato diabolicum. 434 b
Peccator est cibus diaboli. 446 b
Peccatum quomodo accipiatur. 534 a
Peccatum generat mortem. 2 a
Pectus & dextrum brachium in lege quid significat. 61 b

Pedes

Pedes nudare signum erat olim iustus. 290 b
Pedes significant affectiones. 18. b 41. a 184. b 500. b
Pedes erecti quid significent. 18 a
Pes symbolum est vitiorum. 229 a
Pedes Christi quid significent. 80 b
Pedes coloratos hyacintho habere, est esse affectiones in cælestibus. 185 a
Pegasi historia explicatur. 85 a
Peloſium est ciuitas Aegypti. 350 b
Peregrinatio est vita nostra. 97 b
Perillus perijt tauro æneo à se inuento. 252. b
Permissio Dei actio vocatur. 214 b
Perire dicitur quis quo ad scelera. 311 a
Perire impium quid sit. 254 b
Perire legem à sacerdote quid sit. 104 a
Periculum vitæ describitur. 326 a
Persequés iustum, seipsum persequitur. 121. b
Persecutio non est infelicitas. 5 a
Perseuerantiæ laus. 20 a
Persona in diuinis quid sit. 281. a
Persona super hypostasim quid addat. 397 a
Persia est regio Orientalis deliciis affluẽs. 318 a
Perturbatio cordis fugienda. 47 a
Petra Christus est. 201 a
Petrus vt sieret pastor mate reliquit. 62 a
Petrus cathedram Romæ constituit. 407 b
Petra percussa aquam dedit. 145 b
Petri concio admirabilis. 199 a
Petri & Andreæ vocatio. 338. a cum sequentibus.
Petrus & Andreas columnæ ecclesiæ. 338. b
Petrus ecclesiæ caput. 407. b cum sequentibus.
Petrus fundamentum ecclesiæ est. 570 b
Petri vocatio. 61 a b
Petræ comparatur cor durum. 143 b
Pharao volebat filios Israelis occidere in partu. 26 b
Pharao nomenclatura regum Aegypti. 310 a
Pharao quare dicebatur draco & ceo. 367 a
Phatures regio est in Aegypto. 350 b
Philautia est Dalila. 151 b
Philautia fugienda. 21 a
Philautia est remora piscis. 27 b
Philosophia Christiana quæ sit. 317 b
Philosophia vera quæ sit. 53. b 511. b
Philosophi multa deprompserunt à lege Dei. 60 b
Pierenitiæ mons est Libanus. 316 a
Philistijm, fuit ciuitas quædam vocata, postea Ascalon. 300 b
Philistæa & Palestina idem est. 300 b
Picturæ & imagines cordis impij. 88. b 89. a
Pietas Aaronis. 157 a
Pietatis symbolũ ciconia. 122. b cum sequentibus.
Pietas Dei. 56 b
Pietas diuina magna. 84 a
Pij viri appellantur absconditi. 83 a
Pij in terra degentes cælum incolunt. 293 a
Pij possunt inter impios habitare. 8 a
Pignus & depositum reddere quãdo sit vtile. 216 a
Pigmæi qui sint. 318 a
Pilos radere quid sit. 530 b
Pingue capitur pro excellente. 319 b
Piscatores duo sunt in mundi mari. 341 a
Piscatores hominum sunt concionatores, non diuitiarum. 337 b
Piscatores cur Deus elegerit. 338 a
Piscator dicitur Christus. 337 a
Piscator dicitur dæmon. 337 a
Placentula quid significet. 353 b
Plato docuit vnum esse principium. 461 b
Plato in lege Dei fuit versatus. 161 a
Plato fuit Homerus philosophorum. 337 b
Plaudere super femur, est ostendere signum doloris. 254 a
Plaudere manu ad manum quid significet. 255. b cum sequentibus.
Plorare mortem animæ laudabile est. 92 a b
Plorare mortuos pium est. 328 b
Plorare & ingemiscere quomodo dicatur deus. 254 b
Plumæ vanitatis proijciendæ sunt in locum cineris. 204. b 205. a
Pluuia pro doctrina accipitur. 268. b. cum sequentibus. 398 a
Pœnitentiæ sacramentum admirabile. 501. a
Pœnitentia peccatoris necessaria. 488 a
Pœnitentiæ vis. 246. a 220. b
Pœnitentia secunda tabula post naufragium. 384 a
Pœna duplex est. 288 b
Pœna considerator dupliciter. 220 a
Pœnitentia est ex lege naturæ. 247 a
Policratis regis Samiæ occasus. 360. a. b
Polypi natura. 359 a
Ponderibus duobus vti quare in lege fuerit prohibitum. 21 a
Pondus peccati non sentiunt impij. 352 b
Ponere in caput alicuius flagitia est illum punire. 145 b
Ponere cor in vijs quid sit. 527 b
Pons est diuina misericordia. 197 b 198. a
Ponere animam in manibus, est obijcere vitam periculo. 57 b
Pontifex maximus rectè concedit indulgentias. 490 b
Pontifex maximus summam habet authoritatem. 531. b cum sequentibus.
Populus principem imitatur. 551. b (438. a
Populus Israeliticus cum oliua comparatus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Populus Israeliticus appellatur filiꝰ dei.253.a
Populus Christianus fuit adumbratus in Iacob.384.a.b.cum sequentibus.
Populus Iudaicus fuit adumbratus in Esau.384.a.b.cum sequentibus.
Porta Orientalis quid significat.546.b
Porta Orientalis clausa est virgo Dei genetrix.523.b
Porta accipitur pro fortitudine.304.a
Portæ inferni quæ sint.304.a
Portas possidere quid sit.304.a
Portæ animam in manibus, est versari in periculo.57.b
Portæ nomine quid significetur.304.a.b
Portæ ecclesiæ multæ sunt.467.b. cum sequentibus.
Porta cæli dicitur virgo Maria.524.a.b
Porta clausa in templo erat virgo Maria.525.b
Porta clausa in tẽplo est sacra scriptura.525.b
Porta clausa in templo quid sit. 525.b.526.a
Potentia exit aliquando in superbiam. 352.a
Potentia periculosa. 145.a.363.b
Potentia debet subijci sapientiæ.367.a
Potentia dicitur cornu.342.b
Potestas est duplex in ecclesia.571.a
Potestas spiritualis,& potestas corporalis in ecclesia.571.a
Præceptum de amore quare dicitur nouum. 416.a.b (277.b
Præceptum charitatis maximum & primum.
Præmeditata mala minus feriunt.307.b
Præsul qualis esse debeat. 61.b.62.a.394.b 495. b
Præsules multi in ecclesia excellentes. 273.a
Præsul debet esse in medio.5.b
Præsul diligens est murus ecclesiæ. 458.b
Præsul debet esse currus & auriga.37.b
Præsul deber esse speculator.37.b
Præsulis officium & munus. 61.b.62.a. 264.a.b.389.b.390.a.394.a
Præsules sunt basis cum leonibus sculptis. 62.b
Præsules qui non concionantur fures dicuntur. 273.a.272.b
Præsulis clementia. 215.b.229.a
Præsul dicitur fenestra. 472.b
Præscientia diuina vocatur liber. 124.a
Præmio & pœna gubernatur respublica. 224.a.463.a
Primum mobile alios cælos mouet.289.b
Prima gratia non est operum remuneratio. 493.a
Principia ab aliquibus asserta. 6.a
Prima causa deus est.171.a
Principis Christiani officium.37,b.213.b
Princeps vocatur pastor.229.a
Principis pietas & clementia. 229.a
Principis munus & officium. 229. a. cum sequentibus. 37.b.62.b.5.b.61.b.& sequenti.264.a.b
Princeps impiorum est diabolus.336.a
Principis sapientis vtilitas.317.a
Princeps dicitur fundamentum.346.b
Principum ruina. 360.a.363.a.b
Princeps debet esse in medio.397.b
Princeps quare cõparatur cum Cherub.493.b
Principes dicuntur columnæ. 479.a
Principis diligentia & cura. 493.b
Principis & præsulis iustitia & misericordia. 493. b
Principis præmium erga bonos, & pœna erga malos.493.b
Princeps qualis esse debet. 493.b. cum sequẽ tibus.537.a
Principum vita est plena laborum. 501.a.b
Princeps non est dominus substantiæ populi. 550. b
Princeps & præsul debẽt esse sapientes. 316.a cum sequentibus.
Principis iustitia. 324.a
Præparatio ad gratiam, 41.a
Probaticæ piscinæ motus significat calamitatem.24.b
Prodigi reprehenduntur. 216.b
Prometheus quare dicitur creator hominum.316.b
Prophetæ vocabantur nuntij. 282.a
Prophetæ dicebantur videntes. 2.b. 259.b 235.b
Prophetæ appellantur nubes. 546.b
Prophetæ signo visibili aliquando vaticinabantur. 429.b
Prophetarum vaticinia sunt de Christo. 343.a
Propheta appellatur os domini.235.b
Prophetæ officium.157.a.cum sequentibus.
Prophetia quid sit.2.b.7.b. 99.b.194.a
Propheta intelligit quæ dicit. 2.b
Propitiatio pro peccatis nostris Christus est. 548.b
Propitiator noster est Christus. 548.b
Propitiatorium Christum adumbrabat.486.a
Profusio & prodigalitas & superfluitas vituperantur.
Prosepsis figura quæ sit. 3.a
Prosopopœia frequẽs in diuinis literis.324.b
Prosperitas mundi est hædera lanæ.40.a
Prosperitas & felicitas mundi sunt imagines & picturæ & simulachra. 88.b
Prosperitas terræ est noueca virtutum. 101.b
Prosperitas impiorũ similis est somnio. 115. b
Prosperitas periculosa. 205.a. cum sequentibus.450.b.348.b

Prosperitas mundi fallax & inanis.298.b.cum sequentibus.312.b
Prosperitas vnius, est calamitas alterius.304.b. cum sequentibus.
Prudentia carnis est perniciosa. 317.a.b
Prouerbium quid sit.215.b
Prouidentia Dei.297.b
Puella tradita Naaman Syro est anima. 291.b
Pulchritudo corporis periculosa est. 185.b
Punitionis vtilitas.168.b.169.a
Punitur vnusquisq; ob propria peccata. 216.a
Puniri vnum pro alio quomodo intelligatur. 210.a
Punitur quis pro quantitate & qualitate criminum.271.a
Purgatorij locus.547.a
Pythagoræ præceptum 367.a
Pythagoras erat magister silentij. 504.a
Pythagoræ dictum, homines mutari in bruta, quomodo intelligatur. 171.b
Pythagoræ symbolum declaratur.209.a
Pythagoræ apophthegma explicatur.213.b

Q

Quadragesimale ieiunium fuit institutum ab Apostolis.194.a
Quadragenarius numerus significat afflictionem. 484.b
Quadratum corpus laudabile. 467.a
Quadratura in architectura primas habet. 17.b 467.a
Quadratura significat perfectionem.570.a
Quarta dies quid significet, 357.a
Quaternarius numerus perfectus. 17.b.60.b. 357.a
Quatuor flumina paradisi designabant euangelistas.14.b
Quatuor euangelistæ sunt quatuor elementa mundum nouum sustentantia.14.b.15.a
Quatuor euangelistæ sunt quatuor flumina paradisi.14.b
Quatuor animalia Ezechielis vnum erãt,15.a. 133.b.cum sequentibus.
Quatuor hominum generationes. 329.b. cum sequentibus.
Quies animi est felicitas quædam. 95.a
Quies est vacatio à laboribus. 273.a
Quies miscenda est laboribus.549.a
Quietem verã solus Deus tribuit.333.a
Quinquagenarius numerus quid significet. 557.a

R

Rapacitas est expellenda ex vrbe.213.a
Ratio & fides sunt duæ stellæ nautarum.465.a
Rationale sacerdotis describitur.61.b
Rationale obsequium quid sit. 510.b
Rebecca fuit figura virginis Mariæ,185.a
Reformari in nouitate spiritus quid sit. 143.a
Regere alios difficile est. 392.b
Regnum Christi est æternum.141.a
Regnum quomodo appelletur felix. 431.a
Regnum Iudæorum fuit in duo regna diuisum.147.b
Regula Lesbia quid sit. 463.b
Religio est puella Israelita.392.b
Religiones non sunt vituperandæ.513.a
Reliquiæ Iudæorum saluandæ.90.b
Reliquiæ sanctorum honorandæ sunt.424.a
Remora pisculus, qui nauem sistit, est propria voluntas.27.b
Remoræ natura admirabilis.27.b
Renouatio spiritus. 143.a
Repentina mala videntur grauiora. 307.b
Reprehensoris officium.379.a.b. 380.a
Reprobi & improbi differentia.325.b.cum sequentibus.
Requies animi inquirenda.332.b
Respicere in aliquem est illi fauere.160.b
Respublica priuata isto gubernatore in tenebris dicitur esse.431.a
Respublica duobus regiminibus gubernatur. 479.b.cum sequentibus.
Resurrectio corporum ostenditur.426.a.cum sequentibus.
Rete diaboli os habet apertum, sed exitũ difficilem.337.b
Rex appellatur clypeus. 285.a.b.334.a
Rex dicitur græc basileus. 346.b.285.a
Rex appellatur femur & baileus.285.a
Regis officium.344.b.390.a.b
Reges vngebãtur,& dicebantur Christi. 334.a
Regis sublimitas.213.b
Rex qualis esse debeat.330.a.529.a.539.b
Regum & sacerdotum differentia. 513.a. cum sequentibus.
Reges non sunt subditi sacerdotibus in temporalibus.539.b
Rex intelligitur per medullam cedri.210.a
Rex & sacerdos vngebantur. 16.a
Rex est Christus. 257.b. cum sequentibus.
Rhomataim erant duæ ciuitates. 375.b
Romana ecclesia est catholica & vniuersalis. 25.b
Romana Ecclesia est turris Dauidis. 371.b
Romanæ Ecclesiæ fides illibata.407.a.cum sequentibus.
Romanus pontifex est successor beati Petri,& totius Ecclesiæ pastor.407.b.cũ sequẽtibꝰ.
Romanus pontifex est verus Christi vicarius, & in vniuersum orbẽ tenet primatũ.408.a
Romani antiqui Gentiles dixerunt animã esse immortalem.162.b
Rota viua laboris est vita nostra.293.a
Rota in medio rotæ quid sit.25.a.b (17.b
Rotarum nomine viri iusti significãtur. 25.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rotæ quas vidit Ezechiel, quare erant quatuor.25.a
Rota quare comparatur visioni matris. 25.b
Rotunditas laudatur. 488.a

S

Saba vbi sit. 120.a
Sabbati festum mutatum in diem dominicam. 238.b
Sacerdotis officium. 539.b. 529.a.b
Sacerdotis dignitas. 473.a. 539.a
Sacerdos consecrat vt Dei minister. 489.b
Sacerdotis peccata non impediunt sacramenti effectum. 496.b
Sacerdotes omnes erant leuitæ, sed non omnes leuitæ erant sacerdotes. 524.b
Sacerdotum & regum differentia. 538. b. cum sequentibus.
Sacerdotium Aaronicum antiquatum & abiectum fuit. 529.b
Sacerdotum iustitia. 529.a
Sacerdotis & præsulis præstantia. 61.b
Sacerdos nõ debet obliuisci legis diuinæ. 31.a
Sacerdos ministrat sacramenta gratiam conferentia. 118.a
Sacerdotis potestas. 118.a
Sacerdos etiam sceleratus conficit sacramentum. 118.a
Sacerdos sceleratus prodest alijs, sibi autem nocet. 118.a
Sacerdotis putitas magna esse debet. ibidem.
Sacerdos grauiùs peccat quàm laicus. 121.b
Sacerdotium Christi nobilius sacerdotio Aaronis. 124.a, cum sequentibus.
Sacerdotes Dianæ. 379.b
Sadoch idem est quod iustus. 529.a
Sacra scriptura multos habet sensus. 394.b
Sacræ scripturæ difficultas. 48.a. 49.b. cum sequentibus.
Sacræ scripturæ encomium. 54.b
Sacræ scripturæ profunditas. 556.a.b
Sacra scriptura mons est. 171.b
Sacramenta sunt ritus Ecclesiæ. 415.a
Sacramenta Ecclesiæ gratiam conferunt. 77.b
Sacramentum eucharistiæ in lege figuratum. 553.b
Sacramenta cur septem sint. 435.a
Sacramenti eucharistiæ veritas. 77.b
Sacramentum eucharistiæ cur appellatur sacrificium. 518.a
Sacramentum confessionis. 51.a. 286.a. 476.a
Sacrificia carnalia quatenus talia erant, & per se Deo non placebant. 389.a
Sacrificia veteris legis non in æternum duratura. 201.a
Sacrificia veteris legis manent iuxta spiritum. 201.a. cum sequentibus.
Sacrificia & cæremoniæ veteris legis vsque ad Christum erant. 311.b
Sal quid significet. 521.a
Sal quare dicantur præsules. 378.b
Sali comparatur concionator, & quare, 181.a
Salomon fuit figura Christi, 141.a. cum sequentibus. 485.a
Salomon idem est quod pacificus. 141.b
Salomonis epistolæ ad regem Tyri, seruabantur à Tyrijs tempore Iosephi. 181.b. 303.b
Salutare appellatur Christus. In proœmio.
Samaria fuit ad fidem Christi conuersa. 198.a
Samaritana mulier fuit admirabilis auicula. 415.b
Samuel fuit iustus & propheta, non autem sacerdos. 539.a
Sanctificari nomen domini quid sit. 414.b
Sanctissimæ trinitatis vna est voluntas. 30.b
Sanctuarium dicitur templum. 86.b. 291.a
Sanctum, sanctuarium, sanctificatio, quid sint. 435.a
Sanctorum communio quid sit. 435.a
Sanctum Sanctorum quid significet. 483.b
Sãguis accipitur aliquando pro morte, aliquando pro vita. 63.b
Sanguis quid significet. 219.a. 121.a
Sanguis significat peccatum. 121.a
Sanguis & aqua ex latere Christi quid significent. 125.b
Sanguis Christi fuit clauis paradisi. 237.b
Sanguis Christi. 292.b
Sanguis eius super caput eius, hebraismus est. 381.b. cum sequentibus.
Sanguis Christi pretium. 520.a
Sanguinem requirere de manu alicuius quid significet. 63.a.b
Sanguinis acceptionnes in sacris literis. 63.a.b
Sanguinum viri vocantur homicidæ. 121.a
Sanguinum ciuitas ea dicitur, vbi regnat crudelitas. 264.b
Samir mons vbi sit. 315.b
Samson dormiens in sinu Dalilæ quid significet. 26.b
Samson fuit Christi figura. 39.b
Sapientia diuina comparatur auro. 461.b
Sapientia comparatur igni & splendori. 24.a
Sapientia depromitur ex fonte diuinæ sapientiæ. 27.a
Sapientia cibus est suauissimus. 48.b
Sapientia vera quæ sit. 53.a. 317.a.b
Sapientia vera carent infideles. 53. a. 317.b. 507.a
Sapientia est diuinum aurum. 130.a
Sapientia mundi ignorantia est. 317.a
Sapientia & potentia debent copulari. 317.a
Sapientia huius mundi stultitia est. 326.b
Sapientes laudantur. 316.a. cum sequentibus.
Sapiẽs virtute præditus multos illustrat. 24.a

Sapi-

Sapientes eligendi sunt ad reipublicæ gubernationem. 316.a. cum sequentibus.
Sapientiæ fons est Christus. 317.b
Sapientia veri est cum virtute coniuncta. 506.b
Sapientia absque charitate inflat. 256.a
Sapientia necessaria præsuli. 391.a
Sapientia abscondita inutilis est. 461.a
Sapientia debet communicari. 461.a
Sapientia debet esse cũ virtute copulata. 514.b
Scisio veli templi significauit patere aditum ad cœlum per mortem Christi. 483.a
Scopus prophetarum est Christus. 342.b
Scopus noster Christus esse debet. 70.b
Scripturæ sacræ difficultas. 49.a. cum sequentibus.
Scriptura sacra multos sensus habet. 394.b
Scripturæ sacræ encomium. 54.a.b
Scripturæ sacræ profunditas. 549.a.b
Scriptura diuina mons est, quo impius non debet accedere. 171.b
Scripti qui sint in libro vitæ. 158.b
Seculum est speculum rerum inuisibilium. 11.a
Securis quid significet. 115.a
Sedechias oculis priuatur. 1.b (bus.
Sedere quid significet. 105.b. 106.a. cũ sequẽti
Sedere significat consuetudinem & familiaritatem. 8.b
Sedere in peccatis quid sit. 434.b
Sedes doloris est cor. 289.b
Seir mons in terra Edom. 297.b
Seir idem est quod pilosus. 497.b. 402.b
Seir mons Idumææ. 402.b
Sem filij Noe filij & successores. 318.a. cum sequentibus,
Sempiternum in literis diuinis quid significet. 201.a
Sennacherib interitus. 355.b
Senarius numerus pertinet ad mundi creationem. 471.b
Senario numero significantur creaturæ. 462.b
Senex debet præstare consilio. 103.b
Senectutis apex est consilium. 104.a
Sensus sunt portæ intellectus. 461.b
Septenarius numerus quid significet. 295.b
Septenarij numeri mysteria. 435.a.b
Septenarius numerus multitudinem significat, 112.a
Septem sapiẽtes Græciæ iniusto titulo hoc nomen pollederunt. 51.a (117.a
Septuaginta & duo fuerunt discipuli Christi.
Septuaginta duo quare fuerint discipuli domini. 116.b. 117.a
Sepulchrum Christi est arca testamenti. 88.a
Sepulti dicitur colligi & congregari. 338.b
Sequi Christum debemus. 27.b
Sequi Christum quid sit. 28.a
Sequi Christum felicitas est. 155.b
Sarcasmus figura. 100.a
Serpens quem extulit Moyses, Christum edũbitabat, ideo æneus erat. 18.b
Serpens est symbolum prudentiæ. 397.b
Serpens æneus figura crucis Christi. 214. b. 459.b
Serpentium nomine intelliguntur impij. 171.b
Serpens Moysi cur fuit æneus. 18.b
Setubal ciuitas condita à Tubal. 319.a
Setubal ciuitas Lusitaniæ antiquissima cincta muro iaspidio admirabili. 319.a
Seruitus babylonica est impietas. 140.b
Seruitus miserrima est seruire peccatis. 427.b
Seruire deo simul & mũdo nemo potest. 415.b
Si particula ponitur pro non. 295.a
Sidon vrbs Fœniciæ. 316.a. 332.a
Sicue vrbs vbi sit sita. 340.a
Signati Christo salutem consequuntur. 116.b. 117.a.b
Signati literâ thau quare vitam habeãt. ibidẽ.
Signum doloris & luctus olim erat caput nudare. 290.a
Signum quid significet. 529.b
Signa doloris quæ erant olim. 320.b
Silari fluuij natura. 45.a
Siloe sacramentum cõfessionis figurabat. 27.a
Siloe quid significet. 476.a
Simandi regis sepulchrum. 390.a
Sion dicitur mons altus. 245.a.b
Sionis nomine intelligitur Ecclesia. 245.b
Smaragdus insignis gẽma quid significet. 33.a
Smaragdus est anima nostra. 158.a

Socra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Socrates duas esse vias animarũ asseruit. 163.a.
Socratis encomium. 317.b
Sacrater sapientiam non separabat à virtute. 376.b
Sol iust. & splẽdor gloriæ est Christus. 342.b
Solis & lunæ & cœli obscuritas quid significet. 368.b
Solis nomine intelligitur princeps Ecclesiasticus. 369.a
Sol obediuit Iosue, austritis non. 196.b
Sol quẽ signum tenuit in mũdi creatione. 3.a
Solonis dictum de præmio & pœna. 324.a
Solonis apophthegma. 363.a. 360.b
Solitudo vtilis. 64.b
Soluere calciamenta de pedibus, est mortiferas labes deponere. 18.b
Sophim significat speculatores. 376.a
Spatium septuaginta annorum dicitur æternũ.
Spes in Deo figenda. 383. a (309.a
Speculum cogitationis nostræ. 41.a
Speculatoris & concionatoris officium. 378.a 61.b. cum sequentibus. 264.a
Specus Dalmatiæ admirabilis. 260.b
Spicas cur Deus præcepit igne torreri. 23.a.b
Spiritus appellatur ab Hesiodo amor. 6.a
Spiritus sanctus apparuit in specie columbæ & ignis. 126.b
Spiritus sanctus in suis operationibus liber est 425.b
Spiritus sancti operationes. 424.b. 425.a
Spiritus sanctus dicitur fluuius. 433.b
Spiritus quid significet. 434.a
Sphinges quare in templis gentilium pingerẽtur. 503.a
Spolia fortium quæ sunt. 439.a
Spontaneum holocaustum quid sit. 549.a
Stare super pedes quid sit. 41.b
Stare in gladijs quid sit. 385.b
Statera iusta quæ sit. 540.a
Statio quid sit. 313.b
Statuæ Dedali fugiebãt, nisi cõstringerẽtur. 9.a
Statua salis vxoris Loth quid significet. 20.a
Statua salis permansit vsque ad Ecclesiæ tempus. 20.a
Statua vxoris Loth cur ex sale fuit. 20.a
Statuę Nabuchodonosoris interpretatio. 123.a
Statuæ accipiuntur pro trophæis. 306.a
Statuæ significationes. 306.a
Statuæ cur ponerentur olim. 306.a
Statua Titi Liuij quare elandebat os. 364.b
Stellarũ nomine intelliguntur monachi. 369.a
Stater quid sit. 74.b
Stillare siue pluere idẽ est quod docere. 247.b
Stoici constituerunt duo principia hilem & deum. 6.a
Stoicorum opinio de insensibilitate reprehenditur. 289.b.
Stuprum filiarum Loth. 297.b
Subditi tegem imitantur. 256.b. 257.a
Subtilitas nimia vituperatur. 126.a
Summi pontificis titulus. 380.b
Sũmi pontifices sunt successores Petri. 407.a
Summus pontifex est caput Ecclesiæ. 497.a.b
Summus pontifex habet claues regni cœlorũ. 497.a
Summi pontificis authoritas. 459.a.b
Superbus describitur. 193.a 291.a
Superbia est centrum iniquitatis. 193.a
Superbia detestabilis. 212.a. 271.b
Superbiæ & humilitatis discrimen. 263.a
Superbia est perniciosa. 323.b. 502.b
Superbia Luciferi. 291.b
Superbiæ officium. 323.b
Superbia regis Tyri. 324.b
Superbi sunt insipientes. 331.b
Superbia obcæcat. 331.b
Superbia est initiũ omnis peccati. 193.a. 474.a
Superbis resistit Deus, humilibus autẽ dat gratiam. 11.a. 231.a
Superhumerale copulari rationali quid sit. 61.b
Suppliciũ nostrũ quomodo velit Deus. 121.b
Susanna mirabiliter liberatur. 287.b
Synagogæ abiecto. 111.a
Synagoga est Agar errans in solitudine. 187.b 386.a
Synagogæ & Ecclesiæ differentia. 211.b
Synagoga antiqua dicitur populus horificatus. 218.a. cum sequentibus.
Synecdoche figura 184.b. 205.b
Syria Sonat elationem. 291.b

T

Tabernaculum Moysi quid figurabat. 472.b
Tabernaculi descriptio. ibidem.
Tabernaculum figura fuit Ecclesiæ. 512.a
Tabula Augusti Cæsaris. 363.a
Tacere ad Deum quid sit. 452.b
Tamorlani crudelitas. 369.a.b
Tamorlanus appellabat se iram Dei. 369.b
Tamorlani victoriæ. 369.a.b
Tartarorum pœnæ. 301.b
Tau littera quid significabat. 124.a. cum sequẽtibus.
Tau mortem significat. 118.a
Temman regio est in terra Gebalitica. 300.a
Temperantia laudatur. 269.b
Templum concordiæ in mõte Palatino. 142.b
Templum pacis in via sacra 142.b
Templum appellabatur sanctuarium, & gloria imperij Iudæorum. 291.a
Templum Ezechielis admirabile. 455.b
Templum Ezechielis diuersum à templo Salomonis, & à secundo templo. 455.b
Templi Salomonis structura. 108.a
Templi descriptio. 466.a.b. cum sequentibus.

Templum Salomonis figura ecclesiæ. 485.b
Templũ Dei dicitur vir iustus, & sanctuarium. 86.b
Templi inæqualitas quid significet. 485.a
Templum fuit domus orationis. 489.a
Templum perpetuitatis fuit in Christi nativitate. 525.a
Templum dicebatur Libanus. 205.b
Tempus quid sit. 2.a.b
Tempus impij non habent. 2.a
Tempus quomodo numeretur. 2.b
Tentationes diaboli. 71.b
Tentationes sunt machinæ & munitiones inferni. 4.b
Tentationes Christi. 119.a
Tentatio duplex. 427.a
Tentauit Heuam diabolus per gulam. 193.b
Tentatio vtilis. 71.b 72.a
Ternarius est primus numerus. 60.a
Terræ vmbilicus est periphrasis Iudææ. 439.b
Terræ parua quantitas. 61.a
Terra est punctum, & centrum mundi. 67.b
Terra viuentium quæ est. 309.b 69.b
Terræ bona dat nobis Deus, cum ei seruimus. 84.a
Terra est villica dei. 84.a
Terra non est patria, sed exilium. 87.b
Terræ nomine cælum intelligitur. 158.b
Terra promissionis nunquam tota fuit possessa à filijs Israelis. 237.a
Terra viuentium dicitur Iudæa. 310.a
Terra viuentium quid significet. 372.a
Terra promissionis dicitur terra Dei. 440.a cum sequentibus.
Terra est mater nostra. 454.a
Terrena cum cælestibus fuerunt coniuncta in Christi incarnatione. 15.a
Terreni homines. 97.b
Terræ nomine intelligitur Iudæa. 356.b
Testamentum nouum fuit in vetere promissum. 200.b 402.a
Testamenti noui & veteris differentia. 54.b. 352.b 353.a
Testamenti noui præstantia. 54.b 201.a.b
Testamentum nouum abrogauit vetus. 188.a cum sequentibus.
Testamentum nouum fuit cõfirmatũ sanguine Christi. 188.b
Testamentum nouum fuit inclusum in vetere. 341.b
Testamentorum natura. 353.a
Testamentum nouum est pactum sempiternum. 201.a
Teucria hodie dicitur Turcia. 319.a
Taphni ciuitas Aegypti. 350.b
Tharsis in diuinis literis quid significet. 36.b
Tharsis variæ significationes. 136.b
Thesaurus verarum opum in cælis est. 195.b. 196.a (101.b
Thesaurus diuitis cum liene comparatur.
Thesaurum diuitiarum facere debemus in cælo. 195.b. 196.a
Thesaurus meritorum Christi & sanctorum est in ecclesia. 489.b. 490.a
Thimantis pictoris consideratio. 514.b
Thubal est Hispania. 318.a. 373.b
Thubal instruxit Hispanos. 318.a
Thubal primus Hispanorum rex. 318.b
Thubal prima Hispaniæ ciuitas. 318.b
Tobiæ excitatis allegoria. 197.a
Tygris fluuius. 302.a.b
Timor bonus est. 465.b. cum sequentibus.
Timor est seta introducens linum amoris. 465.b
Timor dicitur porta. 465.b
Titus & Vespasianus posuerunt vasa templi Salomonis in templo pacis. 142.b
Traiani dictum. 101.b
Transfiguratio Christi. 486.a
Tranquillitas animæ. 332.b
Tranquillitas mentis qualis esse debet. 290.a
Tranquillitas perpetua non est in mundi rebus. 260.b
Tribulatio vtilis. 4.b. 5.a. 8.a
Tribulationis commodum. 507.b
Tributa regibus debentur. 551.b
Triginta millia deorum colebant Gentiles. 326.a
Trinitatis mysterium eluxit in mundi constitutione. 6.b
Trinitas fuit ab Ezechiele perspecta. 31.a. cum sequentibus.
Trinitatis sanctæ mysterium. 281.b. 388.a. 467.b
Trismegisti laus. 428.b
Triumphus Christi in ingressu Hierosolymæ. 149.a.b
Troia ita denominata à Troo. 319.a
Troia quædam euersa in Lusitania iuxta Setubalum. 318.b
Tubæ significant preces & orationes. 4.a
Tubæ ductiles Moysi conciones significabãt. 181.a
Turci quare nos vincunt? 96.b. 439.a
Turci sunt ex Scythia. 436.b
Turcorum interitus. 437.a. 439.a.b
Turrium & mutorum nomine qui intelliguntur. 305.a
Tyranni sunt membra Antichristi. 366.b
Tyranni significantur per aquilam & halietum. 213.a
Tyrannus comparatur cum leone. 366.b
Tyranni vocantur venatores. 374.a
Thyrus metropolis Fœniciæ. 303.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyrus vocabatur quondam Sarrac. 303.b
Tyrus describitur. 303.b
Tyrus fuit ad Christi fidem conuersa. 305.b
Tyri euersio. 310.b. 307. a 311.a.b
Tyrus fuit bis euersa. 310.b
Tyrus colonia Sidonis, & Carthago Tyri. 332.a

V

Vanitas vituperatur. 204.a. 205.b. cum sequentibus.
Vani homines similes sunt conchilijs. 323.b
Varietas mundi. 346.a
Vas quid significet in diuinis literis. 115.a
Vasis significata. 123.a.b. cum sequentibus.
Vas multa significat. 153.a.b
Vaticinium triste & criminatorium appellatur onus. 150.a
Venatores vocantur tyranni. 374.a
Venator non accipitur in bonã partem, 374.b
Venatorum nomine quid significetur. 374.a
Ventus turbo & procella, significant calamitates. 11.b
Ventus est prosperitas mundi. 311.a.b
Verbum domini capitur pro prophetia. 8.a
Verbum Dei Christus est. 38.b
Verbum Dei appellatur Dei filius, etiam ab antiquis Gentibus. 38.b
Verbum Dei est opifex mundi. 38.b
Verbum Dei dicitur gladius. 37.b. 350.a
Verba Dei sunt dulcissimæ dapes. 64.a
Verborum Dei vis & excellentia. 64.a
Verbum Dei fauus Samsonis. 64.a
Verba Dei sunt mirabiles reliquiæ. 54.b
Verbi Dei meditatio. 55.b
Verbum Dei habere debemus in corde & in manibus. 58.a.b
Verba Dei sunt arma, quibus debemus dæmones superare. 58.b
Verbum significat quancunque rem. 15.a
Verbum Dei quomodo nominetur. 424.a
Verbi Dei vis admirabilis. 424.a
Verbum Dei quid significet. 424.a
Verbum Dei dicitur buccina. 381.a
Veritas ad voluntatem aliquando refertur. 226.b
Veritatem facere est candidè operari. 226.a
Veritas diligenda est. 390.b
Veritas duplex est. 226.b
Veritas quid sit. 226.b
Vestes Aaronis. 124.a. 135.a
Via vitæ arcta est, mortis lata. 488.a
Via accipitur pro viuendi ratione. 413.a
Via vna ad beatitudinem. 478.b
Viæ multæ ad beatitudinem. 478.b. cum sequentibus.
Videre visiones Dei hebraismus est. 7.b
Videre accipitur pro delectari. 166.a
Vigilare debemus. 26.b
Vigilare est proprium præsulis. 62.b
Vigilantia pastoris describitur. 62.b
Villæ & oppida dicuntur filiæ. 305.b. cum sequentibus.
Villa empta quid significet. 495.a. cum sequentibus.
Villicus iniquus quare laudetur. 218.a
Villicus & dispensator est homo suorum bonorum. 101.b
Vinea appellata est domus Israelis. 176.b
Vincens vitia vinci non potest. 4.b
Vindicta & vltio prohibetur. 299.b. cum sequentibus.
Vindicta prohibetur, non autem defensio. 300.a
Vipera hypocritam significat. 156.a
Vir iustus comparatur adamanti. 4.b. 5.a
Vir iustus in manu Dei est. 57.b
Viros pios affligere impium est. 156.a
Viri iusti margaritis comparantur. 134.a
Vir pius aqua dicitur, 367.b
Virga furoris Dei dicitur Sennacherib. 251.a
Virga Aaronis est crux Christi. 518.a
Virgæ acceptiones & significata. 99.a. 339.b
Virginitas Mariæ ostenditur. 524.a.b, 525.a
Virtus est mons excelsus. 20.a
Virtus potens est. 48.a
Virtutis vis & potestas. 48.a
Virtus est cibus animæ. 112.b
Virtus comparatur lauro. 208.a
Virtutes intelliguntur per aromaticos pulueres. 214.a
Virtus solida debet esse. 267.a
Virtus eximia quæ. 290.a
Virtus absque charitate non est perfecta. 309, a 341.b
Virtus quæ dicitur perfecta. 341.b
Virtus est ordo amoris. 341.a
Virtus splendet. 348.a
Virtute muniti splendorem habent & magnitudinem. 347.b. 348.a
Virtute nihil sublimius. 548.a
Virtus cum nobilitate coniuncta. 380.b
Virtus perfecta esse non potest sine fide. 435.a
Virtus est excelsa. 445.b
Virtus vera quæ sit. 445.b cum sequentibus.
Virtutem prædicare non sat est, sed opus est eam habere. 505.b
Virtute præditi calamitatibus premuntur. 4.b
Virtutis laus in actione consistit. 19.a
Virtus laudata crescit. 551.a
Virtutum cardinalium definitiones. 14.a
Virtus magnas habet contradictiones. 296.b
Videns dicitur propheta. 2.b. 259.b
Visio appellatur prophetia. 2.b
Visio sine distantia esse non potest. 151.b

Visita-

Visitatio in diuinis literis qd significet. 114.b
Visitare aliquem est cum punire. 96.b. 438.a
Visitare quid significet. 114.b. 122.b
Vita actiua & contemplatiua. 19.b. 515.a
Vita Christiana cõparatur cũ funãbulo. 26.b
Vitæ solitariæ laus. 64.b
Vita nostra est peregrinatio. 97.b. 98.a
Vita nostra deambulatio est. 139.a
Vita triplex est, 156.a
Vita humana ludo pilæ similis est. 173.a
Vita est quædam tota viua laboris. 364.b
Vita promissa in lege est vita æterna. 237.b
Vita nostra scala est. 367.b
Vita promissa in lege sit ne corporis an animę. 384.b
Vita iustorum breuis, sed gloria longa. 312.b
Vita nostra militia est. 340.a. 475.a. 488.a.b
Vita æterna quare merces appellatur. 422.b
Vita nostra fluuius est. 427.a
Vita hominis plena est laboribus. 475.a
Vittæ seu mitræ nomine quid significetur. 530.a
Vitio nihil vilius. 348.a
Vitia appellantur bestiæ, 398.a
Vitulus immolatus in lege fuit Christi figura. 519.b. 520.b
Vitulus debet esse vnusquisque. 520.b
Vituli & hirci nomine quid significetur. 521.a
Vitulus pro peccato immolatus Christi imaginem gerebat. 542.a.b
Viuere incipiunt peccatores, cùm se ad pœnitentiam conuertunt. 2.b
Viuere per se solus Deus dicitur, 192.b
Viuere dicuntur iusti, mori impij. 310.a
Viuere per se est solius Dei. 192.b
Viuo ego, mos est iurandi Dei. 192.b
Viuus non dicitur homo cum Deo comparatus, 202.b
Vlysses quare nõ fuerit mutatus in bestiã. 84.b
Vltio diuina fulmini comparatur. 10.b. 11.a
Vltima ætas quæ sit. 292.b
Vltimum iudicium describitur. 368.b. 369.a
Vltrà non semper designat perpetuitatẽ. 82.b. cum sequentibus.
Vltrà quid significet. 307. a. 311.b
Vnctus Messias & Christus idem. 334.a
Vnctio cineris in capite die cineris quid sit. 118.b
Vnitas est quædam Dei imago. 93.b
Vnio verbi facta fuit in persona. 397.a
Vnum vnit, multa distrahunt. 93.b
Vnus idem quod primus. 336.a
Voca io Apostolorum mirabilis. 338.b
Vocatio gentium. 64.b. 65.a. 258.a
Volucrum nomine quid significetur. 446.b
Voluntas antecedens & consequens in Deo. 221.b
Voluntas Dei duplex est. 288.b, 289.a
Voluntas Dei quomodo impletur. ibidem.
Voluntatem nostrã potius quàm opes respicit Deus. 347.a.b
Voluntas propria est catena, 381.b
Vrbs præcipua dicebatur mater, oppida verò filiæ. 305.b. cum sequentibus.
Vrias ferens literas vt occideretur, synagogæ imaginem gerebat. 151.a
Vrsi Elisæi sunt Titus & Vespasianus. 90.b.
Vsura prohibetur. 218.a. cum sequentibus.
Vsura similis aspidi. 218.a.b
Vt, particula aliquando nõ est causalis, sed cõsecutiua. 264.b
Vtilitas communis præponenda est propriæ. 391.a
Vtilitas non seiungitur ab honestate. 528.a. cũ sequentibus.
Vulpes hypocritam significat. 156.a
Vulpes vafrum hominem significat. 156.a
Vulcani insidiæ. 325.a
Vxor diligenda est. 289.a
Vxorẽ dimittere in lege permittebatur. 218.a

Z

Zelus pro ira aliquando accipitur. 278.b
Zelus pro amore aliquando capitur. 278.b. cũ sequentibus.
Zodiacus quid significet. 505.a
Zona sapphirina quid significet. 124. a. cum quenentbus.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca